IACOBI
PIGNATELLI
E CRYPTALEIS IN SALENTINIS
Sacræ Theologiæ, ac I. V. Doctoris.

CONSVLTATIONVM CANONICARVM
Tomus Sextus.

IN QVO PRÆCIPVÆ CONTROVERSIÆ

iis, quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Conc. Trid. ad Episcopos, & Regulares; ad immunitatem, libertatem, iurisdictionem Ecclesiasticam, ac huiusmodi alia, potissimùm pertinent; non solùm ex vtroque Iure scripto, sed etiam ex Sacrarum Congregationum decretis, rebus iudicatis, placitis, atque consultis, ex prudentum responsis ex moribus receptis, breuiter, ac perspicuè dirimuntur.

Opus omnibus vtriusque Fori Iudicibus, Iurisconsultis, ac politici studij mystis, in primisque Summorum Pontificum, & Rerumpublicarum Consiliarijs, & Aduocatis vtile planè, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum, altero Rerum notabilium in fine Octaui Tomi apposito.



VENETIIS, M.DC.LXXXVIII.
Apud Paulum Balleonium,
SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIIS.

NVMERVS, ORDO, ET ARGVMENTA

Consultationum, quæ in hoc Sexto Tomo continentur.

CONSVLTATIO VIII.

CONSVLTATIO IX.

CONSVLTATIO X.

CONSVLTATIO XI.

CONSVLTATIO XII.

CONSVLTATIO XIII.

CONSVLTATIO XIV.

CONSVLTATIO XV.

CONSVLTATIO XVI.

CON-

Index Consultationum.

CON-

Index Consultationum.

CONSVLTATIO LIV.

CONSVLTATIO LV.

CONSVLTATIO LVI.

CONSVLTATIO LVII.

CONSVLTATIO LVIII.

CONSVLTATIO LIX.

CONSVLTATIO LIX.

CONSVLTATIO LX.

CONSVLTATIO LXI.

CONSVLTATIO LXII.

CONSVLTATIO LXIII.

CONSVLTATIO LXIV.

CONSVLTATIO LXV.

CONSVLTATIO LXVI.

CONSVLTATIO LXVII.

CON-

Index Consultationum.

CONSVLTATIO LXXVI.

CONSVLTATIO LXXVII.

CONSVLTATIO LXXVIII.

CONSVLTATIO LXXIX.

CONSVLTATIO LXXX.

CONSVLTATIO LXXXI.

CONSVLTATIO LXXXII.

CONSVLTATIO LXXXIII.

CONSVLTATIO LXXXIV.

CONSVLTATIO LXXXV.

CONSVLTATIO LXXXVI.

CONSVLTATIO LXXXVII.

CONSVLTATIO LXXXVIII.

CONSVLTATIO LXXXIX.

CONSVLTATIO XC.

CONSVLTATIO XCI.

CONSVLTATIO XCII.

CON-

Index Consultationum,

CONSVLTATIO XCIII.

CONSVLTATIO XCIV.

CONSVLTATIO XCV.

CONSVLTATIO XCVI.

CONSVLTATIO XCVII.

CONSVLTATIO XCVIII.

CONSVLTATIO XCIX.

CONSVLTATIO C.

FINIS.




AD LECTOREM.



QVibus rationibus, quibusque partium ſtudijs huius Operis auctor ducatur, vbicunque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſæculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, & illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id & lectura animaduertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſsitatem, ſeu mauis corruptelam agnoſces; Cæterùm ne imprimendi operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuiſſe, ac ſi id ageretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidasque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra nouarum opinionum ſectatores, ſua iura probè conſtent.



D. IA-



D. IACOBI PIGNATELLI
CONSVLTATIONVM CANONICARVM.
Tomus Sextus.

CONSVLTATIO I.

1 *An Regulares ad exercendum munus parochiale in Indijs ritè, ac rectè à Magistratibus laicis, vel à Principe instituantur?*

2 *An ijdem Regulares possint obtinere, & exercere iura parochialia sine licentia Episcopi?*

3 *An acta ab ijs gesta sint valida?*

4 *An, & quas censuras incurrat Confessarius absoluens sine approbatione?*

1 D primum respondeo. Si attendamus ius commune, prouisio illa tanquam facta per abusum laicæ potestatis est nullius momenti, nullumque ius tribuit, & tam conferentibus beneficia, quàm recipientibus, hoc modo *ex cap. Si quis deinceps* 16. *quæst.* 7. ingressus Ecclesiæ interdicitur quousque locum talem per ambitionem obtentum deserant. Vnde prouisio est nulla, & incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ ad tempus, Comitol. *lib.* 1. *quæst.* 78. *nu.* 5. *&* 6. Turrecrem. *in cap. Quoniam* 16. *quæst.* 7. Item tales sunt excommunicandi, tam scilicet conferentes, quàm prouisi de beneficio aliquo per abusum laicæ personæ, *cit. c. Quoniam, cap. Si quis Clericus, cap. Si quis Episcopus* 16. *quæst.* 7. *& cap. Præterea, de iurep.* Immò sunt ipsi prouisi ipso iure excommunicati excommunicatione non reseruata *ex d. c. Quoniam, & c. Si quis Clericus* 16. *q.* 7. Comitol. *loc. cit. num.* 5. Ipsi autem laici conferentes beneficia incurrunt excommunicationes, & pœnas latas contra vsurpantes iura beneficiorum, seu Ecclesiarum, quæ sunt Papæ reseruatæ ex Bulla in Cœna Domini *cap.* 17.

2 Et ex Concilio Lateranensi sub Leone X. recipiens beneficium à laico domino non habente Apostolicæ Sedis priuilegium, seu titulum saltem coloratum redditur inhabilis ad beneficia quælibet obtinenda, donec à Papa fuerit dispensatus, vt Diaz *cap.* 53. *prax. crim.* Item *ex cap. Quisquis de elect.* qui recipit beneficium via electionis factæ per abusum laicæ potestatis, est eo ipso inelegibilis ad dignitates Ecclesiasticas, nisi cum eo dispensetur, vt notat Glossa *ibi v. Fiat.* & potest Episcopus dispensare. Dicitur autem electio facta per abusum laicæ potestatis ab Ecclesiasticis, quando laicus admissus est vltrò ad actum electionis, & interfuit authoritatiuè, vt Glossam *ibidem v. Abusum*, Abb. *in d. cap. Quisquis num.* 4. Azor. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *q.* 8. *§. Præterea*. In specie autem omnis recipiens beneficium per abusum, seu collationem vsurpatam à laico incurrit vitium, & pœnas intrusionis; vnde est inhabilis ad illud etiam per nouam prouisionem, *cap. Relatum, de iurep.* Salced. ad Diaz *cap.* 51. *&* 53. Electionemque celebrantes per abusum laicæ potestatis sunt priuati ea vice potestate elegendi; etenim electio illa fuit nulla. Nec ipsi possunt tunc alium eligere, & sunt suspendendi per triennium ab officijs, & beneficijs *ex d. cap. Quisquis de elect.*

Quare dimittere tenentur prouisi per abusum laicæ 3
potestatis beneficia sic recepta, quia prouisio, seu collatio est nulla per *d. cap. Si quis deinceps, & d. cap. Quisquis, & c. Præterea, de præb.* Canonistæ *in d. cap. Quisquis*, & Comitez *loc. cit. num.* 3. sunt autem compellendi ad ea dimittenda per excommunicationem, & alias censuras; & si fuerint contumaces, sunt deponendi ab ordine, & officio, *d. cap. Præterea de iurep.*

Si verò illa prouisio, seu institutio in Parochia ad 4
præsentationem Prælati regularis fiat a Magistratu, seu Principe laico habente ad id Apostolicum priuilegium, valida est, & ius tribuit, non secus ac si ab Ordinario Ecclesiastico facta esset; vnde prouisus potetit exercere iura parochialia iuxta ius commune, & propria Religionis priuilegia. Hoc autem casu pœnæ prædictæ cessant, Parz *de benef. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. cum allegatis. Requiritur tamen pro iustificatione talis priuilegii laicæ potestatis ad conferenda beneficia Ecclesiastica, vt vel constet de ipso priuilegio, vel saltem adsit præscriptio, seu obseruantia temporis immemorabilis cum fama talis priuilegij, Garz *num.* 38. Pro iustificatione verò prouisi sufficit, quod laicus habeat titulum coloratum.

Hoc autem stante non obstat, quod Magistratus in- 5
stituat in Parochia Religiosum amouibiliter ad nutum, seu beneplacitum suum; nam etiam de iure communi omnia beneficia Regularia, quæ Religiosis conferuntur, sunt ex natura sua manualia, & ad nutum superioris amouibiles sunt prouisi, vt *Clem. vn. §. Præmissa de suppl. neglig. Præl.* Sanch. *in decal. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 104. *&* 120. Et tamen Religiosi prouisi in illis habent ius ministrandi, & exercendi iura parochialia iuxta illud priuilegium, & exemptionem ab Ordinarij iurisdictione, seu absque licentiæ obtentione. Item quia, licèt beneficia manualia non sint toto rigore beneficia, vt notat Sanchez *loc. cit. num.* 6. tamen illa obtinens canonicè, etsi amouibiliter, eodem modo exercere potest iura parochialia, sicut si esset Parochus perpetuus. Et ita Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 12. secundùm quem beneficium manuale, seu amouibiliter collatum est propriè beneficium, & ideò pactum illicitum super eo obtinendo inducit pœnas simoniæ beneficialis, vt docet Paris. *de confid. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 77. quia sufficit, vt sit beneficium perpetuum aptitudine, idem Paris. *num.* 79. & præsertim cum in hoc casu institutio amouibiliter fiat, non secundùm ius commune, sed à potestate laica, cui resisti commodè non potest, ideò mutatur natura beneficij, vt Paris. *num.* 91.

Ad secundum affirmatiuè respondendum videtur. 6

Habent enim Regulares priuilegium Pii V. quod incipit, *Exponi nobis*, ibi: *omnibus & singulis Religiosis quorumcumque, etiam mendicantium Ordinum in dictis Indiarum partibus, & in eorundem Ordinum Monasterijs, vel de illorum Superiorum licentia extra illa commorantibus, vt in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, & assignandis, officium Parochi huiusmodi Matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, prout hactenus consueuerunt, dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus dicti Concilij Tridentini formam obseruent, exercere, & verbum Dei, vt praefertur, quatenus ipsi Religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant, de suorum Superiorum licentia, vt praefertur, in eorum Capitulis prouincialibus obtenta, praedicare, ac confessiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licentia minimè repetita, liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem authoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus. Et insuper, ne in locis illarum partium, in quibus sunt Monasteria Religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per praedictos Episcopos innouetur, eadem authoritate, & tenore statuimus, & ordinamus sic per quosuis Iudices, & Commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & definiri debere, ac quicquid secus super his à quocumque quauis authoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decernimus.*

7 At tenendum omninò est, non posse. Nam fel. record. Gregorius XIII. in constitutione sua, quæ incipit; *In tanta rerum, & negotiorum mole*, prædictam Pii V. Constitutionem reuocauit, & ad terminos Sacri Concilii Tridentini reduxit, cuius decreto *in cap. 11. sess. 25. de reform.* aduersabatur.

8 Nec suffragatur Regularibus, quod deinde Gregorius XIV. Constitutionem Pii V. confirmauerit sua constitutione incipiente, *Quantum animarum*, ibi: *Episcopi illarum partium praetendunt, Religiosos praedictos id facere non posse absque eorum speciali licentia, & examine, pro eo quod deinde pia memoria Gregorius Papa XIII. Praedecessor noster illos motus proprios, qui decretis Concilij aduersabantur, ad ordines reduxit, & qui animarum curam sine Episcopi licentia exercent, ij decretis eiusdem Concilij aduersantur, & propterea litterae dicti Pij Praedecessoris in hoc obseruari non debent contra mentem, & intentionem eiusdem Pij Praedecessoris. Nos ad omnem, quae inde nascitur, & nasci poterit in futurum controuersiam componendam, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super causis Episcoporum, quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum commisimus consilio, litteras praedicti Pij Praedecessoris, quarum tenoribus praesentibus haberi volumus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis Apostolica authoritate tenore praesentium robur Apostolicae confirmationis adijcimus, illasque debitae executioni demandari volumus, & praecipimus. Inhibentes omnibus, & singulis Episcopis illarum partium sub interdicti ingressus Ecclesiae poena eo ipso per contrafacientes incurrenda, ne de caetero praedictos professores praemissis, seu alijs quibuscumque praetextibus quoquomodo desuper molestare, aut inquietare audeant, seu praesumant.*

9 Nam fa. mem. Gregorius XV. in sua Constitutione quæ incipit, *Inscrutabili*, edita die 7. Februarii anno 1622. statuit, quod Regulares animarum curam habentes Parochorum officia non exerceant sine licentia Episcoporum, & examine, & quod iurisdictioni, visitationi, & correctioni subiiciantur ipsorum, ibi: *Hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tam Regulares, quàm Seculares quomodolibet exempti, siue animarum personarum curam Monasterijs, seu domibus Regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesijs, vel beneficijs, siue Regularibus, siue Secularibus incumbentem exerceant, siue aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent sine praeuia Episcopi licentia, & approbatione, siue quoquo modo in dicta cura exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque vlla authoritate se intromittant in his, quae huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodae iurisdictioni, visitationi, & correctioni diaecesani Episcopi, tanquam Apostolicae Sedis delegati plenè in omnibus subijciantur.*

Itaque priuilegium prætensum à Regularibus prædi- 10
ctis, vt possint obtinere, ac exercere iura parochialia sine licentia Episcopi, nisi innouatum sit à Summis Pontificibus post Constitutionem Gregorij XV. in qua confirmatur decretum Concilij Tridentini *sess. 25. de refor. cap. 11.* vt Regulares non possint admitti ad curam animarum, etiam amouibiliter sine licentia, & examine, & approbatione Episcopi, & derogat ibi Papa Gregorius omnibus Constitutionibus, & priuilegijs quacumque verborum forma, & quacumque exemptione concessis, planè inane, ac omnino irritum est.

At præfatam Constitutionem Gregorii XV. iussu Vr- 11
bani VIII. suspensam fuisse pro Regnis Hispaniarum, inter quæ, & Indiarum comprehenduntur die 21. Aprilis anni 1625. testantur Antonius de Hinoyosa *in direct. discipl. regul. v. Confessarius*, ex quo Augustinus de Bellis *in tract. pro deffens. Relig.* & Alphonsus de Carranza *in informat. pro Religionib.* cum quibus & alii. Verùm viris cordatis id nondum compertum est, & Græcæ fidei propius censent; quare moneo Episcopos, vt persistant in Constitutione Gregorii XV. nec sinant Constitutiones Apostolicas elidi, atque eludi.

Ad tertiùm respondeo. Certùm est de iure communi 12
inualidam esse Confessionem factam alieno Sacerdoti, nisi priùs obtenta licentia à proprio Sacerdote, *cap. Omnis vtriusque, de poenit. & remis.* sufficit autem de iure communi licentia proprii Parochi, vel Episcopi, vel Summi Pontificis, vt Doctores *in d. cap. Omnis*. Et quidem multi Religiosi habent talem licentiam, seu facultatem à Sede Apostolica, vt de Prædicatoribus, & Minoribus habetur *in Extr. Inter cunctas de priuil. §. sed quia multoties, & Extr. Vas electionis, de haeret.* Tamen ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 15.* hodiè nemo potest etiam vigore cuiuscumque licentiæ, seu priuilegii confessiones audire, seu sacramentaliter absoluere, nisi vel parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopo loci per examen, aut aliàs idoneus iudicatus fuerit, & approbationem obtinuerit. Excipiuntur tamen tres casus. Primus est pro articulo mortis, in quo quilibet simplex Sacerdos est idoneus minister huius Sacramenti, vt Trid. *sess. 14. cap. 7. de sacr. poenit.* Suarez *disp. 26. de poenit. sect. 4. num. 3.* Secundus est quoad Confessionem de solis venialibus. Qua in re adnotandum est, quod dicitur in decreto à S. Congregatione Concilij sub anno 1679. die 12. Februarii, in quo agitur de Communione quotidiana, & in quo habentur hæc verba: *Non permittant, vt venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario.* Quòd decretum alibi integrum adduxi. Tertiùs est quoad confessionem de solis mortalibus iam confessis, & absolutis; quia in his casibus quilibet simplex Sacerdos est idoneus minister, neque indiget approbatione, vel iurisdictione; quia illam dat Ecclesia, Suar. *loc. cit. num. 5. & 7.* Fillinc. *tract. 7. num. 223.* Bonac. *de Sacram. poenit. quaest. 7. punct. 3. num. 1.* & alii apud eos communiter; quod procedit etiamsi poenitens bona fide confiteatur non approbato, seu alieno Sacerdoti sine licentia competente, vel Sacerdos etiam bona fide illum audiat, & absoluat. Nam etiam tunc non perficitur Sacramentum; quia hæc irritatio actu non est poenalis, sed diffinitiua, & ex natura rei ob defectum iurisdictionis, sine qua non potest perfici hoc Sacramentum, vt Trid. *d. cap. 7. sess. 14. text. in cap. Dudum 54. de elect.* & ibi Glos. & Doctores communiter *v. decepta*. Vnde talis Confessio iteranda est habenti iurisdictionem circa illam, Io. Andr. *in d. cap. Dudum*, Abb. *ibid. n. 20.* Nauar. *in cap. Placuit de poenit. d. 6. n. 180.* qui ponit exemplum, si quis confiteatur Parocho intruso.

Verùm posito, quod isti Regulares obtinuerint paro- 13
chiale officium per abusum laicæ potestatis, ac etiam per pactum simoniacum cum Magistratu laico. Et posito

etiam,

etiam, quod priuilegium dictorum Religiosorum hodiè sit reuocatum per Constitutionem Gregorij XV. & sic non potuerit validè parochiale officium exercere sine licentia Episcopi; tamen si in illa Regione, scilicèt Indiarum, communi Populi opinione tales Religiosi dicto modo deputati reputati sunt, tanquam legitimi Parochi, valida fuerunt acta ab eis gesta, scilicèt absolutiones Sacramentales, & Matrimoniorum benedictiones, & coniugia ipsorum &c. quia est satis probabilis multorum Doctorum sententia, quod communis error etiam sine titulo colorato suppleat defectum tituli, & sustineat gestum, vt tenent relati à Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 20. num. 48.* quibus adhæret Genuens. *in prax. cap. 50. in annot. num. 3.* & Diana cum alijs recentioribus *tom. 2. tract. 4. resol. 122.* Quando autem adest opinio Doctorum probabilis in materia competentis iurisdictionis, Ecclesia pro ea intelligitur supplere, & conferre iurisdictionem, etiam si contraria opinio sit vera, atque communis. Ita Lessius, & alij, quos allegat, & sequitur Diana *resol. 24. miscellan. 1. par. 1.* Sanchez *in decal. lib. 1. cap. 9. num. 35.* Adde, quod in hoc casu videtur adesse titulus coloratus; quia deputatio originaliter pertinet ad Religiosos ex priuilegio, quamuis Magistratus laicus auferat ex parte libertatem deputationis, sed non in totum, vt dictum est; ideòque acta sustinentur ex Innoc. *in cap. Dudum 54. de elect.* & ibi. Abb. *num. 20.* & Nauar. *in cap. Placuit, de pænit. d. 6. num. 180.* cum communi sententia per vulgarem *l. Barbarius, ff. de offic. Præt.*

14 Ad quartum respondeo. *Ex c. Placuit, de pænit. d. 6. & c. Placuit 9. quæst. 2.* ab Vrbano II. statutum est, vt nulli Sacerdoti liceat alienum subditum ad pœnitentiæ Sacramentum recipere sine illius proprij Sacerdotis consensu, nisi ob ignorantiam eiusdem proprij Sacerdotis. Qui verò contra hæc statuta facere tentauerit, ait Vrbanus, gradus sui periculo subiacebit. Per quæ verba videri posset lata suspensio ab officio; quia verbum *subiaceo* etiam in futuro tempore prolatum, est latæ sententiæ iuxta communem sententiam apud Tiraquel. *in l. Si vnquam num. 148. Cod. de reuoc. donat.* Nam hoc verbum ex natura sua non indiget facto hominis ad executionem. Tamen contrarium tenendum est, scilicèt ibi significari suspensionem ferendæ sententiæ arbitrio Iudicis, vt Roderic. *quæst. regul. 18. art. 1. num. 2.* & consentiunt Præpos. *in d. cap. Placuit 9. quæst. 2. in princ.* Nauar. *in d. cap. Placuit de pænit. d. 6. in princ.* Qui solùm intelligunt per illa verba, transgressorem esse castigandum, videlicet arbitrariè. Ex Concilio autem Tridentino *sess. 22. cap. 11.* & ex Bulla in Cœna Domini *can. 17.* lata est excommunicatio contra vsurpantes iurisdictionem pertinentem ad personas Ecclesiasticas ratione beneficiorum, seu Ecclesiarum eorundem. Vnde videtur, quod absoluens Sacramentaliter sine approbatione, seu licentia vsurpet iurisdictionem parochialem, & ita incurrat in dictas censuras. Tamen contrarium tenendum est per se loquendo; quia simplex Sacerdos in tali casu non censetur communiter loquendo vsurpare iurisdictionem fori pœnitentialis ordinariam, quæ ad Parochum pertinet, vel Prælatum, sed extraordinariam, seu delegatam, quæ ad nullum determinatè pertineat priuatiuè ad alios, & ideò non continetur in dictis iuribus. Si autem Sacerdos intenderet vsurpare ius Parochiale, certè in dictam excommunicationem incurreret.

15 Nec talis Sacerdos scienter absoluens sine approbatione, seu licentia competente, incurrit irregularitatem illam, quam incurrunt vsurpantes actum Ordinis Sacri, quem non habent; quia hic non vsurpat actum Ordinis, cum verè sit Sacerdos, sed vsurpat actum iurisdictionis, quam non habet, cui vsurpationi non est imposita irregularitatis pœna prædicta. Et ita in terminis docet Henriq. *lib. 14. cap. 6. num. 2. lit. H.* vbi alios citat. Scienter verò absoluens sine approbatione, seù licentia competente incurrit in crimen falsi, & potest puniri pœna arbitraria publico iudicio *l. Corneliæ, de falsis.* Sicut punitur, qui fingit se militem, cum non sit, vel qui vsurpat aliquod publicum officium, quod non habet, vt *l. Eos, ff. ad l. Cornel. de fals.* ibique Bart. & Doctores. Sicut etiam qui vsurpat gradum Doctoris, quem non habet, vt Bart. *ibid.* Felin. *in cap. Tertio loco, num. 1. de prob.* Boss. *in prax. tit. de fals. num. 131.* Et de Clerico, aut alio exercente actus Ordinis, quem non habet, Bald. *in l. qui sub prætextu, C. de Sacros. Eccles.* Felin. *loc. cit.* Quare condemnatus hoc iudicio erit ipso iure infamis, & consequenter irregularis, vt *cap. Infames 3. quæst. 7. §. Porrò, l. 1. §. qui in iudicio, ff. de his, qui not. infam.* Molin. *tract. 4. de iust. disp. 9. à num. 1.* Diaz *in prax. cap. 88. num. 3.* Sanchez *opusc. lib. 6. cap. 3. dub. 6. num. 14. & 20.* cum ibi allegatis. Quòd etiam si probabiliùs alicui videretur, talem Sacerdotem non teneri *l. Cornelia de fals.* sed de crimine stellionatus, seu extraordinario, quod tenet Menoch. *de arbitr. cas. 320. num. 4. & vult.* tamen etiam sic damnatus fit infamis, *l. Infamem, ff. de pub. iud. l. 2. ff. de crim. Stellion. l. quid ergo in fin. ff. de his, qui not. infam.* Menoch. *loc. cit. cas. 381.* Rot. *decis. 201. num. 5. in collect.* à Farinac. *de contr. & crim.* Certè si literis falsis se ingessisset, tunc secundùm omnes teneretur publico iudicio *l. Cornelia de fals.* vt Menoch. *ibi cas. 320. num. 6* & consequenter fit irregularis, Maiol. *lib. 5. cap. 36. num. 2.* Et confirmatur, quia omne crimen enorme depositione dignum, si notorium fuerit, reddit infamem infamia iuris, & irregularem secundùm probabiliorem. Est autem crimen falsi enorme, & depositione dignum, vt Maiol. *ibidem*, & latè Diaz, & Salced. *in add. ad cap. 96. prax. crim. v. Detrudatur.* Idque procedit etiam contra falsificantes litteras, seù patentes Ordinationum, seu publicorum Officialium, *d. l. Eos*, & ibi Doctores, *ff. ad l. Cornel. de fals.* quando scilicèt sunt in forma probanti, Abb. *in cap. Post cessionem de prob. num. 5.* Felin. *num. 3. in fin.* Guido Pap. *decis. 481.* Olasch. *decis. 71. num. 10.* Non tamen procedit de falso probato via exceptionis, seù incidenter, quamuis tunc sit infamis infamia facti tantùm, vt Maiol. *loc. cit.* & ex textu *in l. Lucius, ff. de his, qui not. infam.* Super hac tamen infamia, & irregularitate potest Episcopus dispensare per *cap. At si Clerici, §. de adulterijs, de iudic.* Tolet. *lib. 1. cap. 61. §. fin.* Sayr. *cap. 12. num. 3. lib. 7. de censur.* Abb. *in cap. fin. de temp. ord. num. 5.* Syluest. *v. Irregularitas quæst. 14.* Glos. *in d. cap. fin. de temp. ord. v. Damnatione.*

CONSVLTATIO II.

An famuli laici nobilium actu inseruientium Eminentissimis Cardinalibus, vel Episcopis gaudeant priuilegio fori? Et quid de coquis seminarij, ac locorum piorum. Vbi an, & quatenus fori, & immunitatis priuilegia ad famulos extendantur?

AFfirmatiuè censeo respondendum durante famulatu. Siquidem familiares familiarium dicuntur etiam familiares ipsius Domini principalis; quia seruiendo familiari dicuntur etiam inseruire ipsi Domino, Salyc. *in l. In Ecclesijs in fin. Cod. de Episcop. & Cler.* ad quod etiam allegatur *l. quæsitum, §. Sed an instrumenti, ff. de fund. instruct.* Idque non obstante, quod sint temporales, & non perpetui, vt per Gomez *ad Regul. Cancell. quæst. 14. in fine*, vbi loquitur in terminis regulæ reseruatoriæ beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium, subiungens, in ijs ex Decretis Summorum Pontificum requiri ad effectum reseruationis qualitatem commensalitatis, saltem per quatuor menses. Quæ tamen qualitas non requiritur in familiaribus Episcoporum, in quibus solùm seruitium sufficit, vt latè Gratian. *discept. 340.* præcipuè *num. 17. & seq.* Hæc autem diuersitas rationi valdè consentanea est, quòd familiares familiarium Episcoporum includuntur in materia fori fauorabili Ecclesijs, Gratian. 1

loc. cit. num. 21. quam non debemus restringere, sed amplè interpretari, Taurell. *conf. suo à num.* 36. Vndè si in Regulare seruatoria, tanquam exorbitanti à iure communi, & odiosa, cùm auferat Ordinarijs potestatem conferendi, vt ibidem subiungit Taurellus, & Gratian. *num.* 23. comprehenduntur familiares familiarium, multò magis comprehendi debent in hoc casu, continente materiam fauorabilem Ecclesijs. Id nihilominùs S. Congregatio Immunitatis 17. Iulij 1668. resoluere noluit.

2 Quoad alios cùm Imperator Fridericus in *l. Habita C. ne fil. pro patr.* indulserit tam scholaribus, quàm eorum famulis immunitatem, ac fori priuilegium, ibi: *tam ipsi, quàm eorum nuncij*, vbi Baldus & alij, quos refert, ac sequitur Lucius *de his, qui gau. priuil. Schol. num.* 2. & Rebuff. *de priuil. Scholar. priuil.* 66. non dicam, idem dicendum esse à fortiori de famulis Clericorum, vt non temerè firmauit Duard. *in com. Bull. Cœn. Dom. lib.* 2. *ca.* 15. *quæst.* 8. *num.* 5. De hoc enim hinc inde est communis opinio, vt apud Carol. de Graff. *de effect. Cler. eff.* 1. *nu.* 146. *& seqq.* Licèt opinionem affirmatiuam crebriorem esse, dicat Sperell. *decis.* 128. *num.* 7. non quidem principaliter, ac per se, quia sunt laici, sed propter fauorem locorum, suorumque Dominorum, quibus inseruiunt, Martha de *iurisdic. p.* 4. *cent.* 2. *cas.* 111. *num.* 7. Carauit. *super rit. Magn. Cur. Vicar. tit. rit.* 66. *num.* 27. & Taurell. *d.* suo *consilio à num.* 5.

3 At, quicquid sit de huiusmodi articulo, licèt pro affirmatiua videatur textus expressus *in cap. Ecclesiarum*, vbi Glos. *v. Clericorum* 12. *quæst.* 2. cessat quidem difficultas, quando famuli inseruiunt Seminario, vbi non solùm sunt Scholares laici, sed etiam Scholares Clerici collegialiter viuentes, quique aluntur ex redditibus Ecclesiasticis ad præscriptum, Sac. Concilii Tridentini ab Episcopo assignatis, suntque ipsius Episcopi pro tempore familiares. Cùm autem etiam coquus famuletur Seminario, & alijs locis piis, & Ecclesiasticis, dicitur etiam famulari pro necessitatibus Ecclesiæ, vnde prouenit priuilegium fori, *cap. Continua* 11. *quæst.* 1. *cap.* 2. *extra de form. comp.* ibique Glos. *v. Minores*. Tales enim famuli, quamuis non sint formaliter Ecclesiastici, veniunt tamen appellatione Ecclesiasticorum, Antibon. *de munerib.* §. 4. *num.* 52. quem adducit, & sequitur Megal. *p.* 1. *Instit. lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 7. *num.* 102. Et propterea priuilegium concessum Ecclesiis, locis piis, ac Seminariis, eorumque Clericis includit etiam ministros necessarios, sine quibus commodè non regerentur, vt in terminis Seruientium Hospitali tradit Oldrad. *cons.* 11. *per d. l. quæsitum* §. *Si instructum ff. de fund. instr.* cum aliis concordantibus apud Taurel. *num.* 11. & Grat. *d. discept.* 340. *num.* 15.

4 Quare cessant, quæ considerantur à Doctoribus in famulis simplicium Clericorum, in quibus videtur parum, aut nihil seruari exemptio, nisi fortassè vbi extat consuetudo, quia plures Clerici sæpè retinent plures famulos non necessarios. Et proinde concludit Taurellus *num.* 102. quod oporteret taxare certum, ac determinatum numerum, quemadmodum fecit fa. me. Gregorius XV. de Diaconis syluaticis pro Regno Neapolitano, qui sunt merè laici, & tamen gaudent priuilegio fori, durante seruitio Ecclesiis præstando. Quandoquidem hoc priuilegium competit dumtaxat famulis necessariis, qui etiam debent esse certi. Ideòque si duo tantùm sint necessarii, & retineantur plures sine alia designatione, tali casu ratione incertitudinis nemini priuilegium competeret, vt probat Gomez ad *d. regul. Cancel. de impetr. benef. vac. per obit. famil.* Card. *quæst.* 14. *vers. Putarem tamen, circa fin.* Ac præsertim adhibita distinctione de famulis, & manualibus operariis diurna, seu menstrua mercede conductis, vt post Archid. & Panorm. declarat Aufrer. *de potest. secul. in Eccles. post reg. a. d.* 3. *vers. Extenditur*. Ita vt contraria opinio procedat in iis dumtaxat famulis, qui dictim locant operas suas, non autem in iis, qui diu, noctuque inseruiunt, & commensales quodammodo dicuntur Clericorum etiam in Seminario conuiuentium.

5 Quòd autem scholares Clerici Seminariorum sint familiares Episcopi pro tempore, patet etiam ex eo, quod inseruiunt Ecclesiæ Cathedrali omnibus diebus festis. Inseruientes autem Ecclesiæ dicuntur inseruire ipsi Episcopo, cum Episcopus in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo sit, textus *in cap. Scire debet* 7. *quæst.* 1. Glos. *in cap. Similiter v. Ecclesia* 16. *q.* quæ familiaritas comprehendit etiam eorum famulos necessarios. Atque ita declarauit S. Congregatio Immunitatis in Bononiensi 1663. in qua respondit, *Coquum seminarij authoritate Ordinarij erecti gaudere fori priuilegio*. Et generatim pro quibusuis famulis laicis declarauit in Perusina 13. Nouembris 1668. Quippè cum Abbas Carolus Balionus, Canonicus Cathedralis, vti Rector Seminarii supplicaret, vt declararetur, an famuli laici, qui pro seruitio inseruiunt alumnis dicti Collegii Seminarii sumptibus, & expensis ipsius Collegii, gaudere debeant priuilegio fori, prout gaudent ipsi alumni, & aliàs decreuit Sac. Congregatio die 23. Septembris 1653. quod scilicèt famuli laici, qui pro seruitio inseruiunt scholaribus Sapientiæ veteris gaudere debeant dicto priuilegio fori. S. Congregatio rescripsit Episcopo, vt specificet de quo Seminario præfatum dubium intelligatur. Ipse suis literis datis 15. Septembris respondit, Seminarium esse illud, quod centum abhinc annis erectum fuit in exequutionem decreti Concilii Tridentini *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* in quo educantur multi alumni Clerici, qui induuntur veste violacea, studiis vacant, & inseruiunt Cathedrali, atque Episcopo. Alterum verò, de quo loquitur præfata declaratio, esse illud, quod nuncupetur Sapientiæ veteris, in quo admittuntur Scholares variarum Nationum; & quia omnes sunt Clerici, gaudent priuilegio fori, vt ex dicta declaratione Sac. Congregatio Immunitatis respondit, *gaudere*.

6 Porrò in hac re constituo hanc regulam. Priuilegium concessum dominis non trahi ad famulos, Capyc. *decis.* 12. Bonacos. *in tract. de seru. & famul. quæst.* 157. *num.* 2. dicens, hanc sententiam communem, Franc. Marc. *tom.* 2. *quæst.* 423. *num.* 3. vbi domino à solutione pedagii exempto eum nihilominùs teneri ait, soluere pedagium pro famulis per *l.* 6. *&* 7. *de vectig.* Siquidem priuilegia sunt stricti iuris, & de persona ad personam non extenduntur Dec. *ad l. omnibus* 68. *num.* 6. *&* 7. *ff. de re iud.* Dias *reg.* 589. *per l.* 2. §. 10. *&* 16. *ff. ne quid in loc. public.*

7 Quòd verum accipe, nisi priuilegium concessum Dominis remaneat dominis, siue personis familiaribus inutile, dignitatiue domini potiùs concessum sit, quàm vt personæ illius speciatim cohæreat. Tunc enim priuilegium ad personas adhærentes extendi debet, *cap. Licèt de priuil.* 16. facitque §. 15. *qui ædium Instit. de vs. & habit. l.* 4. §. 1. vbi vsus ædium mulieri relictus ad Maritum extenditur, ne Matrimonio ei carendum sit, cum domo vult vti, *ff. eod.* & vice versa *in tit. ff. de verb. oblig. l. si stipulatus* 111. *stipulatio*, quæ stricti est iuris pro Marito quoad vsum ædium interposita, extenditur etiam ad vxorem, ne stipulationis effectus sit inutilis, Cagnol. *ad d. l. in omnibus num.* 8. *&* 11. Alciat. *in l. Sicut*, vbi quatenus vxor priuilegiis Mariti sui gaudeat à *num.* 16. vsque ad 26. pleraque notanda habet, *Cod. de in ius voc.* & de seruientibus Zabarel. *in rubr. Clem. de excessib. Prælat. num.* 4. Felin. *in cap. Nullus iudicum* 2. & ibid. Imol. de Clericorum Græcorum vxoribus, quod gaudeant in criminibus priuilegio fori æquè, ac sui Mariti, tradit *num.* 3. *extr. de for. comp.*

Multi inde casus occurrunt, in quibus famuli, & alii priuilegiis suorum dominorum gaudent. Si quidem saluus conductus domino concessus comprehendit etiam famulos ad seruitium necessarios, Cagnol. *in l. Ea sola in fin. ff. de re iud.* Felin. *in cap. Orientis extr. de heret.* Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 8. *vt ex vxorem*, Bald. *par.* 5. *cons.* 414. Ias. *in l. Stipulatus num.* 3. *ff. de verb. oblig.*

8 Secundò, tametsi inter Doctores non conuenit, an fori, & immunitatis priuilegia Clericis concessa ad eorum temporarios famulos extendi debeant? In eo tamen facilè consentiunt omnes, quod ad famulos, & colonos

Cle-

Clericorum priuilegii extensio fieri debeat, si absque hac priuilegii extensione Clerici priuilegio suo vti non possint, Mennch. *loc. cit. cas.* 562. *n.* 11. Felin. in *d. cap. Si quis n.* 2. Capye. *d. dec.* 12. *per tot.* Iul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. pr. crim. q.* 35. dicens, communem esse conclusionem secundum omnes, famulos laicos Clericorum priuilegio Clericorum quoad declinationem fori gaudere Imol. *dict. loc. num.* 4. qui idem in rusticis Ecclesiæ ratione administratinnis suæ conuentus obtinere tradit.

9 Tertiò, famuli, qui perpetuò sunt obligati inseruire Clericis, immunitate Clericis concessa fruuntur *l.* 2. §. 1. *C. de Episcop. & Cler.* Menoch. *d. loc. n.* 21. Thesaur. *dec.* 116. *num.* 12. Ias. *in l. Scriniarios num.* 2. *Cod. de testam. milit.* Duegn. *reg.* 99. *in* 10. *compl.* dicens, *pueros choraales priuilegijs Clericorum gaudere*, & familia Episcopi alium Iudicem non habet, quàm Episcopum, *cap. fin. extr. de offic. Archid.* Nec Principis familia alium, quàm Principem, Natt. *tom.* 3. *cons.* 576. *per tot.*

10 Quartò, priuilegia fori, & immunitatis, quæ à solutione gabellarum competunt Doctoribus, & Scholaribus, eadem etiam eorum famulis, & nunciis, Bald. *in auth. habita col.* 2. *C. ne filius pro patr.* Thesaur. *dec.* 12. *n.* 3. Felin. *in cap.* 2. *de for. comp.* Anchar. *in proem. decret. in* 6. *n.* 9. cum *trib. seqq.* Rebuf. *in tract. de priuil. vniuers. priuil.* 166. idemque Academiarum pedellis, œconomis, librariis, bibliopolis, & ligatoribus librorum competunt, Sichard. *ad d. auth. habita num.* 11. Rebuf. *d. loc.* Nam omnes hi sunt studentium appendices, & quasi de eorum familia, & domo; adeòque studiosis exemptis etiam eorum familia exempta esse debet, vt *in l. non aliàs* 24. §. 1. *ff. de iudic. l. vn. C. Si quacumque prad.* ne per indirectum fraus legi, & priuilegium illis inutile fiat, Dec. *d. loc. num.* 9. Matth. Steph. *de iurisdict. lib.* 3. *p.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. *& seqq.* Duegna reg. 305. Felin. *d. num.* 2. Ias. *in d. l. Scriniarios n.* 3. & ibi Alexander, & Doctores communiter.

11 Quintò, qui tenetur alere Doctorem, etiam tenetur alere eius familiam, Panorm. *in cap. Quantò de consib.* Rebuf. *d. loc.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 28. vbi ait, quod equus, & seruitores pariter præstari debeant, qui inseruiant alimentario, si talis sit eius status & conditio per textum *in l. cum plures* 12. §. *penult.* ibi: *Alimenta seruis, libertisque, si hoc pupillo expediet, præstabit, ff. de adminiftr. tut.* Et competentiæ priuilegium, quod habet Doctor, etiam extenditur ad famulum ipsius. Quia Doctor sine famulo honestè viuere non potest, Bonacos. *tr. de famul. quæst.* 45. Brun. *in tr. decis. honor. q.* 31. *num.* 5. vbi in Doctore bonis cedente loquitur, volens alimentorum loco tantum relinquendum esse, quantum vtrique & Doctori, & famulo illius sufficere possit. Quod dubium sequitur Surd. *de alim. tit.* 4. *n.* 30. & *ibid. n.* 10. in genere tradit, quod vbicumque conditio alendi fert, vt pro vsu Dominus habeat famulos, tunc quicumque tenetur alere dominum, teneatur etiam alere famulum. Idque etiam voluit Glos. *in can.* 1. *v. necessitatem* 21. *q.* 1. *& in can. Student d.* 50. Roman. *cons.* 189. *in princ.* Et non modò vxori, sed etiam pedissequis, & aliis seruientibus dignitati suæ conuenientibus alimenta à Marito præstanda esse, etiam dato, dotis modum excedant, volunt Innoc. *in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor.* Salicet. *in l. quod in vxorem num.* 1. *C. de negot. gest.* Aretin. *in §. fueras num.* 8. *instit. de vit.* Surd. *d. loc. & seq.* Martin. Coler. *de aliment lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 14. *& seqq.* vbi quatenus Maritus teneatur, vxorem etiam vltra fructus dotis alere omnium optimè explicat.

12 Sextò. Legatorum immunitas ad eorum famulos, & comites præsertim necessarios, & publica authoritate illis allectos extenditur *in l.* 16. *ff. offic. Præsid. l.* 41. §. 2. *de excus. tut. l.* 7. *ad leg. Iul. de vi publ.* Franc. Marc. *par.* 2. *decis.* 425. Bonacns. *d. tract. quæst.* 35. Becht. *de secur. & saluo conduct. concl.* 187. vbi limitat, nisi diutiùs alibi resideant, quò commerciis inhient per textum *in l.* 4. *vers. Exceptis Cod. de commerc.*

Septimò. Priuilegium communitatis ab oneribus, quòd Princeps habet in bonis suis *l. fin.* §. *fin. ff. de publ. & vectigal.* etiam ad colonos, & emphyteutas eius extenditur per textum *in l. priuata l. pen. C. de excus. mun. lib.* 10. Menoch. *d. loc. num.* 59. *& seqq.* non etiam ad eos, qui fructus, vel prædia à Principe emunt; nam hi à solutione gabellarum non sunt immunes, Menoch. *d. loc. num.* 61. 13

Octauò. Magistratibus, & militibus priuilegium arma portandi à Principe concessum, (arma enim extra defensionem suæ personæ, bonorum, & casus alios notatos ab Hippolyt. de Marsil. *in pr. crim.* §. *pro complemento*, priuatis portare non licet, *tot. tit. C. vt armor. vsus &c. lib.* 11. §. *Si quis rusticus de pac. ten. in vsib. feud. tot. tit. C. de Fabricens. l.* 11.) ad famulos illorum extenditur, Bald. *in l.* 3. §. *fin. per eum textum, ff. de offic. Præf. vigil.* Menoch. *d. loc. num.* 64. *& seqq. & cas.* 394. *num.* 71. *cum seqq.* tantò magis ad Principum Satellites; hi enim ob vnicam hanc causam à dominis suis conducuntur, vt tanquam fortes milites pro illorum salute excubias agant, *l. qui excubias* 10. *ff. de re mil.* Lucas de Penn. *in rubr. C. de domest. & protect.* Becht. *d. tr. concl.* 96. 14

Nonò. Militum famuli, qui per absentiam suam Reipublicæ causa læsi sunt, non secus ac milites ipsi restituuntur in integrum, dummodò famuli militibus sint necessarii, & Dominos suos verè sequantur, aliàs secùs, *l. inter eos* 33. §. 2. *ff. ex quibus caus. mai. in integr.* Maurit. *de in integr. restit. cap.* 338. *per tot.* Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *C. de vxor. milit.* Pariter etiam studiosorum famuli non necessarii suorum dominorum priuilegio non gaudent, Menoch. *d. cas.* 562. *num.* 58. *cum seq.* 15

Hi ferè sunt casus, in quibus famuli suorum dominorum priuilegio vtuntur, & ex personis illorum consequuntur, quod ex se consequi non possent, prout fit similiter in casu *cap authoritate Martini, de cens. præb. in* 6. *l. Si emancipati* 9. & multis casibus aliis ibidem notatis per Iason. *à num.* 5. *C. de collat.* Vbi coronidis loco notandum, quod etsi priuilegii effectus in casibus præmissis ad familiares extendatur, attamen ipsum priuilegium familiaribus concessum esse, non rectè dicatur, *cap. Sicut nobis, de verb. signif. in* 6. Hinc est, vt per mortem domini, cui priuilegium principaliter concessum est, in famulis expiret, Bald. *in l.* 2. *circa fin. C. de Episc. & Cler.* Dec. *d. loc. n.* 10. Et priuilegium in famulorum personis vltra non duret, quàm quod in suorum dominorum seruitiis existunt, Bonacns. *d. tr. quæst.* 157. *num.* 3. Matth. Stephan. *d. cap.* 6. *num.* 2. 3. *&* 4. Oportet autem famulos non vmbraticè, & nomine tenus, sed actualiter in dominorum, quorum priuilegiis frui volunt, seruitio esse. Nam sine actuali exercitio famulatus, (quem proinde famulatum famulum probare decet) fori, & aliis suo domino alioqui competentibus priuilegiis famulus non gaudebit, *argum. l. semper* 5. §. 3. ibi: *Quandiù in eiusmodi actu sunt, ff. de iur. immun.* in terminis famulatus Barbat. *vol.* 4. *cons. antepen. nu.* 3. 4. *&* 5. 16



CONSVLTATIO III.

1 *An, quemadmodum Episcopus edictum ad examen, & prouisionem Parochialium cum termino decem dierum proponendum potest ex arbitrio cap. 18. sess. 24. de reform. sibi relicto prorogare, possit etiam ad quatuor, vel sex dies minuere, & abbreuiare?*

2 *An ex huiusmodi abbreuiatione, præsertim in illis Prouincijs, & in ijs Episcopatibus, vbi ob magnam distantiam edicta per mensem præfigi consueuerunt, prouisio nulla dicatur?*

3 *An quando in duabus Ecclesijs edictum proponitur, currat, ex quo primò affixum sit, vel an expectandum erit, quod labatur terminus, ex quo vltimò præfixum est ita, quod, si non expectetur, prouisio sit irrita, & nulla?*

4 *An Capitulum sede vacante ex eo, quod iudicialiter priuauerit Rectorem suo beneficio curato ob non seruatam formam decreti S. Concilij Tridentini cap. 18. sess. 24. de reform. in examine coram Prælato, aut eius Vicario Generali, & tribus Examinatoribus Synodalibus, prouisioneque facta, nondum transacto sex dierum numero proposito in edicto, & quo vltimò affixum fuit, alijsque de causis prædictum beneficium non seruata iterum forma dicti Concilij absque concursu, & examine conferre potuerit?*

5 *An dato, quod non potuerit, ex huiusmodi prouisione titulus saltem coloratus extiterit, non obstante Constitutione Pij V. super obseruatione dicti decreti?*

6 *Dato, quod non coloratus titulus extiterit, an Matrimonia coram eo contracta sint nulla?*

7 *An sic prouisus cæterorum Sacramentorum administrationi validè incumbat?*

8 *An incumbens, ut Parochus etiam in casu necessitatis peccet lethaliter?*

9 *An fructus, & obuentiones dicti beneficij curati restituere teneatur?*

10 *An aduersus Prælatum, eiusque Promotorem fiscalem in suo beneficio triennali se defendere possit?*

11 *An Præfatus Parochus tolerari possit in posterum?*

12 *An dato, quod non possit tolerari, debeat ei restitui alterum beneficium curatum, quo priuatus fuit ex eo, quod sententia remota appellatione fuerit executioni mandata, donec appellatio prosequatur?*

13 *Dato, quod fieri debeat restitutio, quis eam fieri curabit contra sententiam Episcopi, Capitulumne, Sede vacante, an Episcopus successor, vel Iudex appellationis, qui iam interposita detulit, Apostolosque expediuit?*

14 *An dato, quod appellationem prosequens prædictus Parochus obtineat in causa, is, qui præfatum beneficium seruata forma S. Concilij obtinuit, possit ea in totum omissa per viam compensationis de altero post mortem, vel per resignationem vacante prouideri?*

1 AD primum affirmatiuè respondendum videtur ex declaratione S. Congregationis Concilij in Ventimiliensi, quæ sic se habet: *An Episcopus in edicto vacantis beneficij possit præscribere tempus sibi arbitrarium, vt puta quadraginta, vel quinquaginta dierum, vt faciliùs possit deuenire ad aures idoneorum habitantium in remotis partibus, ex quo in sua diœcesi scit, nullos esse idoneos pro qualitate beneficij vacantis ad subijciendos seipsos examini, vel alia iustissima causa, cùm d. cap. 18. in §. Porrò Episcopus, det ipsis potestatem ad præscribendum aliud tempus, ex quibus verbis dubitatur etiam: An in edicto concursus vacantis beneficij Episcopus possit præscribere minorem numerum decem dierum, vt citius orbato gregi prouideatur? Die 5. Decembris 1587. Congregatio Concilij respondit, posse vtrumque, quoniam Concilium vtitur his verbis intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum.*

Iterùm deinde superioribus annis Vicarius Generalis Chariensis supplex institit pro dicto dubio, quod fuit examinatum à Congregatione habita 28. Iulij, & 26. Augusti 1662. illique interfuerunt Eminentissimi Sacchettus, Ginettus, Columna, Franciottus, Brancacius, Odescalcus, Albitius, Farnesius, Pallaoicinus, Carolus Barbarinus, & Pius, nec non R. P. D. de Vecchis Secretarius, cuius manu reperiuntur hæc adnotata.] *Ad Chorien. Edictis votis pro vtraque sententia numero paribus, Congregatio iniunxit Secretario, vt referret ad Sanctissimum. Die 30. Iunij retulit Sanctiss. D. N. qui, quantum spectat ad verba Concilij, visus est inclinare, vt comprehenderent vtrumque terminum, ita vt in arbitrio Episcopi sit tum prorogare, tum abbreuiare terminum decem dierum, sed sua Sanctitas dixit expedire, vt dictus terminus non possit ab Episcopis abbreuiari, nisi vsque ad dies quinque, & ita decreuit in posterum obseruari.* 2

Declaratio hæc, an fuerit publicata, nec ne, non satis constat. Vnde, cùm nuper vacante Parochiali S. Martini Archiepiscopus Capuanus edictum exposuerit cum termino triom dierum tantùm, & concursum celebrauerit, mediante libello ad relationem Eminentissimi Prodatarij per S. D. N. remisso, quæsitum; An concursus huiusmodi sustineatur? Ita *lib. 5. decret. pag. 72.* & hanc opinionem sequuti sunt Garzias, Lotterius, ac Rota. 3

Sed respondendum est, non posse, neque licere. Sententia hæc videtur esse ad mentem S. Concilij Tridentini, si attentiùs consideretur. Etenim cum *sess. 24. cap. 18. de reform.* decernat intra decem dies, vel aliud tempus ab ipso Episcopo præscribendum, videtur prius determinare tempus decem dierum ita, vt arctari non possit; deinde per verbum *aliud* exprimit aliqnid, quod non continetur sub dictione decem, sed diuersum ab expresso, *l. Si fundus sub conditione, §. Libertas ff. de leg. 1.* Vnde cum hic terminus decem dierum datus sit à lege absque Iudicis ministerio, nequit Iudex illum restringere, cum non sit supra legem. Secus tamen est in illo prorogando, quia datur ministerio Iudicis, eiusque arbitrio committitur, Dyn. *in reg. Indultum 17. n. 14. de reg. iur. in 6.* Glos. *in cap. Ex publico, de conuers. coniug. & alij.* Tum quia quando ordo, vel modus in legis dispositione statuitur, is pro forma habendus est Felin. *in cap. Cum dilect. a n. 6. de rescript.* Tolos. *lib. 1. cap. 11. n. 4. in syntagm. iur.* quæ autem formæ sunt, mutari, aut omitti nequeunt, *l. nemo pot est, ff. de leg. 1. l. Cum hi, §. Si Prætor, ff. de transact.* Rol. à Val. *cons. 72. n. 54. vol. 3.* quod nominatim de tempore legis, vel Constitutionis Doctores quoque statuunt ita, vt non obseruans tempus constitutionis dicatur non obseruare formam illorom, de quibus in constitutione agitur, Tiraquel. *p. 1. gl. 4. n. 3. & 4. de vtraque retr.* Io. Bapt. Asinius *§. 3. cap. 36. n. 4. in pr.* Hinc in terminis electionis tradunt, quod Decanus, ad quem pertinet capitulum congregare, tempus regulariter abbreuiare nequeat, Fr. Marc. *decis. 569. n. 2. p. 2.* Regulariter dico. 4

Nam ex iusta causa, vt puta si periculum Parochiæ graue immineat, crediderim equidem terminum hunc abbreuiari posse. Quia vbicunqne mora periculum allatura videtur, celeri festinatione ei obuiandum erit; prudensque Procopii monitum est securum, antequam pericula veniant, cogitare, quid agendum sit. Quippè *moras extrema recusant*, Syl. Ital. *lib. 7. de bel. punic.* &, vt in tranquillo tempestatem aduersam optare dementis est, ita saniotis quauis ratione occurrete, cum tempus, 5

aut

aut necessitas vrget, erit, & Scanderbegus apud Schodrensem *lib.6. de vit. & reb. gest. eiusd.* impertinentia esse dixit longa consilia præsenti necessitati, Fr. Marc. *d. n.2.* quamuis arbitrium iusta causa non ad solum Episcopum pertinere crediderim, sed periculum si tale emerserit, quod moram longiorem non perat, ad examinatores Synodales se seremittere debebit, iisque in consilium vocatis de eo, & an tale sit, statuere licebit. Hinc traditur, quod nonnisi maior pars Capituli terminum abbreuiare possit, Glos. & Doct. *in cap. Cum nobis extr. de elect.* Fr. Marc. *dec.789. n.4.* Cuius ratio est, quia à legis dispositione iustam ob causam recedimus, *l. Si hominem, ff. mand.*

6 Quod ex eo etiam patet, quòd Pius V. amplians decretum Tridentini, & cupiens mederi fraudibus hominis in sua constitutione hac de re noluit terminum dictorum decem dierum coarctare, sed potius illum prorogauit. fo uia, cùm agatur de prouidenda Ecclesia Parochiali, rrasse censuit, non sufficere terminum decem dierum ad diligentem illam inquisitionem, requisitam pro animarum Pastore, à Concilio enixè intentam, & exagitatam; aperiretur enim via dolis, ac fraudibus contra mentem Tridentini, cum breuior terminus ad notitiam concurrentium peruenire facilè non posset. Quamobrem Episcopi occasionem arriperent prouidendi Parochiales viris minùs idoneis cum præiudicio Ecclesiæ, & eruditorum, qui concursum ignorarent; quod deplorat idem Pius V. Verè igitur, & prudenter resoluendum est, non posse Episcopum hunc terminum arctare, cùm sit in fauorem concursus ita, vt prorogari, diminui non possit.

7 Nec difficile est respondere ad declarationem Sacræ Congregationis Concilii, quæ contrarium dicitur declarasse. Quia sæpè eadem S. Congregatio per alias declarationes solet aliud declarare; tunc maximè quando, vt verbis eiusdem Pij vtar, res humanæ in deteriùs prolabuntur, nisi sit, qui eas retineat, verendum, ne propter Constitutionum huiusmodi transgressionem, dico ego, ne propter huius termini coarctationem maximi abusus oriantur.

8 Etenim legislator in ferendis legibus non debet ita eas condere, vt singularia facta respiciendo eas reddat immutabiles; quoniam neque Deus talem legem sanciuit, cùm tamen, vt qui omnia videt, id facere potuisset; homo autem nec potest, nec debet. Quod non possit est manifestum; quia non videt omnia quæ sunt futura. Quod etiamsi posset, non debeat, probatur; quia singularum rerum inculcatio confusionem, & molestiam procreat. Vnde satis est, vt res vniuersè spectentur, & vt posteris declaratio relinquatur. Quod si quid inconueniens inde accidat, nihil refert, cum idem in Ecclesiæ, & mundi gubernatione contingat; neque enim ait Aristoteles *lib.1. polit. cap.6.* leges scriptæ meliores sunt, si sint immutabiles. Vt enim in alijs artibus, sic etiam circa ciuilem Constitutionem, impossibile est singula ad minimum vsque scriptis comprehendere. Necesse est enim vt generaliter scribantur. Et Bonifacius Octauus in cap. *Alma mater Ecclesia* plerumque nonnulla rationabilia ordinat, & consultè, quæ suadente subiectorum vtilitate, postmodum consultius, & rationabilius reuocat, in meliusue commutat. Non debet ergo reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cùm vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit; quoniam ipse Deus ex ijs, quæ in veteri testamento statuerat, multa mutauit in nouo.

9 Eòque præsertim, quia in ipsa declaratione causa finalis, ob quam mota fuit S. Congregatio ad declarandum, quod possit hic terminus abbreuiari, fuit, vt citiùs orbato gregi prouideatur. Quæ causa non est tanti momenti, vt decem dierum terminus non seruetur, cùm ex d. Concilio eo loco Episcopus debeat statim habita notitia vacationis Parochialis idoneum in ea Vicarium constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur. Ac proinde, *non posse* prudentissimè declarauit post iterum, atque etiam tertiò discussum, ac maturius examinatum dubium S. Congregatio Concilij in d. Chariensi 26. Augusti 1662. *ad d. cap. 18. sess. 24. de reform.* maximè quod agebatur de re in exemplum, & praxim ferè quotidianam per Episcopos deducenda, & declarauit etiam anno 1676. Mense Ianuario.

Ad secundum affirmatiuè; quamuis enim non teneatur Episcopus terminum concursus prorogare vltra viginti dies, quod tamen benè faciat prorogando, censuit S. Congregatio Concilij sub die 17. Maij 1619. 10

Ad 3. Etiam affirmatiuè iuxta Constitutionem Pij V. quare expectandum, quod expiret vltimus terminus; quòd si ante elapsum terminum exameo, & concursus fieret, erit nullus, Garz. *de benef. lib. 9. cap. 3. n. 326.* & censuit S. Congregatio Concilii in Potentina 4. Maii 1619. & in Chariensi 28. Iulii 1662. *ad d. cap. 18. sess. 24.* 11

Ad 4. Negatiuè, quia per S. Concilium Tridentinum & Pium V. prouisiones omnes, seu institutiones præter formam ab ipsis traditam factæ, subreptitiæ esse censentur. Et ita etiam censuit eadem S. Congregatio Concilii in Chariensi dicta die 28. Iulii 1662. ad d. locum Concilii. 12

Ad 5. etiam negatiuè. Quia collationes contra prædicti Concilii formam nullius sunt roboris, nullumque tribuunt titulum coloratum possidendi ex Tridentino, & Pio V. Quando enim peccatur in forma, tunc titulus deficit, Bartol. *in l. Actuarios n.2. C. de num. lib. 12.* & censuit eadem S. Congregatio in d. Chariensi 28. Iulii 1662. 13

Ad 6. respondeo quoque negatiuè ex regula illa vniuersali: Quotiescunque causa publica, bonumque publicum agitur, si tamen materia subiecta est potestati Principis, valent ex æquitate in vtroque foro, quæ gesta sunt cum communi errore per Parochum putatiuum, siuè habeat titulum à legitimo superiore, siue non habeat. Est Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 22. n. 40. & 50.* Poncii *lib. 5. de matr. cap. 19. n. 3. & cap. 20. n. 9.* Filiucii *tr. 10. p. 1. cap. 6. n. 205.* & aliorum, qui aduertunt, id verum esse, etiamsi contrahentes sciant illum carere vero titulo. Nam etiam respectu scientium nullitatem valent gesta, dum adest communis error. Adduntque maximam animorum perturbationem sequuturam, si Sacramentum matrimonii esset inualidum. 14

Quod si opponatur, eandem perturbationem sequi, si Parochus sine intentione Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ ministraret. Respondetur enim, esse diuersam rationem; quia intentio in his sacramentis requiritur iure diuino, at materia applicatur iurisdictioni iure humano, & ita ius facit, quod potest, ad euitandam rerum perturbationem, sicque censetur in his casibus iurisdictionem conferre, vel materiam applicare. 15

Nec obstat textus *in cap. Dudum, de elect.* ibi: *In multarum animarum dispendium Parochiales Ecclesias retinebat, cum earum cura, qua iam priuatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret, & sic per ipsum eadem animæ miserabiliter sint deceptæ.* Nam respondeo, nihil absolutionis contulisse Parochianis, attamen animas illas non periisse, non quia ille absolutionem concessisset, sed propter fidem, quam Parochiani habebant de sacramento, dum crederent adhuc suum Prælatum esse, & ita in sola fide saluari, *cap. debitum, de baptis. cap. Apostolicam, de presbyt. non baptiz.* Vel dicendum iuxta Sanchez ex Abbate, animas dici deceptas quantum est ex parte Prælati, qui sciebat se esse priuatum, non vero quoad effectum; verè enim absoluebat. Vel etiam dicendum, defectum illum fuisse publicum, atque ita defuisse communem errorem. Vel tandem illa verba dicta esse respectu aliquorum, qui scientes defectum ab illo tamen absolutionem petebant; iis enim inutilis esset absolutio. Atque ita censuit eadem S. Congregatio in d. Chariensi 28. Iulii 1662. 16

Ad 7. Affirmatiuè, ob eandem rationem, idque donec per iudicem ab officio remoueatur. Et ita etiam censuit eadem S. Congregatio in citata Chariensi ad d. locum Concilii. 17

Ad 8. Respondeo, non peccasse in casu veræ necessitatis, dummodò adsit bona fides, desit scandalum. Et ita 18

etiam

etiam censuit eadem S. Congregatio in supra dicta Chariensi.

19 Ad 9. Affirmatiuè. Quia prouisio fuit nolla, nullumque titulum exhibuit. Quod etiam censuit eadem S. Congregatio in sæpiùs citata Chariensi.

20 Ad 10. & 11. Negatiuè. Referendum tamen Sanctissimo, cui, si placuerit, poterit eum sic prouiso dispensare tam super perceptis fructibus, quàm super retentione Parochialis. Ita censuit S. Congregatio in Cæsaraugustana die 15. Maij 1582. & in prædicta Chariensi.

21 Ad 12. Affirmatiuè, si constet de irrationabili iudicio Episcopi, Gregor. *dec.* 538. Rot. in Hieracen Iurispatronatus 21. Maii 1622. coram Buratto. Quæ quidem appellatio à mala electione admittitur solùm ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, atque interim prouisus appellatione pendente à Parochiali amoueri non debet, Pius V. Gregorius ibidem, & censuit S. Congregatio in Pisana sub die 19. Iunii 1630. & in eadem Chariensi, vt supra.

22 Ad 13. Spectare ad Iudicem appellationis, quem reiectus docere debet de mala electione, Pius V. in sua Constitutione, & declaratio S. Congregationis in Legionensis, & in eadem Chariensi citata.

23 Ad 14. Negatiuè. Quia Tridentinum omnes ad examen Parochialis iuxta formam à se præscriptam, teneri mandat, siue per obitum, siue per resignationem etiam in Curia, siue aliter quomodocunque vacare contigerit; nisi tamen resignatio facta fuerit in manibus Sanctissimi ad fauorem certæ personæ, quo in casu sufficit examen in forma dignum. Ita respondit sæpiùs S. Congregatio Concilii apud Parisium *lib.* 10. *de resign. q.* 7. & in dicta Chariensi toties relata die 28. Iulii 1662.

CONSVLTATIO IV.

An Episcopi eijcere possint reos, eorumque bona ex Ecclesijs? Et an Nuncijs Apostolicis concedenda sit extensio facultatis eiusmodi eiectionis in toto Regno, vel Prouincia, ipsis demandata? Vbi de abusu immunitatis Ecclesiæ, eiusque remedijs, fitque satis expostulationibus Principum.

1 Asylum locus est sacer, & inuiolabilis, ad quem confugientes sine summo piaculo fas non est rapere & auellere. Eius originem, & initium ad tempora nepotum Herculis referunt, eosque auctores illius faciunt. Cùm enim Hercules migrasset è terris, nepotes eius auctore Seruio *in* 8. *Æneid.* timentes insidias eorum, quos auus afflixisset, Athenis primi omnium Asylum, hoc est templum Misericordiæ construxerunt, curaruntque decretum fieri, vt qui eo confugissent, inde non possent abduci, & auelli. Quod Statius etiam affirmat 12. *Thebaidos*. Meminit etiam Plutarchus in vita Thesei, Seruius, Polydor. Virgil. *lib.* 3. *c.* 12. *de inuent. rer.* & Lodouic. Viues in *c.* 34. *lib.* 1. *de Ciuit. Dei Augustini*. At Gilbertus Cognatus *narrat. lib.* 4. Asylorum originem ad Nembrothum referre videtur. Sic enim inquit: *Nimbrot Gigas Babilonicus, filio suo primogenito amisso, ad lenimen sui desiderij statuam posuit, & erexit auream in Templo, & in Palatio], quam tanquam Deum, colere capit, & ad eam confugientes homicidæ, latrones, & capitalis supplicij rei, statim venia codicillari donabantur.* Alexander ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 20. primum Cadmum, dum Thebas conderet, Asylum aperuisse dicit, ad quod confugientes sine discrimine serui, aut liberi ab omni pœna tuti erant. Hos diù post imitati sunt Romulus, & Remus, qui asylum obstruxerunt inter arcem, & Capitolium, & quatenus loco Intermontio nominato, omnesque receperunt, neque seruum Dominis, nec creditoribus nexum, nec Magistratibus dederunt homicidam, sed inuiolatum locum ex Oraculo Appollinis præstare se, asseruerunt, vt sic multitudo eorum hominum, qui alibi ob facinora sua tuti non erant, eo conflueret spe impunitatis ad nouam Vrbem condendam, incolendamque, Liu. *lib.* 1. *ab Vrb. cond.* Dionys. *lib.* 2. Plutarch. *in Romulo*, & Ouid. *lib.* 3. *fast.* ac Virgil. *in* 8. *Aenead.*

2 Cui verò Diuo, Diuæque Templum hoc à Romulo pro Asylo erectum fuerit, non constat. Etiam Dionysius ignorare se id dicit. Sunt qui arbitrentur, dicatum fuisse Veioui. Celebratur tamen Asyli locus 4. non. febr. teste Ouidio *lib.* 2. *fast.* & Viues *vbi supra*.

3 Apud Israelitas Asylorum author, sed iussu Dei, extitit Moyses. Is in suis legibus pluribus locis ciuitatum refugij mentionem fecit, veluti *Exod.* 21. *Num.* 25. *Deuter.* 19. vbi constituuntur ab eo tres refugii ciuitates cis Iordanem, & totidem vltra Iordanem, & in omni Israele tantùm sex refugii Ciuitates fuerint. Tamen *Deuter.* 19. tria alia addi iubet, quando terram illorum amplificauerit Dominus. In suis Ciuitatibus tutus erat quicumque eò confugiens imprudenter se cædem commisisse probare poterat, non tamen egredi ei licebat sed illic vsque ad mortem Summi Pontificis manere cogebatur, tunc demùm in patriam reuerti licebat. Quod si extra fines Asyli egressus fuisset, eum vindex inuentum impunè occidere poterat. Si verò prudenter cædem fecisse conuictus esset, sub Iudice pœnas morte luebat.

Immunitas autem hæc deinde à Iudæis exemplo sumpto ad templa Christianorum translata est.

4 Inter igitur Asyla sanctiora Ecclesia in primis refertur. Quamobrem & asyla Templa dicta, vt apud Liuium *lib.* 35. ea religione, & eo iure sancto, quo sunt Templa, quæ Asyla Græci vocant. Asylum sacros terminos, quibus setuis esset securitas, dixit Iulius Pollux *lib.* 2. *Onomast. cap.* 10. Hæc autem Ecclesiarum immunitas in fauorem Religionis, ac diuini Cultus introducta est; omnes enim nationes cuiuscumque Sectæ, aut Religionis tantùm tribuerunt Numini supremo ac Deo, vt ad suam tutelam confugientes, ac supplices, inuiolabiles, & à vi immunes conseruauerint, & eos, qui violassent, dignos ira Dei, & pœnis arbitrati fuerint, vt abundè docet Tholosanus *lib.* 33. *Syntagm. Iur. cap.* 21. & 22. & Ethnicorum, Iudæorum, Christianorum moribus, legibus, ac gestis.

5 Prima immunitatis huius institutio fouendæ Reipublicæ vtilissima, & Ciuitatum Conditoribus ideò introducta, *ne humilioris sortis homines à potentioribus iniuriam paterentur*, vt definitur à Martiano Augusto *l.* 6. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* illud est, quòd in Constitutionibus habetur, *qui propter potentem personam ad Ecclesiam confugerit*, quod & iure canonico pari ratione est cautum *cap. Inter alia, de immun. Eccles.* Quæ omnia sunt intelligenda, modò ad aram, vel templum fugiens iniuriam alteri non intulerit; nam illata iniuria poterat ab ara ipsa auelli, Calistr. I. C. *l.* 28. *ff. de pœn.* Pulcberrima est Cæstii dissertatio apud Tacitum *Annal. lib.* 3. *Fassus quidem est Princeps instar Deorum esse, sed addidit neque à Dijs iniustas supplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliudque Vrbis templum perfugere, vt ea occasione arrepta flagitijs magis ac magis inquinetur.* De quo ritu multa egregia Iustus Lipsius ad eundem locum.

6 Hinc Demetrius concedens genti Iudæorum complura priuilegia, inter cætera adiecit 1. *Machab. c.* 10. *v.* 43. *Et quicunque confugerint in Templo, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij Regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa, quæ sunt eis in Regno meo, libera habeant.* Quia olim etiam Nomen, seu Dei reuerentia faciebat confugientes ad aram Templi tutos regulariter, vt ibi necari non possent, vt prohibuit Sacerdos Ioiada Athaliam occidi in templo Domini 4. *Reg. cap.* 11. *v.* 15. Et Salomon in dedicatione Templi inter cætera, quæ rogauit Dominum, addit: *Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, quia peccaturus est tibi, & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi*

in

in Cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum, 3. *Reg. cap.* 8. *v.* 33. Exprobrauit Christus Iudæis homicidium Zachariæ filii Barachiæ, quem occiderant inter templum, & altare, cuius vindictam in illis futuram prædixit apud *D. Matth. cap.* 23. *v.* 35. vltra vindictam, quæ sumpta erat de Rege Ioa, & populo, à quibus ita necatus est 2. *Paralip. cap.* 24. *v.* 22. Sigibertus, Marianus Scotus, Platina, & Cratzius *lib.* 2. *cap.* 1. *Metropol.* institutum hoc apud Christianos ad Bonifacium referunt, qui Pontificatum Romanum tenuit circa annum 623. Is, inquiunt, primus Pontificum iussit aras, & Ecclesias esse reis Asyla ita, vt fugiens aliquis quouis crimine patrato ad sacras ædes violenter inde non abstrahatur. Reperio autem vsum Asylorum apud Christianos antiquiorem esse, & ante Bonifacium hunc, non solùm à Pontificibus, & Concilii institutum fuisse, sed ab Imperatoribus quoque confirmatum. Quòd etiam fatetur Genebrardus *in Chronog. sua fol.* 672.

7 Petrus namque de Natalib. *lib.* 2. *cap.* 22. *catal. Sanct.* indicat, Syluestrum primum Constantini Magni tempore decreuisse, *vt, si quis mortis reus ad Ecclesiam confugeret, iudicium mortis euadat*. Fuisse etiam inter Christianos in vsu Asyla Basilii Magni, & Valentis Imperatoris tempore, ex narratione eius historiæ patet, quæ extat in Nazianzeni oratione, quam in funere Basilii habuit, vbi sic ait: *Accidit, vt Præfectus Valentis Imperatoris assessorem haberet, qui nobilem quandam fœminam miserè deperibat, cupiebatque illam vxorem ducere; at ea recusabat, Præfectus assessori studebat, vnde vis afflictæ mulieri parabatur. Quare illa confugit ad Ecclesiam; Basilius autem protexit eam iure Asyli, quod Templis, & altaribus concessum fuerat.*

8 Auxerunt numerum Asylorum Imperatores post ea tempora, qui priuilegia fanorum Gentilium Sacris Christianorum Aedibus contulerunt. Testantur hoc Theodosius, & Valentinianus Augusti in *Constit.* ad Antiochum Præfectum prætorio & Coss. vbi hac ratione vtuntur. *Cum illi, qui idola adorabant, & in maxima veneratione in ea vanitate versabantur, arasceteris Sacerdotibus commiserunt, & templa quasi terris eminentiora constituerint, quantò magis decet nos, nostram Religionem colere &c.* Item. *Aram Salutis in nostris quoque statutis vetustas constituit, & qui vestigia nostrarum imaginum consequuntur nimis aduersæ fortuna liberati, & securi redduntur. Cum igitur statuas tangere propter Imperialem venerationem supplicibus tantùm auxilij præstes, quantum oportet præsidij ad Sanctissimas aras confugientibus præstare?* Honorius quoque, & Theodosius legibus cauerunt, *vt qui aliquos ab aris, & Templis vi abstraxissent, crimen læsæ Maiestatis incurrerent*, vt habetur *in Cod. lib.* 1. *tit.* 11. *de his, qui ad Eccles. confug. l. fidelis*. Socrates etiam *lib.* 5. *cap.* 6. suæ historiæ narrat, *Eutropium quemdam ex proceribus Arcadij Imperatoris cupiuisse admodum se vlcisci de ijs, qui ad Ecclesiam profugerant, cumque per legem id ei non liceret, ab Imperatore legem extorsit, qua Templis ius Asyli abrogaretur, sed paulo post contigit, vt ille ipse Eutropius cum quibusdam familiaribus Cæsaris in dignationem incurrerit, quare, ne caperetur, ad Ecclesiam confugit, quod tamen ei nihil profuit*. In hunc virum præsentem Chrysostomus grauiter concionando inuectus est, dicens: *Ecclesiam illum defendere non posse, qui priuilegium libertatis ei abstulisset.* Augustinus *Ep.* 187. Bonifacio Comiti, qui Africam Romanorum nomine administrabat cùm vi rapuisset quemdam ex Templo, scribit, *se vehementer mirari, quod hominem inde abstraxisset, mandatque, vt incolumem quam primùm restituat, ni excommunicationis pœnam incurrere velit.*

9 In Synodo Arausicana circa annum Domini 440. celebrata *ca.* 5. sancitur, *vt Confugientibus ad Ecclesiam loci Sancti reuerentia, & intercessione liceat esse tutis. dist.* 87. *ca. Eos, qui ad Ecclesiam.* In Concilio Aurelianensi I. anno Domini 512. celebrato *ca.* 5. sancitur, *si homicida, adulter, fur ad Ecclesiam confugerit, vt inde eum abstrahere non liceat* 17. *quæst.* 4. *ca. Id constituimus.* Idem etiam præcipitur in Aurelianensi Synodo 4. anno 550. habita *ca.* 21. quo sancitur non tantùm, *vt hoc ius ab Episcopis Ecclesijs conseruetur, sed illos etiam excommunicari vult, qui facere id neglexerint*. In Ilardensi Synodo sub Symmacho Papa habita circa annum Domini 508. *ca.* 8. ita statuitur: *Nullus Clericorum seruum, vel discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quòd si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dederit, segregetur* 17. *quæst.* 4. *cap. Nullus Clericorum*. In Toletana Synodo 12. anno Christi 681. celebrata *ca.* 10. decernitur, *vt nullus eos, qui ad Ecclesiam fugiunt, intra triginta passus ab ea auellat, aut capiat.* 17. *quæst.* 4. *ca. Diffiniuit Sanctum Concilium*. In Concilio Maguntino anno 713. habito *ca.* 39. ita sancitur: *Reum confugientem ad Ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnam, vel ad mortem, vt honor Dei, & Sanctorum eius conseruetur, sed Rectores Ecclesiarum pacem, & vitam, ac membra eius obtinere studeant, tamen legitimè componat, quod iniquè fecit.* Vrbanus in Synodo Claramontana constituit, *vt qui ad Ecclesiam, vel Crucem confugerent, data membrorum impunitate, iustitiæ tradantur*. Vincentius *in specul. histor. lib.* 26. *cap.* 91. factum anno 1065.

Sic etiam num hodiè confugientes ad Ecclesias euelli 10
inde iure communi propter loci Religionem inuiti non possunt, vt ait Leo Cæsar *in l. Præsenti* 6. *Cod. de ijs qui ad Eccles. confug.* Ijdem Theodosius quoque, & Valentinianus *in l. pateant* 3. *eod. tit.* legem hanc immunitatis Ecclesiæ constitutione firmarunt, atque pro asylo omnia, quæ Ecclesia continentur vsque ad extremas fores Ecclesiæ constituerunt, confugientibus eò sine armis, statuta & pœna, vt qui propria authoritate confugientem auulserit, extraxeritue, verberibus affectus, rasusque relegetur. Cuius meminit Constantinus Harmenop. *lib.* 2. *Promptuar. iur. tit.* 9. D. Augustinus ad D. Bonifacium *cap. Miror* 17. *quæst.* 4. Eum, qui hominem ad Ecclesiam fugitiuum rapuerat, punit primum, ne eius oblationes à Clericis susciperentur, dehinc communionem interdicit, donec pœnitentiam egisset. Gelasius *in cap. Frater ead. q.* reo eiusdem criminis Ecclesiarum omnium inhibet ingressum ex d. Concilio Ilerdensi *ca. Nullus Clericorum cap.* 17. *quæst.* 4. *segregatur quoque ab Ecclesia*. Concilium Triburiense *ca. Siquis contumax ead. q.* pœnam arbitrio committit Episcopi, & mulctam statuit nongentorum solidorum. Lucius III. *in cap. Cum Ecclesia* 5. *de immun. Eccles.* statuit in hæc verba. *Cum Ecclesia Dei secundum Euangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum, seculares Iudices causas, vbi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur in Ecclesijs, vel cæmeterijs agitare sub interminatione anathematis prohibemus; absurdum enim est, & crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tutela refugij constituta.* Rursum Innocentius III. *cap. Inter alia* 6. *eod. tit. Iuxta sacrorum statuta Canonum, & traditiones legum Ciuilium ita duximus distinguendum, quod fugiens ad Ecclesiam aut liber, aut seruus existit. Si liber quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam; sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam; super hoc tamen, quod iniquè fecit est aliàs legitimè puniendus. Et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentata, vel publica strata obsidet aggressionis insidijs, ab Ecclesijs extrahi potest, impunitate non præstita, secundùm Canonicas Sanctiones. Si verò seruus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua Dominus eius iuramentum Clericis præstiterit, ad seruitium Domini sui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à Domino poterit occupari.* Sic in d. Concilio Maguntino I. *cap.* 39. & *lib.* 5. *capitular. cap.* 90. In iure ciuili, *l.* 3. *Cod. de his, qui ad Eccles.*

Extat Constitutio Honorij, & Theodosij Imperato- 11
rum

rum superiùs relata, qua asylorum violatio ad crimen læsæ Maiestatis pertinet. Memoratum Concilium Toletanum 12. *c. 10. & c. diffinimus 17. quæst. 4.* asylum Ecclesiæ extra Ecclesiam etiam constituit intra triginta passus, vtque non inde extrahantur serui confugientes à dominis, nisi præstita cautione, quod eis iniuriam non inferrent ob eam causam. Quod & aliorum alijs constitutionibus cauetur, *c. Metuentes, c. Id constituimus 17. quæst. 4. l. fin. §. fin. Cod. de ye, qui ad Ecclesf. confug.* & à Leone Imperatore *in d. l. Præsenti* capitale supplicium imponitur inuadenti, & abstrahenti confugam ab Ecclesia, pro quo adeundus Episcopus, & Clerici Ecclesiæ, reuerentia Religionis, & loci non violata, confirmantur priuilegia Ecclesiarum, Clericorum, & confugarum *in l. si qua per calumniam 22. Cod. de Episcop. & Cler.* Ex Constitutione verò Gregorij XIV. *Cum alias*, quæ est 7. §. 9. extrahens reum de loco Sacro, aut ei in loco Sacro existenti aliquid nocumenti inferens in personam, aut bona, quæ secum intulit, incurrit in Excommunicationem; ita enim in ea sancitur. *Si quis quacumque dignitate, vel authoritate præditus quidquam præter, aut contra huiusmodi nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.* Et ita inferri excommunicationem latæ sententiæ per hæc verba, testantur Genuens. *in prax. cap. 17. num. 1.* Farinac. *de immun. Eccles. num. 311.* Castropalao *tom. 2.* de Relig. *tr. 11. disp. vn. pun. 12. n. 13.* Italia *de Imm. lib. 1. c. 6. §. 2. v. 26.* Floron. *p. 1. de casib. reser. cap. 2. §. 4. n. 8.* Ricc. *collect. 1792. p. 5.* Bonac. *disp. 3. de legib. quæst. 7. §. 6. num. 5.* Bellet. *in disquis. cler. tit. de fauor. cler. real. §. 4. num. 39.* & latè Boss. *sect. 1. de iubil. cas. 2. num. 9.*

12 De iure autem communi seclusa hac constitutione nulla erat in hoc casu censura latæ sententiæ, sed ferendæ, vt Farinac. *num. 312.* cum pluribus, quos adducit *num. 311.* & Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 13.* Sanchez *opuscul. lib. 3. cap. vn. dub. 32.* qui ponit praxim pro locis, in quibus non viget Constitutio Gregorij. Neque obstat *d. c. Diffinimus 17. quæst. 4.* vbi si quis extraxerit reum de loco Sacro, aut aliquid nocibilitatis eidem ibi existenti intulerit, excommunicationis Ecclesiasticæ subiaceat. Nam respondetur, illum esse canonem Concilij Toletani, non œcumenici, sed prouincialis.

13 Hæc autem excommunicatio secundùm veram, & stylo Curiæ receptam sententiam est reseruata Summo Pontifici. Nam excommunicatio iure lata contra violantes libertatem Ecclesiæ est reseruata Papæ, vt probat Farinac. *num. 315.* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 15. quæst. 10. num. 19.* & nos alibi; estque contra Genuensem *cap. 22. num. 3.* Bonacinam *in decalog. disp. 3. quæst. 7. §. 6. num. 18.* Dianam *resol. 41. tr. 1. de immun. Eccles.* Quòd certissimum est ex decreto Sac. Congregationis Immunitatis anno 1631. edito, & ex decreto Clementis VIII. de quinque casibus reseruatis cum derogatione ad omnia priuilegia. Siquidem ex decreto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium iussu Clementis VIII. edito anno 1601. die 9. Ianuarij Sacerdotes omnes tam seculares, quàm Regulares in Italia extra Vrbem Romam prætextu priuilegiorum præsumentes absoluere à casibus clarè, vel dubiè contentis in Bulla Cœnæ, siue aliàs Papæ reseruatis, vel à casibus reseruatis ab Ordinarijs locorum, incurrebant excommunicationem, priuationem officiorum, & dignitatum, & beneficiorum, & inhabilitatem ad confessiones audiendas, & ad quæcumque officia, beneficia, & prælaturas imposterum obtinenda, nisi absoluerent pœnitentes in mortis articulo constitutos, vel extra mortis articulum cum licentia expressa in scriptis obtinenda, & ab ordinarijs exhibenda, & absolutio, & dispensatio dictarum pœnarum Papæ reseruata fuit.

14 Illa autem particula *clarè, vel dubiè* intelligenda est de dubio iuris propriè dicto, idest negatiuo, seu cum æquali suspensione pro vtraque parte, non autem de dubio positiuo, quando essent hinc inde probabiles sententiæ, vt Graff. *lib. 1. de casib. reseru. num. 51.*

15 At postea anno 1602. die 26. Nouembris eadem Sacra Congregatio iussu eiusdem Clementis VIII. edidit secundum decretum declarans, & moderans illud primum, & statuit, vt in dictam censuram, & pœnas incurrant solùm ij, qui, vt supra, absoluent à casibus in Bulla Cœnæ. Item si absoluant ab aliquo ex quinque casibus infrascriptis, Papæ reseruatis, idest violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorij XIV. violationis clausuræ monialium ad malum finem: prouocantium, & pugnantium in duello iuxta decretum Tridentini, & Constitutionis Gregorij XIII. Inijcientium violentas manus in Clericos iuxta *c. Si quis suadente 17. quæst. 4.* ac iuris dispositionem Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item qui absolueret à Casibus, vel censuris, quos, vel quas Ordinarij locorum sibi reseruauerint. Pœnam autem illam inhabilitatis audiendi confessiones sustulit, & statuit, vt licentiæ etiam sola voce concessæ absoluendi à dictis casibus suffragentur. Hoc decretum confirmatum fuit plenioribus clausulis derogatorijs à Paulo V. anno 1617. die 7. Ianuarij decreto edito. Quòd explicat Franc. Leo *p. 3. cap. 38. num. 189. & seq.* Homobon. *de casib. reseru. p. 1. pag. 14. & 15.* Dian. *resol. 13. tract. 2. tom. 2. & resol. 73. tr. 4. tom. 2. §. notandum.*

16 Eadem Sacra Congregatio mandato Vrbani VIII. alio decreto anno 1628. die 17. Nouembris declarauit nullius priuilegij vigore etiam postea à Sede Apostolica confirmati, posse absolui à casibus Ordinarijs reseruatis tam extra, quàm intra Italiam extra Romam. Et idem ait de excommunicationibus in Bulla Cœnæ etiam intra Romam. Denique declarat solùm facultatem absoluendi ab alijs casibus non esse sublatam extra Italiam.

17 Est itaque hæc excommunicatio Papæ reseruata, proceditque etiam in attentantes extrahere, etiam effectu non subsequuto, vt patet ex Constitutione, Farinac. *num. 322.* & nos *alibi*. Item procedit contra quoscumque extrahentes, vel offendentes, siue sint personæ publicæ, siue priuatæ. Et quidem si priuatæ personæ extrahant, vel offendant ex Mandato Magistratus, res est certa, vt idem Farinac. *num. 324.* Si autem priuata tantùm potestate, vt ex inimicitia, dubia est quæstio: Nam aliqui dicunt, non incurrere in hanc Censuram, quia Constitutio Gregorij solùm loquitur de lædentibus immunitatem Ecclesiasticam publica potestate, vt patet legenti. Et ita tenet Gambacur. *lib. 8. cap. 7. num. 4. & 5. de Immun.* Et cum die 14. Maij 1669. dubitaretur in Sac. Congregatione Immunitatis, vtrùm cognitio extractionis factæ à persona priuata, absque eo, quod ante, vel post extractionem esset aliqua controuersia iurisdictionalis, spectet ad ipsam S. Congregationem, negatiuè resolutum fuit.

18 Præscindendo autem ab hac constitutione, de iure communi extrahens, occidens, percutiens, vulnerans, aut aliàs offendens existentem in Ecclesia ex priuata authoritate non est ipso iure excommunicatus, vt Abb. *in cap. Cùm pro causa num. 5.* post Glos. Innoc. & Io. Andr. *ibid. de sent. excom.* Card. *ibid. in prin.* Anchar. *num. 4.* & Felin. *nu. 3.* At si loquamur in ordine ad actum extractionis de loco sacro, existimo locum esse pœnis Constitutionis Gregorij. Quòd etiam tenet Bonacin. *de censur. in partic. disp. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 14. num. 9.* Castropal. *num. 4. loc. cit.* & consentit Filiuc. *tr. 15. num. 148. in fine*, dum ait, hanc censuram quoad personas esse vniuersalem. Et ita sæpè videmus tales ab Ordinarijs locorum declarari in dictam excommunicationem incurrisse. Secùs puto, si solùm quis ibi eum offenderet priuata potestate, vt vulnerando, aut occidendo, non ex intentione, seu causa extrahendi; quia tota Constitutio Gregorij loquitur solùm de violatione immunitatis in ordine ad extractionem. Verùm est, quod mutilans, vel occidens in Ecclesia, vel Sacro Cœmeterio

rio

tio incurrit pœnam priuationis immunitatis loci Sacri.

19 Hanc autem excommunicationem incurrens non est absoluendus, donec non restituat reum loco Sacro, vt Sanch. *lib. 6. opusc. c. 1. dub. 7. n. 1.* cum Paz, & Gregorio Lopez Farinac. *de Immun. n. 311. in princ.* Clerici verò, & Episcopi tradentes reum Curiæ sęculari in casibus non exceptis, non præmissa cautione, & protestatione impunitatis circa corpus rei, si inde mors rei, aut mutilatio sequatur, incurrunt irregularitatem, Suar. *de censur. disp. 47. sect. 1. n. 11.* Sayr. eodem titulo *lib. 6. c. 18. n. 5.* Roderic. *q. regul. 52. ar. 4. to. 2.* Si autem cum protestatione, & cautione pręfata illum tradant, non incurrunt in casibus, etiam non exceptis, irregularitatem de iure communi; quia id licitum est, eisq; permissum, vt *c. Id constituimus, & c. Reum 17. q. 4.* At cum ex constitutione Gregorij, scilicet vbi est vsu recepta, hodiè non liceat tradere reũ in casibus non exceptis, puto eos incidere in irregularitatẽ; quia illa protestatio est contraria facto, & protestatio in actu illicito non releuat; maximè cum sit actio per se periculosa. Et quia peccarent nõ solùm contra Religionem violãdo Ecclesiæ immunitatẽ, sed etiam contra iustitiam, & ius rei, eum spoliando iure, quod ei Sũmus Pontifex, seu Ecclesia concedit, *vt d. c. Reũ ad Ecclesiam 17. q. 4.* & probabiliorem ait Sãch. *opusc. lib. 3. c. vn. dub. 17. n. 2.* & magis communẽ appellat Farin. *n. 324.*

20 Si tamen Clerici non defendant reum, neq; tradant, sed permittant eum extrahi, habendo se merè negatiuè, tunc non puto eos incurrere irregularitatem; quia non peccant contra iustitiam, sed contra charitatem. Neque enim tenentur ex officio tueri reum ob ius reo competens, sed Ecclesiæ, & ita concordari possunt opiniones contrariæ. Cauendum tamen est Clericis, dum volunt reum tueri in loco Sacro, ne id faciant armis, seu aliàs cum periculo Sanguinis; quia Ecclesia non est defendẽda more Castrorum; sed vel fores claudendo, aut reum retinendo, & abstrahendo de manibus illorum, etiam laicos ad hoc auxilium vocando, vel per censuras Ecclesiasticas tuendo immunitatem Ecclesiæ, vt Suar. *lib. 3. de censur. c. 13. n. 4.* Sanchez *opusc. lib. 6. c. 1. rubr. 7.* Bellett. *p. 1. de fauor. Cler. real. §. 4. n. 43.* Laym. *lib. 4. tr. de immun. c. 3. n. 14.* Itaque si mors sequatur, aut mutilatio ex facto Clericorum defendentium, ipsi erunt irregulares. Infamiam quoque iuris, & irregularitatem incurrit, qui damnatus fuerit in iudicio de crimine hoc violatæ immunitatis Ecclesiæ; quia est crimen publicum, & capitale, ac læsæ Maiestatis, vt *d. l. fideli, & l. Præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* & S. Gregor. *Ep. 54. lib. 11. c. In primis, §. de persona Ianuarij 2. q. 1.* Damnatus autem de crimine lęsæ Maiestatis, aut alio publico iudicio efficitur infamis, & irregularis, *l. 1. §. Remouet, de postulat. l. 1. v. qui in iudic. ff. de his, qui not. inf. an. l. Infamem ff. de public. Iudic.* Et idem est de damnato pœna, seu iudicio capitali; quia ex genere pœnæ infamia iuris eo ipso afficitur, *d. l. 1. §. Remouet, & §. secundò loco, ff. de post. l. Cognitionum, ff. de var. & extra ord. crim.*

21 At quorsum hæc? Vt agnoscatur quod Templum Domini alienum debet esse à crudelitate, & seueritate; quia & Deus in templo Sancto suo habitat, Matth. 23. *v. 21.* quicumque iurat in illo, & in eo, qui habitat in eo; qui misericordiam faciendam negant, ipsum Christum, qui est misericordia, negant, *c. omnis 7. q. 1.* Supplices fatentur culpam, & venialis est culpa, quam sequitur professio delictorum, *c. Serpens 47. de pœnit. d. 1. Venite,* inquit Christus, *ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, Matth. c. 11.* Et Ecclesia nemini claudit gremium, non nouit etiam iudicium sanguinis, nec fundit suo iudicio, nec licet Ecclesiasticis tale iudicium proferre, vel subscribere, *c. Clericis, c. Sententiam sanguinis, ne Cler. vel Monach. c. In Archiepiscopatu, de rapt.* Quamobrem nec prius reos ad se confugientes restituit, quàm & caueatur de securitate vitæ, & membrorum abscissione redditorum, *d. c. Reum, c. Metuentes, c. Constituimus 17. q. 4. c. Reos 23. q. 5. c. De raptoribus ea q.*

22 Verùm enim verò cùm possint abuti homines Sacrosanctis etiam mysterijs, ipsaque fide, non mirum erit, si Sacrosanctarum Ecclesiarum immunitate quoque abuti nitantur; quemadmodum & Ioab voluit Templo abuti, confugiens ad cornu altaris, cuius crimine conatus est se liberare à mortis pœna, quam meruerat ob proditoria, & impijssima homicidia perpatrata, 3. *Reg. c. 3.* Theodericus Rex apud Cassiodorum *lib. 3. var. Ep. 47.* eò confugientem pollutum homicidio collegæ à morte liberauit, & relegauit in Insulam Vulcaniam. Sunt qui ad Monasterium transeunt, vt lateant potiùs, & effugiant vindictam criminum, quàm vt ad veram conuersionem, & remedium animarum, ac pœnitentiam redire decreuerint, delinquendi animum retinentes. Quod præuidens Iustinianus Imperator in Nouel. *5. de Monachis §. hunc autem*, statuit, probationem triennij adhibendam ante Monachismi professionem, vt cognita esset eorum mens, & honestas; quia non facilis, inquit, vitæ mutatio, sed cum animæ fit labore, & ne alioquin Monasteria fiant foueæ latronum, ne detur refugium à vitijs pessimis vitæ malignæ, & furtis sub simulatione monasticę conuersationis, & ne eò potiùs propter turpitudinem vitæ diffugiant, quàm pro veritate sanctimoniæ habitum concupiscant. Multos inquit Leo *Constit. nouel. 10.* fugiendi dominos suos occasionem cępisse, ac re honesta Monasticæ vitæ professione ad tegendam malitiam abuti videmus, ibique remedium, vt loco pellantur.

Et Sixtus V. grauissimã Constitutionem edidit *Cum de omnibus* 71. in qua statutum fuit, ne in Religionem quisquam recipiatur ad habitum, vel professionem, nisi præcedente scrutinio, seu inquisitione de parentibus, patria, vita, & moribus, & cum informatione fide digna, quod tales non sint rei, neq; suspecti grauiorum criminum, vt homicidij, furti, latrocinij, vnde damnati sint, vel periculum sit, ne damnentur. Item vt constet, eos non humana, sed diuina ratione moueri, & de his omnibus in Capitulo Generali, vel Prouinciali plena, & certa fide facta à Generali, vel Prouinciali, & Diffinitoribus approbati admittantur. Statuitque, vt criminosi, aut suspecti criminum, vt suprà, inhabiles sint ad professionem, itaut professio eorum sit nulla. Rursus statuit, vt sit nulla professio, si sine scrutinio supradicto receptio fiat, & vt expelli debeant. Tertiò, vt recipiens supradictos inhabiles ad habitum, vel professionem, siue sit Superior, siue alius Religiosus, vt Diffinitores, & Capitulares, ipso facto incurrat priuationem vocis actiuæ, & passiuæ, officiorum, graduum, honorum, dignitatum, obtentorum, & inhabilitatem ad huiusmodi de cætero obtinenda. Quartò, vt Curia secularis contra tales malę receptos nihilominùs procedere possit ciuiliter, & criminaliter. 23

Quamuis posteà Clemens VIII. Cõstitutione sua *In suprema* 83. Constitutionẽ Sixti moderatus sit. In qua primo oblata est nullitas professionis in omnibus casibus dictæ Cõstitutionis, idest, siue in casu, quo criminosi recepti fuerint, siue in casu, quo receptus quis fuerit sine scrutinio, seu informatione, & reduxit in hac parte illã ad terminos iuris communis. Secundò statuit, vt pœnæ contra Religiosos superiores admittẽtes ad habitum, & professionem contra supradictam formam locum habeant ita, vt isti incurrant nihilominùs in pœnas prædictas, non tamen procedant illæ pœnæ contra alios Religiosos participantes, vt Diffinitores, vel Capitulares suffragium dantes. Et de hac moderatione tractat Sãch. *in decal. lib. 4. c. 19. n. 21.* vbi latè id explicat, & *lib. 5. c. 14. n. 61.* Quare, attenta hac moderatione, hodiè cuiuslibet criminosi etiam ad iudicium delati, etiã in fraudem fori sęcularis Religionem ingredientis, professio est valida, nisi aliàs ex Constitutionibus Religionis illius à Papa specialiter super hoc approbatis, irritetur, & est valida etiã si sine informatione præuia recipiantur. Item hodiè non prohibetur criminosis ex sua deuotione Religionem ingredi, non in fraudem; quia sic est de iure communi, Couar. *pract. q. c. 32. n. 4.* Mirand. *to. 1. man. q. 19. ar. 8. ante fin.* Filiuc. *tr. 16. n. 265.* & de magis communi testantur Clar. *§. fin. q. 36.* Gutier. *pract. q. 5. n. 2. lib. 1.* Si tamen habet impedimentum secundum Cõstitutiones Religionis irritans, siue solùm impediens, tenetur illum reuelare Superioribus, ad quos pertinet admittere, & non potest illud citra peccatum mortale occultare, ad hoc vt recipiatur, Abb. *in c. Innotuit n. 6. de elect.* Suar. *to. 3. de relig. lib. 5. c. 7. n. 18.* vbi ait, quando impedimentum non irritat, tunc Superiores considerare debere, an de iure communi licitè recipi possit ex natura rei, considerata decentia, & vtilitate personæ ad talem statum. 24

Quod si criminosus Religione ingrediatur bona fide, & non in fraudem, non poterit de cętero Iudex laicus con- 25

tra illum procedere vllo modo. Ita Couar. Miranda, Clarus, & Gutierez vbi ſupra cum communi ſententia. Si verò in fraudem ingreſſus fuerit, tunc remanebit ſubiectus foro laicali, ratione cauſæ, & bonorũ, ſed non in perſona. Vnde poterit Iudex laicus contra eum procedere puniendo illum in bonis. Quam ſentẽtiam de iure communi cõmunem ait Gutier. *n.* 3. & Clarus *ſupra*, & in terminis huius moderationis docet Filiuc. *loc. cit.* Bon. *ſuper Bull. Cœn. diſp.* 1, *q.* 16. *ſect.* 1. *pun.* 5. *n.* 10. Barthol. de Vecch. *in prax. nouis. diſp.* 12. *n.* 11. & Dian. *reſol.* 33. *tr.* 1. *to.* 2. licèt aliqui dicant neque in bonis poſſe puniri per Iudicem laicum, etiamſi in fraudem ingreſſus ſit, vt Martha *de iuriſd. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 121. *à n.* 22. & Dian. *ibid.* Si tamen criminoſus in fraudem ingreſſus iam antea fuit à Curia ſeculari carceratus, & contra fidem erupit, vel fuerat verbaliter degradatus, tunc Doctores dicunt poſſe à laico Iudice contra eum etiam in perſonam procedi. Abb. *in c.* 1. *de oblig. ad ratioc.* & de communi teſtatur Filiuc. *tr.* 16. *n.* 265. quod limitant niſi eſſet in Sacris; quia tunc eſſet prius realiter degradandus ab Eccleſiaſtico Iudice, præuia ſentẽtia, Laym. *lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 4. *n.* 11. Et ſimiliter poterit contra eum procedi in perſonam, ſi profeſſionem fecerat in carceribus laicis, vt Syluest. *v. Iudex n.* 6. *in fin.* cum Guilelmo Laudenſi.

26 Vt autem dicatur in fraudem ingredi ſecũdùm Conſtitutionem Sixti V. declaratoriam ſupradictæ Conſtitutionis, requiritur, vt interuenerit accuſatio, vel inquiſitio ſpecialis cæpta, id eſt de tali delicto contra talem perſonam, & quod dicta inquiſitio ſit legitima, ſcilicet præcedente infamia, aut ſemiplena probatione, Suar. *to.* 3. *de Relig. c.* 7. *n.* 17. & 18. Hodie tamen, quia ſeruandum eſt ius commune, ille dicitur in fraudem ingredi, qui fuit prius de delicto delatus in iudicio, vel diffamatus, vt tenet Molin. *diſp.* 49. *n.* 21. *tr.* 3. & magis communẽ ait Clarus *q.* 36. *v. Sed in hoc propoſito*, Et Filiuc. *tr.* 16. *n.* 265. Gutier. *pract. q.* 5. *n.* 5. *lib.* 1. & Dian. *reſol.* 26. *tr.* 2. *to.* 1. qua de re nos alibi ſcripſimus.

27 Nonnulli etiam impunitatẽ ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperãtes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, vel earum Cemeterijs committere non verebantur, quæ niſi per Eccleſiam, ad quam cõfugiunt, crederent ſe defendi, nullatenus erant commiſſuri; contra quos ſtatutum eſt, vt immunitatis Eccleſię non gauderent priuilegio *c. fin. de immun. Eccleſ.* Primùm quia nemo ſub ſpecie veniæ peccare debet, & ſe indignum venia fecit, *c. Illud, de Cler. excom. min. c. Quando quis, de conſecr. d.* 4. Tùm quia in eo priuilegio Eccleſiæ, in quod deliquit, puniendus eſt *d. c. fin. & c. literas, de temp. ordin. c. Paſtoralis de ſurepatr.* Facitque *l.* 3. *C. de Epiſc. audien.* ibi: *Reus maieſtatis de Domino, aduerſus quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet.* Et qui turbat ſeruitium diuinum, inde eiectus debet caſtigari, *l. fin. græca, iuncta l.* 5. *C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Sanxerunt legẽ Arcadius, & Honorius Ceſares in *l.* 1. *eod. tit.* vt Iudæi, qui reatu aliquo, vel debitis fatigati ſimulant ſe velle Criſtianæ Religioni coniungi, vt ad Eccleſias confugientes euitare poſſint crimina, vel pondera debitorum, arceantur, nec ante ſuſcipiantur, quàm debita vniuerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati, & ſeruatur Auenione. Et ita tenet Oldrad. *conſ.* 54. quamuis Doctores velint contrarium *ad cap. Inter alia, de immunit. Eccleſ.* & Felin. *ad cap. In nonnullis, de Iudæis.*

28 Et ſanè ſi ſpectetur forum multitudine mercantium refertum, quid rerum ibi agitur? An non iſtic ait Seneca *de ir. lib.* 2. tantundem vitiorum, quantum hominum? Alter in alteriùs exitium leui compendio ducitur: nulli niſi ex alterius damno quæſtus eſt; omnia perdita ob leuem voluptatem, prædamque cupiunt: plus committitur, quàm quod poſſit coercitione ſanari: certatur ingenti quodam nequitiæ certamine: maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecondia eſt: expulſo melioris, æquioriſque reſpectu, quocumque viſum eſt, libido ſe impingit. Nec furtiua iam ſcelera ſunt, præter oculos eunt; adeòque in publicum miſſa nequitia eſt, & in multorum pectoribus eualuit, vt innocentia rara ſit. Quam verè de vltimis mundi temporibus dictum Matth. 24. 12. *quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Hinc vndique veluti ſigno dato ad fas, nefaſque miſcendum concurritur, Beneficia in ſcelus verſa ſunt. Sanguini eorum non parcitur, pro quibus Sanguis fundendus erat, Senec. *lib.* 5. *de benef. c.* 15. Quid multis? Hoc maiores noſtri queſti ſunt, hoc nos querimur, euerſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi, idem Senec. 1. *de benef.*

29 Ac ne variæ, aut falſæ rei author videar, quæſo ne defugias paulìſper mecum vitam, actioneſque prauas noſtri ſeculi Doctorum examinare; quę vtinam non ad ſummum gradum iniquitatis, & malitię excreuiſſent. Ita enim apud illos iuſtitia rareſcit, ita impietas, & cupiditas, & libido crebreſcunt, Lactant. *de diuin. inſtit. proem. lib.* 7. *c.* 15. Nec mirum. Iſta enim flagitia perpetrant ex corrupto iudicio Immunitatis Eccleſiaſticæ. Perpetrant impunè, & cum ſucceſſu; nam honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit. Vt autem magis liqueat de quibus hæc ſint accipienda, partitionẽ faciamus. Nam, vt belliſſimè Cicero inquit: In cauſa partitio rectè habita illuſtrem, & perſpicuam totam efficit orationem; & magnoperè ad aperiendam materiam, & controuerſias conſtituendas pertinet; qui effectus, atq; vtilitas, ne hic nobis deſit, duo Decoctorum genera ponemus. Primũ eſt illorũ, qui fortunæ vitio decoquunt, & de his rectè aio cũ Iuriſconſulto *in l. Sancimus C. de pœn.* Nocentium odio Innocentes prægrauari eſt contra naturalẽ æquitatem; cenſet enim inhumanum planè eſſe, decoctorem fortunæ telis vexatum puniri, *l. Diuus, ff. de offic. Præſid.* Ideòque nec æquum, vt à nobis hoc loco perſtringatur; ſeù tanquam crimen turpè illius ceſſio, ſeu fallimẽtum, vt voce Iuriſconſultorum vtar, illi imputetur, ſi modò conſtet, illum abſque culpa ſua bonis ſpoliatum eſſe. Id, quod bonis viris multimodè euenire poteſt vel maris ſæuitia, vel pyratarũ furore, Benuenut. *tr. de decoct.* Tùm etiã aliorum incuria; quæ decoctio cũ ſit fortunę vitio facta, ideò ex decoctione nulla cedit infamia decoctori, Bald. *in l. Debitores, C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* Neque ex crimine contra eum agendum eſſe arbitror; nullum enim crimen admiſit, qui fortunæ vitio ſua decoxit, ac propterea ceſſat quæſtio de corporali cruciatu, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.*

30 Secundum genus eſt eorũ, qui ſuo vitio ſua decoquunt. Peſſimum quidem genus hominum, & nulla miſeratione dignũ; etenim adiuncta culpa miſeratione indignos reddit Benuenut. *eod. tr. de decoct.* Vnde apud antiquos contẽpti, atq; infames habiti, vt videre eſt in exemplo Craſſi, qui dicebatur diues; ſed eidem poſtea inopia turpẽ decoctoris ſuperlationem immiſit. Siquidẽ bona eius à creditoribus, quia ſolidum præſtare non poterat, venierunt. Itaq; amara ſugillatione non caruit, vt, cum egens ambularet, Diues ab occurrentibus ſalutaretur, Val. Max. *lib.* 6. *c.* 11. Ipſiſq; quondam commerciorum vſus interdictus; ſic enim lex 12. tabularum ſtatuit: *Quando bona nequitia veſtra diſperditis, ob eam rem vobis ære, commercioque interdico,* Iul. Paul. *ſent. lib.* 13. *tit.* 6. Immò & nomine Mercatoris indigni iudicati. Nec iniuria; nam iniuſtè mercaturam exercens, id eſt malus mercator, non eſt propriè mercator, ſed abuſiuè, & æquiuocè, ſicut mala conſequentia non eſt cõſequentia apud Dialecticos, Bald. *in conſ.* 74. Benuenut. *de mercat. p.* 1. *c.* 32. Nam non ſeruatis bonæ fidei regulis potius dicendi fraudulenti Doctores pecuniæ alienæ:

31 Apud iſtos artis laudatiſſimæ eſt, aſtutè, maleficèq; circumuenire, maximumq; bonũ iudicant opes, quas ſi bonis artibus aſſequi non poſſunt, malis aſſequuntur, fraudant, rapiunt, ſpoliant, inſidiantur, abiurant, nihil denique moderati, aut penſi habent, dũmodò auro coruſcent, argento, gẽmis, veſtibus fulgeant, auidiſſimo ventri opes ingerant, Lact. *lib.* 6. *c.* 1. *de ver. cult.* Hinc ad intercipienda aliorum bona, ſeù pecunias videbis eos, ad ſibi faciendam fidẽ confutis dolis agere, vel iactando ſe diuites, vel pretioſo veſtimento mentiendo, vel ædificiorum ſpecies extructiſſimas cõficiendo. Eſt hodie, inquit Liuius *lib.* 6. æris alieni magna vis, res damnoſiſſima, etiam diuitibus ædificando contracta. Tandem, vt copioſius ſuis malè fictis artibus aliorum facultates ſibi acquirant, conducta illis ſunt dicta ad iſtã fallaciam. In melle ſunt ſitæ linguæ eorum, atq; orationes lactæ, corda verò felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto. E linguis dicta dulcia dãt, corde amarè faciunt, Plaut. *Trucul.* Ideòque in quanto ære alieno multos hodie adhuc, cum illo Equite Romano ſocordes, atq; vecordes obambulare cõperimus? Non opus T. Antonij Milonis, quem ſeſtertium ſeptingenties æris alieni debuiſſe dicit, ac inter prodigia animi humani ducit Plin. *lib.* 36. *c.* 15. Nec neceſſe admirari C.

ri C.Curionem Tribunum Plebis, qui sexcenta æris alieni sestertia debuit, Val. Max. Vel cur recensebimus C.Galbam Sergij Imperatoris fratrem, qui attritis facultatibus Vrbe cessit? Sueton. Domestica exempla ante oculos versantur, eorum nempè, qui ingentes pecuniarum summas debent, istas scilicet redditur i apud Inferos, Alex. *lib.* 3. *c.* 7. Quique ob eam causam sibi malè conscij intra se concipiunt, vel consilium fugæ, vel confugij ad Ecclesiã; quod non est bonum consilium, sed ignominiosum, & infame. Atque ad tempus latitãt, donec cum creditoribus de portione capienda actũ, atque transactum sit. Vndè nobis nõ tantũ fori fugæ, sed & lucifugæ videntur, Mynsing. *in Inst. lib. 4. de act. tit. 6. §. Idem si quis in fraudem*; nec non Vlpiano *lib. 6. pandect. 28. tit. de euict.* Vespertiliones, qui grauati ære alieno, luce domi se continent, & ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt.

32 At consideremus malorum sentinam, quæ ex proprijs Decoctorũ actionibus promanat. Nulla causa incolumitati publicæ magis aduersa, quàm actio fraudulentorũ decoctorum. Est autem fundamentum benè cõstitutæ Reipublicæ conuentionum, ac promissionũ inter Ciues certa fides; quippè nulla res vehementius Rempublicã continet, quã fides, quæ esse nulla potest, nisi erit fidelis solutio rerum creditarum, Cicer. *lib. 2. offic.* At hac sublata per hos fraudum architectos, quis illã quoque tolli non videt? qua è medio ablata, & profligata quis dubitet breui Rempublicã interituram? Tum vel maximè, quod eodẽ pacto commercia labefactentur, quæ inuẽta sunt ad vitam hominum tuendam, eaque sunt vincula Ciuitatum, quibus remotis, quid tursus sunt Respublicæ, nisi corpora sine animabus? sed ea nullo modo vigere valent, vbi Decoctores malignitati suæ speciem libertatis inesse putant. Immò nec Reipublicæ malum funebtius, & seditionum, discordiarũque causa crebrior emergit, quàm cùm subditi bonis suis per callidos Decoctores exuuntur. An non sæpissimè ita fieri videmus? Decoctione facta ipsi creditores coguntur debitores tertia, quartaue debiti parte, aut in totum leuare. Quid ista concessione perniciosius? Meminerimus semel antiquæ cõcessionis nouarum Tabularũ, qua magni æris alieni conflatoribus libertas non soluendi concedebatur. Tullius nouarum Tabularum decreta labefactationem fundamentorum Reipublicæ vocauit. Seneca appellat rem Reipublicæ perniciosissimam beneficium nouarum Tabularũ. Nec minus hodie libertas, siue immunitas non soluendi, qua aliorum facultatem exhaustoribus conceditur perniciosa. Siquidem violandæ fidei, & Ciuitatis perturbandæ occasio maior desperatis hominibus præbetur. Profectò tollendum istud malum est è visceribus Reipublicæ, restinguenda ista flamma scelerata, & atrox, nè cum omnia comprehenderit, nos frustra postmodum furibundam, atque exultantem restinguere cupiamus, Porc. *latr. in Catil. declam.*

33 Inest præterea actionibus Decoctorũ periurium. Vndè quidam meritò ausus est exclamare, quid aliud est negotiantium vita, quàm fraus, atque periurium? Saluian. *lib. 3. de gubern. Dei.* Ideò in illorum ingenijs perfidia plusquã Punica, nihil veri, nihil sancti, Liu. *lib. 1. de bell. pun.* Domi habent animum, falsiloquum, falsificum falsiiuriũ, Plaut. *in Mil. glor.* Deindè cum quis capiat ad se per Decoctionem quæ sunt aliena, fieri non potest, quin vna amicitia, vinculumque fraternæ charitatis dissoluatur. Nam hæc nocere cuiuis interdicit, mandatque potius communes vtilitates in medium afferri, & mutuatione officiorum dando, accipiendo, tum opera, tum facultatibus deuinciri hominum inter se societates; ex cuius imperio ipsi, ne teneantur omnem iniuriam, læsionemque à suis propulsase, ideircò eam resecant, & Charitatis fraternæ fundamenta peruertunt, vt Tyrannorum more aliorum spolijs suas facultates, copias, & opes augeant.

34 Nec non decoctio secum trahit crimen furti. Quod si Cato fœneratorem Sicario assimilabat, leue profectò fuesit, si quis decoctorem fraudulentum Furem vocauerit. Siquidem de industria tot tenuioris fortunæ hominũ bona inuadit, tollit, atque euertit nequiter, idque astutis, & callidis artibus. Nos argumentis veritatem propositionis astruamus, si ex sententia Draconis legislatoris furto teneatur is, qui iumẽtum aliorsum, quàm quo vtendũ acceperat, deduceret, an non simili ratione Decoctores furto tenebuntur? Quippè qui pecunias aliorsum quàm quo vtendas acceperant, deducunt? Deducunt, cum eas concupiscunt, vt in voluptates suas insumant. Deducunt, cum istis spoliant proprios dominos, vt alijs Creditoribus in se debacchantibus satisfaciant. Quod fit, vt alios maiori pecuniæ summa fraudarent. Tum etiã Decoctores deducũt alienas pecunias aliorsum, quando eas callidissima fraude in filios, filiasque ditandas, atque dotandas conferunt. Neque enim solum nobis diuites esse volumus, sed liberis, aiebat Cicero 3. *offic.* quod ab his fit non iusta, æquaque ratione. Nam Fori desertores id agunt, vt plurimum liberos, ac hæredes suos locupletent, atque vt faciliùs nequitiam, & fraudulentia sua cæpta occultent suis liberis, hæredibus, alijsque necessarijs bona sua cedunt, ac trãscribunt.

At pergamus crimen furti in Decoctoribus demonstrare; si omnium iudicio is sit fur censendus, qui rem pignori à se datam, vel locatam ante tempus surripit; multò magis ille furti est damnandus, qui post expirationem temporis prefixi pecunias alienas, vt malè fidei possessor inuito domino, tenet, nec vult restituere. At verum est prius; etenim vsum fecit commodatione, conseo suque alienum, quem cum aufert, damnum dat alteri, & furtum facit, testantibus Iurisconsultis *in l. si quis, ff. de furto, l. In actione, §. qui rem, & l. si aues, ead.* Itaque verum quoque esse debet posterius, teste vel ipso Regio Propheta, qui ait: *Mutuabitur peccator, & non soluet, Psal. 36. v. 21.* Deindè is furtum facit, qui celat rem alienam, August. *Epist. ad Maced.* & sicuti relatum est *in c. 1. 14. q.* At qui foro cedũt sæpissimè pecunias celant, & occultãt, vel indicare recusant bona creditoribus, cũ quibus vel bona eorũ cum parte aufugientes, solent se non soluẽdo esse asserere. Quippè sunt tot, tantæque Decoctorum fraudes, vt nec dici, nec cogitari possint, & præsertim in occultandis rebus suis; adeò vt pro confesso teneatur à Iurisconsultis, fallitos, & fugitiuos mercatores posse torqueri, vt indicent pecunias eis ad mercandũ datas, quas nunc habere denegant, & dicunt illas perdidisse, & subtractas per Institorẽ fuisse, Boer. *dec. 215.* quocirca sequitur, eosdem ob causam talem furti accusandos esse. Postremò is committit furtum, qui inficiatur rem à se acceptam, vel apud se depositam, Danæus *in Ethic.* Leuit. 19. 11. Exod. 22. 17. Atqui illud fit sæpiusculé, cum scilicet Decoctores, quæ mutuo data sunt, se accepisse inficiantur. Igitur crimen furti committunt. Quid isto facto, & crimine turpius? qui enim diffitetur debitum, caret cessionis beneficio, Mysinger. in Instit. *lib. 4. de act. to. 6. §. Cum eo.* 35

Vt proindè ab immunitate Ecclesiæ illos excludant 36
Boer. *dec. 115.* Gutier. *pract. qq. lib. 3. q. 1. n. 4. & 15.* Decian. *tr. crim. lib. 6. cap. 28. n. 34.* Gambac. *lib. 4. cons. 15.* Rodriq. *in sum. to. 2. c. 154. n. 1.* Fagund. *de pracept. Eccles. prac. 2. lib. 4. c. 4. n. 53.* Io. de la Cruz. *p. 1. prac. 8. q. 3. ar. 1. dub. 1. concl. 1.* Bobadil. *to. 1. lib. 2. c. 14. n. 67. & 71.* Viladieg. *in polit. c. 3. n. 216.* Azeued. *to. 3. lib. 5. tit. 20. leg. 6. v. 2.* Sarpus *de iur. Asylor. cap. 5. fol. 50.* Germon. *de sacror. immun. lib. 3. c. 16. n. 113.* Rebuff. *2. to. ad reg. const. Gall. & de mercator. ar. vlt. gloss. vlt. n. 7. &* 8. Tanner. *2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. n. 17.* Peregrin. *de immun. cap. 17. n. 4.* Suar. de Paz *in pract. to. 1. p. 5. cap. 3. q. 3. n. 156.* Pereira *de man. Reg. p. 2. cap. 50. n. 16.* Ex eo, quod talis sit publicus latro, quapropter pœna capitis plectitur; vndè, & Pius V. expresè in sua constitutione eos æquiparat publicis latronibus. Publici autem latrones immunitate non gaudent ex Constit. Gregoriana.

Maior adhuc est criminum fons, & latiùs patet istius 37
sceleris contagio, quàm quisquam putat. Intus, intus est equus Troianus, ex quo homicidium; etenim quandiù in Decoctoribus hæret vlla intentio, propositũque nocendi, sanè aliorum vitæ, ac viuendi rationi vim intentare dicẽdi sunt. Vndè hic tibi demonstro homicidas non gladio armatos, non ferro accinctos, Augustin. *in Ioan.* sed fraude, atque propter sua emolumenta intentione alios violandi instructos. Deinde qui alteri res ad viuendum necessarias tollit, quid aliud agit, quàm quod homini vitam adimit? Occidit autem proximum, qui aufert communem victum, *Eccles.* 34. 22. Et qui iniustè im-

perum facit in quorundam bona dolo aliquo incitatus, is quasi manus afferre videtur socio; quemadmodum si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret, se valere si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, tunc nil aliud, quàm toti corpori mortem inferre dicendum esset; quia tunc debilitari, & interire totum corpus necesse esset. Sic Decoctores cùm ad se rapiunt commoda aliorum, & fraudulenter detrahunt pecunias, quæ ad honestissimorum Ciuium, vel piarum Viduarum, aliorumque Orphanorum vitæ conseruationem faciunt, quid nisi innocentes, incautosque laniando perimunt?

38 Hactenus quæ genera potissimùm flagitiorum in fraudulenta decoctione sita sunt; quid ergo? Impunè ista mala perpatrabit Decoctor? quis nescit quoque Decoctorum à legibus delicta puniri? sic à maioribus institutum, vt si anteissent delicta, pœnæ sequerentur, Tacit. 1. *Annal.* Nos maiorum statuta breuiter colligamus Gentium, Cœsarea, Regia, Canonica, Diuina.

39 Etquidem iure Gentium, & legibus populorum, quibus in singulis Ciuitatibus Respublica continetur, diligentissimè animaduersum fuit in Decoctores; Etenim huc spectant leges Gentium, hoc volunt incolumem esse ciuium coniunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent, Cic. 3. *offic.* exempli gratia. Apud Romanos si ob æs alienum creditori debitor addictus foret, post distractum patrimonium, re familiari destitutus, postque vincula, & catenas membra eius breuissimo laniatu ad Creditorum libidinem diuidi iubebat, Alex. ab Alex. *lib.6.c.* 10. Ab Ægiptijs cautum affirmant, vt vltra res, & bona debitoris nulla in corpus animaduersio foret. Nam pecuniæ creditæ bona, non corpus dixere obnoxium; quibus in vsu erat, vt defunctorum corpora vnguentis delibuta, ac si viui essent, creditori oppignorarent, & super his fœnerarentur magno dedecore illorum, qui constituta die non reluissent, Idem Alex *ibi:* Apud Bœotos corbis ignominia instituta erat in eos, qui æs alienum non dissoluerent; ducebatur enim in forum, sedereque iubebatur, super sedentem corbem inijciebant; hac notatus ignominia infamis censebatur; hanc passus est Mnesarchus Euripidis tragici Pater, Gyrald. *dial.* 7. *hist. poet.* & Stob. *ser.*42. Apud Indos, qui creditum moratur, si à creditore reus agitur, mox præfixa die, si non soluit, manu trunca, & oculo effosso morte afficitur, Alex. *ibidem*. Apud Pisidas grauissima semper depositi causa agebatur, apud quos si inuentus esset, qui defraudasset, mortis crudelissimo supplicio afficiebatur, Stob. *eod. ser.* 42. Apud Tyrrhenos si quis æs alienum, quod conflauerit, non persoluat, sequuntur eum pueri vacuum gestantes marsupium ignominiæ causa, Heraclid. *in polit.* Typi apud Smyrneos, & Athenienses iudicium erat, quo ijs interdicebatur foro, qui Creditoribus patia non fecissent, Coel. *lib.* 70. *c.* 20. *antiq. lect.* Apud Moscouitas, qui æs alienum conflauerunt non habentes vndè creditoribus reddant, ex legis præscripto in locum certum, & publicum ad id ordinatum ducuntur, ibique à Seruis Prætorianis flagris, baculisque per suras, & cura pedum grauiter absque vlla misericordia cæduntur tandiù, donec, vndecumque accipiendum sit, creditoribus sua reddere cogantur; quod si soluendo non sufficiant, tunc verberibus multoties exagitati creditoribus secundùm valorem debiti seruire coguntur, Guanguin. *in descript. Moscou. cap.* 4. Apud Turcas Imperator detecta perfidia debitorum capite in eos animaduertit, P. Ærod. *lib.* 1. *dec.* Apud Florentinos decoctores, ac turpi indicio conuicti, ijque, qui Reipublicæ debita pecuniam ex Magistratus præscripto ad diem non soluissent, inter ærarios referuntur, sic vt ius ferendi suffragij, ciuitatisque amitterent; is autem, cui ea multa erat irrogata, adigi ad speculum dicebatur, quod in ea nota, tanquam in speculo, & censum, & fortunas ciuium licebat intueri, Brut. *lib.* 1. *hist. florent.* Apud Rothomagenses tenentur, atque coguntur decoctores gestare galerum viridem, vt insigne sit quo ab omnibus dignoscantur, neue temerè per imprudentiam contingat, vt recipiantur in pactiones frustraneas, ac irritas. Ex his manifestum est quo in loco apud diuersas Gentes, & Populos fuerint debitores, qui perfidiæ flagitijs dedecorati, aut nota nefariæ decoctionis insignes forent.

Carolo V. Imperatore contra Decoctores variæ Con- 40
stitutiones latæ, atque edicta promulgata fuere, quibus non tantùm voluit obuiam ire varijs fraudationibus, quas in emendo, aut vendendo homines mali committunt, vt dolosè aliena in proprium lucrum conuertant; verùm etiam quibus graues pœnas Decoctoribus, & dignum factis exitium præfigeret; vtrumque profecto Cæsare isto dignum; nam ille demum regnare nouit, qui in primis prospicit, ne oppida malis hominibus, aut mercatores malis moribus, perfidiæque vitijs inficiantur; siquidem Regnum non muris muniendum, ac virtute subditorum instruendum, nullumque Regni præsidium firmius, quàm ciuium beneuolentia, candor, & probitas. Nunc status Regni alicuius talis præsumatur, vt in eo horum prædictorum quædam vitia, aut saltem vnum, vtpotè perfidia subditorum animos inuaserit, rogo quid tum Principi incumbit? Conniuebit? An sæuiat? Vtrumque malum est, Indulgentia blanda, & implacabilis seueritas; nam vt illa laxat habenas, ita hæc astrictione strangulat. Certa ratio, moderatioque in puniendo tenenda est, adeò vt Cæsar cum temperamento iustitiæ locum dare teneatur, atque iustè iniustos raptores, qui cum iniquo œconomo bona alijs subtrahunt dolosè punire posset. Etenim crimen punire pro Deo non est crudelitas, sed pietas, D. Hieron. *ad Ripar.*

Quo circa ne miremur Caroli V. in Decoctores 41
constitutionem promulgatam die 7. Octobris anno Domini 1531. quam libuit latio donare, atque his annectere: *Carolus Dei gratia Romanus Imperator semper Augustus, &c. Contra Decoctores, & fugitiuos iam olim statuimus, & nunc denuò statuimus, vt omnes Mercatores, viri, & fœminæ, alijque mercimonia tractantes, qui fraudulenter, & dolosè auferunt pecunias, merces, aut debita aliorum mercatorum, hominumue, quos Banca ruptores appellant, eiusdem cum manifestarijs furibus æstimationis, & conditionis habeantur, atque putentur, talesque eos hoc statuto declarauimus, & declaramus; similiter eos, qui istos tolerant, suscipiunt, & silentio patrocinantur; itemque qui fraudium, & decoctionis Bancaruptorum conscij sunt, & quo se se locorum proripuerint, fugerintue, nisi ad Iudicem, aut Præfectum loci eos detulerint, vbinam lateant. Nec non eos furibus æquiparamus, qui negotia Decoctorum dolosè gerunt, cum absentibus illis merces reciprocant, siue per societatem, siue alium titulum. Denique eos quoque qui se iactant, aut simulant creditores cessorum, quo fraus, & perfidia eorum tegatur, aut confirmetur; hos prædictos omnes, & singulos priuauimus, & priuamus immunitate, libertate, & priuilegijs omnium Vrbium, Municipiorum, Pagorum, Vicorumque quæcumque iure libertatis gaudent. Permittimus etiam, & iubemus etiam, vt Banca ruptores, horum socij, asseclæ opitulatores, quique iam nominati, & tales esse comperti, atque iudicati sunt: tum qui fuga sibi ob debitum consulentes in Vrbes, Oppida, Vicos, aliaque priuilegiata loca nullis exceptis se se recipiunt, inde educantur, & abripiantur. Bona etiam eorum, si quæ eò detulerunt, auferantur, manentibus tamen interea priuilegijs, & libertate prædictarum Vrbium, Oppidorum, Pagorum, locorumque liberorum in alijs causis, & casibus. Vt Bancaruptores, & eorum opitulatores, quos diximus, prout tales esse constiterit, furum, & communis salutis violatorum supplicio publicè afficiantur sine conniuentia, aut mora, vt indè alijs sit exemplum. Tum vt bona, & facultates à prædictis decoctoribus, aut ipsorum socijs translata deponantur, & custodiantur*

tur

tur loco commodo ad emolumentorum iuris creditorum secundum æquitatis tenorem. Præterea vt vxores mercatorum, qui decocturi sunt, quæ vel vxores siue præsente, siue absente marito, negotiationi se immiscuerunt palam, siue in vendendo, siue in emendo, teneantur respondere de ære alieno siue mariti, quod contractum est, stante matrimonio. Volumus etiam, & mandamus, vt mercatores omnes tam viri, quàm fœminæ, qui, quæque dolosè, vt suis creditoribus decoquerent, è ditione nostra fugerunt, & alibi commorantur, intra quadraginta dies post publicam proclamationem, in locum domicilij sui diœceseos nostræ reuertantur, intra alios totidem dies, vt Creditoribus ab ipsis satisfiat; quod nisi intra postremos illas quadraginta dies fecerint, ipsi decoctores, similiterque eorum socij relegentur in perpetuum editione nostra, & Dominijs, nec vnquam ijs concedatur reditus. Insuper contractus omnes simulatè, fallaciter, & dolosè factos, irritos, & nullius momenti esse iubemus; vtque Creditores omnes Bancaruptorum, sociorum, aliorumque Cessorum concurrant in diuidendis bonis decoctorum quæcumque inuestigari poterunt in solutionem crediti, siue iure prælationis. Nec commodo cuipiam creditori sit alterum creditorem anteuertisse in arrestandis bonis Cessoris, licet idipsum fieret in locis priuilegiatis. Nec impediant quemquam consuetudines, statuta, aut iura eius loci, siqua fortè contrarium loquerentur: ea enim in prædictis casibus valere non sinimus, nec volumus. Verùm si res poscat, ijs derogatum volumus per hanc nostram Constitutionem.

42 Laudanda quoque est prudentia Regum Galliæ, qua ad Regnum prauis consuetudinibus, & moribus, quibus bella, & seditiones occasionem, ac vim dedisse deprehendebantur, repurgandum, & ad iustitiam restituendam, quocumque fieri potuit modo optimo, inuigilarunt; quid quæso in Rege magis regium, quàm sagaciter suo Regno, Reipublicæ, & subditis prospicere, atque prouidere? Quæ cùm Reges Galliæ, tanquam fidi Pastores Populorum spectarunt, ideò summa cùm vigilantia animaduerrunt simul in Decoctores; quippè inaudientes quotidie illud crimen impunitè sceleratorum frequentiùs fieri; magna enim est illecebra peccandi impunitatis spes, fidemque mutuam, & pacta priuata inter Regni subditos inita imminui; qua ratione mercimoniorum, & rerum distrahandarum reciprocatio penitus tollebatur, ideò Principatus robur, & poodus, Imperijque præcipuam vim esse voluere in repurgatione maximorum vitiorum simul, & Decoctorum. Ad cuiusrei ampliorem probationem summas decretorum Galliæ Regum in Decoctores hic delibabimus; ac primò Franciscus eius nominis primus Rex Galliæ decreuit anno 1536. vt summa seueritate ageretur cùm Bancæ ruptoribus, horumque socijs, aut adiutoribus, idque debito inuestigationis ordine, testiumque, & aliorum remediorum extraordinariorum vsurpatione, & crimine detecta, rei corpore luerent pænam vtilem, & dignam illis, quorum maximè interesset siue catastæ impositi publicæ ignominiæ, siue alia ratione punirentur, prout Iudici æquum visum, mancipatenturque carceri, donec æs alienum soluerent. In quo decreto durum scriptum esse quid existimari potest? siquidem adhibenda est Reipublicæ causa seueritas, sine qua administrari Ciuitas nulla potest. Id, quod vidit Carolus Nonus Rex Galliæ, qui in Conuentu quodam Ordinum, & Procerum Aureliæ constituit, vt fallaces illos decoctores extra Ordinem, & capite plecti postilla iuris esset. Atque hoc statutum Regium renouauit Henricus Tertius, confirmauitque edicto quodam publico Blosij anno 1579. quod quidem seueritati non est dandum. Quisquis enim clauum tenet in vndoso ciuilium rerum mare, debet semper oculos flexos, ac fixos habere ad commune bonorum omnium studium. Illustre exemplum tam boni Regis nobis est quoque Rex ille Galliæ Henricus Quartus, qui vt priori Regi Henrico Tertio successit in Regno Galliæ suscipiendo, ita & in prudenti administratione rerum ad Regni statum pertinentium non fuit inferior; ille enim est, qui publico suo Regio Edicto malorum consilijs occurrit, audaciam debilitauit, scelerique decoctionis acriter restitit. Legatur Regis Galliæ, & Nauarræ Henrici Quarti Constitutio, siue Edictum Regium in Bancæruptores, & Cessionarios, decreto Supremæ Curiæ interposito, sancitum die quarto Iunij anno Domini 1609.

Si quoque iuris Canonici regulas, atque statuta 43
inspiciamus, non erit difficile demonstrare pænas, quibus secundum gradus delictorum animaduersum est in Decoctores, atque malæ fidei possessores. Quid enim primò voluere, quàm quod eorum honori, atque æstimationi derogaretur, quo minùs boni viri appellarentur, qui se in soluendis debitis fidos non præstitissent? Si enim ex Constitutione Bonifacij VIII. qui semel est malus, semper præsumitur malus *regula 8. iur. can.* An non eodem modo, & ratione Decoctoribus boni viri nomen, & splendor eripitur, qui se non tantùm malos, sed pessimos esse declarant? quandoquidem moribus deceptorijs, & veritate palliata aliorum ciuium damnum attendant. Immò talem in modum eripitur illis, vt & indigni habeantur, quibus fides vlla tribuatur. Præterea in antiquis Ecclesiæ statutis decretum est, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cùm multiplicatione omnia restituat. Vndè secundus pœnarum gradus elicitur, qui confirmatur Ioannis Papæ III. statuto: quadruplum restituat, qui res inuadit. Immò authoritate Eusebij Papæ cautum est, vt surripiens in decuplum restituat; vel siquis alienam rem iniustè possidet, non est, quod speret peccati sui remissionem, donec restituat; nam tandiu tenetur à peccato suo, quandiù ipse peccatum apud se tenet; quod verò pœnitentia agi non possit, nisi res aliena reddatur, eodem in loco Augustini dicto in Epistola ad Macedonium probatur. Ex hoc tertio pænarum gradu quartus enatus est, quo scilicet ad sanandum deprauati animi languorem, & ad gratiam Dei recuperandam miseris peccatoribus pœnitentia præciperetur. Sic enim ex Concilio Maguntino ordinatum est *cap. Vt mensura, de empt. & vend.* Fraudans mensuras, & pondera triginta diebus in pane, & aqua pœnitere debet. Immò ex edicto Concilij Lateranensis excommunicari debent qui capiunt, vel spoliant fideles, nisi ablata restituant vel dominis, vel hæredibus, vel alijs, quibus de iure bona deueniunt; eo quod eos, quibus secundùm regulam fidei auxilio esse debebant, suis priuauerint bonis; tandem B. Pius V. pæna publicorum latronum eos plectit.

Leuia hæc, quæ iam dicta sunt, fortassis videbun- 44
tur; quia secundum ista improbis Decoctoribus nulla pœna statuitur; quamobrem deueniamus ad diuinam vindictam, quam ipsi non euadent, qui ad bona aliena auaras, & instabiles manus porrigunt; nam abominatio Deo est, quicumque ista facit, & quicumque facit iniquitatem; ideòque seuerè punit tum externis malis, tum interni animi vexatione, tum æternis pęnis eos non poenituros afficiendo. Vnde triplices existunt pœnæ, quas diuina vindicta in illos exercet, nempè Externæ, Internæ, Posthumæ. Certum enim est, summum legislatorem Deum eiusmodi delicto, quo quis aliena ad se iniustè transfert, indixisse pęnam; quippè decreto, quod extat Exodi *cap.* 22. sanxit, vt qui rem alienam abstulisset quintuplum, aut quadruplum, aut duplum pro furti ratione restitueret. Aut si non haberet, vndè satisfaceret, ipse pro furto suo venum detur. Nec refert quoquo modo rem alienam auerterit, & ad suas rationes conuerterit, cùm hanc iustitiæ regulam, vt suum cuique relinquatur, aut reddatur, nullo pacto violari Deus impunè patiatur; quin, & ne qua non vindicata maneret æquitas, censuisse etiam Deum, vt non tantum ipsi debitores, sed ipsorum etiam coniuges, & liberi in seruitutem

abriperentur, Iodoc. Nahum. *Domin. 22. Trinit.* Ratiooe, & exemplis plauum fiet: Nam quemadmodum licuit apud Hæbræos seipsum vendere, ac etiam liberos, cum ad paopertatem quis esset redactus; ita credibile est ibi fuisse Magistratum, qui requisitus à creditoribus, cùm debitotes nou essent soluendo, illos cogeret, vt seipsos, ac liberos vendeteor, vt sic eorum nomina persoluerentur, *Exod. 21. 7. Leuit. 25. 39. Deut. 15. 12.* quod satis euidenter elicitur ex parabola Matthæi, quæ *cap.* 18. scribitur de Rege, qui suum debitorem, & filios eius iussit vendi, vt sibi satisfacerat. Cum quo concordat *cap. 4. libri 2. Regum*, vbi Vidua quædam conqueritur Elisæo, sibi valdè esse infestum creditorem; qui duos filios propter debitum à se abstrahere velit in seruitutem; quid durius seruitute? & tamen constat ex his scripturæ locis, debitores, qui non esseot soluendo, olim fuisse venditos, idque ex iure, & vi decreti diuini, vt æquitati satisfaceret, & quisque quod suum esset, recuperaret.

45 Quid igitur ad ista? Hæc omnia mali Decoctores immunitate Ecclesiæ eludunt; quod autem misericordia constituit, licentia in abusum vertit. Primum quibusdam locis ius Asyli datum est, vt serui à sæuitia dominorum tefugium haberent, abusus fuit, quem *Annal. lib.* 3. describit Tacitus. *Sed Tiberius vim Principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis Senatui præbebat, postulata Prouinciarum ad disquisitionem Patrum mittendo. Crebescebat enim græcas per Vrbes licentia, atque impunitas asyla statuendi. Complebantur templa pessimis seruitiorum, eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec vllum satis validum imperium erat coercendi seditionibus populi, flagitia hominum, vt ceremonias Deum protegentis. Igitur placitum, vt mitterent Ciuitates iura, atque legotos. Et quædam, quod falsò vsurpauerant, sponte omisere. Multa vetustis superstitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant. Magnaque eius diei species fuit, quo Senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, Regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipsorumque Numinum Religiones introspexit, libero, vt quondam quid firmaret, mutaretue. Primi omnium Ephesii adiere, memorantes, non vt vulgus crederet, Dianam, atque Apollinem Delo genitos; esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & olea, quæ tum etiam maneat, adnisam, edidisse ea Numina, Deorumque monitu sacratum nemus; atque ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopas Iouis iram vitauisse. Mox Liberum patrem bello victorem, supplicibus Amazonum, quæ aram insederant, ignouisse. Auctam hinc concessu Herculis, cùm Lydia potiretur, cæremoniam templo; neque Persarum ditione diminutum ius: post Macedonas, dein nos seruauisse. Proximo Magnetes, Lucij Scipionis, & L. Sulla constitutis nitebantur, quorum illo Antiocho, hic Mithridate pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decorauere, vti Dianæ Leucophrynæ perfugium inuiolabile foret. Aphrodisienses posthac, & Stratonicenses Dictatoris Cæsaris ob vetusta in partes merita, & recens D. Augusti decretum attulere, laudati, quod Parthorum irruptionem, nihil mutata in populum Romanorum constantia pertulissent, sed Aphrodisiensium Ciuitas, Veneris, Stratonicensium, Iouis, & Triuiæ religionem tuebantur. Altius Hierocæsarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum Rege Cyro dicatum. Et memorabantur Perpennæ Isaurici, multaque alia Imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprij tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Ærias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiæ, & Ioui Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus posuissent. Audita aliarum quoque Ciuitatum legationes, quarum copia fessi Patres, & quia studijs certabatur, Consulibus permisere, vt, perspecto iure, & si qua iniquitas inuolueretur, rem integram rursum ad Senatum referrent. Consules super eas ciuitates, quas memorani apud Pergamum Æsculapij compertum asylum retulerunt. Cæteris obscuris ob vetustatem initijs niti. Nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicauerint; Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem, ademque iussi sint; propriora Sardanos Alexandri victoris id donum, neque minus Milesios Dario Rege vti, sed cultus Numinum, vtrisque Dianam, aut Apollinem venerandi; petiere, & Cretenses simulacro D. Augusti, factaque Senatusconsulta quis multò tùm honore, modus tamen præscribebatur, iussique ipsis in templis facere aras sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur.* Hactenus Tacitus.

Sed nihil his profectum est, adeò vt Tiberios coactus sit omne ius Asylorum abolere. Ita Tranquil. *in Tiber. cap.* 37. Aboleuit & ius, moremque asylorum, quæ vsquam erant. Sed quò plures, & magis facinorosi eo iure abutebantur, eò pertinacius eos populus defendebat. Athenis ciues, quod tyrannidis affectatores ad aram Mineruæ confugientes occidissent, à ciuibus suis interfecti sunt, quod pluris priuilegiatam superstitionem, quàm libertatem æstimatent, Thucid. *lib.* 1. Siculi Ducetio patriæ proditori, qui in templum confugerat, pepercerunt. Quippè priuilegia ita munita sunt, vt ipsa abrogandi difficultate se consepiant, adeò quod siue seditione vix tolli posse videantur. Idcircò cautè agendum est, ne dentur; oon est autem difficile sub vmbra priuilegij immunitatis multò plura agere, quàm priuilegij vires ferant. Vndè D. Augustinus *de Concord. Euangelist. lib.* 1. *c.* 12. factum Romuli, & Remi, cuius supra mentionem fecimus, eo nomine damnat, *quod, vt augerent Vrbem, quam condiderant, impunitatem sceleratissimis hominibus dederint, eosque aduersus patriam suam armarint, tacitus leges timebant, ac indè pro mercede fuga impunitatem adipiscebantur.* Neque immeritò decreta hac de re edita limitanda, seu interpretanda visa sunt Patribus in Coloniensi Concilio congregatis, qui ita decreuerunt. *Quia nonnulli homicidia, mutilationes membrorum, & alia maleficia perpetrant, quæ non essent perpetraturi, nisi quia sperant, quod ab Ecclesiis, ad quas confugiunt, se tueri possint, & impunitatem suorum excessuum obtinere, vt confugientes huiusmodi ad Ecclesias inde sine speciali licentia non abstrahantur, sed strictè custodiantur ibidem, ne inde effugiant, donec factum, vel eius qualitas cognoscatur; quo facto reus vel ad veniam, vel ad pœnam, prout facti qualitas exegerit, pertrahatur.* Eandem licentiam nimiam, & præpostetam clementiam grauiter quoque reprehendit Polydor. Vergil. *lib. 3. de inuent. cap.* 12. *Sunt hodie*, inquit, *in Orbe nostro Christiano præsertim apud Anglos Asyla, quæ non modo insidias timentibus, sed quibusuis sontibus etiam Maiestatis reis patent; quod facit, vt manifestè appareat nos ad institutum non à Moise, qui illis dumtaxat, qui nolentes hominem occidissent, Asylum posuit, sed à Romulo esse mutuatos. Quæ nempè res haud dubie in causa est, cur benè multis à maleficijs minus abstineant manus. Quid, quod Templa nostra vbique gentium istiusmodi sceleratis hominibus instar Asylorum sunt? & id contra quam Moises etiam instituerit, qui in Exod. cap. 21. ita sanxit: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo auelles eum, vt moriatur.* 46

Hùc spectant, quæ quidem Ecclesiastes, non honotibus tantùm in sua Religione Princeps, sed etiam sapientia pro secunda parte concionis habuit feria tertia maioris hebdomadæ in Palatio Apostolico coram S. Collegio non sine enthusiasmo. Hic fuit P. Oliua, Præpositus Generalis Societatis Iesu, & hæc sunt. 47

In tal guisa humili di cuore, e quanto basta rilucenti di habito, accheteremo con l'auttorità della gloria nostra rispettata le tempeste degli scandali, e le smanie de' delitti, e con l'animo crocifissi a Cristo adoreremo la sua Croce, e ameremo di rassomigliare 48

con

con gli affetti le confusioni, e i dolori della sua morte.

49 E da che questa in ogni altare si rinuoua, in ogni cero si celebra, e in ogni Chiesa si rappresenta, ordinandosi, e le hore canoniche, e di cotidiani sacrificij ad una santificata reminiscenza del Redentore lacerato, e bestemmiato su la Croce, permettetemi, che io vscito di me nell'atrocità di vn Deicidio esponga a voi vn mio delirio, ò perche lo medichiate con correggermi, ò perche con approuarlo in qualche sua parte, di frenesia lo facciate consiglio, e lo dichiariate discorso. Per esprimerlo debbo con l'animo scendere da questo pergamo, e non già come Giesù Christo porre il dito nella poluere per descriuerui i miei sensi. Debbo in essa attuffarmi la lingua, e tuffarui la bocca, ragionando non per insegnare a sourani Maestri della fede, ma per ammaestrarmi co' loro dettami nella fantasia, che mi molesta.

50 Ne' luoghi sagri rimiro da pertutto Croci colorite, olocausti incruenti, prosciglimenti da colpe, e ragionamenti di pietà. Or'essendo succeduta la Passione del Saluatore per cagione de' nostri delitti, & essendosi tramata da' peccati nostri vna tanta carnificina su le carni dell'agnello strattiato: propter scelus populi mei percussi eum; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Come a malfattori così empiamente seruono le Case di Dio, e di asilo e di trionfo? l'Immunità delle Chiese è senza verun contrasto de iure diuino, inuiolabile a qualunque scettro, e inuincibile a qualunque stocco. Niun Monarca può stendere vn dito di giurisdittione laicale dentro i muri consacrati alla Religione. Tocca nondimeno al Vicario di Cristo, o diminuire, ò accrescere il numero de' misfatti, à quali neghi tutela d'altari: Se la peruersità de' delinquenti prima di eseguire delitti si prepara ne sagri alberghi il ricorso, e la sicurezza, si che prorompa in enormi sceleragini, perche preuede il futuro ricouero, chi negherà seruir di stimolo a ricrocifiggere il figliuol di Dio il ricetto, che si promettono ò ne' Chiostri, ò ne' Tempij? Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes? Adunque chi sfacciatamente, ò a sangue agghiacciato ricrocifigge con brutture di colpe, e con sacrilegij di perfidia Cristo vcciso nel Caluario, in vece di penare sù patiboli, banchetterà ne' luoghi dedicati a' dolori del Messia? Cioè sempre douute alla diuinità de Santuarij, a cui non può auuicinarsi niuna possanza secolare. Mà se ciò debba sempre lasciarsi godere ad ogni ciurma di facinorosi, non può diffinirlo, saluo chi è Luogotenente di Dio in Terra. Nell'antica legge mentre le Terre murate, e i Villaggi aperti erano a migliaia, e a migliaia in Terra santa, sei sole Città frà quarant'otto, che ne contauano que' Reami saluauano i perseguitati dal Fisco. E frà Cristiani, oue l'offese di Dio sono tanto più detestate, e graui, saranno in ogni distretto innumerabili i luoghi, oue l'iniquità troui porto, e dia fondo? E certamente gli antichi canoni si publicarono a fauore de' refuggiti, quando in ampissime Città i Tempij eran pochi, e conseguentemente rarissimi, e difficilissimi gli asili. Oggi che ogni contrada annouera più Oratorij, più Chiese, e più Monasteri, che in altri secoli non ne contauano Costantinopoli, Alessandria, e Roma, i maluagi goderanno quella impunità, che giudicheranno i sommi Pontefici della Chiesa? Questo io non dico, che si leui, ben dice, e scongiuro, che alquanto si rifletta, se conuenisse deliberare seria esaminanza di tanto affare, se i fuggitiui de' capestri, e de' ceppi casualmente peccarono, tutti si saluino, anche se malitiosamente disubidirono a' decalogi di Dio, se ritirati in sante mura guiui piangono con amare lagrime i commessi delitti; se si spargono sù la chioma le ceneri, se con sangue di voluntarij flagelli scontano il sangue sparso, e le macchie de' rubamenti si preseruino. Ma se impenitenti, ma se ostinati, ma se disegnatori di nuoue maluagità dimorano sotto tetti santificati per riparare le fauci da' lacci, e per iscampare le membra da tenaglie, a fine scampati che siano dall'ire della giustitia vmana, di oltraggiare, e di prouocare co' rinouati sacrilegij l'ira diuina, si deliberi quale, e quanta salutezza debba darsi a tanti, e si differenti conculcatori del sangue di Cristo, fra quali non manca, chi tra le stesse memorie della Sacra Passione machini di più empiamente crocifiggerlo con nouità di inauditi peccati. Molti contaminati da sozze lordure di esecrate sceleratezze, nel giorno si trastullano con giuochi, e con bagordi ne' muri immuni, da' quali escono sù l'imbrunire chi ad ingiuriare innocenti, e chi a fornicare con lupe. Le sei Città del vecchio Testamento ricouerauano miserabili; e ricettauano infelici, ma non animauano vitiosi, ne allettauano infrocidati a satiarsi de' peccati per la speranza della difesa. E nondimeno non dirò mai, che a niuno si nieghi rifugio ne' Tabernacoli della Diuinità, finche da' Pontefici vniuersali seriamente, e lungamente non si esamini, se conuenga a conseruation della giustitia, a terrore dell'iniquità, a sicurezza de' buoni, a gastigo de' contumaci moltiplicare alquanto i casi, che non godono riparo ne' Tempij. Di sì graue materia io sono sì rozzo, che nè pure intendo le crome, o le lettere. Onde non solamente non diffinisco cosa veruna, ma dubbiosissimo se conuenga, ò disconuenga alterare, vsi, e mitigar decreti, chieggo al più in materie di conseguenze rileuantissime qualche attenta esaminanza di Assemblee incoronate. Può essere, che conuenga multiplicare casi fauoriti da sacro ricouero, e può similmente essere, che non disconuenga diminuerli. Io nulla posso, e solo so quel, che riferiscono in somigliante argomento gli annali della Chiesa, e le Bibbie di Dio, delle quali vnico Interprete si adora il suo Vicario. Nella Chiesa Ambrosio nè pur volle lagrimoso, e salmeggiante Teodosio Imperatore, alquanto più seuero ne' supplicij de' suoi rubelli, e con rigore di Prelato, Custode di Santuarij lo discacciò dalla Basilica di Milano. Amo, diligo, orationibus prosequor. Si credis agnosce quod dico; si non credis, ignosce quod facio, in quo Deum præfero. Così Giouan Grisostomo non volle, che vi entrasse Eudosia regnante troppo volonterosa di spettacoli, e troppo amica di passatempi. E acciòche niun tacciasse il Zelante Arciuescouo d'indiscreto, mentre in ossequio dell'esclusa Imperatrice il General delle guardie alzò il braccio per colpire l'inferuorato Pontefice, Iddio miracolosamente seccò la mano, e interezzì l'osso all'empio Centurione. Nel miracolo si aggiunse nuouo prodigio, quando con l'orationi del Santo Zelante il guerriere risanò, & Eudossia diede a dietro, e non ardì a' auuicinarsi a Sacrificij. A Moisè poi ordinò Iddio, che non permettesse salutezza nelle sei Città di rifugio a gli omicidij di rissa non casuale. Accipient eum de loco effugij, & morietur; non misereberis eius, vt benè sit tibi. Così leggiamo nel cap. 19. del Deuteronomio. E certamente a S. Pietro si ordinò, che gouernasse Agnelli, e Pecore, ma non mai Leopardi, & Orsi; oue questi furono presentati all'Apostolo nel lanzuolo, subitamente si soggionse: Occidè, & manduca. Anzi, che l'estratto vccisore del luogo immune non si consignaua al manigoldo, perche morisse quietamente decapitato con vn colpo insensibile di spada, ma si daua al più prossimo parente del morto, perche sfogasse in esso le sue ire, e ne facesse quello scempio, che gli suggeriua l'atrocità del caso. Tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Il qual rigore di legge diuina dettata in Cielo dal Padre eterno non si ristrinse, a chi assassina, o comperato da prezzo, o violatore di pace accordata, auuolge chiunque ferisce altri fuori di rissa accidentale. Qui legit, intelligat.

Regula igitur generalis ad vitandos, & castigandos 51
abusus prætextu immunitatis Ecclesiæ commissos, erit, vt quicumque contra intentione legislatoris, vel concedentis has immunitates ad Ecclesias confugerit, priuilegio non vtatur; multò magis, & arceatur, quando religionis pietatis causa, ob quam concessum est, læditur; ne quod fauore religionis introductum est, contra regulas communes in odium eius conuertatur, l. quod fauore, C. de legib. cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Verè S. Augustin. ser. 247. de tempor. Iudicio legum iure obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio sibi concesso abutitur; neue iniuriarum occasio nascatur, vndè iura solent nasci, l. Meminerint, C. Vndè vi, catenusque fauendum est pietati, & religioni, quatenus iniustitia alijs non fiat, cap. ex tenore 11. de for. compet. cap.

Nuper 6. de don. inter vir. & vxor. inquit Pontifex, non est fauor Ecclesiasticus concedendus.

52 Porrò intentio asylorum fuit prima, vt quibus facilè Deus verisimilitet parceret, eisdem ad eum, vel eius templa confugientibus parcatur ab hominibus, & illi relinquantur Deo puniendi tanquam de maiori foro facti. Sicuti enim minor Iudex, seu alij subordinatus non cognoscit de his, quæ sunt iurisdictionis superioris, aut extra forum, *l. fin. de iurisd. omn. iud. cap. At si Clerici, ae iudic. cap. Cum inferior, de maior. & obed.* Sic & homo non cognoscit de his, quæ reseruata sunt Dei iudicio, quæ ei relinqui debent, *c. si omnia 6. q. 1.* Videndum itaque Iudici, & Ecclesiæ, quæ voluerit Deus, & legislator sub hac immunitatis causa contineri, quod colliget vel ex exceptis, vel ex affinibus illis, quæ excipiuntur.

53 In primis ergo inueniemus Vrbes refugij constitutas à Deo non spontè delinquentibus, sed vel casu, vel se defendendo, si quis volens sanguinem fudisset absque odio, non si ferro, vel lapidem iaciendo per odium, per insidias, *Numer. 35. Deuter. 19. Iof. 20.* Atque idipsum maximè constitutum, vt confugiens posset euadere iram proximi occisi. Euasio autem illa erat ad discernendum, num pœna dignus esset, vel non homicida, vt ibi dicitur, non autem vt liberaretur à pœna, si per odium, vel insidias occidisset; nam tunc expellebatur ab Vrbibus refugij, & pœna ab eo sumebatur. Quare & Ecclesiæ, & templa, & asyla fuerunt immunitates non spontè punientibus, vt ait Luithprandus *lib. 1. c. 9.* Sozomen. *lib. 8. c. 7.* Socr. *lib. 13. c. 5.* Si verò quidam existimantur rei grauiores, dum petuntur ab Ecclesia, ius inclinat semper ad misericordiam, ac potissimùm in dubijs, & nondum conuictis rebus, vel probatis criminibus, intercedit pro illis, & deprecatur, vt parcatur vitæ eorum, vel abscissioni membrorum, *ex d. c. Reum, c. metuentes, c. Constituimus 17. q. 4.* quemadmodum cùm Clericus incorrigibilis ab Ecclesiastico foro proijcitur exauthoratus, & ad forum sæcularem per Ecclesiam remittitur iudicandus, Ecclesia tamen debet efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa eum sententiam moderetur, *cap. Nouimus expedire, 27. de verb. signif.*

54 Hinc lex Dei *Exod. 21. 14. relata in cap. 1. de homicid.* iuxta quam repelluntur ab Ecclesiæ asylo latrones, qui vias obsident, depopulatores nocturni agrorum, quia per insidias delinquunt, *cap. Inter alia 6. de immun. Eccles.* Excipitur & publicus latro *in cap. sicut antiquitus 6. 17. q. 4.* Videturque ratio optima *in l. Prouinciarum 10. de ferijs lib. 3. c. t. t. 12.* ibi: *Prouinciarum Præsides moneantur, vt in quæstionibus latronum maximè Isaurorum nullum quadragesima tempus, nec venerabilem Pascha diem existiment excipiendum, ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est, cùm facillimè, & in hoc Summo Numinis speretur venia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur.*

55 Et Iustinianus *in nouel. 17. de mandat. Princip. c. 7. §. neque autem homicidis*, excipit alias personas. *Neque autem*, inquit, *homicidis, neque adulteris, neque Virginum raptoribus delinquentibus, terminorum custodies cautelam; sed etiam inde extrahes, & supplicium eis inferes.* Ratio, quia non erit possibile, sine iniustitia videlicet, vtrumque tueri cautela sacrorum, & lædentem, & læsum. Permittit & publicorum tributorum fieri exactiones in Ecclesia, sine tumultu tamen, violentia, & seditione cùm auxilio defensorum Ecclesiarum. Et quia iure ciuili adulter ad Ecclesiam confugiens non euitat pœnam, multò minùs qui in Ecclesia tractauerit de adulterio, *§. fin. vt liceat matri, & auia nouel.* 117. & seruari videtur ius ciuile in raptoribus à sacris Templis eruendis; & ratio, quia etiam ius canonicum sæpè circa pœnas raptorum mutauit iudicium, vt liquet ex canonibus relatis in eadem 36. *caus. per tot. q. 2.* & ex Concilio Tridentino *sess. 24. de ref. matr. cap. 6.* At Imperatoriæ leges alioquin authenticæ, eneruatæ, immò abolitæ sunt iure Pontificio, ipsorumque decretalibus; Innocentius enim Tertius circa annum Christi 1205. ad Regem Scotorum in hanc sententiam scripsit: *Nemo ab Ecclesia rapiatur, quantumuis grauia commiserit.* Deinde sanxit, *vt qui se ad Ecclesias receperint, si postea liberentur, non possint amplius pœna corporis mulctari eius criminis causa, sed tantum quibusdam alijs pœnis ciuilibus. Prius verò quàm Præfecti Ecclesiæ illos reddant, cautionem à Magistratu accipiant, vt illos non occidant, d. cap. inter alia de Immunit.*

56 Excluduntur & ab hoc priuilegio immunitatis hæretici secundum Panormitanum *in cap. Inter alia n. 23.* eodem argumento, quod Iudæi *in l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug.* sed & alia ratione, quod iam extra communionem Ecclesiæ expulsi sunt, & præcisi *c. 1. & seq. 14. q. 3. c. Notum cum 2. seqq. 24. q. 1.* Idipsum dicendo de blasphemo, vt iudicatum refert in Senatu Burdegalensi Nicolaus Boerius *q. 110. incip. sed an confuetus.* Item id obtinet in reo Diuinæ Maiestatis, & in reo humanæ locum habet, cùm multò grauius sit diuinam, quam humanam offendere Maiestatem, *auth. Gazaros, de heret.* Sicque Adonias reus Maiestatis ab ara, & cornu altaris eiectus necatus fuit, *Reg. c. 2.* Neque meretur beneficio legis vti, qui contra authorem legis committit, *l. auxilium, de minor. cap. quia, de vsur.* expressius *in cap. fin. de immun. Eccles.* Idem de Apostatis à fide respondetur, vtpotè qui omnibus fauoribus, & defensionibus Ecclesiæ Catholicæ destituantur, *in l. hi, qui sanctam 3. C. de apostat.* Sacrilegium committentes quoque indigni sunt hac defensione Ecclesiastica *per cap. fin. de immun. Eccles.* & per rationem proximè citatam, *& per cap. quia frustra de vsur.* & ita tradit Turrecrem. *in c. Sacrilegium 17. q. 4.* facitque *l. Siquis in hoc genus, de Episcop. & Cler.* Ideò qui occidit Clericum, non gaudebit immunitate, Barber. *in viator. iur.* quia committit sacrilegium, *c. Siquis suadente 29. sub 17. q. 4.* Quapropter pluribus in locis praxis est ex eo, quod plura sunt crimina, quæ non gaudent Ecclesiæ immunitate, quæ defensa potius iniuriam Religioni adferunt, quàm fauorem mereantur Religionis, vt soleant rei ad Ecclesias confugientes capi saluo iure, si redintegrari debeant, nempè quia post captionem cognoscitur contra captum, primùm an immunitate Ecclesiæ debeat gaudere. Et si pronuncietur debere gaudere, remittatur ad Ecclesiam; si verò inuentum sit, quod non debeat eo priuilegio vti, idipsum etiam primum pronunciabitur per sententiam, & postea fit ei processus; sicque seruatum tradit Rebuff. *tom. 1. Comment. ad constit. reg. in proem. n. 40.* Et ita statuit faciendum Franciscus I. Rex eius nominis Galliarum *in Constit. publicat. anno Domini 1539. ar. 166.* quæ praxis, & constitutio videtur expressè constituta antea per Iustinianum Imperatorem *cap. 6. §. Sed neque hoc, nouel. 17. de mand. Princip.* ex qua sumpta proculdubiò praxis est, & benè ad cautelam, vt cautione data Ecclesiæ interim contineatur carcere reus, & non detur fugiendi occasio. Videndus Rebuffus loco citato *tr. de Immun. Eccles.*

57 Verùm Gregorius XIV. allegata Constitutione sua, *Cum alias*, hæc omnia ad vnam tantùm formam reduxit, ac moderatus est, solùmque octo casus excepit, seu octo genera delinquentium ita, in ijs extrahendis excommunicatio non procedat, nempè in publicis latronibus, & grassatoribus viarum, & depopulatoribus agrorum, & ijs, qui homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesijs, earumue Cœmeterijs committere non verentur, & ijs, qui proditoriè proximum suum occiderunt, & reis assassinij, aut hæresis, aut læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis. In istis ergo casibus rei prædicti non fruuntur immunitate Ecclesiastica, sed extrahi poterunt, seruata tamen forma tradita in eadem Constitutione, aliàs incurritur excommunicatio prædicta. Vide Farinac. *n. 341. cum seq.* Et tunc non tenetur Episcopus dans licentiam extrahendi exigere cautionem de impunitate corporali rei extrahendi, neque irregularitatem incurret, si mors extractis sequatur, vt patet ex eadem Constitutione. Extra casus autem prædictos nullus Prælatus, neque Episcopus potest dare licentiam extrahendi reum inuitum, aliàs incurreret in eandem censuram ex eadem Constitutione Gregorij, quæ in hoc correxit ius commune, vt per Farinac. *n. 344.* & Castropal. *punct. 13. n. 2.*

Hanc

58 Hanc autem Constitutionem esse generalem, & habere vbique locum, colligitur tum ex ipsius verbis, nempè: *Volumus quando præsens temporum calamitas, & nimia peruersorum hominum malitia exposcit, aliquid permittere circa immunitatem Ecclesiarum vltra id, quod à prisca illa maiorum disciplina, & à Sacris Canonibus est præscriptum*. Tum quia ita sæpè declarauit Sacra Congregatio Immunitatis, præsertim pro statu Mediolanensi, in quo dixit, Constitutionem Gregorij XIV. de immunitate fuisse, ac esse in vsu continuo, & assiduè seruari. Ita sæpius declarauit, constatque ex actibus subsequutis, perperam reclamante Regio Senatu decreto sub die 2. Iulij 1666. ac Regio Consilio Hispaniarum decreto emisso 15. Aprilis 1667. vtroque autem postea acquiescente; constatque ex literis eiusdem S. Congregationis Archiepiscopo Mediolanensi datis tenoris sequentis.

59 *Essendo quà peruenuto à notitia, che N. N. detto il Rauarino sia stato estratto da' ministri della corte secolare dal Campanile della Chiesa collegiata della scala in cotesta Città, Nostro Signore col parere di questa Sacra Congregatione hà ordinato, che V. S. lo faccia rimettere nella medema Chiesa, e poi perche si pretende, ch'egli habbia commesso vn'omicidio proditorio, & altri delitti eccettuati nella Bolla della sa. me. di Gregorio XIV. dourà ella farlo estraere di nuouo, seruatis seruandis, in conformità della detta Bolla, e dopò che l'hauerà fatto riponere nelle carceri sue Ecclesiastiche, sua Santità le concede col mezo di questa la facoltà di poterlo far ritenere per maggior sicurezza nelle carceri della Corte secolare, e formato processo sopra i sudetti delitti, & assignategli anche le difese, V. S. trasmetta quà tutti gl'atti per l'opportuno prouedimento, e me le offero, &c. di Roma à 13. di Nouembre 1663.*

60 *All' Arciuescouo di Milano. Non essendo seguita finora la rimessione di N. H. Rauarino nel luogo immune, dal quale fù estratto da' ministri di cotesta Corte secolare, dourà V. S. procedere, seruatis seruandis, colle sue facoltà ordinarie contra i Violatori dell' Immunità Ecclesiastica co' rimedij de' Sacre Canoni, e delle Constitutioni Apostoliche, affinche questa sia reintegrata, come di ragione, e mi offero &c. di Roma a 11. Decembre 1663.*

61 Quæ omnia exequutioni fuerunt demandata, effectumque suum sortita sunt; idemque constat pro Regno Neapolitano, vt videre est apud acta Curiarum Episcopalium, Nuncij Apostolici, & Tribunalium Vrbis. Et pro Regno Sardiniæ, quod nimirum in eo Constitutio Gregoriana est obseruanda, fuit declaratum 30. Iunij 1632. Idem pro Regno Siciliæ, vt in Messanensi 29. Maij 1629. Ac tertiò scriptum Archiepiscopo Mediolanensi, & omnibus Episcopis illius ditionis 10. Maij 1667. sub his verbis: *la Santità di Nostro Signore col parere di questa S. Congregatione hà espressamente commandato, si scriua a V. Eminenza, che ne' casi di violata immunità, libertà, e giurisdittione Ecclesiastica, non ostante qualsiuoglia cosa in contrario, ella si compiaccia di proseguire col solito suo zelo di vigilare sopra la puntuale osseruanza della Bolla della sa. me. di Gregorio XIV. si religiosamente praticata in coteste state, e che parimente Vostra Eminenza voglia continuare a procedere vigorosamente secondo la forma prescritta dalla detta Bolla contro i violatori dell'istessa immunità, libertà, e giurisdittione Ecclesiastica. Il che auuiso a Vostra Eminenza, &c.* Idem & scriptum die 2. Aprilis 1669. atque Episcopo Papiensi sub die 4. Septembris 1668. Tum quia id quod Gutierez, Cutellius, & alij adducunt, non fuit causa finalis Constitutionis, sed solùm occasio. Tum quia dicta Constitutio abrogat saltem tacitè omnes consuetudines, quatenus intendit modum extrahendi à loco sacro, & immuni, reducere ad vnam tantùm formam, & quatenus aufert quamlibet facultatem aliter definiendi, & iudicandi, redditque irritum aliter factum. Per hoc enim inducitur forma. Et ita docent Farinac. *in append. de Immun. cap. 2. n. 14. & c. 22. n. 359.* Mar. Anton. *lib. 2. resol. 15. n. 5.* Giurb. *cons. 50. n. 14. & cons. 70. n. 9.* Bonac. *de legib. disp. 3. q. 7. §. 6. n. 4.* Peregrin. *tr. de Immun. Eccles. cap. 2. n. 16. & seqq. & cap. 4. dub. 8.* Dian. *p. 1. tr. 1. resol. 1. & p. 6. tr. 1. resol. 29.* Francisc. Leo *in Thesaur. p. 1. cap. 14. n. 27. & 28.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 14. n. 11. & 12.* Tusch. *consl. 59. n. 19.* Lezana *v. Immunitas n. 16.* Cened. *in quæst. can. q. 42. n. 11.* Anton. de Ball. *lib. 9. tit. 42. n. 12. & 13.* Mar. Ital. *de Immun. lib. 1. cap. 6. in princ.* Thomas Delbenè pariter *de Immun. cap. 16. dub. 7. n. 3.* alijque passim contra Zerolam, Gambacurtam, Laymanum, Tannerum, pluresque alios à Delbenè citatos; quia derogat iuri communi, ac omnibus priuilegijs, vt contra Cutellium, & alios probant Doctores adducti à Delbenè eo loco *dub. 8.*

Cæteri autem rei, qui ad Ecclesiam, vel alia loca immunia confugerint, gaudent immunitate, nec possunt indè extrahi, etiamsi paria exceptis, vel maiora crimina commiserint. Atque ita immunes sunt, vt non liceat Principi sæculari mittere milites, aut satellites in eadem loca, vt ibi commorentur, vtque confugæ indè discedant. Nam primò esse id contra immunitatem Ecclesiæ, ac fieri reo graue præiudicium, tenerique Principem, si reus capitur, eum restituere, certum omninò est; quia reus confugiens ad Ecclesiam non potest obsideri, est enim obsidio quædam species carcerationis, vt habetur ex *l. Præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* & tradunt communiter Doctores, nominatim Panorm. *in cap. Inter alia n. 13. de immun. Eccles.* Igneus *l. 1. ff. ad Senatusconf. Syl.* Couar. *lib. 2. var. cap. 20. n. 17.* Anton. Gomez *tom. 3. var. resol. cap. 1. tit. quando reus gaudeat, n. 2.* Farinac. *p. 1. pract. crim. q. 28. n. 9.* Immittere autem milites, aut satellites in locum immunem est quædam obsidio, præsertim si talem incutiat terrorem, vt sit causa, quod reus indè aufugiat. Deindè nullum genus nocumenti inferri potest confugientibus ad loca immunia ex Concilio Toletano 12. *cap. 10.* & refertur *in c. Definiuit 17. q. 4.* At immittere milites, siue satellites in locum immunem, vt indè confugæ discedant, est eis valdè nocere; quia indirectè coguntur ad relinquendum locum securitatis. Ac postremò, quia hoc modo tota immunitas Ecclesiarum eluderetur; nam cùm sit concessa, vt reus confuga securus sit, non solùm non esset securus, quia pateretur vim moralem; sed etiam indirectè cogeretur exire, atque adeò indirectè priuaretur beneficio immunitatis. 62

Ac ita etiam eiusmodi rei immunes sunt, vt non possint à Clericis, vel Regularibus expelli ab eorum Ecclesijs, Conuentibus, ac domibus gaudentibus immunitate, aut à Conuentibus reijci ad Ecclesias, sed debent ab ijs defendi, vt habetur in *cit. c. Miror, c. Reum, c. Id constituimus, c. Definiuit, c. sicut antiquitus 17. q. 4. & c. de raptoribus 36. q. 1. & cap. Inter alia, de immun. Eccles. & d. l. Præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* Nam concedens immunitatem alicui loco, concedit etiam ius omnibus, qui indigent confugiendi ad ipsum; qui autem expellit, priuat confugam iure suo, ac proindè facit contra iustitiam. Vndè reus habet ius ad omnia loca immunia, quia omnia gaudent immunitate ita, vt à nullo possit expelli, aut impediri, sed sit in potestate ipsius eligere, quem maluerit. Et ob hanc causam etiam Imperatores concesserunt certum spatium extra Ecclesiam, in quo confugæ necessaria vitæ exercere possint, vt constat ex *d. l. Pareant, C. de his, qui ad Eccles. confug. & notat Rittherstusius de iur. Asylor. cap. 7. n. 7.* 63

Quin si confuga non habeat vllo modo, vndè sustentetur, debet sustentari ab Ecclesia, ad quam confugit, vt docent Panorm. *in cap. Inter alia n. 28. de immun. Eccles.* Archid. *in c. Definiuit 17. q. 4.* vbi etiam Hugo, Angel. *v. Immunitas q. 22.* Syluest. *eod. v. 3. n. 5.* Igneus *in l. 1. n. 47.* Peregrin. *de immun. cap. 13. n. 12.* & Farinac. *eod. tract. cap. 19. n. 296.* qui plures alios adducit; nam se habet tanquam pauper, cui Ecclesia, seu personæ Ecclesiasticæ tenentur subuenire. Id tamen intelligendum est, quando confugæ non possunt manibus laborando sibi victum quærere: quia si possunt, debent hoc pacto sibi prouidere, cùm non debeant esse otiosi Ecclesiæ, nec priuilegium immunitatis debet esse occasio otiandi. Vndè Rectores Ecclesiæ poterunt eos cogere, vt manibus laborent, vel in Ecclesia, vel in Conuentu, vel in alijs locis immunibus, inseruiendo fabricæ, picturæ, vel alteri operi, quando non possent alio modo sibi victum quærere; quia cùm Ecclesia subministret alimen- 64

ta,

ta, potest etiam ab ipsis in compensationem operam ipsorum exigere; quod si habeant propria bona, vndè sustentari queant, debent seipsos ex ijs sustentari, nec Ecclesia habet aliquam obligationem eos sustentandi; quia ijs conceditur tantùm ius immunitatis. Si tamen non habeant præstò bona propria, tunc tenebitur Ecclesia supplere, ipsi tamen manebunt obligati ad compensandas expensas iuxta Doctrinam D. Thomæ *quodlib. 5. ar. 17.* quia tunc præsumitur Ecclesia velle subuenire præsenti indigentiæ, non autem absolutè sustentare. Ex quo fit, quod possint Rectores Ecclesiarum instare, vt confugæ resarciant expensas pro ipsis factas, aut dent cautionem de resarciendo, antequam exeant è loco immuni, alioquin si recusent, possent eos dimittere; non enim debet Ecclesia detrimentum pati ex beneficio, nisi liberaliter sustentaret,

65 Si verò confugæ non seruant debitam reuerentiam Ecclesiæ, vt si in illa dormiant, cibum sumant, aut quid simile gerant, moneri debent à Clericis, quod ad hæc præstanda extra Ecclesiam se conferant, nempè ad circumiacentia loca immunia. Quod si renuant, cogi debent etiam cùm violentia, vt statuitur in ea *l. Pateant, §. Proindè, C. de ijs, qui ad Eccles. confug.* quia, vt ibi dicitur, *præferenda humanitati Religio est*. Cùmque ad Clericos spectet cura Ecclesiarum, pertinet etiam ad ipsos impedire, ne Ecclesiæ irreuerenter habeantur; & ita docet Farinac. *cap. 2. de immun. n. 49.* & Nouar. *in sum. Bullar. tit. de Immun. n. item 4.* asserens ita declarasse S. Congregationem. Si verò in Ecclesijs, vel Monasterijs, alijsuè locis immunibus immodestè se gerant ita, vt turbent diuina officia, vel quietem Religiosam, sintque damnosi disciplinæ Ecclesiasticæ, poterunt ab his locis expelli, obtenta prius licentia S. Congregationis Immunitatis. Nam immunitas est priuilegium loci, & proindè non debet esse cùm damno ipsius, & eorum ad quos locus pertinet; nam, vt habetur in *cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.* quod conceditur in fauorem, non debet in dispendium retorqueri. Id, quod contingeret, si confugæ suis immodestijs præiudicarent Sanctitati Ecclesiæ, vel habitationibus loci immunis. Vndè tunc censendum est præualere ius Ecclesiæ conseruandi se ipsam cùm debita reuerentia, & alios cùm debita quiete. Ius enim conseruandi in Ecclesia reuerentiam est diuinum, & conseruandi sibi propriam habitationem absque turbatione est ius naturale. Habitatio autem est vnum ex proprijs bonis, & lex naturalis dat ius ad illa conseruanda; quare debet ipsi cedere ius, quod habent confugæ ad illa loca. Et proindè expelli possunt, quando inferunt irreuerentiam Ecclesiæ, vel damnum, & molestiam habitatoribus. Deindè Ecclesia fauet confugientibus ad ipsius protectionem, ideòque qui confugit, debet se gerere tanquam supplex, & implorans protectionem. Qui autem est iniurius ijs, qui eius protectionem debent suscipere, non se gerit tanquam confuga, & ideò potest ipsi a Rectoribus Ecclesiarum denegari locus confugij, tanquam indigno protectione.

66 Hinc S. Congregatio Immunitatis sæpius scripsit Episcopis literas tenoris sequentis. *Al Vescouo di Mariana. Illustre, e molto Reu. Monsig. come fratello. Ancorche la Santità di Nostro Signore col suo paterno zelo prema quanto si deue, che l'Immunità Ecclesiastica sia inuiolabilmente custodita, & osseruata, e la Bolla della fa. me. di Gregorio XIV. sia puntualmente esequita, non intende però che le Chiese, & altri luoghi immuni seruano per asilo à maluiuenti, e facinorosi, i quali abusando bene spesso di quel priuilegio vi si ricouerano anche taluolta per vscirne a commettere nuoui delitti. Onde hauendo la Santità sua sentita il parere di questa S. Congregatione sopra l'Immunità Ecclesiastica, e controuersie giurisdittionali, ordina, che ai delinquenti refugiati nelle Chiese, e luoghi immuni di cotesta Città, e Diocese, che secondo la dispositione della sudetta bolla potessero pretendere di douer godere il priuilegio dell'Immunità Ecclesiastica, V. S. prefigga vn termine di tre giorni a partirne, e contrauenendo essi gli facci estrarre con quella decenza, che ordina la Bolla medesima, e ritenendogli nelle carceri della Curia Ecclesiastica sotto buona custodia, dia auuiso quà de' delitti, e loro qualità, de' quali vengono inquisiti, acciòche se le possa rescriuere quello dourà sopra di ciò esequire. Ordina di più sua Beatitudine, che V. Sig. faccia precetto ai superiori delle Chiese, Conuenti, e Monasteri della medesima Città, e Diocese, così secolari, come regolari di qualunque Ordine, Religione, o Instituto, che per l'auuenire non diano alcun ricetto a i delinquenti sotto pena di sospensione dall'Esercitio degli Ordini, che hanno, e priuatione degli officij, e dignità, o inhabilità di ottener quelli, ò altri da incorrersi ipso facto, e in caso di contrauentione, potrà dichiararagli incorsi. Così dunque eseguirà V. Sig. alla quale per ordine della Santità sua si concede col mezo di questa tutta la facoltà necessaria per gl'effetti sudetti per lo spatio di vn'anno solo, e con ordine, che ritenghi appresso di se la presente senza publicarla con editto publico, o atto simile, e che da alcuno de' suoi ministri non si pigli cosa alcuna per gl'atti da farsi in occasione, come sopra, ma il tutto si faccia gratis, mentre a V. S. mi offero, di Roma a 25. di Giugno 1651.*

Idem propè scripserat Cardinalis Ludouisius nepos Gregorij XV. nomine suæ Sanctitatis Episcopo Fulginatensi. *Illustre, e molto Reu. Sig. come fratello. La Santità di Nostro Signore, se bene vuole, che l'immunità Ecclesiastica sia conseruata illesa in tutti luoghi, e particolarmente del suo stato Ecclesiastico, sente nondimeno malissimo, che i delinquenti contumaci, e i debitori fugitiui siano mantenuti nelle Chiese, & altri luoghi sacri; e per questo hauendo saputo, che doppo quello, che fù scritto a V. Sig. con le precedenti circa i contumaci, che haueuano ricouero nelle case della Chiesa di S. Caterina di cotesta Città, essendo di colà partiti, hanno trouato altri luoghi da ritirarsi, hà ordinato sua Beatitudine, che si scriua a lei, che fattisi chiamare innanzi a se tutti i superiori del Clero secolare, e regolare faccia intender loro, che dentro ad vn breue termine, che a lei parerà di prescriuergli, debbano hauer licentiato, e fatto sfrattar via dalle Chiese, Conuenti, Monasteri, Case, e luoghi loro qualsiuoglia contumace, & altre persone ritiratesi per paura, e sospetto della Corte; con ordine a ciascheduno, che per l'auuenire si guardi non mantener più simili genti, e quando contrauenghino, proceda contro di loro seueramente, facendo venire alla carceratione dei sudetti contumaci, & altri come sopra, che si ritrouassero nelle medesime Chiese, e luoghi Sacri, ma col manco rumore, e scandalo, che sarà possibile. Ella dunque così si contenterà d'attendere la mente della Santità sua auuisandone, e nostro Signore Iddio la salui. Di Frascati li 9 Ottobre 1621.* 67

Eadem ferme scripsit multoties Nuncijs Apostolicis nempè. *Al Nuncio di Fiorenza. Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello. Come vuole la pietà, e zelo, che tiene la Santità di Nostro Signore, che al pari d'ogni altro negotio premi in sostenere l'Immunità concessa da' Sacri Canoni, e Constitutioni Apostoliche alle Chiese, e luoghi sacri, così desiderarebbe sua Santità di poter ordinare, che senza alcuna distintione de' casi fusse intrepidamente difesa, e inuiolabilmente mantenuta, acciòche ne seguisse l'accrescimento del decoro della Casa di Dio, come conuiene: Ma non permettendo ciò la malitia di molti, che dell'Immunità delle Chiese si seruono per occasione di rendersi animosi in commettere nuoui, atroci, & enormi delitti senza timore d'hauere a riportare il douuto castigo, abusandosi del priuilegio di detta Immunità, e seruendosi sfacciatamente de' luoghi sacri, come di case profane con commetteruí anche bene spesso enormità senza riuerenza di Dio, e con aggrauare di spese, e mali trattamenti i Sacerdoti, o Ministri de' medesimi luoghi immuni. Perciò sua Santità contrapesando il zelo, che tiene della giustitia, e che quella non venghi vilipesa, nè perturbato il buon gouerno di cotesta Nunciatura, hà risoluto di concedere facoltà a V. Sig. si come concede con la presente per vn'anno solo, che commettendosi atroci, & enormi delitti, con abusarsi da' delinquenti l'Immunità Ecclesiastica, ella possa fargli estrarre dalle Chiese, & altri luoghi immuni, etiamdio de' Regolari, o in qualsiuoglia altro modo esenti con quella maggior decenza, che sarà possibile, o quelli ritenere nelle Carceri Ecclesiastiche per castigargli, o restituirgli a i medesimi luoghi immuni, secondo che ordinerà nostro Signore doppo l'auuiso, ch'hauerà dato V. Sig. de i delitti da loro commessi con* 68

le cir-

le circonstanze, e qualità concernenti, senza che V. Sig. incorra in alcuna censura Ecclesiastica, ò irregolarità; compiacendosi d'ordinare, che per simili licenze, & estrattioni non si pigli da alcuno de' suoi ministri, ò da altro menomo pagamento; ma il tutto si faccia gratis con ritenere questa facoltà presso de se, senza publicarla con editto publico, ò atto simile, e a V. Sig. prego compita felicità, di Roma à 2. Nouembre del 1652.

69 Hæc facultas etiam quoad extractionem bonorum concessa fuit Nuncio Apostolico Neapolitano cùm extensione ad totum Regnum die 17. Iulij 1668. quam die 12. Iunij eiusdem anni denegauerat. Concessa etiam fuit cùm eadem extensione R. P. D. Pamphilio, olim Nuncio Neapolitano, qui tamen cùm ad Summi Pontificatus apicem peruenisset, facultatem hanc sibi iam concessam reuocauit. Verùm id pendet ex temporum, rerum, ac morum circumstantijs, quibus omnia reguntur.

70 Illud certum, quod licèt Decoctores in fraudem quoad personam gaudeant immunitate, vt probat *cap. Inter alia*, quod generaliter prohibet inuitos extrahi, & excipit duos casus dumtaxat, & ad idem *cap. miror*, *& cap. siquis contumax* 17.q.4. & clarius probatur in *l. præsenti*, *C. de his, qui ad Eccles. confug.* & tradunt Abb. *in d. cap. Inter alia n.22.* & Ioan. de Anan. *n.8.* Oldrad. *cons.54.* Nauar. *in man. c.25. num.19.* ex communi sententia post Constitutionem Gregorij XIV. §.2. ibi: *fraudolentis decoctoribus* docent Suar. *de Relig. to.1. lib.3.c.11.n.3.* Farinac. se retractans *in append. de immun. cap.4.n.64.* Fagnan. *in cap. Inter alia de immun. Eccles. n.58.* Ambrosinus, Duardus, Fernandez, Gratianus, Anton. Nouarius, Diana, referens sic decisum à S. Congregatione Immunitatis, Geronda, Cherubinus, Correa, Sanchez, Tassonius, Lezana, Bonacina, Marius Italia, & Delbenè *de Immun. cap.10. dub.11. sect.6. n.8.* contra Couaruuiam 2. *var. cap.20.n.14.* Boer. *dec.215.n.5. & 6.* qui in eos acriter inuehit, & Cutellium *de immun. Eccles. lib.1.c.32.n.1.* & quamplures alios, quos superiùs adduxi, quia reuera non sunt publici latrones, nisi per similitudinem, prout in specie de Constitutione Pij V. docent Farinac. *to.1. cons. 76. n.13.* Locatel. *de tortur. inspect.5. n.158.* Ambrosin. *de Immun. cap.1. n.14.* & Chartar. *decis. crim. 46. n.72.* Atqui pœnæ non sunt extendendæ ad similia, præsertim in præiudicium immunitatis. Idque etiamsi fuerint debitores fraudulenter decocti, ac de fuga suspecti, ac in proprios vsus regia tributa, vel pecunias conuerterint, vt in specie officialis regij debitoris ex causa administrationis, & Syndicatus firmat Thom. del benè *loc. cit. sect. 1. n.6. & sect.6. n.4. cum seqq. & dub.24. sect.19. n.1.* & per *tot.* Farin. *in d. append. cap.2. n.66. & cap.3. n.60.* cum plurib. *seqq.* Ambros. *eod. tr. cap.13. n.2.* Castropal. *to.2. tr.11. disp. vn. pun.8. n.5.* & Dian. *p.1. tr.1. resol.32.* Neque in Bulla ipsa B. Pij priuantur immunitate, adeòque cautè res suas componunt, vt rarò, aut nunquam comprobetur in ipsis casus Bullæ; semper enim aduersæ fortunæ infortunium apparere faciunt; & quamquam publicis latronibus comparentur, difficilè erit, vt in ijs concurrant ea, quæ necessaria sunt ad constituendum publicum latronem, præcipuè frequentia actuum, ex quo decoctores vltra primam vicem non inueniunt, qui eis credant pecunias, & bona.

71 Attamen quoad bona, quæ secum ad Ecclesiam confugientes in fraudem creditorum ducunt, S. Congregatio Immunitatis facultatem Ordinarijs concedit, in casibus tamen particularibus, vt facto illorum sequestro, deponantur penes superiores Ecclesiarum, vel aliam personam tutam ad effectum illa consignandi, cui de iure. Atque ita passim de stylo iuxta deducta per D. Fagnan. *in cap. Inter alia, de immun. Eccles. n.103. & seq.* obseruatur, vt ex declarationibus in fine relatis, vbi quod etiam aliquando extractæ fuerint personæ ipsæ. Ac ita, vt non obstent litteræ iussu Clementis VIII. scriptæ Archiepiscopo Bononiensi, ac Nuncio Neapolitano relatæ à Mat. Ital. *de Immun. lib.1. cap.5. §.8. n.1. & seqq.* quibus mandabatur, vt sub pœna omnibus Superioribus Regularium prohiberent, ne in eorum Monasterijs reciperent condemnatos, decoctores, bannitos, fures, debitores, aliosque similes. Tum quia, vt constat ex earum tenore, de quibus apud Farinac. *de immun. cap.22. n.348. & seq.* in ijs tantum demandatur, ne tales personæ receptari debeant, vel diù permaneant, non autem quod Ecclesiastica immunitate debeant priuari, vt benè aduertit idem Farinac. *loc. cit. & in cap.3. n.64.* Peregr. *de immun. cap.11. n.14.* Dian. *p.3. tr.1. resol.40.* & alij apud Delbenè *d. cap. 16. dub. 11. n.10. cum seqq.* Proindèque nullo modo dici potest per easdem Epistolas in forma Breuis non publicatas derogatum fuisse constitutioni Gregorianæ in casibus in ea expressis, dum summus Pontifex Clemens in dictis suis litteris non excipit alios casus præter exceptos in dicta Gregoriana. Vltra quod huiusmodi litteræ non obligarent, nisi Bononiæ, ac Neapolis, ne vltra legislatoris præceptum, & intentionem operarentur, vt considerat Farinac. *vbi supra*, & Delbenè *d. cap. 11. dub. 11. n.13. & seq.* Tum etiam quia in eadem Gregoriana reuocantur omnia, & singula indulta, ac priuilegia Principibus concessa extrahendi delinquentes ab Ecclesia, & nominatim fraudolenter decoctores ex deductis à Delbenè *cit. dub.6. n.7. & 8.* Farinac. *d. cap.3. n.64.*

Ex quibus satisfit expostulationibus Principum, qui 72
sæpè queruntur, vt ipsi aiunt, *di non poter mai castigarsi niun maluagio, secondo che meriterebbe, quando gli si permette il ricorso alla sacra Congregatione dell' Immunità, etiandio che il medesimo maluagio si abusi con grandissimo scandalo del rifugio in Chiesa, o in luogo immuno, mentre vi continua le pratiche con banditi, vi ordisce omicidij, vi spedisce bollettini per ricatti, e vi si fa osseruare con ogni sorte di scandaloso commercio, ritenendoui fino la notte non solamente le mogli, ma le meretrici ancora. Di ammettersi l'appellatione dalle sentenze degl' Ordinarij allora solamente, quando queste sono in fauore della giustitia secolare. Il che praticarsi non ostante la chiara proibitione della Bolla di Gregorio,* ibi: quacunque appellatione post posita. *Di soffrirsi questi, e somiglianti gran pregiudicij del buon loro gouerno, quando ben' anche in riguardo al sentimento pure Ecclesiastico della S. Congregatione si contentano, che contro tali scelerati habbia solamente luogo la pena straordinaria; posciache per la dichiaratione di questa si perdono tanto auanti le risolutioni, che non fanno più quel buon' effetto, che farebbono, se queste si dassero con la necessaria speditione. Dal che i medesimi Principi vengono a conchiudere, che le Chiese, o i luoghi immuni, attesa la principal consideratione, che si dee hauere alla giustitia, seruono in effetto per sicurezza de' maluagi non solamente doppo hauer questi commesso il delitto, ma anche innanzi di commetterlo, e che anzi costoro non sarebbono risoluti di commetterlo, se prima non si fossero assicurati di hauere la ricoperta, e lo scampo della Chiesa.*

Non sunt itaque exaudiendi ij, qui hoc asylum re- 73
ligione munitum hisce temporibus passim, aut aperta petitione oppugnant, aut calumniosis litibus per cuniculos subuertunt. Equidem nihil æquius dici potest, si sano iudicio res æstimetur; sed nec quidquam capitalius publicæ securitati, si hoc perfugio licet abuti ad eludendam vim rerum ritè iudicatarum, & rescindenda decreta Summorum Pontificum, ac Ordinis Eminentissimi. Romana Curia, cuius Sacrosancta auctoritas est, tandiù stabit, quandiù Constitutiones Pontificiæ vel inusu, vel contemptu paolatim non exolescant. Non potest quidem recusari in hoc fatali rerum motu, quo minùs multa incidant præter leges, præterque morem maiorum; sed quò pluribus præsidijs nititur potestas laica ad turbandum Immunitatis perfugium, hoc arctius, comentiusque legum habenæ moderandæ sunt. Aiunt, Constitutionem Gregorianam refragari sacris Canonibus, ac proindè nullius esse momenti. Quæ oratio palam est aduersus omnes Constitutiones, vtpotè quæ supremo Ecclesiæ Capiti exprobret vel supinam iuris ignorantiam, vel quod fædius longè, flagitiosam eius deprauationem, idque in causa leuato velo iudicata. Porrò autem an id iuris erit versutis hominibus post rem iudicatam, quod ne rebus quidem integris leges quædam concedunt, vt Constitutio illa Gregorij, ac decreta Cardinaliom reijci, ac recusari possint, cùm haud dubia ratione iuris plura permitti soleant ad hoc, ne quid constituatur,

ruatur,

guatur, quàm vt ritè constitutum subuertatur? Ac tametsi haud quaquam par videtur, vt communem sæculi inuidiam subterfugiamus, & præcipuam aliquam sortem postulemus, tamen si nec ius, nec ratio à nobis starent, sedis Apostolicæ magni refert hanc in primis caussam nullo modo retractari, ne vilescat sacrosancta illa opinio, quæ penitus in animis gentium insedit de eius, & in cognoscendo diligentia, & in iudicando religione, & in exequendo authoritate.

74 Declarationes, & decreta multa S. Congregationis opportunè compendio iam exhibeamus.

75 Confugientes ad Ecclesiam, etiamsi ligati catenis, & ferris confugiant, gaudent immunitate in Beneuentana 6. Maij 1653.

76 Qui cùm armis prohibitis ad Ecclesiam confugiunt gaudent immunitate, in Salernitana 30. Septembris 1626.

77 Confugiens ad Ecclesiam pro debito ciuili gaudet immunitate, in Costronen. 21. Iulij 1627.

78 Confugiens ad Ecclesiam dum ducitur ad supplicium gaudet immunitate, in Vallisoletana 19. Maij 1627.

79 Confugiens ad Ecclesiam, si ab ea exeat cùm saluoconductu, & carceretur à Curia laicali, est restituendus, in Ariminen. 3. Maij 1628.

80 Ecclesiastici confugientes ad loca immunia gaudent immunitate, prout gaudent laici, in Tranen. 19. Iunij 1635.

81 Innixus stipiti portæ Ecclesiæ gaudet immunitate, in Amerina 28. Maij 1628.

82 Adhærens muro Ecclesiæ gaudet immunitate, in eadem Amerina 18. Februarij 1632. & in Camerinen. 13. Iulij 1638.

83 Euadens è manibus birruariorum, & adhærens valuis Ecclesiæ, gaudet immunitate, in Firmana 13. Iulij 1657.

84 Qui in actu carcerationis cohærebat valuis Ecclesiæ vnico pede, & vnica manu, gaudet immunitate, in Brundusina 4. Septembris 1640.

85 Tenens annulum valuarum Ecclesiæ gaudet immunitate, in Caputaquen. 7. Septembris 1638.

86 Captus à birruarijs in ianua Conuentus, siue Monasterij gaudet immunitate, in Rossanen. 18. Februarij 1653.

87 Captus in platea Cathedralis Ecclesiæ gaudet immunitate, in Narnien. 17. Iulij 1663.

88 Confugiens ad Ecclesiam ligatus cùm birruario non gaudet, in Florentina 6. Nouembris 1634. & in Aletrina 2. Martij 1660.

89 Carceratus sequens, & manu tenens fimbriam vestis Sacerdotis redeuntis ad Ecclesiam cùm Santissimo Eucharistiæ Sacramento gaudet immunitate, in Militen. 28. Maij 1626.

90 Associans processionem Sanctissimi Sacramenti gaudet immunitate, 30. Septembris 1636.

91 Condemnatus ad supplicium mortis, effringens carceres, non autem compedes, si confugiat ad Ecclesiam, gaudet immunitate, in Romana 11. Februarij 1648.

92 Furans in Ecclesia, quamuis gaudeat, punitur pęna exilij, in Ianuen. 15. Ianuarij 1647.

93 Confugientes non possunt retineri in Ecclesia in compedibus, aut ligati, in Consentina 11. Iunij 1627.

94 Condemnatus ad triremes aufugiens è carcere ad Ecclesiam gaudet immunitate, in Anglonensi 22. Iunij 1660.

95 Ad gaudendum immunitate sufficit confugienti probatio arbitrio Episcopi, in Syracusana 16. Iulij 1626. Domus, in qua cùm alijs viuit Fiscalis Curiæ Episcopalis, non gaudet immunitate S. Congreg. Immun. 2. Aprilis 1669.

96 Litteræ pro electione delinquentium à loco immuni dari possunt tantummodò à S. Congregatione immunitatis, in Alydrunsina 11. Iunij 1627.

97 Decoctorum bona sunt extrahenda à loco immuni, & consignanda Iudici causæ, in Amalphitana 29. Decembris 1625. in Ianuen. 3. Iunij 1625. & in Derthonen. 26. Iulij 1626.

98 Ordinarius loci non potest extrahere bona decoctorum absque facultate sedis Apostolicæ, in Neritonen. 17. Ianuarij 1628.

Decoctoribus, qui ad Ecclesiam confugiunt, solet 99
præfigi terminus, quo elapso seruatis seruandis possunt extrahi, in Neapolitana 11. Martij 1625. Non possunt tamen extrahi absque facultate Apostolica, in Panormitana 21. Ianuarij 1626.

Decoctores Regiæ Cameræ possunt extrahi, & man- 100
cipari carceribus Ecclesiasticis, donec integrè persoluant in Neapolitana 18. Iunij 1626. & 9. Octobria 1629.

Immunitate gaudent Clerici, qui post delicta patrata 101
ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Gregoriana comprehensos, quo in casu Abbatis opinio communiter est reiecta, ac reprobata, S. Congr. Episc. in Tropien. 24. Ianuarij 1617.

Immunitate gaudet pro debito ciuili ad Ecclesiam 102
confugiens, ead. S. Congr. in Cotronen. 21. Iulij 1617. & in Beneuentana 10. Maij 1619. & in Senogalliensi 22. Nouembris eiusdem anni.

Capellæ priuatorum palatiorum non gaudent immu- 103
nitate, ead. S. Congr. in Marsicana 17. Nouembris 1617. & S. Congr. Immun. in Perusina 9. Decembris 1631.

Mater occidens filium infantem non gaudet immuni- 104
tate Ecclesiæ, S. Congr. Concilij 3. Decembris 1632.

Malis medicamentis procurans abortum non gaudet 105
Ecclesiæ immunitate, ead. S. Congreg. Concilij 30. Decembris 1632.

Qui faciem, vel vultum, vel oscuipiam in Ecclesia 106
vulnerat, gaudet immunitate, S. Congr. Episcopo 16. Nouembris 1618.

Qui elapsus è manibus Satellitum confugit ad Eccle- 107
siam, vel apprehendit parietem, aut seras valuarum, gaudet immunitate, S. Congr. Episc. 31. Martij 1604. & 18. Iulij 1614. & 20. Decembris 1616.

Gaudet etiam comprehensus, qui per locum sacrum 108
ducitur. S. Congr. Episc. in Sypontina 12. Martij 1603. & in Theanensi 13. Iulij, & in Hieracensi eodem die ac anno. Verùm contra censuit S. Congr. Immunitatis, vt supra, sed alibi eas conciliamus.

Attentans mutilare, vel occidere in Ecclesia non se- 109
cuto effectu gaudet, ead. S. Congr. Episc. 22. Ianuarij 1627.

Clerici confugientes ad Ecclesiam gaudent immuni- 110
tate, etiam respectu vtriusque Iudicis, ead. S. Congr. Episc. in Fauentina 20. Aug. 1601. & in Tropien. 24. Ianuarij 1617.

In materia Immunitatis procedendum est per viam 111
censurarum, non capturæ, S. Congr. Immunitatis in Verulana 14. Decembris 1626.

Infidelis, siue sit seruus, siue mancipium, gaudet im- 112
munitate Ecclesiæ, ead. S. Congreg. Immunitatis in Cathacen. 18. Febr. 1631.

Grassatores, siue latrones publici non gaudent immu- 113
nitate. Gregorius XIV. in sua Constit. Non possunt verò dici publici latrones, qui semel, aut bis aliquem spoliarunt, vel sæpiùs, sed occultè in vijs priuatis, vel etiam in locis sacris, dummodò non publicè furari consueuerint, S. Congr. Episc. 10. Martij 1610. in Cathacen. & in Laudensi 28. Aprilis 1623.

Monetarij gaudent Immunitate Ecclesiæ, sed contra 114
Ecclesiasticos in hoc delicto procedendum est iuxta Constitutionem Vrbani VIII. sub anno 1627. S. Congreg. Immun. in Oppiden. 16. Ianuarij 1635.

Cognitio causæ Clerici monetarij spectat ad Episco- 115
pum iuxta Constit. Vrbani ead. S. Congr. 18. Februarij 1631.

Monetarij gaudent immunitate Ecclesiæ, quia non 116
sunt de exceptis in Constit. Gregoriana, solet tamen ob grauitatem delicti à Sanctiss. dispensari, vt extrahantur cùm debita decentia, & cùm interuentu personæ Ecclesiasticæ, deducendo reos ad carceres Episcopales, in quibus sub tuta custodia retinentur iuxta tenorem dictæ Constitutionis vsque ad nouum ordinem suæ Sanctitatis, vt in Pisana 8. Aprilis 1668.

Declarantur excommunicati ex causa custodiæ ba- 117
roncelli in Ecclesia custodientes reos ad illam confugientes, in Amerina 4. Decembris 1629. ex S. Congr. Immun.

Non est permittenda custodia confugientium ad 118
Ecclesiam ex ead. S. Congr. in Neapolit. 22. Iunij 1627.

Acri-

119 Acriter reprehenditur Archiepiscopus Consentinus super custodia confugiatorum, in Consentina 21. Iunij 1627. ex ead. S. Coogreg.

120 Custodia etiamsi remota ab Ecclesia est amoueoda, ead. S. Congr. 14. Februarij 1634.

121 Capellæ, siue Ecclesiæ in arcibus, siue Castellis existentes gaudent immunitate. S. Congreg. Immunit. sub anno 1653. Vndè cùm D. Cardinalis Triuultius nomine Maiestatis Catholicæ supplicaret pro declaratione, vel licentia, ne milites delinquentes, qui ad illas confugiunt, gaudeant immunitate, Ordinarij possint se ingetere in impediendam punitionem delictorum, licèt confugerint ad dictas capellas, siue Ecclesias, Congregatio Immunitatis eodem anno censuit respondendum, quod in casibus particularibus consulatur S. Congregatio.

CONSVLTATIO V.

An percutiens Clericum mortuum incidat in can. Siquis suadente 17. q. 4. Vbi obiter tantùm exploditur iudicium cuiusdam Anonymi de constitutione hominis.

1 IN *c. siquis suadente* 17. q. 4. habetur Constitutio Innocentij II. in Concilio Lateranensi *cap.* 15. quæ est huiusmodi: *Si quis suadente diabolo in Clericum, vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum præsumat illum absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat*, ex quo textu habetur excommunicatio latæ sententiæ contra iniuriosè manum inijcientes in Clericos, vel Religiosos; quia, licèt verbum *subiaceat*, tanquam futuri temporis, in aliquibus casibus sit sententiæ ferendæ, vt apud Tiraquel. *in l. si vnquam, v. Reuertatur, n.* 149. tamen regulariter loquendo est latæ sententiæ, vt idem Tiraquel. *ibi n.* 148. & ita in terminis de hoc *can. siquis, suadente*, ipse Tiraquellus *ibidem* latè probat cùm multis iuribus, & Doctoribus, & expresè sic habetur de eodem *can. si quis, suadente* in *cap. quod translationem de offic. leg.*

2 Nomine autem Clerici continetur, & is, qui solam habet primam tonsuram, Sayr. *lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 4. Et procedit, etiamsi non habeat requisita Concilij Tridentini ad vtendum priuilegio fori, vt declarauit S. Congregatio apud Barbosam *in d. can. siquis*. Monachi autem nomine intelliguntur omnes Religiosi etiam latè dicti, id est etiamsi non emittant tria vota substantialia, dummodò sit eorum Religio à Sede Apostolica approbata, vt Doctores, quos allegat Diana *resol.* 61. *tr.* 1. *tom.* 2.

3 Nuoc ad rem. Teneodum est, quod percutiens Clericum, vel Monachum mortuum incidat in excommunicationem *d. can. siquis, suadente*, est communior, eamque traduot Felio. *in cap. A nobis* 2. *n.* 4. *de sent. excom.* Albert. Brun. *de augm. n.* 95. Boer. *dec.* 316. *n.* 12. Duegn. *regul.* 99. *ampl.* 6. Hippol. *in l. vnicam n.* 53. *C. de rapt. virg. & in l. fin. n.* 56. *ff. de quæst.* Tolet. *lib.* 1. *cap.* 31. §. *quarto debet, in fin.* Squillan. *de priuil. Cler. cap.* 6. *n.* 36. Bellett. *in d. §. quis. Cler. sit. de fauor. Cler.* §. 1. *num.* 12. Villalob. *p.* 1. *sum. tr. diffic.* 22. *n.* 16. Nald. *v. sepultura, n.* 5. Sperell. *dec.* 45. *tom.* 1. Delbenè *de immun. c.* 2. *dub.* 4. *n* 9. vbi contrarium censet quoad irregularitatem, si quis mortuum mutilauerit, quia mortuum mutilando non priuat membrum hominis aliqua vita: & alij. Ratio vnica est, quia mortuo quoque inferri potest iniuria, vt notant Baiard. ad Cler. §. *fin. q.* 77. *n.* 16. Medices *in tr. mors omnia soluit q.* 3. *n.* 61. Deciao. *tr. crim. lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 19. Carol. de Graff. *effect.* 9. *Cler. n.* 140.

4 Ac proindè inferens iniuriam Clerico, vel Monacho etiam mortuo incurrit pœnas impositas illam inferentibus; atque hinc est, quod post mortem delinquentis non debet Iudex imponere pœnam cadaueri; quia viderut inferre iniuriam defuncto, & per consequens hæredibus, aliàs teneretur in syndicatu, *arg. text. in l.* §. *quoties, ff. de iniur.* ac tenet Angel. & Imol. *in l. defunct. ff. de publ. iudic.* Petr. *in l.* 2. *C. qui test. fac. pos.* & ibi Cyn. Rom. Alex. Ias. Com. & alij; quod tamen intelligendum est, nisi delictum sit grauissimum, & enorme; quia tunc rectè poterit Iudex pœnam imponere cadaueri, *arg. textus in c. Mulier* 15. *q.* 1. *& in cap. cum ad Monasterium, de stat. Monach.* vbi habetur quod *si proprietas apud quemquam Regularem inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra Monasterium in sterquilinio subterretur*, probatque Glos. singularis *in l.* 2. *ff. arborum furtim cæsarum, text. in l. capitalium ff. de pæn. text. in* §. *famosos eiusdem l.* & notat Imol. *in d. l. defuncto col.* 1. Id, quod praxi seruatur in his delictis. Primò in delictis hæresis, quia durat post mortem quoad bona, & probato delicto post mortem confiscantur bona. Textus est *in l.* 4. *C. de hæret. in l. Apostatarum C. de Apost. in cap. sanè* 11. 24. *q.* 2. *in cap. Accusatus*, §. *meo, de hæret. lib.* 6. Secundò in crimine læsæ Maiestatis humanæ, qood durat post mortem respectu bonorum, textus est *in l. ex iudiciorum, ff. de accus. in l. Pantonius*, §. *Res perduellionis, ff. de acq. hæred. in l. donationes*, §. *fin. ff. de donat. in l. cum filius* §. *fin. de leg.* 2. *in l. pen. & in l. fin. C. Ad leg. Iul. Maiest. & in* §. *Per contrarium, Instit. de hæred. quæ ab intest. det. & in* §. 2. *Instit. ter. ff. de publ. iud.* & vbique communiter Doctores. Tertiò in crimine reputandarum, quando Iudex durante officio iniustè recepit aliquas pecunias, vel res à subditis, vel litigaotibus, vt *in l.* 1. *& per tot. ff. ad leg. Iul. rep.* quod durat post mortem quoad pœnam bonorum, textus est *in d. l. ex iudiciorum, ff. de accus. &* ibi Glos. *ord.* & Doctores communiter. Quartò in crimine peculatus, quando quis rem sacram, vel publicam subtraxit, quod crimen durat post mortem quoad pœnam bonorum, *text. in l. fin. ff. ad l. Iul. pec.* vbi Doctores. Quintò, quando reus delinquens conscientia criminis se interfecit postquam erat accusatus, vel inquisitus de crimine, vel in eo deprehensus. Nam tale delictum durat post mortem respectu confiscationis bonorum, si crimen erat tale, propter quod bona veniebant confiscanda, quia habetur pro confesso, & condemnato, licèt hæredes possint probare contrarium, *text. in l. fin. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi consc.* & ibi Glossa, & Doctores. Sextò, quando ex delicto imponitur pœna amissionis bonorum ipso facto, vel iure; tali enim casu durat delictum post mortem respectu bonorum, *text. in l. Caius, ff. ad Syllan. in d. l. ex iudiciorum, ff. de accus. in auth. de incest. nupt. in cap.* 1. *de homic. lib.* 6. *facit que textus in l. commissa ff. de publ. & vect.* tenetque expresè Glossa iuncto textu *in l.* 3. §. *quod autem ff. quod quisque iuris in Glos. fin.* quam ibi ad hoc commendat Batt. Bald. & communiter Doctores.

5 Nec obstat, quod licèt verum sit, mortuo inferri posse iniuria, sicut etiam deferri potest honor, vt constat ex praxi quoad honores funebres, non tamen ex hoc sequitur, quod fauor Canonis se extendat etiam ad corpora mortuorum. Nam sic etiam mortui honorari possuot, & iniuria affici in suis statuis, & imaginibus, non tamen sequitur, quod percutiens statuam, aut imaginem Clerici, vel Monachi iocidat in Canonem; quia statua, & imago non est Clericus, & proindè verba legis casui aptari non possunt; vt enim locum habeat pœna Canonis, necesse est, quod verba ipsius casui aptari possint; vbi enim verba legis non conueniunt, dispositio locum non habet, *l. quod constitutum, ff. de milit. testam. & l. Hos accusare*, §. *omnibus, ff. de accus. & cap. Indemnitatibus*, §. *sed cum eas, de elect. in* 6. Vnde partem negatiuam tenent Dec. *in cap. Ad hæc, n.* 34. *de priuil.* Graff. *cons.* 7. *n.* 9. *de sent. excom. vol.* 1. Leonius *de censur. recollect.* 5. *n.* 55. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 3. *n.* 8. *lit. B.* quia inquiunt: non percutit Clericum, & proindè verba legis locum non habent; Clericus enim necessario est homo, qui solus est capax ordinis ecclesiastici ita, vt nisi sit homo, neque etiam sit Clericus; nam deficiente homine, defficit fundamentum, immò ipsa persona, in qua potest esse Clericatus.

6 At hæc obiectio nullius est momenti; quamuis enim homo sit quodam totum, seu compositum coalescens ex anima, & corpore, ita ut neque anima seorsim, neque corpus sint homo iuxta doctrinam Catholicam, quam tradunt ex Aristot. 2. *de an. tex.* 5. D. Augustin. *lib.* 19.

de ciui.

de ciuit. Dei c.3. D. Thomas *1.p.q.75.ar.4.& q.79.ar.1.* Innocentius III. *in cap. In quadam §. sed aduersus, de celebr. missar.* & ideò si soluatur compositum, soluitur, & deficit homo, vt constat etiam in omnibus alijs, quæ ex aliqua compositione resultant; quia forma consistit in indiuisibili, vt notant Doctores *in l. si veritas, C. de fideic.* Attamen cum Clericus mortuus, saltem denominatiuè vocetur Clericus, potest quidem dici, quempiam iniuriam inferre per violentam manus iniectionem in Clericum; quod satis est ad fundandam excommunicationem *d. Canonis*. Deindè Nouitius, & Conuersus non habent ordines, & tamen secundùm hos Doctores, qui eos percutit, incidit in Canonem; quare non applicatur exemplum de statuis, & imaginibus, quia non sunt pars hominis, sicut fuit cadauer Clerici, quod est capax honore, vel iniuria.

7 Minùs obstat, quod mortuus non est in iurisdictione; quia sufficit, quod sit in iurisdictione, qui ipsum mortuum percutit.

8 Hinc licèt cuidam Anonymo in sua censura lapsus videatur Scriptor doctissimus duplici fungens munere historici, & Apologistæ, dum ait, in plerisque dicti Scriptoris concitatio, & acumen, plura etiam neruosa sunt, densa, & argumentis consertissima, dictioque ipsa pugnax; ferit enim, atque collimat certissimè, tamen adfectatio sæpè, ac tumor, sententiolæ fractæ, & conglobatæ, circuitus, conglutinatioque verborum, & fucatus nitor, ac minuta quædam dicta, aut vana, quæ aspectu blandiantur, excussa moueant risum, immò & stomachum, atque bilem. In similitudinibus, in exemplis, in multis extraneis disputationibus elatus, intempestiuus, iuuenilis deprehenditur. Ad fidem quod attinet, pluribus, quæ dicit, tanta authoritas inest, vt dissentire pudeat. Sed nonne in permultis sanum iudicium desideratur, & vota sua pro rebus in tabulas refert, siue non quæ nouit facta, sed quæ voluit? Criticus certè etiam morum, vel ex eo summus fuit, quod ne summis quidem Ecclesiæ fastigijs pepercit. Cæterùm magnus est Historicus argumento, ac explanatione, essetque maior, si minus scripsisset. *Quis nescit*, subdit, M. Tullius, qui complexus videtur *lib. II. de Oratore* quæ ad historiam necessaria sunt, *primam esse historiæ legem, ne quid falsi dicere audeat, deindè ne quid verè non audeat? ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus; ipsa autem ædificatio posita est in rebus, & verbis. Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem. Vult etiam, quoniam in rebus magnis, memoriaque dignis consilia primùm, deinde acta, postea euentus expectantur, & de consilijs significari quid scriptor, & in rebus gestis declarari non solum quid actum, aut dictum sit, sed etiam quomodo. Et cùm de euentis quæritur, vt causæ explicentur omnes, vel casus, vel sapientiæ, vel temeritatis, hominumque ipsorum non res gestæ, sed etiam qui fama, ac nomine excellunt, de cuiusque vita, atque natura. Verborum autem ratio, & genus orationis fusum, atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens sine hac iudiciali asperitate, & sine scientiarum forensium aculeis prosequendum est.* Leges claras, breues, eruditas, & ad quas nihil habeo, quod addam, leges Cicerone dignas, qui eas scripserit, par autem parendi necessitas, qui intellexerit, æquale delictum, qui pertinaciter violarit. Sanè si quibus in locis subiungit Anonymus, lapsus est scriptor iste vel hoc ipsum ei debeatur, quod nos excitauit ad veritatem, cuius splendorem quouis nomine chariorum habere debemus. Ille igitur initio proemij suæ historiæ sic ait: *Quell' Istoria, che io prendo a scriuere non è per dilettare col gustoso errore delle battaglie la fantasia, potenza comune ad ogni animale, ma per migliorare con la notitia d'importantissime verità l'intelletto, ch'è solo nell'huomo, e che solo è l'huomo.* Indè sic prosequitur Anonymus.

9 Hic error fuit Platonis *in Alcibiade primo*, vbi vt ostenderet, aliud esse nos ipsos, aliud res nostras, aliud, quod ad res nostras attinet, itemque & is, qui vtitur, & id, quo ille vtitur; Nos quidem ipsi, scilicet homo est, inquit, anima rationalis, mentis particeps, corpore vtens; itaque corpus res nostra est. Pergit insuper ibidem dicere, hominem esse vnum quoddam ex his tribus, scilicet aut animum, aut corpus, aut hoc vnum totum ex vtrisque compositum, dictumque fuerat, illud, quod imperat corpori, hominem esse, corpusque non imperare sibi, neque item compositum imperare sibi; quia si singulæ partes non imperant, neque simul iunctæ; quandoquidem igitur neque corpus, neque vtrumque simul homo est, relinquitur horum alterum, vel nihil ipsum esse, vel si aliquid est, nihil aliud esse hominem, quàm animam. Est & alter locus *in Epinomide*, & clarius *ra. legum*, quæ quidem tanquam delicias plusquam in cæteris amplexati sunt Academici, quibus euanescendi ansa ab Antesignano præbita vsque adeò est, vt illorum alij sententiam mordicus affirmarent, dicerentque hominem reuera esse ipsum animum, essentia à corpore segregatum, in quo quicquid est pulcrum, esse & bonum, etiam si indè corporis sequatur incommodum; corpus enim non partem esse hominis, sed instrumentum, & instrumenti malum ad vtentem minimè pertinere. Ita Proclus *in Alcibiade 1.* Plotinus *Enneadis 4. lib.7.c.1.* & *Enneadis 6. lib.6.* ac Ficinus multis in locis. Non enim informari corpus ab anima Pythagoras existimabat, sed corpore animam vti, tanquam instrumento, vt planè licuerit Platoni dicere, hominem esse animam. Sanè hunc admodum corpus ipsum nihil hominis est, nisi tanquam possessoris, vel vt equus, aut malleus militis, aut fabri. Eadem effutit monstra Proclus *in Timæum*, vehi scilicet à leone animam. Ita vecordiæ maculam delirij lauit atramento.

10 Verùm, cùm Plato negat hominem esse compositum eo, quod non imperat, aliquid sibi aduersi concitat, tunc potissimum, cùm inquit, propterea compositum non imperare, quia partes non imperant; quod nulla ratione effici potest, inquit ipse, vt vtrumque imperet simul. Cuius rei gratia ab ipso quæro, quid erant illa duo? Dicet, vnum esse corpus. Alterum verò quid esse intelligebat? An animam? Igitur neque anima imperat, contra quam ipse cupiebat; collimabat autem ad illud, vt animam solam hominem esse probaret; si enim coniuncta non imperat, quia separata non imperabat. Igitur anima sola minimè imperabat, & eadem ipsius consecutione, neque coniuncta; quamobrem anima nullo modo fuerit homo eo, quod illa corpori imperat, & præterquam quod extraneus videtur iste probandi modus, adhuc etiam haud recta est omninò consecutio, qua inferebatur, separatam non imperare animam, ergo neque coniunctam. Hoc enim modo miscibilium omnium virtutes negarentur, quorum vis singulorum seorsim sumpta nihil tale efficere valebat, quale, dum ad compositionem venit, efficere visa est. Sed quid etiam dicet ad ea, quæ de quantitatis virtute afferri solent, an solus vnus dies cæteris additus annum minimè claudet, propterea quod solus id facere queat? An centum homines simul sumpti propterea nauim non trahent, quia illam separati mouere non poterant? Omninò autem operationes suppositorum esse ipsamet natura, non modò Aristoteles docet.

11 Sed propius ad prioris argumentationis modum accedamus, vt si fieri possit, hominem non animam solam, siue solum intellectum, sed totum esse compositum necessariò ostendamus. Illud ex Timæo considerandum propono, quo dicitur animos corporibus necessariò fuisse insertos, vt quæ fuerit illa necessitas, aliquantulum inspiciant, an adhuc aliquid complementi futuro homini accedat, cuius gratia tot sudores descensurus animus patiebatur? Nam ibidem inspicies essentiales quasdam compositi esse operationes. Et quamuis hoc, vel illo corpore carebit anima, nunquam tamen extra corpus omninò esse apud Platonem certum est. Quo igitur tempore dabit mihi Plato solam animam, tunc veras hominis operationes ab ipso exposcam, vndè hominem solam animam esse comprehendam. Interim addam ex eodem Timæo, animum à Deo in corpore fuisse inclusum, intelligentiam verò in animo, cuius causam si ex Platone requiras, eam esse respondebit, Iouem sic ratum opus illud esse pulcherrimum. Sed si Deus optimus est, & ad ipsius bonitatem pulcherrima fecisse pertinuit, eodem impulsu animos corporibus ab eo fuisse inser-

infertos dicam, quo & intelligentiam animis inferere voluerit. Atqui fieri non poteft, vt animam illud effe dicamus, quod fola intelligentia eft; fiquidem intellectio, & res intelligens, præterquam in Deo, nulli vnum funt; igitur, & de humano compofito identidem intelligendum eft, vt homo non fola fit anima, fed animatale quid fit in homine, qua & homo verè dicitur homo.

12 Legifti, mi lector, Anonymi fententiam, fed offufcatam maleuolentia; fcriptor enim ille longè doctiffimus hæc omnia fciebat, fed voluit accipere hominem fecundùm nominis dignitatem. Voluit cum Ariftotele, quod quemadmodum tota anima, quamuis tribus potentijs confiftat, dum fola intelligens confideratur, non ob id reliquæ potentiæ ab animæ appellatione excluduntur, cum fatis fit illa pars, qua, vt inquit Ariftoteles, homo intelligit, atque fapit; & hoc etiam nomine plerofque è fanctis viris, immò & D. Paulus ad Romanos *cap. 7.* hominem accepiffe videtur; ad hoc enim, quod anima fit, aut requiritur habere omnes operationes hominis, aut principales: Si omnes, nunquam anima effet homo etiam apud Platonem; fi principales, ergo anima intellectiua eft homo; hinc eft, quod fecundùm Ariftotelem *lib. 9. eth. c. 4. & 8. & lib. 10. cap. 4. & 7.* illud potiffimè videtur effe vnumquodque, quod eft principale in ipfo. Sicut quod facit rector Ciuitatis, dicitur ciuitas facere; & hoc modo aliquando, quod eft principale in homine, dicitur homo; fiquidem pars intellectiua dicitur homo interior; quare induci non poffum, vt patiar Anonymi infcitiam, iniquum iudicium, frigidam calumniam, quibus viro Chriftianæ Theologiæ alioqui defenfori acerrimo, Gentilium opinionem impofuit.

13 Scio & ego, quod ex hoc Platonis errore Sixtus Senenfis libro fuo Bibliothecæ *6. annot.* 48. hanc hærefim in Auctore operis imperfecti *homil. 25.* detegit, & locum modò citatum, in quo inquit, videri innuere animam folam effe hominem, corpus verò effe indumentum eius; eiufdem hærefis fuit Georgius Venetus *tom. 1. problemat. fect. 1. probl. 26. & problem.* 159. contra quem fubdit Sixtus, hæc videri alludere ad Origenis dogma de animabus ante corpora conditis, partim ad placitum eorum, qui negant animam effe corporis formam. In eandem hærefim incidit Tatianus in illa oratione, quam & doctam quidem, atque moratam ad Græcos fcripfit.

14 Aduerfus hunc errorem pugnat ex Patribus Dionyfius Areopagita *lib. de diuin. nominib. cap. 6. ad med.* vbi fic ait: *Atque etiam hominibus Angelorum vitam largitur, quam concreti ex multis partibus adipifci poffunt, ac pro fumma humanitate fua nos etiam auerfos, & abductos ad fe conuertit, & reuocat; quodque multò eft diuinius, nos etiam totos animos dico, & paria corpora, fed ad perfectam, abfolutamque vitam, & immortalitatem traductum effe promifit.* Eadem habet Athenagoras pius philofophus, atque Chriftianus, quem inter Ecclefiafticos Doctores, atque Patres alij recenfent in libro de mortuorum refurrectione, quafi in Platonem inuehens. Item Tertullianus in *lib. de Refurrect. carn. cap. 6.* Gregorius Nazianzenus *orat.* 38. quæ eft *de Chrifti natiuit.* Æneas Gazæus, Platonicus Philofophus, vir antiquiffimus, dignus, qui & Patris nomine decoretur in Dialogo, qui *Theophraftus* infcribitur, fine de animorum immortalitate, & corporum refurrectione. Ex Theologis verò vnus inter omnes vnicus fingulis inftar omnium D. Thomas *p. 1. q. 75. ar. 4.* alijque cum Canoniftis *in Clem. 1. de fum. Trinit. & fid. Cath.* quo loco definitur de fide, animam rationalem, fiue intellectiuam effe formam corporis humani per fe, & effentialiter; quæ definitio pendet ex his, quæ hactenus à nobis dicta funt. At de hoc non amplius.

CONSVLTATIO VI.

De abfolutione ab excommunicatione Can. fiquis fuadente diabolo 17. quæft. 4. non parua practicè differuntur pro vtroque foro, vbi etiam quando, & quibus in cafibus pœna cadaueri imponatur.

ABfolutio huius excommunicationis eft Sedi Apoftolicæ referuata, vt in textu *d. can. Siquis.* Sed limitatur primò, quod Epifcopus de iure communi poteft quemlibet abfoluere, quando percuffio eft leuis, ideft neque enormis, neque mediocris, *cap. Peruenit, de fent. excom.* & ibi Gloff. & Abb. traditque Sayr. *lib. 3. cap. 28. num.* 35. Molin. *difp. 57. tr. 3.* Layman *lib. 1. tract. de excom. cap. 5. num. 9.* Genuenf. *in prax. capit.* 80. vbi latè hanc materiam declarat; & hæc facultas non folùm competit alijs Prælatis habentibus Epifcopalem iurifdictionem à Papa fecundùm communem, Sayr. *loc. citat. num.* 2. fed iuxta probabilem, etiam Vicario generali, vt tenet Bonacina *difput. fecunda quæftione quarta puncto quinto numero quarto*, qui alios allegat, & docet Molina *difput.* 59. *num. quarto eiufd. tract.* Contrarium tamen tradit Abbas, & Angelus, quos fequitur Sayrus *ibi*; quia textus ad Epifcopum verba dirigit; quod eft intelligendum, nifi fpecialiter fit mandatum, Sbroz. *de offic. Vicar. quæft.* 180. *lib.* 2. Poteft quoque Epifcopus abfoluere à percuffione mediocri, quando percuffio eft facta inter Clericos in communi viuentes, *vt cap. quoniam, de vit. & honeftat. Cleric.* Molin. *difput. 27. num.* 3. Sayr. *num.* 7. Item poteft Epifcopus abfoluere à mediocri officialem Principis, qui ratione officij turbæ arcendæ Clericum mediocriter percuffit, *cap. Si vero de fentent. excommunic.* Et idem de miniftris iuftitiæ dicendum, fi ratione fui officij exercendi percutiunt per eum textum, & ibi Doctores, Suarez *difputatio 22. de cenfur. fect. prima numero* 70. cum Caietano traditque Layman. *loco citato num.* 10. Hæc autem facultas, cum fit magis limitata, non competit Vicario generali, nifi ex fpeciali mandato, Sbroz. *loc. alleg.* 1

2 Pariter poteft abfoluere Epifcopus quemcunque, etiam ab enormi, habentem impedimentum perpetuum accedendi ad Sedem Apoftolicam, *vt cap. De cætero, cap. Quamuis, de fentent. excommunicat. & cap. mulieres eod. tit.* Et quidam dicunt procedere, etiam fi impeditus poffit recurrere per literas, vel nuncium ad fedem Apoftolicam pro Abfolutione, quia non tenetur pœnitens fic recurrere, Barbofa *in d. ca. Si quis, fuadente 17. quæft. 4. numero* 90. Henriquez *libro 6. capit. nono numero feptimo.* Auil. *par. 2. capit. feptimo difputatio prima dubio fexto §. 2. nota*, Vgolin. & Duardus apud Bonacinam. Sed contrarium eft verius cum Bonacina *de cenfur. difput. 1. quæftione 3. punct. 2. numero* 4. & ita vfus obtinuit, vndè recurritur ad Sacram Pœnitentiariam vt in fimilibus de quibus nos alibi.

3 Item poteft abfoluere Epifcopus ab enormi non folùm eum, qui impedimentum habet perpetuum, fed etiam temporale diuturnum, quo minùs Papam adire poffit, nifi cum magna difficultate ita tamen, quod fi impedimentum non fit futurum perpetuum, abfoluatur ad reincidentiam, ideft cum cautione iuratoria, vt cùm primùm potuerit, compareat coram

eoram summo Pontifice, seu sede Apostolica, mandatum Apostolicum recepturus, aliàs reincidat eo ipso. Si autem perpetuum sit impedimentum, simpliciter, & absolutè absoluet eundem *d. cap. De cætero, cap. mulieres, cap. Ea nescitur, cap. De Monialibus, de sent. excom. cap. Eos, qui, eod. tit. in 6.* Et dicitur impedimentum diuturnum arbitrio prudentis, præscindendo à reditu à Curia, vt Nauar. *cap.* 27. *num.* 90. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 4. Sanchez *in Decal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 30. Suar. *loc. allegat. num.* 80.

4 Et quamuis ferè semper iura loquantur de hac excommunicatione ob percussionem Ecclesiasticæ personæ incursam, attamen Doctores communiter dicunt id procedere de omni excommunicatione; quia est eadem ratio; ne anima periclitetur; & ita de communi testatur Syluest. *v. Absolutio* 4. *num.* 7. & tenet Felin. *in d. cap. Quamuis, de sent. excom.* Nauar. *cap. d.* 27. *num.* 89. *vers. Ad primum*, Sayr. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 39. Coninch. *disp.* 14. *num.* 241. Auil. *par.* 2. *cap.* 7. *disput.* 1. *dub.* 6. & est textus *in d. cap. Eos, qui*, Non tamen procedit de alijs censuris, scilicet suspensionis, vel interdicti.

5 Sed dubium fortasse de illis esse potest, à quibus in articulo mortis absolui quis possit ad reincidentiam, videlicet quæ sacramentis recipiendis obstant, vel Ecclesiasticæ sepulturæ, id est interdictum personale, & suspensio à receptione Sacramentorum, & ab Ecclesiastica sepultura, quia *in d. cap. Eos, qui, de sent. excom. in* 6. parificantur isti duo casus, scilicet pro articulo mortis, vel pro impedimento adeundi Papam. Sed ab istis potest quis absolui in articulo mortis ad reincidentiam secundùm probabiliorem, quam docet Sanchez *in decal. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. cum Zambeano; ergo etiam in casu impedimenti prædicti. Tamen contrarium tenendum est iuxta communem sententiam; nam omnes Doctores solùm id extendunt ad excommunicationes omnes reseruatas; & ratio differentiæ est, quia interdictum, & suspensio non arcent absolutè à Sacramento pœnitentiæ accipiendo; hæc autem concessio, de qua agimus, est facta, ne quis diù arceatur à pœnitentia. Vndè non est eadem ratio, & alia Sacramenta non sunt Christiano tam necessaria.

6 Hæc antem facultas etiam competit alijs Prælatis habentibus Episcopalem iurisdictionem in suos, vt tenet Abb. *in cap. Monachi, num.* 3. *in fin.* Alijs autem Prælatis inferioribus Episcopo non competit, nisi ex aliquo alio priuilegio speciali, vt Glos. *in d. cap. De cætero*, super *verb. licet Diœcesano Episcopo*, & Abb. *ibi num.* 1. *not.* 2. Syluest. *v. Absolutio* 4. *num.* 7. Vndè neque Vicario Generali competit, nisi ex mandato speciali Episcopi, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 108. *num.* 1. & facit *cap. fin. de offic. Ordin.* Glos. *in d. cap. De cætero, loc. cit.* Quia est concessio exorbitans, & materiæ arduæ, Abb. *in d. cap. Monachi loc. cit.* Adde, quod est concessio limitata certis modis, ideò non venit in mandato generali. Vndè Felin. *in d. cap. fin.* comparat hanc facultatem absoluendi facultati dispensandi; nomine antem Vicarij generalis venit etiam Officialis generalis. Idem enim significant Vicarius, & Officialis, *cap. ex frequentibus* 3. vbi Glos. *v. officialium de instit. cap.* 2. vbi Glos. *v. officiali, de consuet. in* 6. *cap. fin. de offic. Vicar. in* 6. Non tamen nomine Vicarij generalis quoad effectum, de quo hic agimus, venit Vicarius Capitularis; quia Vicarius Capitularis non succedit in iurisdictionem delegatam Vicario Episcopi, sicut nec capitulum, à quo dictus Vicarius accipit potestatem, succedit in iurisdictionem delegatam Episcopo, *cap. Pastoralis* 11. *§. Præterea, de offic. Iud. Ord.* Panorm. *in cap. Cum olim* 14. *num.* 2. vbi etiam Felin. *de maior. & obed.* Dec. *in cap. quoniam Abbas* 14. *num.* 82. *de offic. Iud. deleg.* Rebuff. *in prax. benef. de deuolut. num.* 68. Et ideò necesse est expectare electionem noui Episcopi, & deputationem eius Vicarij generalis, qui literas delegationis exequatur.

7 Quin hæc facultas procedit etiam quoad casus in Bulla Cœnæ Domini secundùm probabiliorem, excepto tamen casu hæresis; quia huic iuri non censetur per clausulas Bullæ derogatum ob magnam illius æquitatem, vt Coninch *disp.* 14. *num.* 242. Suarez *de pœnit. disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 9. & in *tract. de fid. disp.* 31. *sect.* 4. *num.* 26. Sanchez *lib.* 2. *in decal. cap.* 13. *num.* 37.

8 Ex decreto tamen S. Congregationis Episcoporum, & Regularium iussu Clementis VIII. ij, qui priuilegia habent absoluendi à casibus Papæ reseruatis, non possunt in Italia extra Vrbem Romam absoluere à casu iniicientium violentas manus in Clericos iuxta d. Canon. *si quis suadente* 17. *quæst.* 4. ac iuris dispositionem, seu extensionem ad Clericum, & Monachum percutientem se ipsum grauiter ex odio, seu indignatione contra se ipsum, non ex spiritu mortificationis, seu pœnitentiæ; quæ est communis sententia, vt testatur Grammat. *dec.* 44. *num.* 2. Clar. *§. fin. quæst.* 77. *num.* 3. quam etiam tenet Farinac. *quæst.* 128. *num.* 25. & plures, quos allegat Diana *resol.* 81. *tr.* 5. *miscell. par.* 2. Quamuis contrarium, quod scilicet percutiens se ipsum non incurrat in hunc Canonem, teneant Graff. *lib.* 1. *de casib. reseru. cap.* 8. *num.* 23. Turrian. *de censur. lib.* 3. *disp.* 29. *dub.* 2. Diana *loco cit.* Nald. *pract. quæst. num.* 24. cum Baldo, & Canonistis, Mantua *dialog.* 125. & probabilem ait Suarez *disp.* 22. *de censur. sect.* 1. *num.* 59. Aliàs si contrauenerint, incurrunt in censuras, & pœnas latas contra scienter absoluentes sine approbatione, seu licentia competenti, de quibus alibi. Id tamen limitandum, quod scilicet non obstet hoc decretum, quominùs possint absoluere à leui percussione, cùm sit de iure communi eius absolutio Episcopis concessa, & Papæ non reseruata. Ita Graff. vbi supra *cap.* 8. *num.* 9. & 10. Filiuc. *tr.* 15. *num.* 34. quod est verum, nisi Episcopus sibi etiam hunc casum reseruaret, vt patet ex eodem decreto.

9 Quando verò percussio est enormis, absolutè spectat ad solum Papam *cap. si verò* 4. vbi Panorm. *num.* 2. *cap. Peruenit* 17. vbi idem Panorm. *de sent. excom.* & Doctores communiter. Percussio antem enormis dicitur non solùm, quando est cum effusione sanguinis causata ex vulnere, vel cum mutilatione membri, verùm etiam quando percussio fit in publico, videlicet in platea, in theatro, in Ecclesia, *Instit. de iniur. §. Atrox*, cuius verba sunt: *Atrox iniuria æstimatur vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus; vel ex loco veluti, si cui in Theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit, vel ex persona, veluti si Magistratus iniuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta est, aut parenti, patronoque fiat à liberis, vel libertis*, & idem disponit textus *in l. Prætor edixit, §. Atrocem iniuriam, ff. de iniur. text. in l. Apud labeonem, §. Hæc autem eod. tit.* traditque Panorm. *in cap. Cum illorum, num.* 9. *de sent. excom.* Vel percutitur persona qualificata, vt Episcopus, Parochus, Abbas, *d. cap. cum illorum*, vbi Panorm. *num.* 9. Idem dicendum de percussione mediocri, *cap. Porrò* 7. *de sent. excom.* Ab excommunicatione enim pro leui percussione, quæ fit ligno, manu, pugno, & similibus, quæ non faciunt vulnus potest absoluere Episcopus, *d. cap. Peruenit* vbi Panorm. *num.* 2. & *cap. si verò, num.* 3. *de sent. excom.* Vulnus autem dicitur quando fit scissura, seu separatio in corpore, *l. si seruus* 27. *§. rupisse, §. ad leg. Aquil.* Barr. *in l. Prætor edixit* 7. *§. rem atrociorem num.* 1. *ff. de iniur.* etiamque rumefactio dicitur vulnus, quando eius causa est facta scissura, Bartolo *loc. cit. n.* 2.

10 Nec quælibet causa excusat percussorem Clerici à personali accessu ad Vrbem pro absolutione obtinenda à Sede Apostolica; sed causa tantùm legitima,

&cano-

& canonica. Primo ætas excusat, id est puerilis infra pubertatem, cap. 5. quamuis 58. vbi Glos. v. Puerilis, & cap. fin. de sent. excom. Glos. in d. can. si quis suadente, v. Violentas 17. q. 4. Panorm. in d. cap. 1. num. 1. Goffred. in summ. de sent. excom. Ætas senilis adeò grauis, vt non sit capax laboris veniendi ad Vrbem, cap. quod de his, 26. & cap. Ea noscitur 13. de sent. excom. Goffred. loc. cit. Panorm. in d. cap. Ea noscitur, in princ. Secundò excusat sexus, & ideò mulieres excusantur, nec tenentur accedere ad Vrbem, siue sint iuuenes, siue senes, siue diuites, & sui iuris, siue pauperes; quia mulierum itineratio semper est periculosa, d. cap. mulieres 6. vbi Io. Andr. num. 1. de sent. excom. & d. cap. Ea noscitur eod. tit. vbi Panorm. num. 1. Goffred. loco allegato. Tertiò conditio, & qualitas statsus percussoris; nam serui, qui non sunt sui iuris non tenentur accedere, quando eorum dominus non fuit in culpa, & grauo damnum passurus sis ex absentia serui, vel seruus id fecerit in fraudem domini sui, cap. Relatum 37. vbi Panorm. de sent. excom. in princ.

11 Idem dicendum de filio familias, qui adhuc est sub patria potestate, Panorm. in d. cap. Mulieres num. 5. Turrecrem. in d. can. si quis suadente, num. 15. & alij. Magna potentia, & delicata complexio excusant Magnates, & Principes ab obligatione accedendi ad Vrbem, quando propter delicatam complexionem non possunt laborem itineris ad Vrbem accedendi sustinere; sed priusquam ab Episcopo, & Ordinario absoluantur, debet eorum qualitas Romano Pontifici intimari, d. cap. mulieres, vbi Panorm. num. 6. Goffred. loco citato. Item status Religiosus excusat ab huiusmodi obligatione, d. cap. Monachi 2. cap. Canonica 50. & cap. Cùm illorum 32. de sent. excom. vbi allegatur pro causa, vt Regularibus materia euagandi subtrahatur, & cap. quoniam, §. fin. vbi Glos. in v. qui simul viuunt, de vit. & honest. Cler. & hoc intelligit etiam de Nouitijs Io. Andr. in d. cap. Monachi num. 5. & cap. Cum illorum num. 9. Quartò paupertas, quæ sit adeò grauis, vt impediat accessum ad Vrbem, d. cap. Quamuis, de sent. excom. Glos. in d. cap. Ea noscitur, v. Pauperes, vbi etiam Panorm. num. 5. de sent. excom. Io. Andr. in cap. quod de his, num. 4. & in d. cap. Ea noscitur, num. 5. de sent. excom. Ibi enim dicunt, pauperem nihil habentem, vndè viuat, nisi ex artificio suo, quod non potest exercere in itinere, excusari ab accessu ad Vrbem, Turrecrem. in d. can. si quis suadente num. 10. Anchar. in d. cap. ea noscitur num. 6. de sent. excom. Nec non etiam solitum mendicare, & ex mendicitate prospicere sibi, & vxori, & familiæ, excusari, cùm itinerando non possit prospicere vxori, & familiæ, & ita debere intelligi prædictum cap. quamuis, ait Goffredus in d. summa de senten. excom. num. 5. Secus verò dicendum est de paupere, qui est solitus mendicare, & non habet familiam, cui prospicere teneatur, & est potens ad iter faciendum; hic enim tenetur accedere, & non excusatur ob paupertatem, & in hoc sensu intelligitur prædictum cap. ea noscitur, Io. Andr. & Panorm. locis citatis.

12 Quintò infirmitas excusat, d. cap. ea noscitur, cap. quod de his, & cap. quamuis. Quod tamen intelligendum est de infirmitate, quæ impediat vt infirmus non possit subire laborem accedendi ad Vrbem, d. cap. quod de his, vbi Io. Andr. num. 3. & Panorm. num. 1. Mortis articulus excusat, d. can. si quis suadente 17. quæst. 4. cap. Non dubium 5. Vbi Panorm. num. 1. & d. cap. Ea noscitur, vbi idem Panorm. num. 2. de sent. excom. cap. quod de his, vbi etiam Panorm. in fin. eod. cap. Pastoralis, §. Præterea, vbi Glos. v. Præterquam, de offic. Iudic. ordin. Articulus mortis, & periculum mortis est idem, vt Glos. in d. cap. Pastoralis, v. Præterquam in mortis articulo. Tuncque est mortis articulus quando ex acuta, vel multùm graui infirmitate, siue ex obsidione, siue ex bello, siue probabili naufragio, vel ex itinere per loca periculosa, l. 3. ff. de donat. caus. mort. vel ex alio periculo probabiliter imminet mors, Io. Andr. in d. cap. quod de his num. 2. vbi etiam Panorm. & Gloss. in cap. Pastoralis, Turrecrem. in d. can. si quis suadente num. 9. & 25. Periculum autem mortis tunc est, quando in eo frequenter homines moriuntur, Paludan. in 4. d. 17. q. 2. de confessione quoad eius introductionem, obligationem, &c. vers. tertius casus.

Periculum autem mortis, & articulus mortis confunduntur non solùm in ordine ad absolutionem à censuris, & reseruatis, sed etiam ad effectum absolutionis sacramentalis, quæ cum habeat locum tam pro constitutis in articulo, quàm in periculo mortis, ideò in vno loco dicitur articulus mortis, in alio dicitur periculum, vt declaretur, quod dicta concessio non est solùm pro articulo mortis in sua proprietate accepto, sed etiam longè accepto pro quocumque periculo, vndè mors imminet. 13

Probatur id ex dicto can. siquis suadente 17. quæst. 4. vbi dicitur mortis vrgente periculo, ex cap. non dubium, & ex d. cap. ea noscitur, & ex cap. quod de his, & ex cap. quamuis de sent. excom. & ex cap. eos, qui eodem tit. in 6. in quibus dicitur mortis articulus. Ergo in iure mortis periculum, & mortis articulus sunt vnum, & idem. Idipsum probatur ex motiuo S. Concilij Trident. sess. 14. cap. 7. de sacram. pænit. ad tollendam casuum reseruationem in articulo mortis. Illud fuit vitare periculum damnationis æternæ animarum, quod incurreretur, si non posset quilibet in tali articulo absoluere. Hoc autem inconueniens locum habet etiam in periculo mortis, quia etiam in ipso fieri posset, quod non adesset potens à reseruatis absoluere, nec posset recurri ad habentem facultatem. Atque ita docent Gomez in Bull. Cruciata clausul. 10. num. 14. Molin. tom. 4. de iust. disp. 63. num. 5. Suar. in 3. par. disp. 26. sect. 4. num. 2. Ludou. à Cruce in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 3. dub. 16. num. 1. Filiuc. tom. 2. tr. 7. cap. 8. num. 219. Cordub. lib. 5. de indulg. quæst. 39. pun. 5. dist. 1. Syluest. v. interdictum 5. quæst. 7. except. 4. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 2. Nauar. cap. 27. man. num. 271. Angles in florib. par. 1. quæst. 3. de confes. ar. 3. diffic. 1. concl. 3. in fin. Angel. v. interdictum num. 24. Adrian. in 4. q. de confes. 3. ar. 3. Medina tr. 2. de confes. cap. quo tempore fieri debeat confessio, Fagundez in I. precept. decal. lib. 5. cap. 16. num. 5. Henriq. lib. 6. sum. cap. 11. num. 3. Zambran. in casib. occur. temp. mort. prælud. 1. num. 7. ac præ cæteris Glos. in cap. pastoralis v. præterquam de offic. ordin. Gemin. in cap. eos qui de sent. excom. in 6. alijque Canonistæ. Qui omnes ideò confundunt articulum cum periculo mortis, quia considerant in ordine ad eos effectus, qui sunt communes periculo, & articulo mortis, qualis præ alijs est absolutio à reseruatis. 14

Nomine autem articuli mortis non solùm venit verus articulus mortis, sed etiam præsumptus. Verus articulus mortis est, quando mors habet veras, & reales causas, ex quibus ineuitabiliter consequutura sit. Præsumptus verò est, quando prudentum iudicio censentur adesse tales causæ ita, vt mortem imminere validis coniecturis affirmari possit, quamuis reuera tales causæ non adessent. Idemque dicendum est de periculo vero, ac reali mortis, & de præsumpto cum ea proportione, quæ militat in articulo mortis. 15

Quod si pensatis omnibus circumstantijs non constat de articulo, aut periculo mortis, sed res adhuc dubia manet, tunc resoluendum est in fauorem articuli, seu periculi mortis. Quod tamen limitatur ad fauorabilia; instans enim periculum reddit causam fauorabilem, & facit, quod multa concedantur, vt notat Roman. in repet. l. si vere §. de viro num. 71. ff. sol. matr. Secus autem in odiosis, cum hæc debeant restringi, l. diuus ff. de offic. Præsid. 16

Si autem adstantes non iudicent adesse articulum, vel periculum mortis, & qui laborat infirmitate 17

asserat se esse in articulo, vel periculo mortis, quia sentiat se virtute destitui, credendum est ipsi. Potest enim quisque meliùs, quàm cæteri iudicare de proprio statu, & multoties contingit, quod ex signis externis non appareat morbus, & interim intus consumat. Vndè posset contingere, quod infirmus cum magno suo præiudicio destitueretur congruis remedijs, si ipsi fides non adhiberetur.

19 Ij verò censendi sunt in articulo mortis constituti, qui sunt morti propinqui ita, vt adsint causæ siuè extrinsecæ, siue intrinsecæ, ex quibus breui mors inferenda expectetur. Vndè pro infirmis hæc regula tenenda est, quod quando medicus incipit desperare de salute, incipiant esse in articulo mortis.

20 Quod autem spectat causas extrinsecas, ij censendi sunt constituti in articulo mortis, qui vel damnati sunt ad mortem per sententiam Iudicis, vel qui ita subijciuntur externæ violentiæ, vt inde expectetur mors. Quare necesse est, quod causæ extrinsecæ illatiuæ mortis sint circa ipsos specialiter, & determinatè applicatæ, & ordinatæ ad ipsorum vitam tollendam. Vndè non erit in articulo mortis quis ex eo, quod in prælio dimicat, quia causæ illatiuæ mortis non sunt circa ipsum specialiter applicatæ. Et ideò licèt probabile sit, quod occidatur, non est in articulo mortis, sed solùm in periculo.

21 Mortis autem periculum dupliciter considerari potest. Vel vt præsens. Vel solùm vt imminens. Tunc est præsens, quando de præsenti adsunt causæ, quæ possunt inferre mortem, vt cum quis iactatur tempestate, aut graui morbo laborat. Tunc autem solùm est imminens, quando de præsenti non adest, probabiliter tamen potest adesse, vt est tempestas, & naufragium respectu longæ, ac periculosæ nauigationis. In iure autem sufficit periculum imminens, quamuis non sit præsens, vt quis fruatur priuilegijs eorum, qui constituuntur in periculo mortis, vt desumitur ex *d. cap. ea noscitur*, & *cap. quamuis de sentent. excom.*

22 Hinc censendi sunt in periculo mortis, qui suscipiunt nauigationem talem, vt probabiliter timeatur superuentura aliqua grauis tempestas, quæ afferat præsens periculum mortis, vt habetur *ex l. mortis causa ff. de donat. caus. mort.* Quare tunc solùm nauigaturi videntur se exponere periculo mortis, quando se committunt mari procelloso ita, vt probabiliter timeatur mors, aut longam nauigationem suscipiunt, in qua non sint habituri copiam confessarij; quia tunc, ne insurgente periculo mortis careant beneficio Sacramentalis confessionis, fruentur priuilegio eorum, qui sunt in periculo mortis.

23 Illi etiam, qui suscepturi sunt periculosum iter, censendi sunt in periculo mortis *ex l. aut per insidiosa ff. de donat. caus. mort.* dummodò tamen mors probabiliter timeatur, vt si iter sit obsessum à prædonibus, hostibus, & in mari à pyratis, Glos. *in cap. pastoralis §. præterea v. præterquam de offic. Ord.*

24 Prægnans quoque est in periculo mortis, quando est primò proximè paritura; quia meritò timeri potest mors, cum plures in primo partu pereant. Aut, si aliàs peperit, experta est se cum periculo parere, quia iam experientia comprobar periculum; Panorm. *in d. cap. pastoralis num.* 3. ibique Ioan. Andr. alijque Canonistæ. Omnes verò prægnantes proximè pariturae tunc demùm sunt in periculo mortis, quando licèt assuetæ sint feliciter parere; de præsenti tamen subsunt talibus circumstantijs, vt rationabiliter timeatur mors.

25 Damnati ad triremes si essent debilis complexionis, aut ægritudine aliqua habituali tenerentur, vndè addita pœna, quam sustinent, timeretur mors, censendi essent in periculo mortis. Item si esset instituenda longa, aut periculosa nauigatio; nam tunc ratione talis occasionis censeretur in periculo mortis.

26 Si etiam de quibus suspicio est, quod incidant in amentiam, censentur constituti in periculo mortis. Amentia enim est mors hominis quoad partem rationalem; quod habet locum etiam si non timeatur amentia perpetua, sed tantùm ad tempus; quia fieri potest, quod contingat mors tempore amentiæ, aut quod perpetua fiat.

27 Qui de proximo inituri sunt prælium cum hostibus, censendi etiam sunt in periculo mortis, Glos. *in d. cap. pastoralis*, vbi & cæteri Doctores. Cum enim in quolibet prælio plures moriantur, & vnusquisque timere possit de seipso rationabiliter, omnes censentur in periculo mortis. Quod locum habet etiam in obsidionibus tam quoad obsidentes, quàm quoad obsessos, quamuis isti non sint destinati ad præliandum, nec non in militibus, quando præstò habent occasionem ineundi velitationes cum hostibus vicinis, ac in nauigantibus, quando fieri potest, quod in nauigatione obuios habeant hostes, cum quibus congrediendum sit; hi enim omnes occasione pugnæ obnoxij sunt periculo mortis.

28 Bannitos, qui impunè occidi possunt, esse itidem in periculo mortis censendum est; sunt enim neci destinati, & habent promotores occisionis, & proindè sunt in continuo periculo mortis; idque non obstante saluo conductu. Odium namque hominis præcipuè potentis sufficit ad constituendum in periculo mortis, *l. aut mortis causa, ff. de donat. caus. mort.*

29 Constituti in ætate decrepita sunt etiam in periculo mortis per textum *in l. aut ætate, & l. seq. ff. de donat. caus. mort.* ac desumitur *ex cap. quod de his, & cap. quamuis de sent. excom.* Hi enim non solùm ratione ætatis, sed etiam ratione virium paulatim deficientium tendunt præcipites ad mortem. Vnde censentur parum abesse, ac proindè constituti in periculo breui moriendi.

30 Denique ratione infirmitatis ij omnes censendi sunt esse in periculo mortis, qui tali morbo premuntur, ex quo plures solent interire, siue morbus sit ex naturalibus causis, siue ex violentis, vt est vulnus, percussio, & id genus alia, vt per Panorm. *in d. cap. pastoralis d. num.* 3. *de offic. ord.* Couar. *in cap. alma mater p.* 1. §. 11. *num.* 8. Cum enim plerumque ex tali infirmitate frequenter mors sequatur, habetur sufficiens fundamentum statuendi, quod infirmitas contineat periculum mortis. Hinc etiam si quis debeat subijci alicui periculosæ incisioni, quamuis morbus non contineat periculum, censendus est constitutus in periculo mortis, cum ratione incisionis sit periclitaturus.

31 Sextò inimicitia capitalis excusat ab accessu ad Vrbem, *d. cap. De cætero* 11. vbi Panorm. *num.* 1. & *cap. quamuis* 38. *de sentent. excom.* Goffred. *in d. sum. de sent. excom. num.* 5. Felin. *in cap. Accedens* 4. *num.* 4. *vt lite non contest.* Butr. *in d. cap. De cætero* 11. *num.* 2. Turracrem. *loco supracitato num.* 9. & inter pericula mortis connumeratur *ex cap. de cætero, & cap. quamuis de sent. excom. traditque* Abb. *in d. cap. de cætero num.* 3. Quia inducit probabile periculum mortis, cum possint timeri insidiæ, quando autem habet locum ista excusatio inimicitiæ capitalis, stabitur arbitrio boni viri, *l. Continuus* 138. §. *Cum ita ff. de verb. oblig.* Turrecrem. *loc. cit.* & alij. Idem autem importat grauis inimicitia, & capitalis, Bartol. *in §. Inimicitiæ instit. de excusat. tut.* Bald. *in cap. Veniens* 16. *num.* 5. *de iureiur.* Capitalis oritur vel ex sequuta, aut minitata morte, aut ex sequuto exilio à Patria, *l. licet* 130. vbi Bartholom. Cæpell. *in princ. ff. de verb. & rer. signif.* Panorm. in *cap. Repellantur n.* 4. *de accus.* Bart. *in l. non solum num.* 3. & 4. *ff. de adm. leg.* Oritur etiam inimicitia capitalis ex accusatione capitalis criminis, §. *si vero quis*, vbi Glos. *in v. De crimine auth. de testib.* Panorm. & Bartol. *loc. cit.* Nec non ex lite, & contentione omnium bonorum, vel maioris partis, *cap. Accedens* 4. vbi Butr. *n.* 6. *vt lite non contest. l. Propter litem* 24. *ff. de excus. tut.* Panorm. *in cap.* 1. *num.* 3. *de iudic.* Anchar. *in d. cap. Repellatur, num.* 3. *de accus.* Bona enim temporalia sunt vita hominum, *l. Aduocati* 14. *ne aduoc.*

dio.

diu. Ad. Panorm. in cap. Cum oporteat 19. num. 4. de accus. Item ex graui infamia per calumniam irrogata, Bald. in cap. Veniens 16. num. 5. de iureiur. Nam vnusquisque suam bonam famam, & honorem proprium tanti æstimat, quanti propriam vitam. Huiusmodi verò inimicitia cum vno ex consanguineis, & attinentibus contracta transit in alios propinquiores in gradu, l. 1. C. si quacumque praditus potest. l. 1. C. si Rector Prouincia Panorm. in cap. Cum P. Manconella 10. num. 3. de accus. Bald. in cap. de transmissa num. 8. in fin. de rest. spol.

33 Cùm plures alias ob causas possint oriri inimicitiæ capitales, ideò remittitur arbitrio Iudicis declarare, & interpretari in dubio, quænam sit inimicitia capitalis, Panorm. in d. cap. Cùm oporteat, num. 4. in fin. de accus. Vbi etiam Anchar. num. 13. & in d. cap. Repellantur, num. 4. Plures autem causæ, ex quibus præsumuntur oriri capitales inimicitiæ recensentur à Menochio lib. 3. præs. 37. num. 26. & seq. Farinac. in pr. crim. q. 49. num. 2. & seq. Gigan. de crim. læs. Maiestatis lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. læs. Maiestatis prob. quæst. 2. Generaliter autem quoad rem præsentem illa censenda est inimicitia capitalis, quando prudenter iudicatur quod inimicus sit insidiaturus vitæ; quod ex inimici qualitate, & alijs circumstantijs decernendum est. Aduertendumque est cum Panorm. in d. cap. Repellantur, num. 5. de accus. quod ad contrahendas inimicitias non inspicitur iustitia, vel iniustitia causæ; sufficit enim tale quid præcessisse, quod potuerit prouocare animum alterius ad inimicitiam, l. 1. ff. his, quibus, vt indign. leg. aufer. Item aduertendum, quod etiamsi tempore datæ literarum absolutionis lator haberet inimicitias capitales, attamen si tempore exequutionis secuta sit reconciliatio, non gaudebit lator beneficio absolutionis demandatæ, sed tenebitur accedere personaliter ad Vrbem pro ea obtinenda, cum adhuc re integra cessauerit causa, propter quam eximebatur ab obligatione veniendi ad Vrbem. Septimò modica, & leuis iniuria excusat, cap. Peruenit 17. vbi Io. Andr. & Panorm. num. 2. cap. Cùm illorum 32. vbi Panorm. num. 1. cap. Canonica 50. & cap. Relatum 37. de sent. excom. Octauò officium Ostiarij, seu alterius similis muneris excusat, si in eius licito exercitio excedatur modus correctionis, cap. si vere 3. vbi Panormit. num. 2. de sent. excom. Nonò immoderata propulsatio vis sibi per Clericum illatæ excusat, d. cap. si verè, §. si vero. Decimò dubietas causæ, id est excommunicationis incursæ, tandem excusat ab accessu ad Vrbem, d. cap. si vere 4. in princ. de sent. excom.

34 Quæ causæ, licèt omnes excusent à personali accessu ad Vrbem, attamen non omnes excusant, vt per supplicem libellum non recurratur ad sedem Apostolicam pro absolutione obtinenda, quando id fieri commodè potest.

35 Non potest autem percussor Clerici absolui, nisi præstita satisfactione; quæ quidem satisfactio partis læsæ, id est recompensatio illatæ iniuriæ secundum iustitiæ æqualitatem debet præcedere absolutionem, cap. Porro 7. vbi Panorm. num. 3. cap. Parochianos 9. cap. quamuis, 58. vbi Glos. v. satisfaciat, cap. Ea noscitur, 13. vbi idem Panorm. num. 3. & in cap. ex tenore 10. num. 1. de sent. excom. cap. Cum tu 5. de vsur. Quænam vero satisfactio præcedere debeat Io. Andr. & Panorm. in d. cap. Ea noscitur indicant, videlicet refectio expensarum, damnorum circa patrimonium, vel fructus beneficij ob sui absentiam, & interesse circa medicos, & medicamenta, & circa mercedem licitorum laborum intermissorum, & passorum ex percussione, & non sufficiet flectere genua iniuriato, & petere veniam, sed percutiens præterea tenetur satisfacere de damno, & de iniuria illatis, quæ æstimabitur secundùm quantitatem iniuriæ, & qualitatem personæ iniuriatæ. Nam secundùm gradum dignitatis, vitæque honestatem crescit, ac minuitur æstimatio iniuriæ, instit. de iniur. §. Pœna autem, Anchar. in d. cap. Ea noscitur num. 3. Et ex persona iniuriantis, Io. Andr. in cap. Cum illorum 32. num 17. & in cap. Quamuis 58. num. 1. de sent. excom. Iniuria etiam compensatur pecunia, cap. Olim 7. vbi Panorm. num. 3. de. iniur. d. §. Pœna autem, Instit. de iniur. Io. Andr. in d. cap. Ea noscitur num. 4. & ibi etiam Anchar. num. 3. Goffred. in sum. de iniur. n. 4.

Quod si percussus fuit Religiosus, pœna huiusmodi applicabitur illius Monasterio, cap. Cum ad Monasterium 6. de stat. Monach. Glos. in d. cap. Parochianos v. in 6. in Monachos, de sent. excom. Dec. in cap. In præsentia 8, num. 222. de probat. Butr. in cap. Non dubium 5. num. 7. de sent. excom. & in d. cap. Parochianos num. 6. & 9. vbi etiam Anchar. n. 4. Et ideò remissio iniuriæ per Monachum percussum facta non suffragatur percussori, Glos. in d. cap. Parochianos d. v. in Monachos, Dec. in d. cap. In præsentia num. 223. Butr. in d. cap. Non dubium v. 7. & in d. cap. Parochianos num. 10. Si vero percussus est Clericus secularis, pœna prædicta ipsi Clerico applicatur, l. Ita apud Labeonem 15. §. Item si liberum ff. de iniur. Io. Andr. in d. cap. Parochianos num. 6. Ibique Butr. in 1. & Anchar. in 5. Panorm. in d. cap. Olim. num. 3. de iniur. Bart. in l. 1. §. Idem ait, ff. de iniur. Nisi percussio fuisset facta in contumeliam, & odium Episcopi, vel Ecclesiæ; hoc enim casu etiam Episcopo, vel Ecclesiæ præstanda esset satisfactio, Io. Andr. in d. cap. Parochianos, num. 6. & ibi Anchar. num. 5. Butr. in cap. Contingit 36. num. 10. de sent. excom. Iniuriæ autem æstimatio fieri debet de tempore, quo illata fuit, non autem ad tempus, quo iudicatur, l. Iniuriarum æstimatio 21. Vbi Glos. ff. de iniur. Fieri enim potest, vt postea persona læsa fuerit facta vilior, vel honestior. 36

Ad hoc autem, vt hic possit absolui, satis est, vt vel satisfaciat, priusquam absoluatur, vel sit paratus, quantum in se est, ad satisfaciendum cessante impotentia, qua forsan detineatur, quominùs possit satisfacere. Nam ista conditio ad effectum obtinendi pro adimpleta habetur, si non stat per eum, quominùs adimpleatur, reg. Cum non stat 66. de regul. iur. in 6. Ista autem impotentia potest ex eo prouenire, quia percussor vel non est in loco, vbi percussus tunc commoratur, vel est impotens ob infirmitatem, vel ob paupertatem, vel aliam ob causam ad præstandum debitam satisfactionem percusso. Hoc casu medio iuramento promittat satisfacere, vbi primùm poterit, arg. cap. Odoardus 3. de solut. si omittatur iuramenti huiusmodi delatio, adhuc absolutio ab excommunicatione valet, vt benè aduertunt Panorm. & Dec. in cap. quæstioni 21. num. 5. de appel. & Glos. in cap. Cum desideres 15. v. Præstitum, de sent. excom. quam sequuntur Doctores communiter, Butr. in cap. Ab excommunicato 41. de rescript. Quod tamen intelligendum est de forma absolutionis data à iure; secus si forma sit data ab homine, quæ omninò obseruanda est. 37

Et quidem vt parti censeatur satisfactum ad effectum obtinendi absolutionem, non requiritur, quod immediatè sit satisfactum parti, sed sufficit, si absoluendus ita res disponat, quod satisfactio sit indubitanter sequutura. Vt si tradat Confessario, quod debet restituere, aut apud aliquem deponat, vel transmittat quocumque modo ad partem absentem. Ita Glossa in l. In litibus C. de agric. lib. 11. Alex. cons. 130. vol. 1. Gabriel cons. 8. de solut. Syluest. v. Restitutio 3. num. 4. Henriq. lib. 13. sum. cap. 28. num. 2. & 4. qui alios citat in Glossa lit. F. Valer. in differ. vtriusque for. v. Absolutio, differ. 5. num. 2. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 20. num. 18. Boss. sect. 1. de iubil. cas. 21. num. 86. & alij. Nam quando est satisfactio ita disposita, vt sit indubitanter sequutura, habetur pro moraliter facta; siquidem iam est mandata exequutioni, quantum est ex parte satisfacientis. Vndè non obstat, quod non dicatur factum, quando aliquid superest agendum; nam id valet tantùm, quando 38

quod superest agendum, pertinet ad substantiam facti, nou autem quando pertinet solùm ad integritatem, vt notat Rota *dec.725.n.7.p.2. recent.*

39 Hinc siquis quocumque modo concordet cum parte ita, vt contenta remaneat, etiamsi non fiat ipsi realis satisfactio, sed conueniatur de aliqua dilatione, poterit absolui; nam eo ipso, quod pars contenta remaneat, dicitur satisfactum, *l. 1. ff. qui satisd. cog. & l. si rem, §. si omnes, ff. de pignorat. act.* Quod non habet locum quoad excommunicationem latam contra Inquisitores *in Clem. 2. de haret.* qui prætextu officij Inquisitionis extorquent pecunias; nam à tali excommunicatione non possunt absolui, nisi dictam pecuniam plenè, ac cum effectu restituant ita, vt non possint cum parte aliquo modo conuenire, vt constat ex *dicta Clement.* Sufficit tamen si apud aliquem cum effectu deponant pecuniam. Constitutio verò Clementis VIII. prohibentis absolui munus à Regularibus recipientem ante realem restitutionem, intelligitur, si possit restituere; si enim non possit, tunc absolui poterit sub cautione possibili restituendi quàm primum poterit iuxta ea, quæ tradit Sanchez *loco citato n.19.* Coninch. *de censur. disp.14. n.206.* Et ita in terminis huius Constitutionis docet Sousa, & Io de la Cruz, quos sequitur Scotia *theor. 398. in fin.* & Bonac. *super ead. Constit. pun.4.n.3.* In hac autem prohibitione non continentur ipsi Religiosi largientes. Ipsi igitur absolui poterunt, dummodò promittant redintegrationem, seu restitutionem fieri, Sanch. *in Decal. lib. 6.cap.13.n.70.*

40 Ita etiam potest absolui in foro conscientiæ non præmissa satisfactione, quando est impotens; quoniam facultas concessa sub conditione, quod parti sit satisfactum, adhuc habet locum, quando pœnitens est impotens ad satisfaciendum; ac proindè adhuc potest absolui. Conditio enim, sub qua est concessa, est conditio potestatiua, quia est in potestate pœnitentis illam adimplere, non autem dependet à casu. Atqui conditio potestatiua habetur pro impleta, quando non stat per eum, qui debet implere, quo minus impleatur, vt dictum est, ac tradunt Bart. *in l. In testamento 1. ff. de condit. & demonstr.* Bald. *in l. 1. n. 8. C. de instit. & substit.* Brusel. *lib. 3. de condit. tit. 4. num. 4.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 183. n. 18.* Et licet clausula, *satisfacta parte*, induceret formam, non tamen esset necessaria quoad impotentem; quia quando ex aliquo casu, aut necessitate fit, quod forma impleri non possit, omissio non vitiat actum, vt docent Roland. *cons. 81. num. 25. 52. 89. & seq.* Paris. *cons. 33. n. 29. lib. 2.* Tiraquel. *ad l. connub. glos. 6. num. 34.* Mascard. *de gener. stat. interpr. concl. 9. num. 78.*

41 Quare quando excommunicatus est impotens ad satisfaciendum, si citata parte probet coram Iudice suam impotentiam, tenetur Iudex illum absoluere, *cap. qua fronte, cap. Odoardus, de solut. & cap. Venerabilibus, §. 1. de sent. excom. & cap. Ex parte 1. de verb. signif. & cap. solet, de sent. excom. in 6.* & notant communiter Doctores. Ergo à fortiori id præstandum est etiam in foro conscientiæ. Et ita tenent *Sot. in 4. d. 22. q. 2. ar. 3. concl. 2.* Nauar. *cons. 75. dub. 11. n. 36. de regul.* Couat. *in cap. Alma p. 1. §. 11. n. 7.* Caietan. *in sum. v. Absolutio cap. 4.* Atque ideò posse validè, ac licitè absolui asserunt Graff. *p. 1. lib. 4. dec. cap. 15. n. 5.* Medin. *lib. 2. Instr. cap. 12.* Sanch. *lib. 2. sum. cap. 20. num. 19.* Rodriq. *in Bull. Cruc. §. 9. n. 55.* Alter. *to. 1. de censur. lib. 4. disp. 4. cap. 4. dub. 4.* Suar. *disp. 7. de censur. sect. 5. n. 41.* Sayr. *lib. 2. Thesaur. cap. 18. n. 26. in fin.* Bonac. *disp. 1. de censur. q. 3. pun. 9. n. 4.* Valer. *loco cit. differ. 2. n. 1.* Homobon. *p. 1. exam. tr. 5. q. 38.* Henriq. *d. lib. 7. sum. cap. 13. n. 2.* Layman. *lib. 1. Theol. moral. tr. 5. p. 2. c. 6. num. 7.* Vasquez *opusc. de excom. dub 20. n. 2.* Ledesma *2. p. 4. quæst. 26. ar. 1.* Ludouic. à Crine *disp. 1. in Bull. Cruc. cap. 4. dub. 2. n. 7.* Candid. *com. 1. disq. 3. ar. 3.* Leon *p. 1. de Iubil. num. 51.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 3. p. 2. q. 2. n. 20.* Vega *p. 1. sum. cap. 6. cas. 28.* Conincb. *disp. 14. de pœnit. dub. 76. n. 206.* Filiuc. *tr. 11. cap. 9. n. 295.* Auil. *p. 2. de censur. cap. 7. disp. 3. dub. 8.* Fernand. *p. 3. exam. Theol. mor. cap. 9. §. 12. n. 10.* Io. à Cruce *p. 2. direct. dub. 5. de excom. concl. 3.* Villalob. *p. 1. sum. tr. 27. claus. 9. §. 2. n. 22.* Mazuchel. *disp. 1. de casib. reseru. q. 4. diffic. 10. n. 24.* Gobatius *de Iubil. cap. 35. n. 269.* & alij cum Glossa *in cap. Cum desideres, de sent. excom.* ac desumitur ex Iubilæo Pij V. concesso anno 1568. die 17. Octobris. Si verò pœnitens potest in parte satisfacere, debebit prius satisfacere, quàm absoluatur. Nam quoad id, quod potest, non habetur pro impotenti.

42 Quin posse impotentem ad satisfaciendum absolui, non præmissa satisfactione, etiam quando solus mortis articulus excipitur, tradunt Glos. *in Clem. 2. v. Satisfecerint de heret.* Imol. *ibid. n. 7.* Cardin. *opusc. 1. n. 5.* Vitalin. *n. 142.* Henriq. *lib. 13. sum. cap. 28. n. 1.* Rodriq. *p. 1. sum. cap. 27. n. 8.* Molin. *tom. 3. de iust. disp. 756. in fin.* Sousa *in Bull. Clementis VIII.* de *largit. n. 96.* Sanch. *lib. 2. sum. cap. 20. n. 19.* Quia excommunicatio, tanquam pœna medicinalis non plus obligat ad satisfaciendum, quàm obliget præceptum iustitiæ. Non enim inducit nouam obligationem, sed est solùm in supplementum obligationis ex iustitia, vt nimirùm inducat ad talem obligationem adimplendam. Præceptum autem iustitiæ obligat tantùm potentes, impotentes verò habet pro excusatis. Vndè, si stante solo præcepto possunt absolui impotentes, poterunt etiam absolui non obstante excommunicatione.

43 Nec quando absoluitur impotens in foro tantùm conscientiæ, non satisfacta parte, & necessaria cautio pignoratitia, aut fideiussoria, aut saltem iuratoria de satisfaciendo parti læsæ iuxta *cap. ex parte 1. de verb. signif. & cap. Cum contingat, de offic. deleg. & cap. solet, & cap. Venerabilibus, de sent. excomm. in 6.* Sed sufficit solùm propositum pœnitentis; quia forus conscientiæ est forus veritatis, in quo pœnitenti creditur tam pro se, quàm contra se; & ideò si pœnitens affirmet se habere firmum propositum satisfaciendi, quando primò poterit, standum est ipsius dicto. Quod extendunt aliqui etiam ad eos, qui sunt excommunicati ob publicam, & notoriam offensam, vt cum Nauarro docet Bossius *de Iubil. sect. 1. cas. 21. §. 3. n. 45.*

44 Quia publicitas non impedit absolutionem pro foro interno, neque talis absolutio perturbat Ordinem Reipublicæ. Nam Iudex procedere potest, ac si non fuisset absolutus; & fauent formulæ sacræ Pœnitentiariæ, quæ non exigunt iuramenta prædicta, nisi in casu presbytericidij publici; licèt contrariam sententiam veriorem plures existiment, nempè exigenda esse etiam pro foro interno prædicta iuramenta, & peccare Confessarium omittentem illam exigere. Ita Auil. *p. 2. c. 7. disp. 3. dub. 3.* Henriq. *lib. 13. c. 28. n. 4.* Tanner. *tom. 4. disp. 6. q. 10. n. 126.* Sanch. *in decal. lib. 2. cap. 13. n. 24. & 26.* Et probatur *ext. 1. §. Incendiarios in fin. de priuil. & cap. Quanquam de Vsuris.* Sacra autem Pœnitentiaria in suis formulis præcipit iniungi de iure iniungenda, inter quæ sunt dicta iuramenta. At ego primam sententiam amplector cum eod. Henriq. *loc. cit. c. 13. n. 2. & cap. 28. n. 3.* Nauar. *cap. 27. man. n. 278.* Laym. *lib. 1. Theol. mor. tr. 5. p. 2. & 6. n. 7.* Valer. *in diff. vtr. ferm. v Absolutio diff. 3. n. 3.* Bossio *sect. 1. de Iubil. cas. 21. §. 3. n. 44.* Moron. *resp. 98. n. 262.* & Diana *resol. 44. miscell. 2. p. 1.* Idem dico in absolutione ab excommunicatione pro foro conscientiæ, quod scilicet non debeat exigi iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, idest de non contraueniendo de cætero; quod exigi solet, quando quis absoluitur in casu quocumque enormi iuxta *cap. grauem, de sent. excom. cap. ex tenore, & cap. De cætero, & cap. Cum desideres, & cap. A nobis eod. tit.* quibus in locis sermo est de absolutione pro foro externo, quod iuramentum non est exigendum in absolutione à quacumque excommunicatione, etiam pro foro externo, sed tantum ab excommunicatione ob magna crimina, vt notant Caiet. *v. Absolutio cap. pen.* Achil. de Graf. *p. 1. dec. lib. 1. cap. 13. n. 90.* Suar. *disp. 30. de pænit. sect. 3.*

45 Nam quando ius præcipit exigi hoc iuramentum, semper loquitur de absolutione ab excommunicatione ob graue crimen, & ideò extensio debet fieri ad absolutiones

tiones

tiones ab excommunicationibus, seruata proportione, ac proindè ob grauia crimina. Quod autem hoc iuramentum in foro conscientiæ non est necessariò exigendum, probo; quia finis huius iuramenti non est imponere obligationem ad seruandum mandatum, quod violauit, cùm iam ad ipsum obligatur; neque ipsum coercere à violatione cùm adsit pœna excommunicationis, qua sufficienter coercetur. Sed solum ponere vinculum, quo mediante cogi possit ad obseruantiam illius, quod promittit, & vt possit puniri tanquam periurus, si contraueniat. Hic autem finis cessat in foro conscientiæ, & ideò debet etiam cessare necessitas iuramenti. Vndè neque est exigendum iuramentum de se præsentando superiori, & parendo mandatis ipsius, quando Confessarius absoluit pœnitentem nomine Summi Pontificis; quia sicut non habet locum obligatio se præsentandi, ita nec necessitas exigendi hoc iuramentum. Exigitur tamen, quando absoluitur impeditus ab inferiori *iuxta cap. eos qui de sent. excom. in 6.*

46 Idipsum de iuramento, quod exigitur cum quis absoluitur à reseruatis ad reincidentiam pro articulo mortis, vel alias ratione impedimenti, & etiam in casibus Bullæ in Cœna Domini, in quibus nemo potest etiam pro articulo mortis absolui, nisi petita cautione iuratoria de stando mandatis sedis Apostolicæ, & de satisfaciendo, vt *in §. Cæterum* eiusdem Bullæ, pro eodem foro conscientiæ dicendum est, scilicet non requiri, immò neque posse virtute Iubilæi, siue alterius facultatis impertiri absolutionem ad reincidentiam. Nam ad absoluendum ad reincidentiam non sufficit potestas absoluendi, sed requiritur etiam potestas imponendi censuram; absoluere enim ad reincidentiam est tollere censuram, & rursus eam ponere, quando contingit reincidentia. Quod autem est ablatum, non potest de nouo poni, nisi per facultatem ponendi. In Iubilæo autem, alijsque facultatibus conceditur solùm potestas absoluendi, non autem ponendi censuras; nec obstat, quod non tollitur excommunicatio, sed tantùm suspenditur; quia excommunicatio non potest suspendi; sed aut in totum debet tolli, aut in totum perseuerare, vt notant communiter cum Glossa *in cap. Præsenti v. Declaramus, in fin. de sent. excom. in 6.* Deinde Pontifex concedit facultatem absoluendi, non suspendendi, qui cum sint actus diuersi, concesso vno non censetur alter concessus. Secus autem dicendum pro foro externo, de quo loqui videntur Doctores contrarij. Pro eo enim absolutè requiritur altera ex præfatis cautionibus, præsertim quoad eos, qui possunt satisfacere, sed de præsenti non possunt id executioni mandare ob aliquod impedimentum; quia in his non potest præsumi voluntas satisfaciendo, cum antea non satisfecerint.

47 Immò impotens ad satisfaciendum potest absolui inuito Iudice, & parte pro vtroque foro; quia quando in iudicio probatur impotentia ad satisfaciendum, compellitur Iudex absoluere excommunicatum, licèt non præmittat satisfactionem, vt supra dictum est. Igitur quando in foro conscientiæ constat de impotentia, non poterit impedire, quin in tali foro absoluatur. Præsertim quia cum in foro pœnitentiali non habeat iurisdictionem, non potest circa ea, quæ pertinent ad talem forum se ingerere, & erit irrationabiliter inuitus, quare non erit attendendus, sicut nec etiam pars; neque in aliquo præiudicatur Iudici, aut parti. Siquidem possunt adhuc in foro externo prosequi suum iudicium, si non fuerit deductum, si verò fuerit deductum, potest absolui, licèt non debeat, vt desumitur ex *d. cap. solet, de sent. excom. in 6.*

48 Nec impotens ad satisfaciendum pro foro interno reincidit, si non satisfaciat, quando fit potens, & quando facultas, quæ conceditur non limitatur ad reincidentiam, sed est absoluta, vt conceditur in Iubilæo. Tunc enim potest absolutè exerceri absque conditione reincidentiæ; nam Reincidentia non habetur, nisi in iure exprimatur, *cap. Ad reprimendam, de offic. ordin.* vbi qui absolutus contempsit satisfacere, de nouo excommunicationi est subijciendus; quemadmodum exprimitur in literis magnæ Pœnitentiariæ; non quidem quia reuiuiscit prima excommunicatio, à qua absolutus fuit, cum obligatio semel extincta non reuiuiscat, *l. Qui res 98. §. Aream ff. de solut. l. si vnus 28. §. sed si stipulatus ff. de pact. l. Mæuius 68. §. Duobus, ff. de leg. 2.* sed est noua excommunicatio a iure prolata propter istius contemptum, vt benè aduertit Panorm. *in cap. De cætero 11. in fin. de sent. excom.* Et probatur *ex cap. Eos qui, 22. eod. tit. in 6.* vbi cum Glossa *v. Decernimus* notatur, quod textus dicit, *Decernimus, quod qui contemnunt parere, reincidant in eandem excommunicationem*; & ideò nouam inducit censuram. Si enim voluisset primam censuram reuiuiscere loco verbi *Decernimus*, posuisset *declaramus*, quod de sui natura nihil noui importat, *l. heredes palam 21. §. sed si quid ff. de testam. l. Adeo 7. §. Cùm quis ff. de acquir. rer. dom. Clem. 1. de verb. signif.* Effectus enim declarationis est, verbum obscurum clariùs explicare, Dec. *in l. Edita 3. num. 24. C. de edendo.* Diciturque *in eandem*, quia est eiusdem speciei cum prima, sicut illa est maior, ita & hæc eiusdem qualitatis, & sicut illius absolutio erat reseruata sedi Apostolicæ, & per speciale mandatum Magnæ Pœnitentiariæ delegata Ordinario, ita & huius est reseruata eidem sedi Apostolicæ, licèt probabiliter videatur reseruata Ordinario. Primò quando excommunicatio est maior, & Pontifex eam sibi non reseruat, nullus citra Episcopum, & proprium Sacerdotem regulariter absoluit, *cap. Nuper 29.* vbi Panorm. *num. 7. de sent. excom.* Glos. *in cap. 2. v. Reseruantur, de pænit. & remis. in 6.* & communiter Doctores. Secundò quia per non paritionem sententiæ, & ordinationis illuditur Ordinarij delegata iurisdictio; ideò, vt illius indemnitati consulatur, eidem absolutio reseruatur. Demùm potest dici eadem cum prima excommunicatione ex iuris fictione, quod fingit, eandem esse cum prima, *arg. d. l. qui res §. Aream, ff. de solut.* & sic primam impropriè reuiuiscere, Bald. *in cap. quæstioni 21. n. 1. de appellat.* ac proindè eo ipso, id est absque vlla declaratione, reincidit in eandem excommunicationem. Idem quoque dicendum est pro foro externo, vt patet ex declaratione Gregorij XIII. anno Iubilæi 1572. apud Pegnam in *Direct. Inquis. par. 2. comm. 25.* illis verbis: *Sicque ab omnibus quauis authoritate fungentibus censeri, ac iudicari debere.* Quæ verba referuntur ad forum externum; quia enim absolutus ad effectum consequendi Iubilæum potest in foro externo in ordine ad hunc effectum se gerere, tanquam absolutum, Pontifex declarat, quod consequuto Iubilæo, se debeat gerere, tanquam excommunicatum in foro externo, & ideò reincidere quoad exteriores effectus. Et proindè sic absolutum debere se gerere in publico, ac si non fuisset absolutus, docent Auila *p. 2. de censur. cap. 7. disp. 3. dub. 12.* Acosta *in Bull. Cruciatæ q. 50.* Villalob. *p. 1. sum. tr. 27. claus. 9. §. 2. num. 24.* vbi alios citat. Accedit etiam, quod in casu, quo facultas non exprimit reincidentiam, Pontifex loquitur absolutè de absolutione, quod non prosit pro foro externo, nisi parti sit satisfactum, sed tantùm valeat pro foro interno, & proindè non videtur comprehendere casum impotentiæ. Vndè vult etiam, quod eo ipso reincidat, & ideò non est casus, in quo Auctores contrariæ sententiæ solùm volunt, quod reincidat, quando impotens fit potens ad satisfaciendum. Neque vrget, quod fiat negligentior ad satisfaciendum, si non reincidat; quoniam adhuc habet motiuum satisfaciendi, quia in foro externo est excommunicatus, & quia peccat mortaliter, si non satisfaciat, quando fit potens.

49 Porrò ille contemnere dicitur, qui cessante impedimento non adimplet, quod adimplere tenetur, *cap. eos, qui 22.* vbi Io. Andr. *de sent. excom. in 6. c. Metropolitanum 2. q. 7. c. quis dicat, d. 10.* Cessatio autem impedimenti sumenda est, prout est talis remotio impedimenti, & difficultatis, vt obligatus ad parendum commodè parere possit; quod manifestè colligitur *ex d. cap. Eos, qui* vbi Io. Andr. *num. 2.* explicat verbum istud, *cessante*, debere intelligi, iusta cessante

causa

causa; quod idem est ac dicere legitimo, hoc est à iure approbato impedimento cessante; quodnam sit istud legitimum impedimentum, iam supra dictum est, nunc addo huiusmodi impedimentum debere esse tale, vt incommoditatem afferat alicuius momenti, aliàs si sit leue, pro nihilo habetur; & hinc colligitur, quod absolutus non tenetur parere sententiæ Ordinarij, statim cessato principali impedimento, sed præterea debet habere commoditatem parendi, vt dicitur *in d. cap. Eos, qui, & in l. Continuus* 137. §. *Cum ita, ff. de verb. oblig.* Hæc autem commoditas duplici ex capite colligitur. Primo ex dignitate salua, Secundo ex incommodo excluso; commodè enim id fieri dicitur, quod salua dignitate, & sine incommodo promittentis fieri potest, *l. Nepos Proculo* 125. *ff. de verb. signif.* Dignitas autem personæ non est salua, sed læditur, quando iubetur fieri, vel compellitur, quod contra iustitiam est. Et ideò si Ordinarius iussisset viro nobili faciendum, quod est hominis plebei, vel homini libero, quod spectat ad seruum, vir nobilis, & liber non tenentur parere; quin esset præceptum iniustum, & iniusto præcepto etiam Summi Pontificis non est parendum, vt per Innoc. *in cap. Inquisitioni* 44. *de sent. excom.* quem sequuntur Panorm. *in cap. significauit* 6. *de offic. Ord.* Dec. *in cap. Nam concupiscentiam* 4. *num.* 14. *de constit.* & alij. Idemque dicendum est, si plus iusto quis grauaretur, *cap. Ad hæc* 20. vbi Glos. *v. Appellant de appel.* Nec obstat iuramentum generaliter præstitum de parendo sententiæ, & ordinationi Ordinarij; quia in iuramento generali semper subintelligitur conditio, si fieri potest, & non obuiet iuri, *cap. Ad nostram* 21. *de iureiur.* & mandatum sit licitum, *cap. Quintauallis* 25. *cap. quemadmodum* 25. *de iureiur.* Ad quem autem debeat appellari, indubitabile est, vel ad Archiepiscopum *cap. Per tuas* 40. *de sent. excom.* vel ad S. Congregationem super Consultationibus Episcoporum, vel simpliciter ad Sedem Apostolicam pro liberatione ab illato grauamine, & pro reductione ad arbitrium boni viri, *d. cap. Quintauallis*, vbi communiter Doctores, & Panorm. *in cap. Ne innitaris de constitut.*

51 Insuper absolui potest virtute Iubilæi, etiamsi fuerit publicus percussor Clerici, vel excommunicatus nominatim, si parti satisfecerit; nam Pontifex concedit per Iubilæum absolutam potestatem absoluendi à sententijs excommunicationis siue à iure, siue ab homine latis, parte satisfacta, nec vllam adhibet restrictionem. Ergo facultas se extendit etiam ad denunciatos nominatim, si parti satisfecerint; nam sub generali facultate absoluendi, ipsi quoque comprehenduntur. Et quidem excommunicatio est imposita tanquam medicina ad sanandam contumaciam, & inducendum ad satisfactionem. Cùm ergo sit sortita suum finem, poterit impendi absolutio, aliàs non esset amplius medicina, sed iniquum grauamen; præsertim si absoluendus esset in statu peccati mortalis. Nam cùm non possit absolui à peccatis, nisi absoluatur ab excommunicatione, certè cogeretur, quamquam emendatus manere in statu peccati, nec posset consulere propriæ saluti, essetque contra piam intentionem Ecclesiæ, quod non posset consequi Iubilæum; nam absolutio in foro externo non ita facilè potest obtineri, cùm procedendum sit seruato iuris ordine, Sicque tradunt Sotus *in* 4. *dist.* 22. *q.* 2. *ar.* 3. *concl.* 2. Nauar. *cap.* 27. *man. num.* 278. Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 10. §. 4. *num.* 4. Ledesma 2. *p.* 4. *quæst.* 26. *artic.* 1. *dub.* 9. Rodriq. *in Bull. Cruc.* §. 9. *num.* 52. Gutier. *lib.* 1. *can. quæst. cap.* 6. *num.* 19. Lud. à Cruce *disp.* 1. *in Bull. Cruc. cap.* 4. *dub.* 1. *num.* 5. Lezana *v. Bulla Cruciata num.* 25. Henriq. *lib.* 13. *sum. cap.* 27. §. 5. Couarru. *in cap. Alma p.* 1. §. 11. *num.* 12. & 16. Acosta *in Bull. Cruc. q.* 50. Sanchez *lib.* 6. *Sum. cap.* 17. *n.* 49. Sayr. *lib.* 2. *de censur. cap.* 20. *n.* 29.

52 Reclamantibus Vasquez *opusc. de excom. dub.* 10. *concl.* 1. Vega *p.* 1. *Sum. cap.* 6. *cas.* 52. Coninch. *disp.* 14. *de pœnit. dub.* 16. *num.* 207. Sorbo *in comp. priuil. v. Absolutio quoad seculares not.* 29. Hurtado *disp.* 14. *de excom. diffic.* 5. *num.* 23. & 24. Valero *in differ. vtriusque fori, v. Absolutio diffic.* 3. *num.* 2. quia, inquiunt, talis absolutio esset scandalosa, & perturbatiua iurisdictionis Iudicis externi. At hæc ratio facilè diluitur; quoniam talis absolutio prodest solùm pro foro conscientiæ; in ordine autem ad forum externum se habet, ac si non esset absolutus. Vndè poterit Iudex causam prosequi, seruato iuris ordine absque vlla perturbatione propriæ iurisdictionis. Etenim inter alias differentias fori externi, & interni vna est, ac præcipua, quod absolutio, vel dispensatio concessa pro foro conscientiæ tantùm non suffragetur pro foro externo, seu contentioso. Quare poterit nihilominùs Iudex procedere contra reum ad pœnas, ac si dispensatus, vel absolutus non fuisset, Glos. *in cap. de his, in fin.* vbi Panorm. *num.* 3. *de accusat.* Dec. *in cap.* 1. *num.* 31. *de except.* Nauar. *cons.* 23. *num.* 4. *de pœnit. & remis. & cons.* 51. *de sent. excom.* Couar. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. & *in d. cap. Alma par.* 1. §. 11. *num.* 6. Menoch. *de arb. cas.* 539. *num.* 31. Suar. *de censur. disput.* 41. *sect.* 2. *num.* 11. & *com.* 4. *de Relig. trac. vlt. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 35. Sanchez *in decal. lib. secondo cap.* 11. *num.* 13. & *de matr. lib.* 8. *disput.* 34. *num.* 29. Genuen. *in prax. cap.* 25. Estque communis sententia, & vera.

Et ideò si absolutus non debet se publicè gerere pro absoluto, sed eget publica absolutione in foro iudiciario. 53
Et interim antequam sic absoluatur, non potest publicè participare de bonis fidelium communibus. Hinc sequitur, quod excommunicatus, si absoluatur pro foro conscientiæ tantùm, poterit ab Ordinario declarari, & denuntiari, vt videtur Couarruniæ, & Genuensi *locis citatis*. Et si celebrauit in censura taliter absolutus, poterit pro foro externo declarari, irregularitatem incurrisse, Genuensi *ibidem* Auil. *p.* 2. *cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 11. §. & *dictis*, Layman *lib.* 1. *trat. de censur. in com. cap.* 7. *num.* 7. Quamuis coram Deo non sit irregularis, Nauar. *consil.* 82. *num.* 2. *de sim.* Item poterit declarari nulliter beneficium obtinuisse, vt Salzedo ad Diaz *cap.* 33. §. *excusabitur*, vbi alij; quamuis coram Deo valida sit prouisio, Suar. *de Relig. loco cit. num.* 37. Licèt alij contra putent, quod si constet in foro externo de absolutione tali data pro foro conscientiæ per schedulam, nempè Confessarij, non possit Iudex contra talem procedere, eos allegat Diana *resol.* 26. *tr.* 11. *tom.* 1. & Menoch, *loc. cit.* Quia talis facultas conceditur in ordine ad ministrandum Sacramentum pœnitentiæ, ac proindè ordinatur ad amplificandam facultatem, & iurisdictionem ministri talis Sacramenti. Si quidem ipsi conceditur, tanquam tali ministro, & ideò in illo Ordine, in quo est minister. Ergo est concessa solùm pro foro pœnitentiali, non pro foro externo; in hoc autem omnes conueniunt, quod Ordinarius potest, si velit, cum taliter absoluto benignè agere, & acceptare illam absolutionem, vt suffragetur pro foro etiam externo, & repellere Promotorem fiscalem, Layman, & Auila superius adducti, Nauar. *conf.* 4. *num.* 4. *de fid. instr. & conf.* 51. *num.* 3. *de sent. excom.* Genuen. *d. cap.* 25. Quod intelligendum est, quando non esset reus censura ligatus, seu declaratus in pœnas incidisse, Iudice procedente ad instantiam partis, sed ex officio; quia non potest Iudex acceptare absolutionem fori interni pro foro externo, parte legitimè contradicente, vt Nauarrus, & Genuensis citati, nisi in casu impotentiæ ad satisfaciendum, vt supra dicebamus. Illudque etiam certum est, quod Ordinarius non potest ratam habere dispensationem, vt puta super impedimento matrimonij datam pro foro conscientiæ tantùm, sed debet constito de illo cogere ad separationem, Nauar. *conf.* 4. *de iudic. num.* 7. Sanch. *lib.* 3. *de matr. disp.* 15. *num.* 15. & 17. Coninch. *de Sacram. disp.* 27. *num.* 6. Idque donec obtineant dispensationem à Dataria.

Inde etiam sequitur, quod dispensatio, & absolutio, 54
quæ datur pro foro conscientiæ tantùm, debet abditè dari, neque Notario, neque testibus adhibitis, vt Sanchez

chez *de matr. disput.* 34. *num.* 29. *in fin. lib.* 8. ne illi prosit pro foro externo. Sed neque conuenit, Confessarium pœnitenti dare schedulam absolutionis, Filiuc. *tr.* 11. *cap.* 9. *num.* 293. sed etiamsi illam det, nulla fides illi schedulæ adhibenda est in foro externo, vt Calderinus, & Rebuffus, quos allegat, ac sequitur Salzedo ad Diaz *d. cap.* 33. §. *Excusabitur tamen*. Quamuis alij contra asserant, expedire talem schedulam dare pœnitenti absolutionis, vt possit se tueri pro foro externo, vt apud Dianam *d. resol.* 26. Posset tamen Confessarius testimonium prædictum absolutionis impartitæ dare literis suis priuatis clausis, directis Ordinario, vt possit, si velit, illam acceptare; quemadmodum maior Pœnitentiarius dat literas clausas absolutionum in forma pro misso. Dispensationum autem testimonium nunquam concedendum est; quia hoc est contra mentem Pontificis, & aliàs fieret præiudicium Dataria; & ita exactè obseruat S. Pœnitentiaria. Atque ex his colligitur contra Auilam, Coninch, & alios, publicos Clericorum percussores, ac nominatim denunciatos, nedum validè, sed etiam licitè absolui posse; quia nulla adest prohibitio, qui facultas concessa mandetur exequutioni, nec ponitur aliquod impedimentum pro foro externo, nec alicui fit aliquod præiudicium.

55 Obseruo tamen, quod quando dicitur, absolutionem à censuris non valere pro foro externo, intelligitur, quod non valet, quando censura deducta est ad forum externum; quia si non est deducta, quamuis sit publica, non indiget absolutione in foro externo, sed sufficit, si absoluatur pro foro conscientiæ, & quod de tali absolutione constet, quando opus est, per testificationem Confessarij. Nam tunc per absolutionem extinguitur totaliter censura; quia non est extinguenda quoad forum externum, cum ad ipsum non sit deducta. Vndè absolutus fit capax eorum omnium, quorum ratione censuræ incapax erat iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in cap. Veniens* 2. *num.* 21. *& in cap. Testimonium circa fin. de testib.* Calder. *cons.* 2. *de testib.* Crescen. *dec.* 14. *de probat. alias* 163. Comitol. *dec.* 15. *num.* 25. Rot. in Astoricen. Canonicatus coram Paleotto; quare valebit simpliciter absolutio à censuris à iure, si non sint deductæ ad forum externum. Nunquam autem valebit pro foro externo in censuris ab homine; quia hæ semper sunt fori externi.

56 Præterea certum censeo absolutionem seclusa impotentia satisfaciendi non valere, non præmissa satisfactione, quando adest clausula *satisfacta parte*. Nam ideò valeret, quia dicta clausula non inducit formam tanquam id, quod de iure inest. Atqui non obstante, quod de iure insit, inducit formam; quia licèt in illa clausula, *satisfacta parte*, non tradatur forma seruanda, sed tantùm contineatur monitio de eo, quod est faciendum, expressioque illius, quod de iure inest, nihilque operatur, *cap. significasti, de elect. & l.* 3. *ff. de leg.* 1. *& l. Conditiones, quæ extrinsecus, ff. de cond. & demonstr.* Et proindè si exprimatur, non inducit nouam formam, vt notant Glos. *in Clem. de offic. Deleg.* Nauar. *in cap. si quando, except.* 10. *de rescript.* Couar. *in d. cap. Alma par.* 1. §. 9. *num.* 8. Cardin. *in d. Clem.* 1. *quæst.* 13. Vitalin. *num.* 36. Imol. *num.* 20. Archid. *in cap. Dudum* 18. *quæst.* 2. Innoc. *in cap. fin. de præsumpt. sub init.* Abb. *num.* 16. & communiter Doctores; attamen quando id, quod de iure inest, alio modo exprimitur, ac insit, inducit formam, vt docent Cardin. *in d. Clem.* 1. *quæst.* 2. *de concess. præb.* Imol. *ibidem num.* 12. Vitalin. *in Clem.* 1. *num.* 36. *de offic. Deleg.* Felin. *in cap. fin. num.* 36. *de præsumpt. & in cap. Cum delicta, de rescript.* Abb. *ibid. num.* 12. Couar. *in d. cap. Alma p.* 1. §. 9. *num.* 8. Nam, dum alio modo exprimitur, inducitur specialis dispositio, quæ reddit actum conditionatum, & specialis forma seruanda, præsertim si exprimatur per verba, quæ formam præseferunt. In hoc autem casu satisfactio partis exprimitur alio modo, & per verba, quæ formam præseferunt, nempè per ablatiuum absolutum, *l. A testatore, ff. de cond. & demonstr.* & notant Paris. *cons.* 41. *num.* 14. *lib.* 4. Caputaque *dec.* 150. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. Roland. *cons.* 81. *num.* 15. *lib.* 1. Sesse *dec. Aragon.* 31. *num.* 8. Rot. *dec.* 628. *num.* 2. & in Feratien. bonorum 16. Iunij 1614. coram Dunozetto.

Et sanè absolutio virtute Iubilæi non satisfacta 57
parte ad minùs non est licita, atque adeò neque valida; quoniam quando Pontifex delegat facultatem absoluendi, delegat secundùm naturam eiusdem facultatis, & secundùm mensuram finis, ob quem illam concedit; nam finis dirigit operantem, & est mensura operationis. Facultas autem absoluendi ex sui natura se continet intra terminos rationis, & non se extendit ad id, quod est contra ius, & honestatem, ac proindè neque illicita, *l. Nepos Proculo, ff. de verb. signif. & l. quæro, §. Inter locatorem, ff. locati, & cap. Causam, quæ de rescript. & cap. Cum dilectus, de consuet.* Quia potestas, & facultas est quid ordinatum, & concessa ad manutenendum debitum ordinem Reipublicæ; ideòque non potest esse causa illicitorum; atque ita desumo ex Couar. *in d. cap. Alma loco citato*, Sayro *lib.* 7. *de censur. cap.* 20. *num.* 30. Suarez *disp.* 7. *de censur. sect.* 5. *num.* 44. *& lib.* 2. *de legib. cap.* 13. *num.* 4. *in fine*, Soto *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 2. *artic.* 2. *concl.* 2. Syluestro *v. Excommunicatio* 7. *casu* 20. *num.* 65. Henriquez *lib.* 13. *sum. capitulo* 28. *num.* 3. *& lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 2. Nauarro *cap.* 27. *man. num.* 37. *& cons.* 75. *dub.* 11. *num.* 36. *de Regul.* Caietano *v. Absolutio cap.* 4. Medina *lib.* 2. *sum. cap.* 12. Rodriquez *in Bull. Cruc.* §. 9. *num.* 52. Corduba *lib.* 5. *quæst.* 45. *dub.* 3. *in fin. & in sum. cas.* 18. *punc.* 1. Graffio *par.* 1. *lib.* 4. *dec. cap.* 15. *num.* 6. Coninch. *disp.* 14. *de pœnit. dub.* 16. *num.* 211. Filiucio *d. tr.* 11. *cap.* 9. *num.* 295. Vasquez *quæst. de excomun. dub.* 20. *Præposito* 3. *par. quæst.* 1. *de censur. dub.* 15. *num.* 114. Gaspar. Hurtado *disput.* 14. *de excom. diffic.* 5. Trullench. *lib.* 1. *in Bull. Cruc.* §. 7. *capit.* 2. *dub.* 12. *n.* 11. & Gobatio *cap.* 35. *de Iubil. num.* 271. Ideòque contra Sanchez *lib.* 3. *de matr. disp.* 33. *num.* 3. Anilam *de censur. par.* 2. *cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 9. *concl.* 2. Layman *lib.* 1. *Theol. moral. trat.* 5. *par.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. Lud. à Cruce *disp.* 1. *in Bull. Cruc. cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 13. *& dub.* 9. *num.* 5. Lezanam *tom.* 3. *v. Bulla Cruciata num.* 32. Moronum *resp.* 98. *num.* 267. Bonacinam *disp.* 1. *de censur. q.* 3. *pun.* 9. *num.* 3. Valerum *in diff. vtriusque for. v. Absolutio, differentia* 5. *num.* 5. Dianam *p.* 1. *tr.* 11. *de Bull. Cruc. resol.* 22. & alios.

Omnes tamen vtriusque Sententiæ Doctores conue- 58
niunt, quod talis absolutio sit illicita, & proindè absoluens peccet mortaliter; quia in re graui, & cum graui præiudicio partis excedit terminos suæ facultatis, cùm ei concedatur facultas absoluendi cum clausula, *satisfacta parte*. Quid etiam habet locum, seclusa dicta clausula; quia facultas non censetur concessa, nisi quatenus ex natura rei iustè exerceri potest; ex natura autem rei requiritur, quod præmittatur satisfactio. Conueniunt etiam, quod, si in concessione facultatis absoluendi sit aliqua clausula irritans, absolutio non valeat; clausula enim irritans annullat omnia, quæ in contrarium fiunt, *cap. si eo tempore, de elect. in* 6. *& cap. Adijciebatur, de conces. præb. eod. lib.* & notant Gomez *ad reg. de trien. quæst.* 49. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 67. *num.* 17. Menoch. *cons.* 83. *num.* 7. Cassad. *dec.* 1. *num.* 7. *de restit. spol.* Ex his autem colligo, quod etiamsi non adsit in delegatione, seu concessione Iubilæi clausula, *satisfacta parte*, adhuc absolutio erit nulla, non præmissa satisfactione, quando pœnitens potens satisfacere. Nam facultas non censetur delegata, nisi iuxta terminos iuris communis; siquidem nunquam Princeps præsumitur velle euertere ius, præsertim cum præiudicio tertij, sed semper eius mens talis præsumitur, qualis debet esse de iure, vt rectè obseruant Grammat. *cons.* 34. *num.* 3.

Goza-

Gozadin. *consil.* 101. *num.* 10. Dec. *cons.* 580. *num.* 2. Ias. *in l. causas num. 6. C. de transact.* Cum autem de iure non possit absolui, nisi præmissa satisfactione, facultas ad absoluendum, vtpotè concessa intra terminos iuris, non se extendet ad absoluendum non præmissa satisfactione, ac proinde actus erit nullus seclusa impotentia. Nam stante impotentia omissio formæ non vitiat actum; quia censetur posita tantùm quando possibilis est seruari.

59 Denique percussor Clerici potest absolui stante dubio de obligatione ad satisfaciendum, etiamsi non sit præmissa satisfactio; desumitur *ex cap. solet, de sent. excom.* Quia stante dubio nondum adest obligatio satisfaciendi, cum possit dubium resolui in vnam, vel alteram partem, & tam in fauorem pœnitentis, quàm contra ipsum, & proindè non est condemnandus, vt satisfaciat. Dubium verò iudicandum est, sicut iudicatur in materia restitutionis, & iuxta regulas restituendi decernendum, an sit restituendum. Et in hoc casu non requiri aliquam cautionem de satisfaciendo, si contingat constare de obligatione ad satisfaciendum, aio cum Laymano *lib. 1. Theol. mor. tr. 5. p. 2. cap. 6. num. 7.* Henriquez *lib. 7. sum. cap. 3. num. 2.* Valero *in differ. vtr. for. d. v. Absolutio differ.* 12. & Bossio *sect. 1. de Iubilæo, cas. 21. §. 4. num. 54.* Quia cum simus in foro conscientiæ, sufficit propositum, cùm standum sit in hoc foro confessioni pœnitentis, & cautiones, siue pignoratoriæ, siue fideiussoriæ, siue iuratoriæ relinquendæ sunt foro externo; quod est contra Sayrum *lib. 2. Thes. cap. 18. num.* 16. vbi saltem exigit cautionem iuratoriam confessario præstandam; sed de his, ac huiusmodi alijs lege libellum nostrum Italicè inscriptum *Il Giubileo dell' anno Santo*.

60 Nec percussor liberatur ab hac satisfactione ex eo, quod Clericus percussus ei forsan remiserit iniuriam. Nam, vt benè aduertunt Panorm. *in cap. 1. de iniur.* & Bart. *l. Non solum 11. §. Iniuriarum actio, num. 3. ff. de iniur.* per remissionem iniuriæ præsumitur remissus rancor, idest displicentia illa, propter quam quis desiderat, vel quærit malum suo inimico, non autem satisfactio. Immò si reo remittantur damna illata, adhuc satisfactio præstanda remanet pro expensis à percusso ratione percussionis factis; quia nomine damnorum non veniunt expensæ, *cap. in nostra* 8. Panorm. *num. 1. de iniur.* Etenim ex iniuria oritur duplex actio; vna ad pœnam, alia ad damna, expensas, & interesse. Ergo vna sublata remanet alia, *arg. textus in l. si pro furo, §. 1. ff. de cond. furt. text. in l. si domus, ff. de seru. vrb. præd.* traditque expressè Bald. *in l. si tibi decem lect. 1. §. 1. ff. de pact.* & ibi Alex. *col. 2. num.* 2. putans hoc singulare, Iacob. de S. Georg. *in fin. num.* 5. ibidem Bald. *in cap. 1. §. Iniuria de pact. iur. firm. col. 2. in vsib. feud. specul. in tit. de accusatore §. 1. col. 6.* Card. Ancar. & alij *in d. cap. 1. de iniur.* Angel. de Perus. *in l. sed si vnius, §. si ante ff. de iniur.* Fab. *in §. fin. Instit. de iniur. num.* 3. Ias. *in l. 1. col. 3. num. 16. ff. de pact.* vbi ait esse diligenter notandum.

61 Si autem ista absolutio fiat extra Sacramentalem Confessionem, Episcopus, vel eius Vicarius generalis maiori diligentia animaduertere debet, vt non solùm parti læsæ, idest priuatæ personæ satisfiat, verùm etiam populo, qui ex tali persona læsus fuit, cum ex priuato delicto publicum bonum, & publica Reipublicæ quies lædantur; & propterea Reipublicæ expediat ad consequendum publicum bonum, & publicam quietem, vt delicta puniantur, & non remaneant impunita, *cap. Vt famæ 35. de sent. excom. l. si ita vulneratus 52. ff. ad l. Aquil.* Dec. *in l. Nec ex Prætorio 28. num. 2. ff. de reg. iur.* Ideòque cum delictum sit publicum, & declaratio publica, necesse etiam est, vt absolutio publicè fiat iuxta formam præscriptam in Rituali Romano coram Notario, & duobus saltem testibus, præmissis Psalmo *Miserere*, & orationibus consuetis excommunicatum genuflectentem leui verberatione Episcopus, vel eius Vicarius Generalis sedens percutiet in humero vsque ad indusium exclusiuè denodato, postea surgens, & aperto capite dicat, *Kyrie eleyson, &c.* prout in Rituali; quibus completis sedens, & cooperto capite dicat *Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & Nos authoritate ipsius, & Sanctissimi Domini Papæ nobis commissa absoluimus te ab excommunicationis sententia, quam ex eo, quod Presbyterum percusseris, & vulneraueris, incurristi, & incurrisse declaratus es, & restituimus te communioni, & vnitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quod si hæc forma fuerit omissa, absolutio erit nulla, Io. Andr. Innoc. Felin. & Butr. *in cap. Cum desideres 15. de sent. excom.* Quia forma præscripta ad vnguem obseruanda est, & si deficiat, actus corruit, *l. Cum his 8. Si Prætor, ff. de transact. l. Non dubium 5. C. de legib. l. Traditionibus 20. C. de pactis, cap. quæ contra 64. de reg. iuris in 6. cap. Cum dilecta 22. §. fin. de rescript. cap. quia propter 42. §. Aliter, de elect. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.*

62 Pro foro verò conscientiæ non est necesse obseruare hanc formam accidentalem, seù solemnitates, de quibus *in cap. A nobis 28. in fin. de sent. excom.* & apud Nauar. *cap. 26. num. 8. & in cap. 1. sub init. num. 64. de pœnit. & remis. d. 6.* docetque Sayr. *lib. 2. de censur. cap. 18. num. 19.* Suar. *disp. 19. de censur. sect. 2.* Alter. *to. 1. de censur. lib. 4. disput. 7. cap. 2.* Auila *p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 3.* cum Polanco in Directorio, & Bonac. *de censur. disput. 1. quæst. 3. pun. vlt. propè fin.* Ait tamen Auila, quod si Confessarius absolueret in loco secreto, vbi posset commodè obseruari ista solemnitas, expediret illam obseruare ad maiorem terrorem pœnitentis. Certè ex priuilegijs Religionum multis Religiosis concessum est absoluere non seruata dicta solemnitate, vt Suarez *de censur. disp. 7. sect. 10. num. 4.* cum Nauarro, Sorbus *in compend. priuil. v. Absolutio quoad seculares 1. §. 14.* Quod priuilegium pro absolutione in foro conscientiæ non erat necessarium; sed fuit impetratum ad tollendum dubium, & vt absoluentes prætermitterent has cæremonias, innixi authoritati Pontificis, & non tantùm sententiæ communi Doctorum; quare in absolutione à censuris virtute Iubilæi, & pro solo foro interno non esse necessarium adhibere hos ritus, præter Nauarrum, Sayrum, Suarez, Alterium, aliosque supra citatos, qui etiam volunt, neque semper hos ritus adhibendos esse in foro exteriori, nempè vrgente necessitate, quando fuit lata excommunicatio non seruata solemnitate; quando fuit iniusta; quando absolutio est ad tempus, & ad certum effectum; quando absoluens non est Sacerdos; & quando absolutio datur ad cautelam, tradunt Caietanus *v. Absolutio cap. 4.* Henriq *lib. 7. sum. cap. 28. n. 2.* Valer. *in differ. vtr. for. v. Absolutio differ. 6. num. 3.* Filiuc. *tr. 11. cap. 10. num. 333.* Bossius *sect. 1. de Iubil. cas. 23. num. 6.* Cordub. *quæst. 18. num. 1.* Franch. *in cap. Eos, qui, not. 3. de sent. excom. in 6.* quia quando in iure præscribitur talis, agitur de absolutione pro foro externo, & ideò, quod præscribitur pro tali absolutione, non est necessariò seruandum in absolutione in foro interno, pro quo sufficit, quod quocumque modo exprimatur absolutio censuræ, vt notant Hostiens. *lib. 5. sum. tit. de sent. excom. num. 14. §. & qualiter,* & Couar. *in d. cap. Alma par. 1. §. 11. num. 7.* neque in absolutione sit exprimenda causa, ob quam censura est contracta, quia de iure communi hoc non est necessarium, vt obseruat Sayr. *lib. 2. de censur. cap. 16. num.* 2. Nam causæ expressio non pertinet ad significationem absolutionis, vt constat etiam in absolutione à peccatis, in qua non est necesse exprimere peccata in particulari.

63 Iniungi tamen debet pro foro externo pœnitentia salutaris;

lutaris, quæ relinquitur arbitrio Ordinarij, qui considerato statu, & qualitate personæ, poterit publicè imponere pœnitentiam, postea priuatè peragendam, quæ conferat ad salutem animæ. Idque ad differentiam solemnis pœnitentiæ, quæ præscribitur *in c. In capite d.* 50. Abstinendum est ab imponenda pœnitentia pecuniaria, cum iam fuerit satisfactum parti læsæ, & Ecclesiæ, nec non suæ condemnationi, imponendumque libenter aliquod ieiunium corporis afflictiuum, *cap. licet* 6. vbi Panorm. *de pœnit. & remis. cap.* 2. *de homic. volunt. cap. Accusasti* 8. *de accus.* & aliquot preces secundùm capacitatem delinquentis, *cap. Deus qui Ecclesiam* 8. *de pœnit. & remis.* & diuersis temporibus occultè recitandas. Hoc enim modo vulnus sanatur, & Ordinarius liberatur à suspicione auaritiæ; de pœnitentia verò præsbytericidæ alibi differemus.

64 Potest etiam eiusmodi Clerici percussor absolui ad cautelam virtute Iubilæi, aut alterius facultatis ab ijs excommunicationibus, à quibus absolutè absolui potest; hæc autem absolutio impenditur, stante dubio de censura aliqua in particulari. Vel quia dubitatur, an sit lata; vel quia dubitatur de validitate; vel quia dubitatur de crimine, ob quod est imposita. Ratio est, quia facultas absoluendi ad cautelam continetur in facultate absoluendi absolutè quoad easdem censuras, tanquam quid minus in maiori; concesso enim maiori est etiam concessum minus, quod in ipso continetur, *l. filiusfamilias*, §. *fin. ff. de donat. & l. Marcellus, ff. de donat. cau. mor. & l. non debet ff. de reg. iur. & cap. ex parte de decim.* Deindè qui est certus, quod sit excommunicatus, potest absolui vigore Iubilæi; ergo etiam qui est dubius de eadem excommunicatione. Alioquin qui est dubius esset peioris conditionis.

65 Nec obstat, quod absolutio ad cautelam sit gratia extraordinaria sedis Apostolicæ, *cap. Per tuas, de sent. excom.* Ac proindè non censeatur concessa, nisi specialiter exprimatur; quod est fundamentum Couar. *in d. cap. Alma par.* 1. §. 12. *in fin.* Dec. *in cap. Preterea, num.* 6. *de offic. Deleg.* Felin. *in cap. Causam n.* 6. *de rescrips.* Ias. *in l.* 3. *quæst.* 2. *ff. de iurisd. omn. Iud.* & aliorum. Nam respondetur, facultatem absoluendi ad cautelam esse quidem gratiam extraordinariam, sicut est etiam gratia extraordinaria absoluendi absolutè, & ideò non censeri concessam, nisi exprimatur: Verùm dum conceditur facultas absoluendi absolutè, conceditur etiam facultas absoluendi ad cautelam, vt contenta in ipsa, & habetur pro expressa in specie, tanquam contenta sub expressa iuxta ea, quæ tradunt Crauet. *cons.* 149. *num.* 15. Bec. *cons.* 14. *num.* 15. *vol.* 1. Paris. *cons.* 66. *num.* 62. *vol.* 2. Menoch. *de arb. cas.* 276. *num.* 2. *& seq.* Atque idcircò posse absolutionem impendi ad cautelam, docent Archidiac. *in cap. soles, de sent. excom. in* 6. Dec. *ibidem, & in cap. Ad præstantiam de appell.* Henriq. *lib.* 13. *sum. cap.* 29. *num.* 5. Ludouic. à Cruce *in Bull. Cruc. disp.* 1. *cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 2. Trullench. *lib.* 1. *in eandem Bullam* §. 7. *cap.* 2. *dub.* 9. *num.* 15.

66 De hac autem absolutione ad cautelam habetur sermo *in cap. Ad præsentiam de appel. in cap. Veniens* 2. *in fin. de test. in cap. Apostolica, de except. cap. Cum desideres* §. 1. *& cap. Venerabilibus de sent. excom. & in cap. Præsenti, eod. tit. in* 6. Estque vera, seu putatiua ab Ecclesiastica censura liberatio, Io: Andr. *in cap. solet num.* 12. *de sentent. excom. in* 6. qui post Innoc. Hostien. & Io: Monach. *ibi* diffusè hanc materiam tractat. Ea verò non habet locum, nisi in sententia excommunicationis lata ab homine, & censuris latis in homines, quia illæ possunt esse nullæ, & iniustæ, non autem in sententijs latis à canone, & à iure, de quibus non dubitatur, quod sint iniustæ, nisi occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris secundùm Io. Andr. quem cæteri sequuntur, præsertim Boych *de Synod. par.* 2. *ar.* 1. *concl.* 13. *num.* 112. vbi etiam tenet, quod sicut absolutio ad cautelam non habet locum in censuris latis à Canone, ita nec in censuris statutorum synodalium. Colligitur etiam ex præallegatis iuribus, quæ loquuntur de censuris latis ab homine; excommunicatio autem nunquam fertur ab homine, nisi propter contumaciam, Abb. *in cap. Qua fronte num.* 11. *de appel. in rub. de sent. excom. & in cap.* 2. *de rapt.*

Item habet locum quando ex quacumque causa 67
allegatur nullitas sententiæ; quam opinionem esse veriorem ait Abb. *in d. cap. Apostolica sub num.* 10. *de except.* Et ideò si sententia censuræ dicatur iniusta, tunc non debet peti absolutio ad cautelam, sed simpliciter, ex quo est ligatus, cùm siue iusta, siue iniusta ligat. Idem quando sententia esset iusta, vt Franch. *in d. cap. solet col.* 4. *vers. quæro quærit.* Habet igitur locum in omni casu, quo dubitatur de nullitate, Franch. *ibid. in* 3. *not.* quod si constat, eam esse nullam, tunc debet statim pronunciari nulla, nec est necessaria absolutio ad cautelam, Cardin. *in cap. quoties* 2. *quæst.* 6. A sententia verò iusta non datur absolutio ad cautelam, quia fatetur se ligatum, ac proindè necesse est petere directè absolutionem, & non ad cautelam, Gemin. *in d. cap. solet num.* 7. Casus autem, in quibus excommunicatio est nulla, enumerat Glos. *in d. cap. Præsenti de sent. excom. in* 6. & quæ dicatur iniusta, & nulla, Glos. *in cap. Sacro eod. tit.* Abb. *in cap. Ab excommunicato, de rescrips.* & Nauar. *in man. cap.* 27. *sub num.* 2. Estque ex gratia. Nam de iure est, quod prius constet de veritate causæ, quàm detur absolutio. Ideòque est in arbitrio Iudicis, qui poterit eam concedere, vel denegare secundum circumstantias rerum, Innoc. Host. & Io. Andr. *in d. cap. Solet*, vbi etiam Franch. *in* 2. *vot.*

Quando tamen impertitur, requiritur citatio illius, 68
cuius interest, nisi periculum esset in mora, debetque impertiri cum cautione de parendo mandatis, si liquet eum iustè excommunicatum. Cum enim hæc absolutio solùm concedatur in dubio, tale dubium postea per probationes certificabitur, per quas constabit, an absolutio habeatur pro putatiua, quod erit, si constiterit non fuisse ligatum. Erit vera, si apparuerit illum iustè ligatum; vndè non benè in hoc casu prouisum esset aduersario, si non cauisset. Debet etiam præstari iuramentum ex Io. Andr. & Franch. *in d. cap. solet*, vbi tradit regulam, quod vbicumque pars potest impedire, ne actus fiat, semper requiritur citatio. Facit, quod notatur 3. *quæst.* 9. *c. omnia.* huiusmodi absolutio potest dari etiam, antequam Iudex de veritate causæ cognoscere incipiat, *d. cap. Venerabilibus*, §. *sed si ex causa* ibique Franch. *de sent. excom. in* 6. Vndè infertur, quod Archiepiscopi in hac absolutione plus habent potestatis, quàm in inhibitione; quia non possunt inhibere, nisi prius incipiant cognoscere de veritate causæ appellationis ante diffinitiuam, Glos. *fin. in d. cap. Venerabilibus.*

Rursus secundùm Cardin. *in cap. solicitudinem num.* 69
4. *de appellat.* in omni casu, in quo nulla causæ cognitio requireretur, tunc inferior pendente appellatione coram superiore potest adiri; quare cum absolutio ad cautelam possit impendi præstita cautione absque causæ cognitione, pendente appellatione coram Papa à facto Episcopi, poterit excommunicatus ab Episcopo petere ab Archiepiscopo absolutionem ad cautelam, non obstante, quod interposuerit appellationem ad Papam. Neque solùm absoluitur ad cautelam, quando quis principaliter appellat, sed etiam quando contra aliquem testem posset opponi exceptio excommunicationis, vt repellatur à testimonio. Tunc enim Iudex potest absoluere ad cautelam testes, quando tamen aliter veritas haberi nequit, nisi sit tale genus excommunicationis, cuius absolutio reseruatur Papæ, & durat, durante eius depositione, *d. cap. Veniens* 2. *in fin.* & ibi Glos. Io. Andr. & Doctores *de test.* quemadmodum & absolutio eligere debentis, *d. cap. Apostolica, de except.* & potest concedi tunc à quocumque Iudice causæ, Felin. *in cap. Pastoralis num.* 13. *de offic. Ord.* Tales enim absolutiones prospiciunt negotijs, quibus functis reuiuiscit sententia; & procedit, quando excipitur

dcex-

communicatione in vim dilatoriæ, secus in vim peremptoriæ. Nam tunc non fieret absolutio ad cautelam, Franch. *in d. cap. solet*, *col.* 2. post Io. Andr. *in cap.* 1. *num.* 2. & Gemin. *num.* 10. *de except. in* 6.

70 Conceditur etiam extra casum excommunicationis propter ambiguum duplicitatis, Glos. *in cap. fin. de his, qui fil. occid. v. Bonum, & in cap. significasti, v. Ad cautelam de homic.* De pœnitentia ad cautelam legitur *in cap. significasti* 2. *de hom.* Et tradit Glos. *in cap. Perpendimus de sent. excom.* & de venia ad cautelam *in cap. exhibita, eod. tit. cap.* 2. & 3. & ibi Glos. *fin. de Cler. percuss.* Quicumque autem absoluitur saltem ad cautelam, semper obtinere debet literas absolutionis, Glos. *in cap. Proposuit*, *v. De absolutione de Cler. excom.* Item de iuramento ad cautelam Glos. *in cap. super eo*, *de sent. excom.*

71 An verò absolutio à censuris impertiri possit absenti, aliàs à nobis dictum est.

72 Si quis verò suadente diabolo in hoc sacrilegij genus proruperit, quod quemuis Pontificem, id est Episcopum iam consecratum, vt communiter Doctores, iniuriosè, vel temerè percusserit, aut ceperit, aut bannierit, vel hæc mandauerit fieri, aut facta ab alijs, rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium, aut fauorem dederit, vel scienter defensauerit facientem, primo sit ipso facto excommunicatus, à qua excommunicatione non possit absolui, nisi per Summum Pontificem, scilicet mortis articulo excepto. Secundò à feudis, locationibus, officijs, & beneficijs spiritualibus, & temporalibus, quæ ab Ecclesia, cui offensus Episcopus præest, obtinet, cadat ipso facto, eaque ad eandem Ecclesiam liberè reuertatur. Tertiò ipsius filij per lineam masculinam descendentes vsque ad secundam generationem reddantur ipso facto inhabiles ad Ecclesiastica beneficia in Ciuitate, & diœcesi eiusdem Episcopi obtinenda, omni spe dispensationis adempta. Quartò, Terra ipsius offendentis, & cooperantis, vt supra, si non vltra vnam diœcesim extendatur vsque ad condignam satisfactionem eiusdem Domini Ecclesiastico subiaceat interdicto. Itemque locus quilibet, in quo captus Episcopus detinebitur, quandiù detentio ipsa in eodem loco durauerit, Ecclesiastico subiaceat interdicto; quod si Terra illius duas, vel plures diœceses contineat, tunc diœcesis domicilij principalis ipsius delinquentis, & illa, in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, & duæ aliæ eiusdem Domini eidem loco magis vicinæ, interdicto subiaceant supradicto. Item Ciuitas, quæ aliquid prædictorum commiserit in proprium Episcopum, interdicto subiaceat memorato, donec satisfecerit, & eius Magistratus, & officiales omnes, culpabiles existentes incurrant excommunicationem, à qua non possunt absolui, nisi à Sede Apostolica. Ita ex Constit. Clementis V. in Concil. Viennensi, quæ est *Clem.* 1. *de pæn.*

73 Hoc autem interdictum est latæ sententiæ, vt constat ex verbo *subiaceat*, & tradit in terminis Vitalin. *in d. Clem.* 1. *num.* 70. Henriq. *lib.* 3. *cap.* 43. *num.* 5. Nauar. *cap.* 27. *num.* 169. quod autem dicit textus de Terra ipsius delinquentis, intelligitur Terra ipsius, siue ipse illius fuerit Dominus, siue Gubernator, vt Suarez *de censur. disp.* 37. *sect.* 1. *num.* 9. & Glos. *in d. Clem. v. si sua*, vbi se remittit ad notata *in cap.* 1. *de postul. Prel. v. Terram propriam*, quo loco ait, hoc verbum *suum* accipi ibi latè, vt sufficiat, si sit de iurisdictione illius, licèt non sit in eius proprietate.

74 Delinquentes autem, vt supra excommunicati, denuntiandi sunt publicè, & solemni forma anathematis, singulis festis, donec satisfecerint; & eum absoluendi fuerint, cauere debent idoneè de parendo pœnæ inferendæ, & de peragenda pœnitentia iniungenda. Formam autem solemnem anathematis ibi ponit textus, & tractat Suar. *de censur. disp.* 8. *sect.* 3. *num.* 2. & *seq.*

75 At *ex c.* 11. *Bulla in Cœna Domini* fertur excommunicatio specialiter Papæ reseruata contra iniuriam inferentes in personam Episcopi, quæ partim excedit, partim exceditur ab illa, quæ fertur *in d. Clem.* 1. quia *in Clem.* 1. excommunicantur bannientes Episcopum, de quocumque territorio, sed in Bulla Cœnæ non continentur, nisi bannientes Episcopum de Terra, in qua iurisdictionem habet, seu ius aliquod idem Episcopus. Item *in Clem.* 1. excommunicantur etiam ratum habentes, non autem in Bulla Cœnæ. E contra in Bulla Cœnæ excommunicantur hostiliter io sequentes Episcopum, qui non continentur *in Clem.* 1. In alijs autem actionibus conueniunt.

76 Occidens verò Episcopum tenetur *l. Pompeia, de parricid.* vt Plaz. *epit. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 22. & Farinac. *quæst.* 112. *num.* 131. Ciuitas autem occidens proprium Episcopum priuatur dignitate Episcopali, *c. Ita nos* 23. *quæst.* 2. Plaza, & Farinacius *ibidem*. Sed hæc pœna non est latæ sententiæ, vt patet ex textu, & non videtur procedere, nisi adsit frequentia talis delicti in ea Ciuitate, vt saltem bis occiderit Episcopos, vt obligatur ex textu, & ibi notat Glossa *v. Vsum*. Neque enim pœnæ offendentis Cardinalem *cap. felicis de pæn. in* 6. militant contra offendentem Episcopum, Farinac. *loc. cit.*

77 Notandum tamen est *ex d. c.* 11. Bullæ in Cœna Domini, quod Princeps, si bannierit de Regno suo Episcopum non habentem in eo Regno diœcesim, neque dominium vllum, neque ius legationis, seu Nunciaturæ officium, non incurrit in hanc censuram, vt Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 67. Vgolin. *in eo c.* 11. *Bull.* §. 1. *num.* 4. & Duard. *ibidem quæst.* 9. *num.* 6. Occidens verò Nuncios, seu Legatos Papæ, vel alterius Principis incurrit crimen læsæ Maiestatis, vndè damnatus est infamis, & irregularis, quam conclusionem declarat Farinac. *d. quæst.* 112. *à num.* 160.

CONSVLTATIO VII.

An electio Vicarij Capitularis, à cuius concursu aliquis reijcitur, sit valida?

1 Respondeo negatiuè. Nam quilibet idoneus de iure potest eligi, ideòque non potest à concursu repelli, Rot. *in rec. dec.* 65. *num.* 6. & 7. *par.* 1. Sicuti ex eadem ratione non potest Episcopus repellere concurrentem ad Parochialem, vt tradit Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 100. Barbos. *in Collect. ad Concil. sess.* 24. *cap.* 18. *de ref. num.* 63. & Rota coram Eminentissimo Othobono *dec.* 37. *num.* 3. & 4.

2 Reiectio enim idonei vim habet voluntariæ Coarctationis ad certum numerum eligendorum, quæ non permittitur electoribus in præiudicium aliorum, solùmque coarctationes permittuntur duntaxat post factum scrutinium, dummodò omnes in eo fuerint admissi, & tanquam minùs idonei reiecti; quod siquis à scrutinio repellatur, ex hoc ipso electio dicitur restricta, & coarctata, vt declarat eadem Rota eadem *dec.* 37. *num.* 8. & Lauor. *var. lucubr. tit.* 4. *cap.* 21. *num.* 15. Barbos. *vot.* 37. *num.* 66. & Rot. *d. dec.* 65. *num.* 6. & 7. *p.* 1. *rec.*

3 Idoneus autem censetur quilibet doctor, & maximè si in Vicarium Capitularem aliàs fuerit electus, quo in casu non est iteranda inquisitio, *cap. accepimus de atat. & qualit.* Peyr. *de subst. tom.* 1. *quæst.* 1. *cap.* 31. *num.* 10. Castil. *de elect. cap.* 13. *num.* 21. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 4. *num.* 84. & *seqq.* ac Rot. in Pampilonensi Beneficij 9. Decembris 1620. coram Remboldo, & in Meleuitana commendæ 17. Martij 1645. coram Bichio.

4 Effetque huiusmodi electio non solùm inualida, sed etiam attentata, si à declaratione electorum super inhabilitate fuerit appellatum interposita, cum non possit discussione pendente fieri electio, *cap. si postquam de elect. in* 6. ac Rot. coram Emin. Otbo. *dec.* 29. *num.* 55. & *d. dec.* 37. *sub num.* 30. & in Meleuitana Maresellatus 26. Maij 1642. coram Dunozetto.

5 Neque discutiendum est, an appellatio fuerit iudicialis

cialis, an extraiudicialis. Etsi enim electio ex sua primæua natura sit actus extraiudicialis, sit tamen iudicialis ex concursu, & contradictione oppositorum, vt in specie declarat Barbos. *dict. vot.37. sub num.8.* Postquam enim grauamen comprobatur ex causa appellationis, electio interim facta semper est attentata, quamuis appellatio fuerit extraiudicialis, vt tradit Rota apud Burattum *decis.77. num.4. & 5.* & coram Em. Othob. *d. decis.29. num.56.*

6 Præsertim si qui fuit prima vice electus post declaratam nullitatem primæ electionis interfuerit nouæ electioni, & votum dederit vna cum alijs, quo in casu fateatur, & admitteret nullitatem, sine qua non potuisset electio iterari, vnde non poterit postea impugnare, *cap. Cùm Ecclesia Sutrina §. non igitur de caus. possess. & propr.* Qui enim alium admittit ad scrutinia Capitularia fatetur idoneum ad eligendum, adeò vt pro ea vice non possit electionem impugnare, Gutier. *cons.3. num. 1.* & Rot. coram Othob. *decis.164. num.15.* etiam spreta protestatione super addita, quod per nouam electionem non censeatur iuri suo præiudicatum, quia tanquam contraria facto nihil operatur iuxta doctrinam Bartol. *in l. non solum §. morte num.17. ff. de non. oper. nunc.* & Seraph. *decis.754. num.2. & 3.*

CONSVLTATIO VIII.

An ius Cathedraticum, siue Synodaticum præscribi possit? Vbi quod illud sit, an sublatum à Tridentino; quid Cathedra Episcopi, eius origo, aliaque ad rem strictim.

1 COmmunis sententia est, quod in totum præscribi non possit, sed quoad quantitatem. Eam docent Gloss *in can. quicunque 16. quæst.7.* Felin. *in cap. Cùm ex officij de præscript. num.16.* Imol. *in Clem.1. vers. Sed an isto iure de iurepatr.* dicens, quod in Cathedratico non currit præscriptio, nedum super toto, sed neque super quantitate, Io. Faciol. & Hugur. 13. *quæst.2. in princip.* Archid. & Ioan. Andr. *in cap.1. de præb. lib.6.* Abb. *in cap. Cùm venerabilis num.3. de censib. & in cap. Accedentes col. 3. de præscript. & cons.99. in fin. lib.1. & cons.7. num.4. lib.4.* Vbi testatur hanc esse communem, quam sequitur Fagnan. *in cap. Conquerente de Offic. Ordin.* Balb. *de præscript. p.1. p.5. princip. quæst.16.* Cardin. *in Clem. 1. sub initio quæst.12. de censib.* Calder. *cons. d. de præscript.* Nauar. *in cap.1. in princip. de pœnit. d.6. & in can. Placuit eadem d.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg.86. num.92.* ac Ricc. *in prax. var. resol.182. num.2. & seq.*

2 Rationes autem sunt. Tum quia petere hoc eius cathedraticum pendet à facultate Episcopi. In facultatiuis autem non currit præscriptio, vt per Canonistas communiter *in cap. Cùm Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propr.* cum vulgò alijs. Tum quia in tributis præscriptio non habet locum, *vt in l. comperit, C. de præscript. 30. an. & §. porrò 16. quæst.3.* & notat Gloss. *in cap. Cùm non liceat de præscript. & in cap. Tua 2. vers. tributa de decim.* Tum quia est de Imperio Episcopali, quod sicut non potest Episcopus à se abdicare, ita illud non potest subditis præscribere, vt *l. legatus ff. de Offic. Præsid.* Et tum denique, quia debetur ex iure Communi, atque adeò præscriptione, aut pacto priuatorum hominum tolli non potest ita, vt ab illo subditus liberetur *dict. cap. Accedentes de præscript. & d. cap. Cùm ex officij eod. tit.* quia est ius publicum, secùs autem si deberetur vel præscriptione, vel consuetudine, vel institutione, vel priuilegio, vel aliquo alio speciali iure, aliaue causa, vt notatur in *dict. cap. Accedentes, & can. seruitium 8. quæst.2.* at aduertit Vitalin. *in Clem. Cùm sit num.5. & 6. de censib.* tunc enim non esset ius publicum.

3 Non obstat, quod præscriptio habeat vim priuilegij, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. quat. Æst.* cum alijs eiusmodi ita, vt non sit necesse vllum titulum allegare per *d. §. ductus aquæ, & cap.1. de præscript. in 6.* Priuilegio autem cathedraticum tolli potest.

Primò, quia id procedit in actibus, in quibus aliquod 4
agitur positiuè, secùs autem in hoc casu, in quo præscriptio allegatur, nullo dato actu positiuo, sed sola patientia, aut negligentia Episcoporum interueniente. In hoc autem casu est necessaria tituli allegatio, maximè in hac re, quæ est grauis præiudicij, vt per Bartol. *in l. cum de in rem verso ff. de vsur. & in l. si certis Cod. de pact.*

Secundò, quia id locum habet in iuribus Episcopali- 5
bus, & oneribus præscriptibilibus, vt est quarta decimarum, & funeralium, quæ est præscriptibilis etiam contra Episcopum, *vt in cap. De quarta de præscript.* non autem in iuribus impræscriptibilibus, vt sunt cathedraticum, & quædam alia iura Episcopalia, de quibus per Doctores *in cap. Cùm venerabilis de censib.* quare Abb. *in cons.94.* apud Balbum *dict. quæst.6. num.3.* tradit, quod præscriptio prodest in ijs oneribus euitandis, quæ sunt præscriptibilia, non autem in alijs, vt est casus *in Clem.1. de cens.* Vbi tradit, in quibus oneribus non currit præscriptio, nempè in cathedratico, in procuratione, & in alijs ibi relatis; quod etiam firmat Calder. *d. cons.2.* quare in ijs, quæ ex sui natura præscriptionem pati non solent, præscriptio longissimi temporis priuilegio non comparatur; alioquin enim laici iura spiritualia longissima præscriptione possent acquirere; quod est omninò falsum. Nam laicus spiritualis iuris capax non est.

Minùs obstant aliquæ declarationes S. Congregatio- 6
nis Concilij, quæ circumferuntur, vt in Albinganan, & alijs. Nam intelligendæ sunt cum præscriptione, siue de consuetudine quoad totum, quod nunquam præscribi potest, sed quoad quotam, siue quantitatem, vel absolutè, ac simpliciter, prout illas adduxi *tom.1. cons.283.* ex authographo Em. Card. Ginetti.

At nihilominùs contrarium censuisse videtur eadem 7
S. Congregatio Concilij in subiecta declaratione, quam loco allegato adduxi, & nunc declaro. Sic etiam S. Concilium Tridentinum *Sess.24. cap.3. de reform.* valere ait consuetudinem circa procurationem, & tamen *in d. cap. Cùm ex officij de præscript.* procuratio non præscribitur. Nam multa possunt tolli, quæ non tolluntur per præscriptionem, vt per Nauar. *cons.5. de censib.* quare Vitalin. *loc. alleg.* censet, valere compositionem super procuratione, vel cathedratico non danda Episcopo quoad eius præiudicium; quia per hoc Reipublicæ non præiudicatur, & ex dono impensa pecuniaria solùm concernens vtilitatem propriam ipsius Episcopi remittitur, *arg. l. Si quis in conscribendo Cod. de pact.* cum simil; faterurque, quod talis compositio non grauat successorem. Neque obstat *d. l. legatus ff. de offic. Præsid.* quia ibi sermo est de eo, qui vult abdicare à se totam iurisdictionem, vel etiam partem, vbi vertitur præiudicium Reipublicæ, hic autem non est præiudicium, nisi ipsius Episcopi.

Die 3. Decembris 1644. Episcopus Albinganensis vna 8
cum Clero eiusdem Ciuitatis supplicat pro declaratione infrascriptorum dubiorum.

Primò. An modernus Episcopus, qui nunquam adhuc exe- 9
git Cathedraticum, possit pro præterito tempore, & in futurum exigere?

Secundò. In qua quantitate, & qualitate monetæ possit 10
illud exigere?

Tertiò. An à toto Clero, an verò à beneficiatis tantum sit facienda exactio?

Sacra &c. ad dubia suprascripta respondit, vt sequitur, 11
videlicet.

Ad 1. Si Cathedraticum Episcopis antecessoribus ali- 12
quando fuerit solutum, posse per modernum Episcopum exigi.

Ad 2. Exigi tantum posse duos solidos iuxta iuris 13
communis dispositionem, & in moneta antiqua iuxta illius æstimationem non concurrente contraria consuetudine.

Ad 3. Exactionem non esse faciendum à toto Clero, sed 14
tantùm ab Ecclesijs, Capellis, & beneficiatis, si ad eorum fauorem non concurrat priuilegium Apostolicum exemptionis, vel immemorabilis.

15 Porrò sicuti principale munus Episcopi est docere , in cuius signum habet cathedram in signum administrationis, ac subiectæ curæ, veluti publicam notam professionis doctrinæ, prout statuitur *in Psal.1.* Vnde statim ac Leo nuncupauerat administrationem , mox cathedram vocat in *can. Siquis Episcopus* 7. *q.1.* ita à singulis Basilicis cathedraticum exigit , quod est pensitatio duorum solidorum *can. placuit* , *& can. inter cætera* 10. *q.3.* & quidem vsualis monetæ, vt tradit Glos. *in sum. eius quæst. v. quid verò* . Et dicitur eadem hæc pensitatio quandoque synodaticum , quia videlicet solui consueuit in Synodo, Glos. *in d. cap. Conquerente v. duos solidos de Offic. Ord. & in sum. d. quæst. 3. eodem v. quid vero* . Quæ quidem quantitas soluenda est secundùm valorem antiquæ monetæ , non autem eius, quæ currit tempore solutionis , vt docet Glos. *in d. cap. Conquerente eod. v.* cum alijs , quos sequitur Surd. *cons. 404. num. 11.* Quamuis enim moneta mutata videatur etiam mutatum cathedraticum, ex quo illud sequitur vsum regionis; hoc tamen intelligitur, quando ex huiusmodi mutatione præscriptum est vnum aliquod monetæ genus, & secundùm illud facta solutio cathedratici per quadraginta annos , aliàs secus , vt plenè declarat Ostien. *in sum. de censib. num.8.*

16 Est autem cathedra locus sublimior circa sellam professorum, concionatorum, aut declamatorum. Differt à solio, & tribunali. Etenim.

Rex solium, Doctor cathedram, Iudexque tribunal
Possidet, ac sedem Præsul, Prætorque curule.

17 Idem etiam significat nomen ambonis, quo vtitur Socrates *lib. 6. cap. 5.* Suggestum scilicet, seu pulpitum, ex quo Episcopi, vt clariùs audirentur à populo, concionari solebant , sicuti eodem loco Socrates testatur, & lectores, vel diaconi lectionem , seu Euangelium recitare. Huiusmodi locum Templorum D. Cyprianus honoris causa tribunal quoddam Ecclesiæ appellat. Ab ambiendo dictum volunt , quod locus ille vtrinque gradibus ambiatur. Nam in quibusdam Ecclesijs duo ordines graduum visuntur, vnus à sinistris, quo fit ascensus versus orientem, alter à dextris, occidentem spectans, quo fit descensus . In quibusdam verò Ecclesijs Diaconus vna, Subdiaconus altera via in pulpitum, seu ambonem conscendit . Expositor Romani Ordinis ambonem ideò hanc appellationem habere tradit, quod ambiat, & cingat intrantem . Sed veriùs est græcam esse vocem , quæ inter cætera significat ascensum, & locum editum , vt in Laodiceno Concilio *cap. 15.* & Pannin. *in interpret. voc. obscur. ecclesiast. in calce Platinæ fol. 93.* Dicitur etiam pulpitum , quasi publicum, quod qui ipsum conscenderit, spectari simul, & audiri publicè possit. Item suggestus, siue quod constet ex suggesta , hoc est congesta materia , in qua concionatores stare possint , siue quod inde populo suggeratur , quod in rem eius esse possit .

18 Clemens autem Pontifex circa annum 90. statuisse dicitur, *vt cathedra Episcopalis in eminentiori loco statuatur, vel erigatur, in qua stans, seu residens Episcopus omnes possit circumspicere, & ab omnibus circumspici dist. 95.* Martin. Polon. *in supput. in vita Clementis* , Antonin. *tit. 7. cap. 2.* Mirum verò, si Clemens circa hæc, quæ res ipsa admonet fieri debere, occupatus fuerit. Nam res per se sine mandato postulat, vt altiore , quàm alij loco stent concionatores, quo nimirùm inde ad populum verba facientes, commodiùs, & faciliùs, maiore etiam cum authoritate, & gratia audiantur; adeòque locus hic, in quo verbi diuini ministri stant docentes populum, egregiè etiam sui officij eos admonet , vt scilicet meminerint, quando in altis his locis steterint, se & videri posse ab omnibus, & diligentes , ac prouidos habitus sui , gestuum, vitæ, & morum suorum custodes esse oportere, quando homines plebei in illa externa ferè magis oculos intendunt , quàm in verba dicentis . Vnde & lux mundi, & in specula positi, & capita appellantur . Ac quemadmodum ipsi in omnium hominum vitam, ac mores ex alto inspiciunt, sic in ipsorum vultus , gestus , voces , ac mores populus omnis oculos suos intendit . Qua de causa qui locum hunc excelsum conscendunt , prudenter, & cautè sese gerere debeant , ne quid faciant , aut dicant , quod eorum persona , officioque sit indignum , proptereaque eis vitio certi queant.

Talem autem cathedram in Templis non debere esse 19
sumptuosam ex Epistola Concilij Antiocheni apparet , quæ inter mores portentosos Samosateni hoc quoque numerat, *quod non consensus mediocri vt discipulus Christi, sede, gradum sibi in Ecclesia , & thronum ad morem Principum huius sæculi extruxerit* . Hoc verò non semper obseruatum; nam Romæ in multis Templis hæ cathedræ splendidissimis, pulcherrimisque marmoreis tabulis, & porphyreticis lapidibus exornatæ fuerunt, sicut referunt Platina *in vit. Pontif.* Panuinius *in append. ad Platinam*, alijque; qua ratione, vt aliqui volunt, fit, quod populus in tali ornatu, & pompa animum occupans doctrinam , quæ ex hoc loco proponitur, parum attendat .

Cæterùm non esse cathedraticum sublatum à Conci- 20
lio Tridentino *sess. 24. cap. 3.* prohibente quidquam exigi ex causa procurationis pro visitatione, etiam testamentorum ad pios vsus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur , & alio quouis nomine exceptis victualibus , probatur primò ; quia cum de iure communi Episcopis cathedraticum debeatur , vt patet *ex d. cap. Conquerente de offic. Ord.* & sit adeò priuilegiatum , vt secundùm Doctores quamplurimos in totum præscribi non valeat, & in eo frequenter pars non modica redituum Episcopalis mensæ dicatur consistere , non est verisimile sublatum fuisse ius tam insigne sine speciali mētione *ad l. item apud Labeonem §. hoc edictum ff. de iniur.* de quo est textus expressus *in cap. pastoralis de donat.* vbi deciditur, cathedraticum non comprehendi in dispositione generali, nisi de eo fiat expressa mentio, ibique notant Glossa, & Canonistæ; præcipuè, quia cathedraticum inductum fuit ex Concilio Bracharensi secundo *cap. 2.* vt refertur *in can. placuit* 10. *q. 3.* Vnde multò minus censeri debet illi derogatum fuisse absque speciali mentione per textum *in cap. ex parte de capel. monach. cap. eam te de ætat. & qualit. & cap. Nouit* , vbi Felin. *num. 2. de rescript.* Quamuis enim secunda Constitutio conciliaris tollat primam contrariam, etiamsi Concilio specialiter non deroget secundùm Glossam, Archidiaconum, Io. Monachum, Io Andream, & alios *in cap. 5. de Constit. in 6.* requiritur tamen, vt secunda Constitutio statuat expresè contrarium eius, quod disponitur in prima . Neque enim decretis in Concilio tanta cum deliberatione, & solemnitate editis, præsumitur fuisse derogatum sub tali taciturnitate , vt rectè per Oldr. *cons. 326. n. 1.*

Secundò, quia Concilium prohibet exactiones causa 21
procurationis pro visitatione . Atqui cathedraticum non exigitur causa procurationis , neque pro visitatione . Tum quia titulo valido , & à procuratione diuerso exigitur , vt constat ex citatio *cap. Conquerente*. Est enim census duorum solidorum , qui soluitur Ecclesiæ cathedrali in signum subiectionis , & honorem Cathedræ *d. can. placuit* , *can. illud te* , *& can. fin. 10. q. 3.* Tum quia non exigitur in visitatione, sed in Synodo *cap. olim de censib.* & ex Sententia Sacr. Congregationis Concilij dixit Fagnan. *in cap. Venerabili n. 36. de censib.* propterea enim appellatur etiam synodaticum , vt patet *ex d. cap. Conquerente*, vel quia datur pro synodo, quam Episcopus celebrare debet singulis annis iuxta Gemin. *cons. 85. num. 6. vers. sed cathedraticum à visitatione*, quia visitatio est de lege iurisdictionis , cathedraticum verò de lege diœcesana , Glos. *in cap. dilectus v. de lege iurisdictionis* , ibique Ostien. *num. 6.* Abb. *nu. 4.* & communiter Doctores *eod. tit.* Vnde ex prohibitione vnius , tanquam ex diuersis, non potest inferri ad prohibitionem alterius ad vulgatem *l. Papinianus* , *ff. de minor.* & cùm differenter diuersis locis , & temporibus exigatur , non potest applicari ad causam visitationis . quæ habet tempus, & loca particularia, & præcisa. Effectus enim non debet tribui non proportionatæ causæ, quæ limitata limitatum producit effectum *l. in agris ff. de acquir. rer. dom. l. quod dictum*; Vbi Angel. *ff. de pact.* Atque ita censuit eadem Sac. Congregatio Concilii , teste eodem

Fagna-

Fagnanõ *loc. cit.* & *in dict. cap. Conquerente num.* 60. *de offic. Ordin.* vbi *num.* 4. ait non teneri Monasteria ad cathedraticum, vtpotè exempta à lege diœcesana, sed eorum capellæ soluunt hoc nomine duos solidos.

22 Notandum autem est, duos solidos pro cathedratico soluendos esse iuxta æstimationem illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio solui consueuit, nisi circa solutionem minoris, vel maioris monetæ, quæ modò est in vsu, sit præscriptum, vt *in d. cap. Olim de censib.* & cum Glossa *in d. cap. Conquerente* tradunt Ostien. ibi *num.* 12. *in fin.* Io. Andr. *n.* 39. Butr. *n.* 43. & Abb. *num.* 6. Nomine autem solidi intelligitur aureus, vt notat Glossa 1. *in cap.* 1. 10. *quæst.* 3. Nam & lex ciuilis pro solido aureum intelligit, & antiquitus septuaginta duo solidi vnam libram auri constituebant, vt *l. quotiescumque*, & ibi Glos. *vlt.* & Bartol. *C. de suscept.* Vnde ad illam æstimationem soluendi essent, nisi obstatet consuetudo; hodie verò nonaginta sex auri constituunt vnam libram, vt per Abb. *d. num.* 6. Quod latiùs prosequitur *in d. cap. Conquerente*, Felin. *num.* 2. & de varia solidorum, & aureorum æstimatione vide Couar. *var. resol. cap.* 10. *num.* 3. Alciato videtur aureum, quo hodie vtimur, ex generali omnium populorum consuetudine esse veteri illi subrogatum, & ideò, quæ de soli do in iure ciuili causa sunt, ad nostrum hunc, quamuis leuioris sit ponderis, referenda. Præterea *in parerg.* annotauit, esse solidum in iure nummum aureum eius ponderis, cuius latinis est sextula, vel flagium, idest octo oboli, vt latiùs ab eo declaratur in opusculo, quod edidit de ponderibus, & mensuris. Budeus ex verbis Lampridii de Alexandro Romano Principe loquentis colligit, solidos primùm dictos esse aureos nummos certi cuiusdam, suique ponderis, quasi integros. Ego existimo solidum fuisse nummum aureum, qui olim æquiualebat decem, & septem iuliis, sed hodie de consuetudine sumi pro scuto monetæ. Hi tamen solidi verti debent in Templi restitutionem, vel vt cum aliis loquar, in Ecclesiæ teparationem *d. can. placuit* 10. q. 3.

CONSVLTATIO IX.

An & quatenus Regulari impertiri possit, ac debeat licentia exeundi à sua Religione, vt cum reseruatione votorum in habitu presbyteri secularis viuere valeat in sæculo?

1 Certum est ad hoc requiri causam, eamque granem: Vt est odium intimum, & inexpiabile inter ipsum Regularem, & eius superiorem, lis criminalis, quæ inter ipsos inimicitiam capitalem inducit, *l. licet. ff. de arb. test. in auth. si dicatur*, ibique Bartol. *C. de testib.* Lanfranch. *in tr. de testib.* quos sequitur Grammat. *dec.* 33. *num.* 5. Quod eò fortius procedit, cùm probetur causa odii, vt per Innoc. *in cap. Cum I. & A. extr. de re iud. in fin.* per textum *in cap.* 3. *cum binis seqq. vtil. tit.* & Bald. *in l. præscript. C. si contra ius, vel eod. publ.*

2 Præcipuè verò, si huiusmodi inimicitia comprobetur persecutione, inclusione carceraria, & cum odio concurrat iustus metus mortis, ex probabili causa cadens in virum constantem; quod per se satis est ad liberandum Regularem à Religione, vt per Grammat. *dec. crim.* 5. *num.* 8. *cum seqq.* ac ita, vt dubitari minimè possit, quin metus iste semel illatus semper durare debeat, & præsumatur, donec duret eius causa, *l. pen. ff. de cond. ob turp. caus.* vbi Bart. *n.* 5. & 7. Olasch. *dec.* 179. *n.* 12. Boer. *dec.* 100. *n.* 12. & 13. ac Rota in Conchensi nullitatis Ordinis 10. Martii 1606. coram Pegna.

3 Quare hic instustimor non solùm extenditur ad periculum præsens, sed etiam ad futurum. Quotiescumque enim casus est probabilis, semper valet pro fundamento intentionis ipsius Regularis, vt probat textus *in l. fin. C. quod metus caus.* Bartol. & Bald. *in l. ad vindictam ff. eod. tit.* Dec. *in l. pacta nouissima sub num.* 11. *cum seqq. C. de pact.* Paris. *cons.* 139. *n.* 25. *lib.* 4. idem Barr. *in l. ob turpes num.* 7. *de condit. ob turp. caus.* Neuiz. *cons.* 52. *num.* 52. Gratian. *cons.* 38. *n.* 14. *lib.* 2. & Olasch. *dec.* 142. *num.* 12.

Ac si præcipuè ad aliam Religionem strictiorem transire non possit ob inhabilitatem fide Medicorum probandam, siue ex mala valetudine, siue ex senectute contractam, ob quam transitus redditur impossibilis ita, vt inhabilitas ista vti naturalis ipsum excuset ab omni abstinentia; præter quamquod non tenetur transire, nisi ad Religiones similes. Similes autem Religiones non recipiunt professos alterius Religionis; quod probari debet attestationibus Superiorum huiusmodi Religionum vice diligentiarum, ad comprobandam promptam, & paratam voluntatem transeundi ita, vt si non inuenerit beneuolos receptores, locus sit licentiæ viuendi in sæculo in habitu presbyteri. Sique etiam concurrat qualitas bonæ vitæ, ac famæ, testimonium Religionis, & obseruantiæ regularis, datum à suis Superioribus, & consensus Procuratoris Generalis suæ Religionis. 4

His itaque, aliisque generis eiusdem extantibus censeo, concedendam esse licentiam huiusmodi Regulari degendi in sæculo in habitu presbyteri secularis. Per quam licentiam fit liber à claustris, & delatione etiam occulta, habitus regularis, & ab obedientia regulari, & relinquitur sub correctione, & obedientia Episcopi, sicuti cæteri Clerici seculares. Quæ licentia semper petenda est à Sede Apostolica. 5

CONSVLTATIO X.

In quâ ætate eligi possit, ac debeat Abbatissa, siue Priorissa? An sufficiat inchoasse annum quadragesimum, vbi an tempus currat de momento in momentum. An in hac ætate possit Episcopus, vel Nuncius Apostolicus dispensare, & electio Monialis in Abbatissam minoris ætatis sit eo ipso irrita? De pœnis Monialium aliter eligentium? Et à quo tempore ætas sit computanda, an scilicet conceptionis, an natiuitatis, an baptismi?

Quoad primum conueniunt omnes, quod ex veterum Canonum dispositione Abbatissa non erat eligenda, nisi quadragenaria, vt decreuit Leo I. *in can. nemo* 79. *d.* Postea sexagenaria, vt statuit Gregorius I. *in can. iuuenculas* 20. *q.* 1. facitque textus *in can. quomodo* 31. *q.* 1. vbi refertur illud Apostoli *ad Timoth.* 5. Vidua eligatur non minor sexaginta annorum, de quibus Apostoli verbis alibi. Præterea ab Innocentio IV. *in cap. indemnitatibus de elect. lib.* 6. statutum est, vt in Abbatissam, seu Priorissam, vbi per Priorissam monasterium gubernatur, de cætero non eligatur aliqua, nisi triginta annos compleuerit. Atque ita eo tempore Episcopus, & Abbatissa respectu ætatis eodem iure censebantur. 1

At hodie ex decreto Sac. Concilii Tridentini *cap.* 7. *sess.* 25. *de regular.* Abbatissa non minor eligenda est annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Ac si his qualitatibus ibi non reperiatur, quæ saltem trigesimum annum ætatis, & quintum professionis excesserit, eligatur. Quare ex S. Congregationis sententia, si in Monasterio sit monialis annorum quadraginta, & quæ octo annis post professionem laudabiliter vixerit, non licet Monialibus aliquam ex alio Monasterio etiam eiusdem Ordinis eligere. Sin autem reperiatur in Monasterio aliqua monialis quadragenaria cum qualitatibus requisitis, non tenentur moniales aliam ex alio eiusdem Ordinis Monasterio eligere, sed liberum illis est, aliquam, de consensu tamen Episcopi, vel earum superioris, eligere ex proprio Monasterio habentem qualitates requisitas ex decreto. Quod si nec talis in proprio monaste- 2

rio, nec quadragenaria in alio eiusdem Ordinis reperiatur, poterunt aliquam ex alio monasteria eligere, quæ ad præscriptum dicti *cap. indemnitatibus* trigesimum annum expleuerit, & expresse sit professa. Nulla tamen minoris ætatis eligi poterit, sed postulanda erit à Sede Apostolica.

3 In hanc sententiam omnes, vt dixi conueniunt, cùm dispositio S. Concilij Tridentini sit clarissima. Porrò cum Monasterium esset recens erectum, nullumque aliud in tota prouincia eiusdem Ordinis reperiretur, & nulla extaret monialis, quæ esset prædita qualitatibus requisitis decreto Concilij *d. cap. 7.* petitumque esset, vt liceret eligere aliquam ex eis absque dictis qualitatibus, responsum est, ex monialibus in dicto monasterio existentibus eam esse eligendam, quæ melior sit, & magis idonea cæteris.

4 Difficultas est quoad secundum, & reliquis alijs. Portellus Minorita *par. 1. resp. mor. cas. 13. num. 1.* asserit sufficere, quod incboauerit. Id probat *ex Clem. 1. §. cæterum de stat. monach.* quæ statuens ætatem petitam adhoc, vt aliquis sit Prælatus alicuius Conuentus, debere esse ait annorum 25. ibi: *nisi 25. annum attigerit*; Ergo idem dicendum est in isto etiam casu. Haoc rationem probabilem existimat Diana *par. 7. tract. 12. resol. 9.* illanque approbare videtur Pelliz. *de monial. cap. 10. sect. 2. num. 91.*

5 Verùm hanc opinionem esse apertè falsam patet etiam ijs, qui carent sensu communi. Quis enim diceret, quod idem sit annum attingere quadragesimum, & non minorem esse annis quadraginta? Concilium autem Tridentinum hoc requirit, non illud; minor equidem quadraginta annis est, quæ annum quadragesimum non expleuit; Tenendum itaque est, quod annus quadragesimus in Abbatissa debet esse completus: Liquet ex textu *in l. 3. §. minore ff. de minor.* vbi deciditur per hæc verba: *minor quàm viginti quinque annis importare, vt annus supremus debeat esse completus, & computatio fiat de momento in momentum*; quod notat Io: Andr. *in cap. cum in cunctis de elect. num. 35.* Ergo idem dicendum in terminis decreti Coucilii Trid. *d. cap. 7. sess. 25. de regul.* quod loquitur per eadem verba. Id ipsum constat *ex cap. 12. §. ad cæteras sess. 24.* vbi Concilium præscribens ætatem ad dignitates non curatas, vtitur ijsdem verbis, ibi: *viginti duobus annis non minores.* Et tamen S. Congregatio consulta, an is, qui attigit vigesimum secundum annum, possit obtinere dignitatem non curatam in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, stante decreto Concilii, quod ad eas Clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis non minores asciscantur? Respondit non posse, sed oportere, vt anoum vigesimum secundum exegerit. Et in hanc sententiam dedit litteras ad Episcopum Abulensem sub die 24. Septembris 1593. quarum tenorem recitat Garzia *de benef. par. 7. cap. 4. num. 70.* & pro constanti etiam tenet Mandos. *de minori ætate cap. 5. num. 10.* Passer. *de elect. cap. 40. num. 57.* Pasqualig. ad Lauret *par. 1. num. 34.* perperam addens, quod sufficiat attigisse vltimum diem anni ex *d. l. 3.* ex qua contrarium habetur, quod scilicet annus completus debet esse completus de momento in momentum.

6 Et quidem in hac re communiter recipitur distinctio Glossæ *in d. cap. Cum in cunctis v. exegerit*, vt testatur Abb. *num. 6.* nimirùm: Quandoque fauor tantùm vertitur in causa, vt in vsucapione, & tunc sufficit diem incipere, vt *l. in vsucapione, ff. de diuers. & temporal. præscript.* Quandoque vertitur odium tantum, vt in præscriptione triginta annorum, & tunc oportet vltimam diem impleri *vt l. in omnibus, ff. de act. & obligat* Quandoque vertitur vtrunque, & sic materia est mista fauoris, & odij, & tunc tempus de momento in momentum computatur vt *d. l. 3. §. minore, ff. de minor.* vbi minores 25. annis licèt vltimum diem assecuti, dicuntur tamen minores, donec ad horam natiuitatis peruenerint. Sic in omnibus temporalibus actionibus, nisi totus nouissimus dies compleatur, non finit obligationem. Sunt verba textus *in l. in omnibus ff. de act. & oblig.* & plurimos casus similes cumulat Phanut. *in tr. de momento cap. 30. num. 3.* & Tiraquel. *de vtroque retract. §. 1. glos. 2.* Quod est contra Pasqualigum, & Passarinum, qui diem, & horas admittunt.

Ex his autem colligitur differentia inter Abbatem, 7
& Abbatissam. Nam & si in Abbate sufficiat annus vigesimus quintus inceptus *ex d. Clem. 1. de stat. monach.* in Abbatissa tamen requiritur prouectior ætas propter sexus imbecillitatem, vt notat Abb. *in cap. super inordinata num. 9. de præb.* & in *d. cap. cum in cunctis num. 6. de elect.* facitque textus *in can. Sanctimoniales 20. quæst. 1.* vnde inferunt Abbat. *ibid. num. 7.* & Dec. *in d. cap. in cunctis num. 50.* vt dispositum in Abbatissa non habeat locum in Abbate, de quo est glossa in *Clem. attendentes, v. cecidisse de stat. monach.* In Inquisitore autem sat est annum quadragesimum attigisse, vt est textus in *Clem. nolentes in princ. de hæret.* vbi Glos. *v. quadragesimum* ait esse mirandum, quod maior ætas requiratur in Inquisitore, quàm in Episcopo, qui etiam Inquisitor est, concluditque hoc esse de arbitrarijs, de quibus non cogimur reddere rationem. Sed rationem reddit Abb. *in d. cap. in cunctis num. 6. de elect.* quia promouendi ad Episcopatum transeunt cum magna inquisitione, ideòque promotus ad tantam dignitatem præsumitur ex omni parte idoneus; Officium autem Inquisitionis non committitur cum tanta indagatione, ideòque iura voluerunt, vt esset maturus ætate.

Ad 3. Et in hac ætate communis etiam sententia 8
est non posse Episcopum, neque item Nuncium Apostolicum, vel alium superiorum dispensare. Quod certum ait Tambur. *de iur. Abbatis disp. 28. dub. 2. num. 6.* & firmant Armendatiz *in addit. ad recopil. leg. Nauar. l. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcop. num. 101.* vbi hoc decisum refert Garz. *d. par. 7. cap. 4. num. 72.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 9.* Riccard. *dec. 309. par. 4. num. 9.* Sigism. a Bonon. *de elect. dub. 62. num. 6.* Mirand. *de sacr. monial. quæst. 7. ar. 4.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 45. num. 19.* Gauant. *in manual Episcop. v. Abbatissa num. 6.* Lezan. *in sum. to. 3. v. Abbatissa num. 2.* Pasqualig. *d. par. 1. num. 657.* Passerin. *vbi supr. num. 62.* Nemo enim Summo Pontifice inferior potest dispensare in lege Conciliari.

Ad 4. negat Suarez, quem sequitur Pelliz. *eo loco* 9
num. 92. qui tamen firmant fore irritandam. Quod probabile ait Passer. *ibid. num. 70.* Mouentur, quia id non declaratur à Concilio, tanquam substantiale, nec irritatur electio aliter facta, sed simplex prohibitio ponitur, vt non eligatur. Ideòque si aliter electio facta sit iuxta commune ius, licèt illæ duæ conditiones circa ætatem non seruentur, non erit electio irrita ipso iure, sed ad summum irritanda.

Afferunt tamen esse nullam ipso iure Tambur. *d.* 10
disp. 28. quæst. 2. n. 7. Barbosa *d. cap. 45. num. 19.* Pasqualig. ad Laur. *num. 34* Aldan. *in comp. Can. resol. l. 1. tit. 28. num. 11.* asserens, ita fuisse declaratum à S. Congregatione in Viterbiensi 16. Maij 1623. cuius declarationis meminit etiam Barbosa *loco cit.* ea quidem ratione, quia in dicto Concilio datur forma. Vbi autem verba dant formam, si actus fiat, non seruata illa forma, actus est nullus ipso iure, vt docent Bartol. *in l. Gallus, ff. de lib. & posthum.* & Gem. *in cap. fin. §. si vero de iudic. lib. 6. num. 1.* Quod idem Passarinus ait, id manere in sua probabilitate, & hoc esse certum addit, talem electionem esse nullam ipso iure in sensu Glossæ *in cap. auditis v. & post, de elect.* Quia ipso iure est irritanda, & non potest confirmari sine licentia Summi Pontificis. At ego censeo esse irritam eo ipso defectu formæ substantialis, non autem accidentalis, vt vult Pellizarius. Quidquid sit, an ex Bulla Pii IV. super confirmatione Concilij Tridentini in quolibet eiusdem Concilij decreto continetur decretum irritans, si secus super ijs à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, de quo nos alibi cum Gonzalez. Decretum siquidem irritans inducit formam, sine qua actus ipse iure corruit, vt notant Bald. *cons. 351. num. 9. lib. 5.* Dec. *cons. 532. num. 4.* & Rota in Romana Societa-

tis

tis officij 14. Ianuarii 1613. coram Pamphilio. Vnde cum actus careat sua forma, & substantia, certum est, quod non possit sustineri, *l. cum his §. Prætor ait*, *ff. de transact. & cap. Tua nos de sponsal.* sed irritatur; quia est contrarius dispositioni *cap. 1. de concess. preb. in 6. & cap. Si eo tempore de elect. in 6.* & notat Gonzal. *ad reg. 8. glos. 76. num. 12.*

10 Ideòque operatur nullitatem actus, statim ac fit iuxta ea, quę tradunt Sarnen. *ad reg. de annal. par. 5. in fin.* Cassad. *decis. 11. num. 4.* & Rota *decis. 142. num. 4. part. 2. recent.* tollitque consuetudinem contrariam, si qua esset, vt obseruant Gabriel. *concl. 3. num. 40. de claus. lib. 6.* & Gonzal. *loc. cit.*

11 Quare electio non obseruata forma Concilii non potest reualidari, nisi de nouo celebretur cum eadem forma, *l. si vt proponis Cod. de nupt. & l. nuptiæ ff. de rit. nupt.* traduntque Socin. *cons. 92. nu. 11. lib. 3.* & alij cum Rota *decis. 1242.* coram Seraphino, & *decis. 395. num. 11.* coram Ludouisio. Tunc enim reualidatio actus est nouus actus *l. asse toto*, *ff. de hered. inst. & l. obuenire solet*, *ff. de verb. signif.* & notat Menoch. *cons. 8n. n. 66.* Et ideò necessarium est, vt interueniat forma, cum qua ex præscripto legis electio fieri debet, alioquin si ab initio fuit nulla ob defectum formæ, semper erit talis, donec ponatur eadem forma.

12 Ad 5. Moniales aliter eligentes priuari pro illa vice facultate eligendi, tradunt Lauor. *var. lucubr. tit. 4. cap. 24. num. 6.* & quidam alij, ducti ex *cap. Cum in cunctis 7. §. fin. de elect.* Vbi decernitur, eligentes scienter non habentem ætatem priuari pro illa vice facultate eligendi. Quod sequitur Glossa, & Geminianus apud Passarinum *loc. cit. num. 78.* Sed ego cum ipso Passarino id nego; quia *cap. Cum in cunctis* non loquitur de electionibus monialium: & quidem sufficit, quod electio sit irrita; quod magna pœna est.

13 Ad vltimum respondeo esse computandam à die Natiuitatis. Nam, vt definiuit Bald. *cons. 19. num. 3. lib. 5.* ætas nihil aliud est, quàm temporis mensura quædam à Natiuitate vsque ad obitum decurrens. Quapropter nec à tempore conceptionis est computanda, vt contra Glossatorem *regul. Cancell. 17.* tradit Couar. *in 4. decret. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 3.* & Molin. *de iust. & iur. to. 2. disp. 573.* sub initio; idemque Bald. *in d. cap. Cum in cunctis num. 5. de elect.* dicens ætatem non incipere in vtero matris, sed in partu, vt *l. penult. Cod. de posth. hered. instit.* Et de baptismo id iam declarauit S. Congregatio Concilij. Quæsitum enim fuit: Prouisus est aliquis de Canonicatu in Cathedrali habente annexum ordinem presbyteratus, ad quem promoueri potest intra annum, si attendatur dies natiuitatis, sin autem dies baptismi, minimè, à quo tempore facienda est computatio? S. Congregatio censuit, tempus computari à die natiuitatis, non autem baptismi.

CONSVLTATIO XI.

An; & quatenus simplici presbytero concedi possit, ac debeat à Summo Pontifice facultas ministrandi Sacramentum Confirmationis chrismate ab Episcopo consecrato?

1 NOn posse à Summo Pontifice hanc facultatem concedi docent S. Bonauent. *in 4. circa litter. Magistr.* Adrian. *eod. loc. art. 3.* Durand. *d. 7. quæst. 3. & 4.* Scotus *quæst. 1.* sed dubius est, & obscurè loquitur, Gabriel apud Fernandez *in exam. p. cap. 5. & num. 3.* Castro *de hæres. vers. Confirmatio*, Petr. Soto *lect. 2. de Confirm.* cui sententiæ fauent Caietan. & alij adducti à Suarez *in 3. part. D. Thom. disp. 36. sect. 1.* Ratio desumitur ex Concilio Florentino, in quo dicitur, Sacramenta nouæ legis tribus perfici, materia, forma, ministro, quorum si aliquod desit, non perficitur Sacramentum; quia sunt hæc tria de substantia Sacramenti immutabilia ex diuina institutione; atque adeò non potest Summus Pontifex aliquid in iis immutare. Certum autem de fide est, solum Episcopum esse ordinarium ministrum huius Sacramenti ex Christi institutione; quod definitur in Concilio Trident. *sess. 7. can. 3. de Confirm.* Et significatur in Concilio Florentino, ac probatur ex *Act. 8. & 19.* Confirmaturque à Clemente *Epist. 4.* ab Vrbano, à Melchiade, à Damaso *Epist. item 4. de Chorepiscopis*, à Leone *Epist. 88. ad Episcop. Germ. & Gallic.* ab Eusebio Pont. & Martyr. qui vixit anno 310. *Epist. ad Episcop. Tusciæ, & Campaniæ*, ab Innocentio I. *Ep. 1. ad Decent. cap. 3.* & à Concilio Vvormatiense *can. 8.* Ac proindè non potest alteri hoc ministerium committi ex humana dispensatione.

2 Et sanè aut collatio huius Sacramenti est actus essentialiter dependens à charactere Episcopali, aut non est dependens. Si non est dependens, nulla est ratio, cur dicamus hoc ministerium esse proprium Episcopi ex ordinatio iure diuino. Si autem est dependens, non poterit ille actus committi ei, qui non habet characterem Episcopalem, quia non potest actus esse absque principio, à quo essentialiter dependet. Hac enim de causa consecratio corporis Christi committi non potest ei, qui non habet characterem sacerdotalem, neque ordinatio præsbyteri ei, qui non habet characterem Episcopalem, alioquin posset etiam hoc ministerium committi non sacerdoti; quia character Sacerdotalis nihil ad hoc confert per se, & vi sua, ac etiam sine concessione, vel dispensatione Pontificis conferret. Quare vel Episcopus non est necessarius minister necessitate Sacramenti, sed tantùm præcepti, seclusa Pontificis dispensatione; vel si Episcopus est minister necessitate Sacramenti, non potest alius loco eius substitui etiam Pontificia authoritate.

3 At nihilominùs posse Romanum Pontificem munus Confirmationis committere simplici Sacerdoti sensit S. Ambrosius *ad Ephes. cap. 4.* dum dixit in Ægypto presbyteros confirmare in absentia Episcoporum, & quamuis hunc Ambrosij locum aliter exponat Suarez *in 3. par. disp. 36. sect. 2. in fine*, intelligens per antonomasiam nomine præsbyteri, siue Sacerdotis Episcopum, dilucidè tamen D. Hieronymus *in dial. contra Lucifer.* id asserit, dum ait, ob honorem Sacerdotis fieri, vt soli Episcopi manus imponant, non autem ob legis necessitatem, ac desumitur ex facto D. Gregorij Magni *lib. 3. Ep. 26.* quod refertur *in can. peruenit 95. d.* Hic enim Pontifex præcepit presbyteris Insulæ Sardiniæ confirmantibus baptizatos, ne id facerent; ob cuius præceptum scandalum ortum est; quod cernens Gregorius inquit: *Nos quidem secundum vsum veterem Ecclesiæ nostræ facimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi Episcopi desunt, vt presbyteri etiam infantibus baptizandos chrismate tangere debeant, concedimus*, traditque Concilium Florentinum in decreto Eugenii his verbis: *Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili, & vrgente admodum causa simplicem Sacerdotem chrismate per Episcopum confecto hoc administrare Confirmationis Sacramentum.* Quod etiam supponitur in Concilio Senonensi in decretis morum *cap. 18.* & satis indicatur à Concilio Tridentino asserente, Episcopum esse Ordinarium huius Sacramenti ministrum. Cum enim dicit Ordinarium, supponit, alium esse posse ex speciali commissione, & delegatione, & obseruarunt Innocentius IV. qui Fratribus Prædicatoribus, Ioannes XXII. & Leo X. & Adrianus VI. facultatem præbuerunt Fratribus Minoribus, vt in terris infidelium remotissimis à Sede Apostolica, vbi Episcoporum catholicorum copia non esset, Confirmationis Sacramentum conferre possent, ac vti oleo, & chrismate antiquis, vt patet ex Bulla apud Bullarium Rodriquez relata à P. Thoma à Iesu *de conuers. Gentium in fine*. Quid enim prohibet, Christum Dominum Episcopos in ministros huius Sacramenti absolutè, & simpliciter instituisse, presbyteros verò non sic, sed facta summi Pontificis commissione? Etenim hìc institutionis modus conuenientior est, ne ob defectum Episcoporum fideles hoc Sacramento priuentur.

4 Quod autem huiusmodi fuerit institutio, ostendit primò factum Gregorij supra relatum. Secundò Concilium Florentinum; nam, postquam dixerat Ordinarium ministrum esse Episcopum, subdidit: *legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, &c.* quibus verbis significat, Christum instituisse huius Sacramenti ministrum cum hac latitudine, & extensione. Tertiò hoc idem indicat Concilium Tridentinum *d. sess. 7. can. 3.* de hoc Sacramento, inquiens, eius ordinarium ministrum esse solum Episcopum; cùm enim dicit *ordinarium*, duo significat. Primum Episcopum ex vi suæ ordinationis habere hanc indelebilem potestatem, vt idem docuit *sess. 23. cap. 4.* Secundum ita habere Episcopum hanc ordinariam potestatem, vt tamen in Sacerdote sit capacitas ad recipiendum illam saltem ex delegatione. Hinc cùm in S. Congregatione Concilij sub die 3. Martij 1575. quæreretur, an si Papa concederet simplici Sacerdoti hanc facultatem, videretur facere contra Concilium dicti *can. 3.* tres Cardinales censuerunt aliquo modo esse contra Concilium, quod vult, Episcopum esse ordinarium ministrum. Alij quatuor Cardinales censuerunt non esse contra Concilium, quod decidit, Ordinatium ministrum esse Episcopum, extraordinarium autem eum, cui Papa concederet. Quartò Concilium Senonense *cit. cap. 38.* Vbi cum dixisset, Abbates non habere potestatem confirmandi, subiecit: *Quod si qui sunt, qui contendant sibi competere hanc facultatem ex priuilegio, volumus quod cùm primum fuerint requisiti à suffraganeis nostris de priuilegio, fidem facere teneantur*; Quam ob rem post Concilium Florentinum Gregorius XIII. hanc facultatem concessisse dicitur quibusdam simplicibus Sacerdotibus, qui in remotissimis regionibus infidelium versantur, in quibus non sunt Episcopi, & multi eorum, qui ad fidem conuertuntur sine hoc Sacramento decederent, si non possent à presbyteris confirmari. Eandem facultatem fertur concessisse Adrianum VI. quibusdam Fratribus Minoribus pro Indijs, cuius concessionis authographum, siue authenticum seruari aiunt Hispali in monasterio S. Francisci. Idemque Gregorius XIII. in quadam Synodo sun tempore apud Maronitas celebrata ei, qui Synodo præsidebat, iniunxit, vt qui in illis regionibus à simplici Sacerdote erant confirmati, si vellent, possent iterum ab Episcopo chrismari; si tamen scandalum timeretur, non oportere confirmationem reiterari, etsi nullum esset Sacramentum, tamen cum non sit de necessitate salutis, ob scandalum securè prætermittendum. Eamque huius rei Summus Pontifex reddit rationem, quia etsi Concilium Florentinum in vnione Armenorum doceat, posse presbyterum ex Papæ confirmatione confirmare, quod Ecclesiæ Calatiranæ concessit D. Gregorius *lib. 3. Ep. 26.* hanc tamen Apostolicam dispensationem non legimus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, cui Maronitæ subsunt, collatam esse; idcircò à presbytero chrisma collatum irritum est. Quare si qui à presbyteris chrismati vellent iterum ab Episcopo chrismari, possent chrismari. Cùm cæteris verò, qui sine scandalo eius rei nequeunt admoneri, dissimulandum est, cum non sit Sacramentum necessarium saluti.

5 Atque ita docent D. Thom. *p. 3. quæst. 72. art. 11. & in 4. d. 7.* vbi Riccardus, Maior, Paludanus, Capreolus, & Sotus, item Alensis *in 4. p. quæst. 28. membr. 1. art. 3. §. 2.* Marsil. *in 4. quæst. 5. ar. 3.* Anton. *3. p. tit. 14. cap. 14. §. 6.* Ferrar. *4. contra gent. cap. 60.* Suar. *cit. quæst. 62. quæst. 36. sect. 2.* Syluester, Angelus, alijque Summistæ *v. Confirmatio*, Durant. *de rit. Eccles. lib. 1. cap. 20. num. 12.* Nauar. *cap. 22. §. 8.* Couar. *lib. 1. var. cap. 10.* qui refert alios, Viuald. *in candel. de confirm. quæst. 26.* Layman. *lib. 5. sum. tr. 3. cap. 6.* & Canonistæ communiter *in d. can. peruenit 95.* d. Innocentius, Ostiensis, & cæteri *in cap. Quanto de consuet.* Vbi expendenda sunt verba illa textus: *sua temeritate*, quasi dicat Pontifex, secùs si nostra authoritate.

6 Hactenus de potestate Summi Pontificis, cuius licèt sola voluntas pro hac facultate validè concedenda sufficeret, vt tamen licitè concedatur, non satis est congruentia, sed requiritur rationabilis, & valdè vrgens causa. Primò, quia Eugenius IV. in citato Concilio Florentino in decreto fidei pro instructione Armenorum ait, Pontifices id munus presbyteris concessisse ex rationabili, & vrgenti admodum causa. Hæc autem nulla alia erat, nisi illa, de qua decreuit D. Gregorius, penuria scilicet, aut vacatio Episcoporum. Nam ante Concilium Florentinum nullibi legimus, Sedem Apostolicam in hoc dispensasse, nisi in hoc facto Gregorij, aut si fortasse alibi legitur, credi poterit intercessione hanc causam. Ergo hæc causa rationabilis, & admodum vrgens subesse debet.

Deinde causa à Principe in legibus, vel dispensationibus expressa censetur rationabilis, nisi sit manifestus 7
error, vt tradit Caiet. *tract. de Indulg. quæst. 2.* Atqui Gregorius *in d. can. Peruenit* ob solam penuriam Episcoporum concessit huiusmodi munus presbyteris. Neque Catholicus aliquis vnquam dixerit, D. Gregorium in re tam graui bonum commune spectante errasse. Igitur hæc causa est rationabilis, ac vrgens admodum.

Præterea Pastor tenetur pascere oues, ac ministrare 8
eis Sacramenta per se, vel per idoneum ministrum, vt in Concilio Trident. *cap. 1. sess. 23.* Sed oues quarundam remotissimarum regionum carent ministro confirmationis. Igitur Pastor tenetur eis prouidere de tali ministro. Hæc autem ratio vrget. Ergo & causa.

Postremò admodum vrgens, & rationabilis causa est 9
illa, quando aliquid fit, ne quis priuetur, aut defraudetur aliquo bono sibi concesso præcipuè spirituali. In Sacramento autem Confirmationis conceditur maximum bonum; in eo enim, vt patet in *cap. Cum venisset de sacr. vnct.* & in Concilio Florentino, ac Patribus, nec non *ex Act. cit. cap. 8.* datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes. Hoc autem summo bono fideles priuati non debent, præsertim petentes, & reclamantes. Tùm maximè si non committatur hoc munus simplici Sacerdoti, sed alicui Abbati habenti territorium; & iurisdictionem Episcopalem, qui mitra, baculo, alijsque pontificalibus vtitur insignijs, solemnemque dat benedictionem, vel alij dignitati insigni, & in regionibus, pro quibus id conceditur, nulli sint hæretici, qui credunt simplicem Sacerdotem posse ministrare Chrisma, sicut Episcopus. Et si viderint, presbyteros id facere, se confirmabunt in ista hæresi, quam Concilium Tridentinum dicto *can. 3.* damnauit.

Cùm igitur res hæc exemplum posteris præbere possit, 10
ideò est accuratè considerandum, an in casu, de quo tractabitur, inspecta penuria, siue vacatione, aut absentia, vel distantia Episcoporum, alijsque facti circumstantijs, siue subsit in illis partibus talis necessitas, & causa, ob quam huiusmodi facultas sit concedenda, tum præsertim si in eis Episcopi quam plurimorum annorum spatio non defuerint in hoc Sacramento administrando. Quare cùm olim in Congregatione S. Concilij quæsitum fuisset, an Concilium Tridentinum *sess. 7. can. 3. & sess. 6. cap. 5.* obstet, quo minùs facultas ministrandi Sacramentum confirmationis concessa à Sede Apostolica ante Concilium Abbati regulari, nunc confirmetur, accedente præsertim consensu Ordinarij, eadem die 3. Martij 1575. Congregatio Generalis censuit, Papam posse id concedere, si velit, an autem debeat, vel expediat, sex Cardinales solo dissentiente Alciato censuerunt, non debere, neque expedire, cùm nulla necessitas subsit. Referendum tamen Sanctissimo, qui dixit videndum, an Prædecessores sui restrinxerint istas facultates.

Pontifex itaque ad concedendam hanc Sacerdotibus 11
facultatem rationabili, & admodum vrgenti, vel graui saltem causa duci debet, aliàs imprudenter operabitur, validè tamen, teste Suar. *d. sect. 2. v. Tertia pars*, Henriq. *lib. 1. cap. 6. num. 4.* Coninch. *quæst. 72. ar. 11. dub. vn. num. 110.* Layman. *lib. 5. cap. 6. assert. 2.* Quia Pontifex hanc Sacerdotibus facultatem concedens in lege Christi non dispensat, sed vtitur potestate sibi à Christo relicta. Neque credendum est, Christum Dominum suo Vicario

rio hanc potestatem reliquisse pro solo casu vrgentis necessitatis, quia esset graue periculum sæpè efficiendi irritum Sacramentum. Neque obstat Concilij Florentini decretum supponens ex dispensatione Sedis Apostolicæ, & ex rationabili, & vrgenti admodum causa hanc administrationem Sacerdotibus concedi posse; nam id verum est de concessione, vt licitè, ac prudenter fiat, secus, vt validè. Concessio namque facultatis extraordinariæ, & præter communem vsum sæpè despensatio appellatur. Sufficit igitur, quoad valorem, quod subsit aliqua necessitas. Vnde cum examinarentur in Vrbe ritus quidam Maronitarum circa Sacramenta, fuit dictum, quod minister Sacramenti Confirmationis Ordinarius est Episcopus, extraordinarius vero, & tempore necessitatis, ex commissione tamen Summi Pontificis, est quilibet simplex Sacerdos. Ita colligitur ex Florentino; à quo etiam ex Summi Pontificis delegatione chrisma potest consecrari.

12 Ad rationes initio adductas facilè ex dictis respondetur, nimirùm Pontificem in hac re non dispensare, neque immutare ius diuinum, sed constituere talem ministrum huius Sacramenti, qualem Christus instituit. Voluit autem Christus, ministrum ordinarium, & ex officio esse Episcopum, extraordinarium verò posse esse simplicem Sacerdotem, authoritate Summi Pontificis ad id deputatum. Hunc autem fuisse institutionis modum probatum est ex vsu, & traditione Ecclesiæ. Ea verò, quæ Authores contrariæ sententiæ adducunt ad impugnandum varijs interpretationibus D. Gregorij factum, relatum in citato *can. Placuit*, doctè ac solidè, vt in omnibus, diluit meus Suar. *ea sect. 2.*

13 Interrogabis fortassis, an opposita sententia sit hæretica, & hæc, quam sustinemus, sit de fide? Affirmat Ledesma, & insinuat Sotus apud Suarez allegata *sect. 2.* propè finem, præsertim post Concilium Florentinum, & Tridentium. Ipse tamen Suarez existimat, nondum esse in hac re aliquid de fide definitum, quamquam ego cum ipso non negem, Concilium Florentium magnam nostræ sententiæ tribuisse authoritatem, adeout temerarium censeam, contrarium velle pertinaciter defendere.

CONSVLTATIO XII.

1 *An Regulares priuilegiati, præcipuè Fratres Prædicatores, & Minores ex cap. in his de priuil. possint hodie vti altari portatili, etiam inuito Episcopo diæcesano? Et quatenus negatiuè.*

2 *An id possint de illius licentia, & approbatione?*

1 AD primum. Affirmant ferè omnes Regulares. Illi sunt Rodriquez, Ledesma, Io: à Cruce, Her. Rodriq. Cardinalis de Lugo, Marchinus, Caspensis, Baunius, Ludouicus à S. Ioanne, Præpositus, Auersa, Tamburinus, Dicastillus, Franciscus Lugn, Peyrinis, Villalobos, Thomas Hurtadus, Leander, Lezana, quos sequitur Pasqualigus *de Sacrific. Miss. quæst. 474. num 5.* Ratio, quam adducunt, est, quia hoc priuilegium insertum in corpore iuris fuit de nouo concessum, & declaratum ab Honorio III. *in d. cap. In his, de priuil.* atque adeò non est reuocatum per Concilium Tridentinum in decreto de *ser. & vit. in celebr. Missar. sess. 22.* Est enim regula certa, quod priuilegia inserta in corpore iuris non reuocentur per clausulas generales, sed sit necessaria specialis mentio, vt desumitur *ex l. eius miles §. Militia, ff. de testam. mil.* & tradunt Rota *decis. 645. num. 5. p. 3. rec.* & in Romana successionis de Girona coram Robusterio, ac Doctores, quos refert idem Pasqualig. *loc. alleg. num. 6.* Ideòque cum in decreto Tridentino sit tantùm clausula generalis, non se extendit ad derogandum dicto priuilegio inserto in corpore iuris; ac proinde possunt vti hoc priuilegio inuito etiam Episcopo. Quibus addo & hanc rationem: & ideò non est reuocatum priuilegium altaris portatilis Episcopis, eorumque Superioribus concessi *in cap. fin. de priuil. in 6.* Quod ex sententia S. Congregationis à Concilio sublatum non fuit, vt declarauit 1. Iulij 1628. in Visen, & Elborensi. Etiam in diæcesi, vt in Martirana 6. Augusti 1615. Cuius priuilegio gaudere etiam Episcopum titularem in diæcesi, cuius est suffraganeus, censuit 8. Aprilis 1623. Immò in quocumque loco, vt in Valentina pro Episcopo Coronensi; non tamen administratorem Episcopatus, nisi sit consecratus Episcopus, vt in Varnien 12. Aprilis 1625.

Ad 2. Loquens idem Pasqualigus *num. 7.* de priuilegijs, 2
quæ non sunt inserta in corpore iuris, asserit ne quidem esse reuocata absolutè sed solùm quatenus non possunt Regulares se tueri virtute ipsorum contra Episcopos prohibentes celebrationem missæ extra loca deputata, siue vti altare portatile; quia sicut prius vti poterant, etiam contradicentibus Episcopis, modò si contradicant, non possunt vti, & actus aliàs licitus fit illicitus. Hoc autem factum est à Concilio, quia intendebat in illo decreto tollere tantùm abusus, atque adeò voluit prohibere Regularibus, ne celebrarent extra loca deputata cum altare portatili in virtute suorum priuilegiorum, sed solùm iniunxerit Episcopis, ne permitterent celebrare, relinquendo eorum prudenti iudicio secernere abusus à legitimo vsu priuilegiorum, & prohibere, quando aduerterent abusus, quod antea non poterant, stante exemptione Regularium, & eorumdem priuilegijs.

Antequam ad proposita dubia respondeam, præmit- 3
tendum est, quod quamuis ex antiquorum canonum præscripto Sacrosanctum Missæ sacrificium celebrari non debeat, nisi in sacratis ædibus, vt S. Paulus *1. ad Cor. 11.* perspicuè docet, S. Clemens *Ep. de 3. offic. Sacerdotes can. Hic ergo d. 1.* & in Ecclesia consecrata, *can. 1. in fin. can. sicut non alij, can. vnicuique* cum alijs *de consecr. d. 1.* & compluribus prosequitur Durant. *de rit. Eccles. lib. 2. cap. 6.* adeò, vt non liceat in priuatis domibus celebrare etiam ex permissione Episcopi, vt *in d. can. Sicut non alij, & auth. vt in priuatis collat. 5.* Sed opus sit priuilegio Apostolico, vt per Archid. *in cap. fin. de priuil. in 6.* Ex Concilio tamen Triburiensi relato *in can. concedimus de cons. ead. d. 1.* generaliter permittitur, vt si Ecclesiæ consecratæ fuerint combustæ ab infidelibus, vel in pijs Christianis, in Capellis non consecratis cum tabula consecrata Missæ interim celebrentur, donec consecratæ Ecclesiæ valeant restaurari. In itinere verò positis, si Ecclesia defuerit sub dio, seu in tentorijs, si tabula altaris consecrata ibi affuerit, liceat Missarum solemnia celebrare. Ex Concilio item Agathensi *cap. 21.* permittitur ijs, qui sunt valdè remoti ab Ecclesia parochiali propter fatigationem familiæ suæ, vt audiant Missas in minoribus festiuitatibus in Oratorijs suis; sed in præcipuis festiuitatibus Missam audiant in suis parochialibus Ecclesijs, vt refertur *in can. Si quis etiam de cons. cit. d. 1.* Verùm hos canones communiter Doctores intelligunt non habere locum, nisi de consensu Episcopi diæcesani; quod satis constat *ex can. Missarum de cons. d. 1.* qui est eiusdem Concilij Triburiensis: *Missarum*, inquit, *solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus:* Idem colligitur ex sexta Synodo *can. 31.* relata in *can. Clericos ead. d.* & tradit Glossa *in d. can. Concedimus, & in can. Vnicuique ead. d.* Et propterea Io. Andr. *in can. fin. de priuil. in 6.* dicit, posse vnumquemque Episcopum in sua diæcesi concedere hoc priuilegium altaris viatici iuxta textum *in d. can. Concedimus, can. Missarum, can. Clericos, & can. Si quis de consecr. d. 1.* & solum Papam in vniuerso Orbe, vt *in d. cap. In his de priuil. & in d. cap. fin. eod. tit. in 6.* Ioannem Andream sequuntur Butrius, Ancharanus, & alij, atque ita communiter teneri testatur Abb. *in cit. cap. In his nu. 2.* & Nauar. *cons. 1. quæst. 37. de constit.*

Postea Honorius III. concessit Fratribus Prædicatori- 4
bus, & Minoribus priuilegium altaris portatilis, sed quia nonnulli asserebant, illud non habere locum absque consensu Episcopi diæcesani, idem Honorius in dicta sua decretali, *In his de priuil.* declarauit, prædictos Fratres vti posse hoc priuilegio, etiam Episcopo non permittente. Nam cum de licentia Episcopi vnicuique liceret

in

in altari viatico celebrare absque alio Pontificis priuilegio ex indulgentia Concilij Triburiensis in *cit. can. Concedimus*, indultum Honorij nihil illis contulisset præter ius commune, si necessaria fuisset Episcopi licentia, & priuilegium fuisset omninò elusorium, quod esse non debet, *vt in d. cap. in his*, ibique notat Glos. *v. ex indulgentia*, & Abb. *in princ.*

5 Demùm superuenit S. Concilium Tridentinum, quod *in d. cap. vn. sess.* 22. ita decreuit: *Neue patiantur Episcopi priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum cultum dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinarijs designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi; non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque.*

6 His itaque præmissis, ad primum respondendum est, Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, alijsque Regularibus quibuscunque nequaquam licere vti priuilegio altaris portatilis, atque adeò in claustro missam celebrare, præsertim Episcopo contradicente, nisi priuilegium post Concilium Tridentinum à Sede Apostolica obtinuerint. Siquidem, vt inquit Io. Andr. *in d. cap. in his n.* 8. post Ostien. *n.* 11. Butrius *n.* 8. & Abb. *n.* 3. hoc priuilegio vtebantur isti Fratres in nouitate sua, quando carebant propriis Ecclesiis, habebant oratoria simplicia, non consecrata, & celebrabant in proprijs habitaculis; hodie verò & habent cæmeteria, & Ecclesias consecratas, & ideò vti illo non posse, cum fuerit eis concessum in subsidium. Cessante igitur causa, ob quam priuilegium fuit concessum, cessat priuilegium, *arg. cap. Et si Christus de iureiur. & cap. Cum cessante de appel.* Ideòque indultum Concilij Triburiensis celebrandi cum tabula consecrata, cum fuerit concessum in defectum Ecclesiarum, non habet locum in locis, in quibus Ecclesiæ non desunt, vt probat *cit. can. Concedimus de consecr. d.* 1. ibi: *donec consecrata Ecclesia valeant restaurari: & si Ecclesia defuerit*. Videtur enim inferri iniuria Ecclesiæ, & loco sacro, cum extra eum nulla necessitate cogente Missæ Sacrificium celebratur, vt *in can.* 1. & *can. Sicut non alij de consecr. d.* 1.

7 Neque audiendus est Augustinus Barbosa *in d. cap. in his n.* 3. *de priuil.* dicens priuilegium hoc Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus concessum celebrandi in altari portatili fuisse postea renouatum, & ampliatum à Sixto IV. Alexandro VI. & Gregorio XIII. vt asserit explicari, & comprobari per Rodriquez *q. reg.* 34. *ar.* 4. *tom.* 1. Nam verè Sixtus, & Alexander hoc priuilegium non innouarunt, nisi quoad Fratres Minores, vt refert idem Rodriquez. Vnde quoad Prædicatores priuilegium remansit in eodem statu, in quo erat ante illius innouationem. Gregorius verò huiusmodi priuilegium concessit tantùm presbyteris societatis Iesu; quoad alios autem tantùm abest, quod illud innouauerit, vt potius declarauerit vniuersis ademptum fuisse à Tridentina Synodo; ait enim in suis litteris directis Præposito generali, & presbyteris dictæ Societatis: *Vsum altaris viatici societatis vestra à fel. rec. Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino vniuersè sublatum, vobis tantum restituimus, vt inter Missiones, &c.*

8 Sed quatenus adhuc vigeret ratio indulti Honorij III. itaut Fratres Prædicatores non prohiberentur illo vti ex capite rationis cessantis, obstaret tamen illis decretum Concilii Tridentini *d. cap. vn. Sess.* 22. quod sustulit omnia priuilegia celebrandi, etiam quoad Presbyteros Regulares extra Ecclesias, & publica Oratoria, atque adeò etiam in altari portatili, vt constat dilucidè ex prædictis litteris Gregorii XIII. Ex quibus patet quod Pontifex habuit huiusmodi priuilegia pro vniuersaliter reuocatis. Quare Congregationi Peregrinorum Ordinis Prædicatorum olim supplicanti S. Congregatio Concilii censuit, concedendam esse priuilegii Apostolici confirmationem celebrandi in Oratoriis, & altaribus portatilibus in illis locis, in quibus nulla suppetit commoditas Ecclesiarum consecratarum: & in specie hoc priuilegium Fratrum Prædicatorum, & Minorum fuisse à Concilio sublatum tenet Nauar. *in man. cap.* 25. *n.* 82. *in fin.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 23. *n.* 4. Possevin. *de pollut. Eccles. disp.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. ex ipsis Regularibus, Sorb. *in comp. priuil. Mendic. v. Missa* 3. *in annot.* §. 1. Henriq. *lib.* 9. *sum. c.* 27. *n.* 2. *in com. lit. S.* Beia *p.* 4. *resp. cas.* 33. Faustus *de Euchar. lib.* 2. *de sacrif. miss. q.* 171. Chamerota *de Sacram. tr. de Euch. dub.* 15. Lezan. *p.* 1. *q. regul. c.* 21. *num.* 16. Peregrin. *in comp. priuil. Cler. Regul. p.* 1. *tit. Missa* §. 2. Miranda *tom.* 1. *man. q.* 40. *art.* 9. Garz. *in sum. tr.* 3. *dif.* 8. *dub.* 2. *p.* 5. *num.* 29. ex Iesuitis verò, quibus vt dixi, veritas cordi est, chorum ducit Azor. *p.* 2. *l.* 10. *cap.* 26. *q.* 7. Suarez *tom.* 3. *disp.* 21. *sect.* 3. *in fin.* Vasquez 3. *p. disp.* 233. *c.* 1. *num.* 7. Reginald. *lib.* 29. *prax. for. pœnit. cap.* 9. *sect.* 1. *num.* 178. Coninch. *de Sacram. q.* 83. *art.* 3. *dub.* 1. *num.* 226. Fagundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 16. Becan. *de sacram. cap.* 25. *num.* 2. Laym. *l.* 5. *theol. moral. tr.* 5. *cap.* 5. *num.* 5. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 10. *dub.* 2. *n.* 23. Palaus *p.* 4. *q. mor. tr.* 22. *d sp. vn. pun.* 8. *n.* 8. & alii.

Neque obstat, quod priuilegium *d. cap. in his de priuil.* 9
tanquam clausum in corpore iuris non videatur à Concilio sublatum. Primò quia ex eo, quod priuilegium Honorii III. fuerit insertum in corpore iuris, non proptereà desinit esse priuilegium. Ideòque Glossa & Doctores *in cap. quod nonnullis de priuil.* dicunt, priuilegium illud concessum Episcopis celebrandi clam tempore generalis interdicti, hodie non esse priuilegium, sed ius commune propter *cap. Alma mater de sent. excom. in* 6. innuentes ante promulgationem *d. cap. Alma mater*, illud fuisse priuilegium, licèt clausum esset in corpore iuris.

Secundò. Quamuis priuilegium insertum in corpore 10
iuris faciat ius commune inter nominatos tantùm, vt notat Io. Andr. post Ostien. *in cap. ex parte* 1. *de decim.* & tenet Glos. 2. *in cap. Constitutionem de Regul. in* 6. & *in Clem. Dudum v. de iure de sepult.* iuri tamen communi non est opus expressè derogare; quia constitutio posterior tollit priorem contrariam, licèt de illa mentionem non faciat, *cap.* 1. ibique Doctores *de constit. lib.* 6. *can. vasa de consecr. d.* 1. *cap.* 1. *de cognat. spir.* Ergo ex eo, quod priuilegium in iure clausum faciat ius commune, potius sequitur, vt eidem priuilegio non sit opus derogare, & ita per hanc rationem concludit Felin. *in cap.* 1. *n.* 11. *de rescript.*

Tertiò. Concilium Tridentinum, quotiescunque su- 11
stulit priuilegia, sustulisse etiam inserta in corpore iuris, etiamsi fuerint conciliaria. Nullibi enim ex stylo S. Concilii in derogationibus generalibus consueuit fieri mentio talis insertionis; ideòque *in cap.* 2. *sess.* 5. & *in cap.* 15. *sess.* 23. ex sententia S. Congregationis sustulit priuilegia Clementis V. concessa in Concilio Viennensi, inserta *in d. Clem. Dudum de sepult.* audiendi scilicet confessiones sæcularium sine Ordinariorum licentia, quoties Ordinarii eam exhibere recusauerint. Item *in cap.* 8. *sess.* 7. & *in cap.* 9. *sess.* 24. derogauit priuilegiis exemptorum, de quibus *in can. Luminoso* 18. *q.* 2. & *cap. Cum Episcopus de offic. Ordin. in* 6. *In cap.* 5. *sess.* 14. quoad durationem Conseruatorum sustulit dispositionem *cap. fin. de offic. deleg.* pariter *in* 6. In *cap.* 8. & 10. *sess.* 23. quoad Ordines, & dimissorias sustulit priuilegia inferiorum, de quibus *in cap. Cum nullus de temp. Ord. in* 6. & *in cap. Abbates de priuil. eod. lib.* In *cap.* 18. *sess.* 24. ex sententia S. Congregationis sustulit indultum studentium, insertum *in cap. Cum ex eo de elect. in* 6. In *cap.* 2. *sess.* 25. *de Regul.* correxit decretum Concilii Lateranensis, de quo *in cap. monachi de stat. monach.* quatenus permitteret Monachis habere peculium de licentia Abbatis, vt Sacra Congregatio Concilii aliàs declarauit aduersus sententiam Nauarri. In *cap.* 6. eiusdem *sess.* 25. *de Regul.* ex sententia eiusdem S. Congregationis in electionibus superiorum Regularium sublata fuit forma eligendi per compromissum, vel quasi per inspirationem à generali Concilio præscriptam *in cap. Quia propter de elect. in cap.* 2. *sess.* 24. Dum præcipitur, vt prouincialia Concilia quolibet saltem triennio celebrentur, tollitur obligatio ea celebrandi singulis annis, inducta per Constitutionem Innocentii III editam in generali Concilio, de qua in *cap. Sicut de accusat.* In *cap.* 12. *sess.* 23. dum præfiniuit ætatem vigesimi secundi anni inchoati ad Subdiaconatum, & vigesimi

mi tertii ad diaconatum abrogauit dispositionem Concilii Viennensis, qua constitutum erat, vt quis liberè posset in 18. ad subdiaconatus, & in vigesimo ætatis suæ anno ad diaconatus Ordines promoueri. In *cap. 6. sess. 2x.* ademit Clericis non habentibus requisita ibi præscripta, fori priuilegium Ordini Clericali concessum, etiam in Concilio Parisiensi, vt habetur in *cap. 2. de for. comp. In cap. 17. sess. 24.* ademit Cardinalibus priuilegium retinendi ex dispensatione Apostolica plura beneficia curam animarum habentia in corpore iuris clausum, de quo in *extrauag.* Ioannis XXII. *Execrabilis de præb.* Nam & extrauagantes prædictæ sunt pars corporis iuris, vt Gregorius XIII. in sua Constitutione declarauit. Et tamen insertiones huiusmodi in iure communi S. Concilium Tridentinum nullam mentionem fecit.

12 Et in specie decretum dicti *cap. vn. sess. 22. de obser. & euit. in celebr. Miss.* abstulit Episcopis facultatem concedendi, etiam ex legitima causa vsum altaris portatilis in sua diœcesi, quam habebant ex dispositione iuris communis iuxta textum *in can. Concedimus & can. missarum de consecr. d. 1.* vt solidè probat Nauar. *cons. 1. q. 37. de constit.* quidquid in contrarium scripserint Suarez *d. tom. 3. disp. 81. sect. 2.* & Rodriquez *de Regul. tom. 3. q. 4. ar. 6.* & propterea cum Cardinalis Paleottus olim petijsset, an posset concedere licentiam domi celebrandi, cum infirmus deberet pro viatico communicari, Sacra Congregatio respondit, non posse. Idem etiam respondit Cardinali Legato Portugalliæ, vt dixi *tom. 3. resol. 39.*

13 Et quidem in his, ac plurimis alijs casibus, in quibus S. Concilium Tridentinum non derogauit contrarijs decretis aliorum Conciliorum, aut priuilegij Canonum, si diceremus illius dispositionem non valere, id aut contingeret ex defectu potestatis, aut voluntatis. Asserere primum est hæreticum; quia negatur authoritas Concilij generalis. Secundum est absurdum, quia infert defectum ignorantiæ erroris iuris in Concilio generali, intentionis derogandi, & faciendi actum inanem, & elusorium, magnaque eiusdem Concilij pars subuerteretur. Quis enim hodie assereret fieri posse, quidquid S. Concilium Tridentinum locis superius adductis fieri vetat ex eo, quod mentionem non fecerit Conciliorum, aut Canonum, quorum contrariam dispositionem reuocat? Quis æquus iudex non iniquum censebit eiusmodi iudicium?

14 Non est igitur ambigendum, quin Concilium abstulerit priuilegium Prædicatorum, & Minorum, aliorumque Regularium, siue sibi ipsis, siue per communicationem concessum, vtrunque clausum in corpore iuris, præsertim quia *in d. cap. vn. §. neue patiantur*, dum probibet, ne in priuatis Oratorijs missæ sacrificium celebretur, vtitur dictione illa vniuersali *quibuscunque*, de cuius natura est, vt omnia includat, *cap. solitæ v. Quodcunque ligaueris de maior. & obed. cap. Si tibi absenti*, vbi Archid. *num. 4. v. quicunque de præb. in 6.* & comprehendere etiam ea, quæ aliàs in simplici dispositione non comprehenderentur, Glos. *in Clem. 2. §. dignitatem v. Quodcunque de vit. & honest. Cler.* cum alijs allegatis à Sarnen. *in regul. de trien. q. 2. n. 2. & 4.*

15 Ratio autem, cur Concilium Tridentinum *eo cap. vn.* non abstulerit Episcopis priuilegium altaris portatilis, siue viatici, non est, quia in corpore iuris sit insertum, sed quia Episcopos, cæterosque maiores Prælatos, qui in sublimiori gradu hierarchiæ Ecclesiasticæ constituti reliquis omnibus ædificationi, & exemplo esse debent, non decet sine missa transire absque rationabili causa vllam diem, vt legitur *in d. cap. fin. de priuil. in 6.* Esset enim scandalum, vt Episcopi in sua diœcesi, vel extra eam iter facerent absque eo, quod Missam celebrarent, vel audirent. Vnde hoc indultum, quod in præcipua honestate, & decentia Pontificalis officii in diuini cultus augmento, populique ædificatione fundatur, non sunt censendi Patres Concilij noluisse vulnerare, cùm hoc semper præcipuum habuerint, vt Episcopi in his, quæ ad religionem, & Dei cultum spectant, cæteris prælucerent *cap. 1. sess. 24. cap. 1. sess. 25.* & passim alibi. Lex enim semper respicit, quid deceat secundùm honestatem *cap. magna de vot. can. erit autem lex 4. d. & cap. Cum non deceat de elect.* Quæ ratio minimè viget in inferioribus Sacerdotibus, immò vix esset sine scandalo, vt quilibet simplex regularis haberet vsum altaris portatilis, præsertim quia fortassè in vim Communicationis idem priuilegium prætenderent etiam Regulares aliorum Ordinum. Quo in casu verè comprobantur verba *can. Sicut non alij de consecr. d. 5.* quod satius sit missam non cantare, aut non audire, quàm in illis locis, vbi fieri non oportet.

16 Et ad dubium secundum distinguendum est. Aut enim intendunt Fratres Prædicatores, & Minores celebrare in altari portatili, & hodie non possunt etiam de licentia Episcopi. Aut in altari fixo in aliqua Capella ad diuinum cultum dedicata, & possunt, si Episcopus locum prius visitauerit, & approbauerit. Vtriusque propositionis veritas clarissimè apparet ex relatis verbis *d. cap. vn. sess. 22.* quibus Concilium primò prohibet, ne Episcopi permittant, vt missa celebretur in priuatis domibus. Deinde prohibet, ne id fieri permittant in locis, quæ sunt omninò extra Oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata. Postremò præcipit, vt huiusmodi Oratoria prius designentur, & visitentur ab Ordinario. Ex his autem hæ conclusiones colliguntur.

17 Prima est. In priuatis domibus nullo casu potest Episcopus permittere, aut indulgere, vt à Sacerdotibus, siue secularibus, siue regularibus Missæ sacrificium celebretur. Et in hoc sublata est facultas, quam Episcopi habebant ex dispositione *can. missarum de consecr. d. 5.* vt diximus. Vnde cum olim dubitatum fuerit, an in domo Principis possit missa celebrari, quasi non veniat appellatione domus priuatæ, & quid de arcibus, & palatijs Baronum, vbi exercent iurisdictionem? S. Congregatio censuit comprehendi dicto decreto Concilii huiusmodi loca.

18 Quæ Conclusio procedit, etiam si in priuatis domibus constructum esset Oratorium dedicatum ad diuinum cultum. Nam nihilominùs non liceret Episcopo impertiri licentiam illic celebrandi; quia cum in secunda prohibitione Concilium statuat, ne Episcopi permittant, vt celebretur extra Ecclesiam, & extra Oratoria ad diuinum cultum dicata, superuacanea fuisset prohibitio de non celebrando in priuatis domibus, si liceret in eis celebrare in Oratorio dedicato ad cultum diuinum. Satis enim fuisset simpliciter prohibere, ne celebraretur in locis extra Ecclesiam, & extra Oratoria, vt supra dedicata. Nam per hoc satis clarè fuisset prohibita celebratio in priuatis domibus, in quibus non extarent huiusmodi Oratoria. Vt ergo verba illa aliquid operentur, dicendum est Concilium nullo casu voluisse, vt Missæ sacrificium fieret in priuatis domibus, etiamsi in eis esset Oratorium ad diuinum cultum dedicatum. Atque hanc interpretationem sæpiùs sequuta est S. Congregatio; censuit enim Oratoria intra domesticos parietes, aut in priuato solo constructa, aut priuatis ædibus adiacentia, vtcunque sint dedicata ad diuinum cultum, censeri tamen priuata, nec posse Episcopum indulgere, vt in eis sanctum missæ sacrificium fiat, nisi habeant ostium, quod immediatè respondeat in viam publicam, vt in ipsa nullus aditus, aut prospectus ex priuatis ædibus pateat.

19 Quinimmò sæpè declarauit Oratoria ædificata in agro, aut solo priuato, licèt à domibus distincta, adhuc priuata censeri, si ostium respondeat in aream priuatam, vtcunque omnibus patentem. Quamuis his casibus aliquando rescripserit ad Episcopos, vt postquam dominus soli per publicum instrumentum situi ante Oratorium existenti efficaciter, & cum effectu renunciauerit, declarent, Oratorium illud esse publicum, ita vt sit in ipsorum facultate licentiam tribuere illic celebrandi, vbi tamen illud prius visitauerint, ac diuino cultui peragendo aptum, ac decens esse cōpererint. In Oratorijs autem, quæ non omninò sunt extra ædes priuatas, respondit celebrandi licentias etiam ex causa Episcopum concedere non posse, sed petendam esse à Sede Apostolica, prout obseruatur. Olim huiusmodi licentiæ concedebantur à Sacra Congregatione Concilii, hodie verò expe-

diun-

diuntur per litteras in forma Breuis.

20 Hæc Conclusio est contra Sotum, Sà, Henriquez, & alios, quos adducit, ac sequitur Pasqualig. *de Sacrif. Miss. quæst.* 445. & 447.

21 Secunda conclusio. In locis, quæ sunt omninò extra Ecclesias, & extra Oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata, Episcopus permittere non potest, vt Missæ sacrificium à presbyteris secularibus, aut regularibus quibuscunque, atque adeò minimè potest tribuere licentiam fratribus Prædicatoribus, vel Minoribus celebrandi in claustro super altari portatili. Nam & si claustrum non sit domus priuata, ideòque non cadat sub primam prohibitionem Concilij de non celebrando in priuatis domibus, cadit tamen sub secundam de non celebrando in locis extra Ecclesiam, & extra Oratoria ad diuinum cultum dedicata. Verè enim claustrum nec est in Ecclesia, nec altare portatile potest dici Oratorium ad diuinum cultum dedicatum.

22 Ideòque Parisius *cons.* 34. *num.* 14. & 15. *vol.* 4. respondit, domum Confraternitatis non esse locum sacrum, aut religiosum, etiamsi in ea sit campanula, & altare portatile, & quandoque celebretur ibidem diebus festis, sed adhuc remanere priuatum, & profanum. Allegat Feder. de Sen. *cons.* 130. Abb. *in cap. Patentibus de priuil.* & Felin. *in cap. De quarta num.* 14. *de præscript.* & alios quamplures. Et olim S. Congregatio consulta, vtrum Episcopus, si in loco à domo priuata distincto adsit altare, non tamen Oratorij formam habente, possit licentiam celebrandi concedere, respondit oportere Oratorii formam habere, & visitari, & approbari ab Ordinario. Aliquando etiam fuit habitus recursus ad Sacram Congregationem pro licentia celebrandi missam in altari posito in Ecclesia nondum consecrata, & Congregatio concessit, dummodò cum petra sacrata. Vnde ex verbis Concilii apertè colligitur, Episcopum non habere amplius facultatem concedendi vsum altaris portatilis etiam in locis publicis, sicut olim habebat ex indulgentia Concilij Triburiensis, & Agathensis.

23 Confirmaturque ex eo, quod licèt Oratoria authoritate Episcopi fundata aliquando veniant appellatione beneficij, vt notat Abb. *in cap. fin. de censib.* & ideò possint comprehendi sub regula de infirmis secundùm Sarnen. *in eadem regula q.* 23. In altaribus tamen portatilibus regulæ Cancellariæ, & iura de beneficijs loquentia locum habere non possunt, vt tradit Mandos. *in regul. de annal. q.* 17. *num.* 6.

24 Tertia conclusio. Episcopus potest concedere licentiam, vt missæ Sacrificium celebretur in Oratorijs publicis, sed ad diuinum tantùm cultum dedicatis, dummodò illa non sint in priuatis domibus, quia tunc non essent publica. Nam Concilium prohibet, ne Episcopi permittant, vt celebretur in locis extra Ecclesiam, & extra Oratoria ad diuinum cultum tantùm dedicata. Ergo permittit, vt hoc fieri possit in Ecclesia, & in Oratorijs prædictis à contrario sensu, vt ex regula *cap. Nonne de præsumpt.* & *l. Cum Prætor, ff. de iudic.* Prohibitum enim in vno casu in alio censetur permissum *l. Cum lex* ibique Glos. *ff. de legib.* Præcipuè verò, quia Concilium iubet, vt Oratoria ipsa prius designentur, & visitentur ab Ordinario. Ergo clarè admittit, vt idem Ordinarius dare possit licentiam in eis celebrandi, alioquin inania essent verba illa *ab Ordinarijs designanda, & visitanda.*

25 Ex qua conclusione infertur, quod si Fratres Prædicatores, vel Minores, alijque Regulares intendant Missam celebrare in claustro, non super altari portatili, sed super fixo, & in Capella, seu Oratorio occluso, & intersecto, sicuti aliqua cernuntur in claustris nonnullorum Monasteriorum Vrbis, hoc eis non prohibeatur de consensu Episcopi diœcesani; quia tunc Oratorium illud cùm non sit in priuatis domibus, sed in loco religioso cum altari fixo, & authoritate Episcopi designatum, dicitur publicum, *c. authoritate de priuil. in* 6. Mandos. *cit. q.* 17. *n.* 9. Vnde succedit facultas Episcopis per Concilium attributa, aut saltem non adempta, concedendi licentiam, vt in eo missæ Sacrificium celebrari valeat. Talia sunt Societatum Oratoria, de quibus loquitur Bald. *cons.* 162. *num.* 4. Bartol. *in l. Sodales num.* 6. *C. de colleg. illic.* Cardin. *cons.* 11. *n.* 1. *& seqq.* Item Oratoria Hospitalium, de quibus per Lapum *alleg.* 41. Calderin. *cons.* 352. *aliàs* 23. *de testam.* Roman. *cons.* 477. *num.* 13. Paul. de Castro *cons.* 167. *lib.* 2. Nec non Oratoria Eremitarum, pœnitentium, super quibus consuluit Butr. *cons.* 19. *n.* 19. Quippè in his, & alijs consimilibus, tanquam in publicis Oratorijs, etiam hodie celebrari potest præuia visitatione, & approbatione Ordinarij, & super altari lapideo in forma, sicut habent Ecclesiæ, ad textum *in can. Clericos, can. nullus, & can. altaria de consecr. d.* 1. & declarat Roman. *d. cons.* 477. *num.* 13.

26 Et hunc sensum similiter sæpiùs admisit S. Congregatio. Nam olim consulta, quænam ratio tenenda sit Nolæ, vbi in custodia tenentur delinquentes in domo officialis ad hoc, vt detenti possint missam audire, stante decreto Concilij *in d. cap. vn.* Censuit scribendum, etsi in priuatis domibus non licet celebrare missam, tamen si erigatur ad hunc vsum, & in loco decenti Oratorium, ab Ordinario visitandum, & approbandum, tunc posse. Item Confraternitas Vallis Oleti Palentinæ diœcesis olim transmisit suas constitutiones, in quibus illud reperitur adnotatum, quod cum velint celebrare in quodam Cœnaculo dictæ Societatis, S. Congregatio respondit, Oratorium tale debere ab Ordinario visitari, & approbari. Ac demùm respondit, Oratoria existentia in Seminarijs, in Monasterijs, vel hospitalibus ordinaria, vel Apostolica authoritate fundatis, non comprehendi in prohibitione Concilij dictis verbis: *Neue patiantur.*

27 Ex quibus omnibus patet responsio ad plures quæstiones, quas pro Regularibus definiunt Pasqualig. *de sacrif. miss.* nominatim à *q.* 474. *ad* 493. vterque Rodriquez, & Portellus *v. Altare*, alijque.

CONSVLTATIO XIII.

Iterum de censurarum declaratione in materia litterarum hortationum, significationum, commminationum, præceptorum, etiam pœnalium Principis, supremi Magistratus, Iudicum, aliorumque Episcopis, eorumque Vicarijs, alijsue Ordinarijs Ecclesiasticis missarum pro illarum reuocatione, amotione, vel ab eis absolutione. Et præcipuè an, & quatenus sententia declaratoria censurarum ob violationem immunitatis, siue iurisdictionis Ecclesiasticæ latam contra supradictos sit nulla defectu citationis? Vbi respondetur etiam alijs oppositionibus, quæ in hac re fieri solent, afferuntur plura consilia, siue conditiones præponuntur super absolutione à præfatis censuris ad componendum dissidia vtriusque fori.

1 ET quidem affirmatiuè respondendum videtur. Nam in quocunque iudicio semper requiritur prima citatio personalis, & si non potest fieri personalis, adhibitis diligentijs saltem fieri debet domi dimissa copia, *l.* 4. *§. Prætor ait, ff. de damn. infect.* ibique Bartolus, & Doctores communiter, Roman. *cons.* 454. *n.* 4. & latè Tiraquel. *de retract. glos.* 2. *n.* 44. eòque magis requiritur citatio personalis in materia censurarum per textum *in cap. Sacro de sent. excom.* Put. *dec.* 271. *lib.* 3. Rot. *dec.* 2. *n.* 52. *de rescript. in nou. & dec.* 11. *de dol. & contum. etiam in nou.*

2 Quare admisso, quod admonitio non requiratur, vbi ob eandem causam excommunicatio, censuraue alia in quempiam fertur; quamobrem à iure iam lata est iuxta plenè allegata per Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. saltem requiritur citatio, quando fertur sententia declaratoria censurarum, vel aliarum pœnarum incursarum. Cùm enim hæc materia ferri debeat causa cognita, hoc fieri non potest, nisi is, cuius de re agitur præsens

sens adsit. Et propterea prius est citandus, antequam declaretur excommunicatus, Glos. in Clem. presente v. constiterit, vbi Anchar. num. 4. de censib. & in Clem. 1. v. quam cito commode in fin. de pœn. & in cap. Sacro v. constiterit, de sent. excom. Abb. in cap. peruenit nu. 5. Vbi Dec. num. 10. de appel. idem Abb. in cap. Parochianus num. 2. de sent. excom. Felin. in cap. Rodulphus v. citatur etiam pars num. 41. de rescript. Soccin. in cap. Perpendimus num. 261. de Sent. excom. Gabr. de citat. concl. 1. num. 160. & 164. & est communis opinio, vt per Vgolin. d. tab. 1. cap. 21. §. 2. num. 9. Vbi considerat fieri posse, vt se tueatur, si fuerit citatus, & in excommunicationem se non incidisse probet, arg. cap. licet de preb. in 6. Et quod de graui eius præiudicio agatur, & ideò hac quoque ratione citari debeat, l. de vnoquoque, ff. de re iud. de quo etiam benè per Aretin. cons. 163. pro Republica Florentina num. 10. & in eadem causa Curt. Sen. cons. 20.

2 Quamuis enim sententia excommunicationis promulgatoria, omissa admonitione, vel citatione sit quidem iniusta, sed sustineatur, vt per Gloss. in d. cap. Sacro, v. iusta, & in cap. 1. v. iudiciario, vbi Abb. num. 3. de excess. Prælat. Felin. in d. cap. Rodulphus num. 41. & latiùs in cap. Cum sit num. 17. vbi Bero. num. 87. de appel. Couar. in cap. Alma mater §. 9 num. 7. cum aliis per Vgolin. d. cap. 18. num. 4.

3 Tamen secùs est in sententia declaratoria, in quam aliquem incurrisse prætenditur ex iuris dispositione. Illa enim omninò nulla est, si fuerit omissa citatio, vt per Imol. & Lap. quos refert Felin. in d. cap. Rodulphus num. 41. Aretin. d. cons. 163. num. 10. & Vgolin. d. cap. 21. §. 2. num. 9. quæ necessariò requiritur l. absentem C. de accusat. l. 1. §. Item cum ex edicto, ff. quæ sentent. sin. appell. rescind. cap. Consuluit de iurep. d. cap. Sacro, cap. Cum medicinalis de sent. excom. cap. Constitutionem cap. Constitutus eodem in 6. Glos. in Clem. sæpe de verb. signif. & in cap. Cum contumacia de haret. in 6. & in sententia declaratoria excommunicationis tenet Abb. cons. 6. lib. 2. num. 4. Idque etiam, vbi proceditur summariè, & sine strepitu, & figura iudicii, Gloss. in Clem. sæpè, Bartol. in extrauag. ad reprimendum num. 20.

4 Et ideò antequam feratur ista sententia declaratoria, seruari debet praxis, quam tradit Genuen. in pr. Archiep. Neap. cap. 23. num. 19. & seq. Vbi loquitur in terminis censurarum ob violatam Ecclesiæ immunitatem, & apertè vult, præmitti citationem ad dicendum causam, quare declarari non debeat excommunicatos ob prædictam causam.

5 Neque releuare videtur, quod agatur de facto valdè notorio, & ideò, licèt verum sit, quod agatur de excommunicatione infligenda, admonitio sit necessaria, quantumuis factum sit notorium, & manifestum iuxta plenè allegata per eundem Vgolin. d. cap. 18. num. 1. & per Couar. in d. cap. Alma Mater d. §. 9. num. 6. Secùs tamen est in sententia declaratoria excommunicationis, de qua nos agimus. Tunc enim si factum sit notorium, minimè est necessaria citatio, vel monitio, Abb. in cap. Reprehensibilis de appel. & in d. cap. Peruenit, Vbi Dec. num. 13. & seq. Franch. & alii, Felin d. cap. Rodulphus n. 41. Gabr. d. concl. 1. num. 161.

6 Nam id procedit, quando factum esset adeò notorium, vt constaret nullam competere defensionem. Secùs autem si quis posset aliquam defensionem habere ita, vt se excusare posset, in quo casu negari non posse videtur, esse remittendam citationem, antequam declaretur incidisse in censuras, alioquin sententia declaratoria est nulla, vt concludunt Doctores supra allegati, traditque Abb. in cap. Vestra num. 18. de cohab. cler. & mul. Felin. in in d. cap. Rodulphus num. 41. & in cap. Cum olim num. 30. de iudic. Dec. in d. cap. Peruenit num. 14. de appel. Aret. d. cons. 163. n. 7. & 9. quod esse communiter receptum, ait Vgolin. d. cap. 21. §. 2. num. 9. Vbi etiam idem ait de denunciatione num. 3.

7 Immò in isto casu, in quo factum non est adeò omnibus notorium, neque ita euidenter constat, vt nihil penitus opponi possit, non solùm est necessarium, quod præcedat citatio, sed etiam sententia declaratoria huiusmodi notorietatis, ea quidem ratione, quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, vt per Dec. in cit. cap. Peruenit num. 14.

Quod autem factum non sit adeò notorium, vt nulla 8
excusatione defendi possit, conuinci poterit ex ipsius facti circumstantijs, & suadetur etiam ex eo, quod ait Innocentius, quem sequitur Butr. in d. cap. Vestra, nullum maleficium posse esse ita notorium, vt non possit habere excusationes, siue circumstantias occultas excusantes; eumque refert, ac sequitur Aret. d. cons. 163. num. 6. & Curt. loco allegato.

Et potest etiam factum esse notorium, sed non ita no- 9
torium, an quis pœnam incurrerit, cùm multi casus contingere possint, in quibus excusetur à pęna. Et in dubio ita est capienda interpretatio, vt quis se defendere possit, vt post alios declarat Vgolin. d. cap. 21. §. 2. num. 8.

Neque etiam obstat, quod non requiratur monitio, 10
vbi delictum esset factum in præsentia Iudicis, vt per Felin. in cap. Sacro num. 7. de sent. excom. Nam, prætérquamquod nos hic non agimus de admonitione, quæ requiritur in excommunicatione ferenda, sed de citatione, quæ sequitur in sententia declaratoria excommunicationis à iure inflictæ, dicimus etiam, quod hoc procedit iuxta terminos cap. Venerabilibus §. porro de sent. excom. in 6. quando scilicet Iudice pro tribunali sedente quis prædixisset in iudicio, vel se minimè compariturum, si citaretur, vel se non pariturum, si admoneretur. Et sic vbi quis esset manifestus contumax, vt declarat Vgolin. d. cap. 18. num. 2.

Denique non obstat Romanus cons. 482. n. 6. quatenus 11
vult, quod in discussione causæ, propter quam quis dicitur in excommunicationem incidisse ipso facto, requiratur quidem citatio partis, sed non in sententia declaratoria. Nam vltra id, quod contra tenent Doctores superiùs allegati, hoc tolerari posset, si id obseruaretur, secùs autem si nullo modo quis citetur, vt per eundem Roman. eo loco.

Quòd si dicatur hanc citationem esse necessariam, vbi 12
esset discutiendum factum, propter quod quis dicitur in excommunicationem incidisse, at secùs vbi præsupposito delicto pro indubitato quis declaratur excommunicatus ad effectum, vt magis innotescat, vel vt euitetur ab alijs, vt per Felin. d. cap. Rodulphus num. 41. Nam poterit responderi negando, quod præsuppositum delictum sit indubitatum, & propterea quod saltem in illius discussione reus audiri debeat, vt admittit Roman. d. cons. 482. num. 6. & in fin. Tametsi verius sit, quod etiam in sententia declaratoria sit necessaria citatio iuxta superiùs adducta, & Felin. vbi supra intelligi debet, vbi quis denunciatur excommunicatus, vt magis, magisque euitetur, vt tradit Vgolin. d. cap. 21. §. 2. num. 9.

His tamen non obstantibus persistendum est in ijs, 13
quæ in tom. 1. de hac eadem re diximus, nempè si delictum sit notorium, tunc sententia sine citatione lata sustinetur, etiamsi Iudici non constitisset de notorio, dummodò verè sit notorium, vt per Innoc. in cap. Tua num. 3. & 5. ac 10. de cohabit. Cler. & mul. vbi quod sententia tenet irreuocabiliter; quod sequitur Ostien. ibi num. 10. & Butr. in cap. Cum olim num. 14. vbi ait, quod omissio citationis non vitiat processum, si postea constet de notorio, quia ratione circuitus euitandi remanet sententia, ibique Abb. num. 26. & seq. & de re iudic. Vbi dicit, quod Princeps potest illam ratam habere, non reuocare.

Præcipuè vbi agitur contra occupantes bona, vel iura 14
Ecclesiæ potest ferri sententia absque citatione, Felin. in d. cap. Cum olim num. 17. de re iudic. vbi allegat Archid. in can. Quę Lotharius 2. quæst. 1. vbi ipse, & Gemin. inquirunt, Episcopum posse nemine citato declarare statutum laicorum esse contra libertatem Ecclesiasticam. Et in hoc casu Episcopus, vt i pars procedit extraiudicialiter absque citatione c. Dilecto de Sent. excom. in 6. Neque in declaratione excommunicationis à iure inflictæ requiritur citatio iuxta verissimam opinionem, pro qua consuluit Romanus allegato cons. 482. à n. 5.

Primò, quia qui excommunicatus est per declaratio- 15
nem, ampliùs non ligatur, cùm à principio ligatus fuerit,

rit, sed solùm declaratur, vt ab alijs euitetur. Vnde ex declaratione non infertur pœna grauissima, quæ infertur ex sententia excommunicationis. Ideòque tanta solemnitas non exigitur per textum in *cap. Pastoralis §. Verum de appel.*

17 Secundò, quia iura in fauorem animæ excommunicati maiorem, vt Romanus ait, accelerationem, & minorem solemnitatem exigunt in declaratione excommunicationis, quàm in ipsa excommunicatione inferenda adhoc, vt declaratus excommunicatus, postquam ex notitia excommunicationis ex declaratione insurgente videt se vitari, dum cupit hominum habere commercium, festinet citiùs reconciliari ei, *qui est*, & per hoc redeat ad salutem; quæ sunt verba textus in *can. Si inimicus 93. d. & in cap. 1. de except. in 6.*

18 Ac tertiò quia, etsi in discussione causæ, propter quam quis dicitur in excommunicationem incidisse, citatio requiratur secundùm Glossam superiùs citatam, quam quidam non intelligentes aliter allegant, vt ait Romanus eo *cons. num. 6.* tamen in declaratione, quod quis inciderit in excommunicationem propter aliquid illicitum commissum, citatio, aut monitio non requiritur ab eodem Romano, qui de hoc dicit esse textum singularem in *cap. Irreprehensibilis*, vbi Abb. *de appell.*

19 Itaque, licèt in discussione facti propter, quod quis pœnam incurrit requiratur citatio, & in casu, in quo delictum esset simpliciter publicum; id tamen non habet locum, si factum ipsum sit notorium, vt per Gemin. & Franc. *in cap. Episcoporum de priuil. in 6.* Non enim est citandus, cui notorium est defensionem non competere, Alex. *cons. 6. col. fin. lib. 3.* vbi testatur de communi, & alii relati à Vantio *tit. de nullit. ex defectu citat. num. 20.* Et hanc distinctionem inter publicum, & notorium in hac materia denunciationis ponit expressè Vitalin. *in Clem. 1. num. 51. de priuileg.* Satisque est, vt de facto notorio constet Episcopo per extraiudicialem informationem, de qua *in cap. Cum contingat de rescript.* vt post Abbatem tradit Felin. *in cap. Non potest num. 3. de re iudic.*

20 Quæ autem Principes, ac Magistratus seculares opponere solent, sunt huiusmodi. Primò, quod Episcopus procedat absque iurisdictione, tanquam in non subditos.

21 Respondeo. Non procedit ad excommunicationem, sed ad declarationem censurarum incursarum ipso iure ex iure communi, vel ex Bulla Cœnæ Domini, quæ omnes afficit, & ligat. Deinde ratione violatæ iurisdictionis, ac dignitatis Episcopalis Princeps, & Magistratus sæcularis efficitur subiectis ipsi Curiæ Episcopali ratione delicti, vt propterea iurisdictionem habeat, *cap. 1. de pœn. in 6.* Ideòque potest procedere etiam ad publicationem censurarum *d. cap. Dilecto de sent. excom. in 6.* Et hac ratione offendens executorem Curiæ Episcopalis subijcitur punitioni eiusdem Curiæ, *l. nullum C. de testib.* Genuin. *in pr. cap. 10.* & Farinac. *de hæres. quæst. 188. num. 40.*

22 Secundò opponunt defectum citationis, siue monitionis.

23 Respondeo, monitionem non requiri in declaratione censurarum à lege, sed tantùm in censuris latis ab homine, vt docuimus. Citatio autem non requiritur in facto notorio, prout est factum intimationis litterarum hortatoriarum ex Commissarijs, equitatibus, præsentatione præcepti coram Notario, testibus, ac publicè, vt per *cap. Peruenit 1. de appel.* Genuens. *in pr. cap. 23. num. 16.* præsertim cum consumetur coram ipso Iudice.

24 Tertiò sæpè prætendunt, quod causa sit feudalis, atque adeò non sit materia censurarum, sed discutienda coram Tribunali Domini directi feudi.

25 Respondeo. Id constare debet in facto, quo probato seruandum est, quod adduxi dicto *tom. 1.* ac alibi. Interim cum Episcopus sit in possessione, vel quasi possessione pacifica, pro ea tuenda potest vti remedijs censurarum ex deductis.

Quartò opponunt, quod hortatoriæ sint permissæ ex 26
longissimo vsu, siue consuetudine immemorabili, non prohibeantur à Sacris canonibus, & approbentur tacita permissione Sedis Apostolicæ, cùm aliud non sint, quàm preces, & hortationes.

Respondeo. Quidquid sit de simplicibus litteris hor- 27
tatorijs, falsum est de significatorijs, comminatorijs, & præceptis etiam pœnalibus, vt ex tenore ipsarum, quas in fine dabo, patebit; quare nunquam illas Sedes Apostolica tacitè, vel expressè approbauit, sed semper habita notitia mandat Episcopis, ne illas obseruent, neue pareant. Nam præterea, quæ *d. tom. 1.* tradidi tenor illarum important iussionem, habeturque instar iniuriarum, & per consequens eis parendum esset. Principum enim preces importunæ minæ sunt, *cap. Petitio de iureiur. cap. Quia propter, de elect.* Rellug. *in Specul. Princip. num. 16.* ibique Borel. *in addit. lit. A.* Mascardo *v. Blanditiæ*, Alex. *cons. 124. num. 4. lib. 1.* vbi alij Panorm. *in cap. 1. num. 10. de his, quæ vi, met. caus. & in cap. 2. eod. tit. num. 3. cum seq.* vbi ait: Principis preces præcepta esse, non preces. Idem notat Gloss. *in l. 1. v. quemadmodum, ff. quod iussu*, Afflict. *dec. 69. num. 9.* Gail. *lib. 2. obser. 93.* quia blanditiæ Principum indicant iustum metum ex Gloss. *in l. 1. C. Si rector Prouinciæ*, & rogatio domini, vel superioris habet vim præcepti, vt dicit Bartol. *in tract. tyrannid. col. 3.* Bald. *in l. si mandator, C. quod cum eo*, faciuntque dicta per Barbat. *in cap. Quoniam de offic. deleg.* Marsil. *singul. 645.* quò & illud Poetæ referendum est.

Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit.
Penè rogans, blando vis latet imperio.

Et rogando cogit, qui rogat potenter iuxta Mimum, traditque Felin. *in cap. 1. num. 2. & 3. de offic. Iud. deleg.*

Præsertim quia hæ litteræ hortatoriæ scriptæ sunt no- 28
mine Officij, & dignitatis, ex quo capite tam eas scribens, quàm recurrens ad Principem scribentem innodantur excommunicatione Bullæ in Cœna Domini, quamuis sint hortatoriæ, idest non comminantes, neque præcipientes, quia non sunt simpliciter amicabiles, sed aliquo modo compulsiuæ, vt proinde dici possit interpositam fuisse authoritatem Principis, aut Iudicis laici, ex quo satis Ecclesiasticæ iurisdictioni irrogatur iniuria, si modò præsumatur Iudex Ecclesiasticus non admissurus, nisi intercessissent litteræ eo modo scriptæ, à quibus vt talibus dicatur esse motus.

Sunt iniuriosæ, quatenus continent vim quandam, 29
& coactionem saltem moralem ad obtinendum intentum, cùm inferior non possit congruè resistere tali efficaci hortationi. Nam tunc continent vim coactiuam, quando, nisi satisfiat, hortans est paratus inferre damnum. Et efficacia ipsa hortationis excitat reuerentialem metum, ob quem non manet libertas ad negandum, quod petitur, præcipuè quando tales hortatoriæ fiunt cum quadam violentia morali. Tunc autem fiunt cum violentia morali, quando adhibentur verba constrictiua, & hortans declarat se omninò velle, quod in hortatione petit. In hoc enim casu locum habet metus saltem reuerentialis; & proinde iniuria contra libertatem disponendi.

Hinc quod fit enixè, petente Principe, metu factum 30
censetur, vt inter alios Gloss. *in l. 1. ff. quo iur*, Imol. *in cap. Cum inter de elect.* Paris. *cons. 5. num. 152. vol. 4.* & verba constringentia, & huiusmodi declaratio æquiualent vultui atroci, immò superant. Vultus autem atrox potentis sufficiens est ad incutiendum metum, vt docent Bald. *in §. iniuria de pac. iur. fir.* Angel. *in l. qui in aliena §. fin. ff. de acq. hæred.* Decian. *in cap. 1. de offic. deleg.* qui metus reuerentialis, quidquid sit, quando concipitur ex sola qualitate personæ, an impediat liberam voluntatem, quando tamen concipitur, non solùm ex persona, sed etiam ex qualitate petitionis, quia videlicet ostendit animum omninò determinatum ad obtinendum, quod petitur, tunc certè cadit in constantem virum; quia rationabiliter sibi persuadet, quod nisi obsequatur, petens grauiter indignabitur. Vnde verecundia coniuncta est cum timore indignationis, & damni,

quod

quod potest ex ea sequi, & ideò est sufficiens, vt cadat inconstantem virum. Immò si non timeret non esset constans, sed temerarius. Idque præsertim, quando, vt *d. tom.* 1. dixi, preces sunt reiteratæ, ac importunæ cum Commissarijs, & armatorum turmis; quæ omnia sunt prohibita non solùm à iure communi, sed etiam à Bulla Cœnæ Domini, in qua reprobatur quæcunque consuetudo etiam immemorabilis, vt sæpè alibi docuimus.

31 Quintò opponunt; quod possunt euocari Episcopi, ac eorum Vicarij ad audiendum verbum regium, maximè autem feudatarij.

32 Respondeo. Vocatio simpliciter est prohibita, eamque semper Sedes Apostolica impugnauit, tanquam casum comprehensum in Bulla Cœnæ Domini; quia Ecclesiastici trahuntur ad forum secularem, qui in Ecclesiasticos nullam habet iurisdictionem. Estque textus in *can. Si quis Episcopus* 23. *quæst.* 8. *can. si vobis ead.* præsertim, quia concipitur verbis præceptiuis. In feudatarijs verò semper requiritur licentia præcedens Summi Pontificis, vt per Turrecrem. *in can. quo ausu* 23. *quæst.* 8. Vel saltem non permittitur, quando adest vocatio Papæ, idque illi opponunt, ac protestantur, Glossa communiter recepta *in cap. Cum parati de appel.* vbi Innoc. *num.* 1. *&* 2. Ostien. *n.* 3. Præsertim in Regno Neapolitano, in quo Papa est Dominus directus proprietarius; de qua re vide etiam *tom.* 1.

33 Consilia verò siue conditiones, quas propono absoluendi supremos Magistratus, siue Officiales, qui relaxarunt litteras hortatorias, & Commissarios, qui eas executioni demandarunt, commiseruntque plures excessus, præsertim quando in declaratione, siue monitione excommunicationis non intercesserat citatio, sunt huiusmodi.

34 Prima conditio sit, quod Magistratus, siue Officiales laici absoluantur ad cautelam à Confessario, qui accipiat facultatem ab Episcopo, vel à Nuncio, præcedente tamen redintegratione Ecclesiæ, vel Episcopi, vel alterius partis, ac sublatis molestijs contra Episcopum, vel eius Vicarium, & partem. Et quoad Commissarios, excludantur ij ab absolutione, vel eam recipiant simpliciter.

35 Ista Conditio videtur approbanda, quia est fauorabilis, ac præsefert dignitatem Sedis Apostolicæ, cum saltem iustitia circa Commissarios executioni demandatur. Vndè fit quod in posterum Commissarij, siue mandatarij non erunt adeò faciles in exequendo has litteras; nam hoc modo ad ipsos pertinebit instare apud Sedem Apostolicam, quæ quò diutius absolutionem prorogabit, eò maiorem satisfactionem accipiet: & ex parte Sedis Apostolicæ res, quoad Magistratus, siue Officiales finem faciet. Eò que magis, quia absolutio ad cautelam satisfacit aliquo modo violationi iurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ.

36 Vt autem huiusmodi absolutio simpliciter quoad Commissarios suadeatur Magistratibus, siue Officialibus laicis, considerari debet, quod ij deliquerint vti principales, & notorij, atque adeò non debent in absolutione tractari æquè, ac ipsi Magistratus, siue Officiales eo sub obtentu, quod fuerint mandatarij. Quia in hortatorijs, in quibus ipsi sunt mandatarij, non comprehenduntur peculiares excessus ab ipsis commissi, pro quibus euocari deberent, vt accedant ad Vrbem pro absolutione in forma Ecclesiæ consueta; quare, vt id effugiant, non debent recusare absolutionem simpliciter à Nuntio, vel ab alio delegato impertiendam.

37 Secunda conditio sit; quod suspendantur Censuræ quoad Magistratus, siue Officiales ex gratia ad beneplacitum Sanctissimi, & Sedis Apostolicæ, præcedente redintegratione, & amotis molestijs, vt supra, & prætermisso Commissario, vel is accipiat absolutionem simpliciter.

38 Hanc conditionem iudico esse vtilem iurisdictioni Ecclesiasticæ; sed an placeat laicis, addubito. Nam nollent hanc suspensionem, nollentque separare Commissarios, ne præiudicetur litteris hortatorijs, non obstante diuersitate, & maiori grauitate delicti Commissariorum. In casu autem, quo hæc laicis non placebit, poterunt censuræ suspendi ex gratia, & ad beneplacitum Sanctissimi, ac Sedis Apostolicæ, tum quoad Magistratus, siue Officiales, tum quoad Commissarios, & alios, dummodò tamen ad ipsorum instantiam committatur causa, vel per libellum supplicem, vel per commissionem ad S. Congregationem Immunitatis, vt cognoscat super sententia declarationis censurarum ab Episcopo inflicta; debet tamen persisti in prima, & secunda conditione.

Tertia conditio sit. Absoluantur ad cautelam Magistratus, siue Officiales, præuia redintegratione, & cessatione à molestijs, vt supra; Commissarij verò absoluantur simpliciter cum narratiua excessuum, & ob præsentationem hortatoriarum relinquantur in censuris, aduertendo Nuncium, siue alium delegatum, vt moneat Commissarios, & cum reseruatione agnoscendi postea causam cēsurarum super dicta præsentatione hortatoriarum. Siue absoluantur post absolutionem simpliciter limitatam ad excessus simul cum Magistratibus, siue Officialibus ad cautelam, ponaturque in Epistola Nuncio, vel alij delegato missura verbum *& alij*. Difficultas erit in executione. 39

Quarta conditio sit. Absoluantur ad cautelam tum Magistratus, siue Officiales, tum Commissarij cum hac tamen differentia. Magistratus, siue Officiales à Confessario, Commissarij à Nuntio, siue ab alio delegato in aliqua Capella. In hanc conditionem fateor non esse deueniendum, nisi in casu necessitatis, vel cui nulla spes est ad euitandum maiora mala. 40

Quinta conditio sit; quod censuræ declarentur nullæ quoad Magistratus, siue Officiales; & quoad Commissarios videatur de iure. Hanc conditionem propono tantùm, sed non admitto; quia si non præiudicatur quoad litteras hortatorias, præiudicatur tamen quoad censuras, quæ, vt verior fert opinio, declarari possunt absque partis citatione, quando delictum est notorium, cùm præcipuè agatur de violata immunitate, eòque magis quando citatio redditur difficilis, & periculosa, ideòque dicitur in hisce casibus non fuisse solitum citare partem. 41

Vltima conditio sit. Absoluantur Magistratus, siue Officiales ad Cautelam, vt supra; Commissarij verò ab Auditore Cameræ vigore appellationis, vel nullitatis, aut restitutionis in forma. Verùm cùm prætendatur, quod hæc absolutio vigore appellationis, non detur in casu violatæ Immunitatis, considerandum est, an hoc sit verum, cum non videatur subsistere, nisi excludatur ex eo, quod delictum sit notorium, & manifestum; quod laici semper negabunt. 42

Ex conditionibus propositis approbo præ cæteris primam vti meliorem, deinde secundam, in quibus omninò est persistendum; quod si illas laici non amplectentur, deueniri poterit ad suspensionem censurarum ex gratia, & ad beneplacitum Sanctissimi, ac Sedis Apostolicæ quoad Magistratus, siue Officiales, & quoad Commissarios, & alios, dummodò tamen quod ad instantiam ipsorum committatur causa, vel per libellum supplicem, vel per commissionem ad Sac. Congregationem Immunitatis, vt videatur de validitate, & iustitia sententiæ declaratoriæ datæ ab Episcopo, vt supra monui. 43

In has conditiones placuit adducere aliquas obseruationes. Porrò absolutio à censuris ad cautelam nunquam datur, nisi cum dubitetur de illarum validitate, quia si earum validitas esset clara, non esset danda absolutio ad cautelam, sed simpliciter; & ideò statim ac absolutio datur ad cautelam, videtur necessariò constare de dubitatione super validitate censurarum. Cùm igitur tractetur dare absolutionem ad cautelam Magistratui, siue Officiali- 44

bus, quamuis videatur dubitari de censuris, poterit tamen id referri defectui citationis Magistratus, siue Officialium; nam quoad ipsos non potest contingere casus talis notorij, in quo nulla ei defensio competere posset, ideòque tolerari hoc poterit ob bonum pacis. Neque ex hoc infertur dubitatio, quod hortatoriæ non sint illicitæ, ac prohibitæ, maximè autem cum ante absolutionem redintegranda est Ecclesia, siue Episcopus, vel pars læsa,

45 Id autem non videtur, quod possit habere locum in Commissarijs, si præter notoriam executionem Hortatoriarum plures commiserint excessus absque vlla excusatione legitima; vt si cum hominibus armatis, & de facto præceptis, alijsque actibus spoliarent ministros Episcopi, ipsumque Episcopum iurisdictione Episcopali, vt proindè magnum improbitatis exemplum præberent, magnæque offensioni essent, si ipsis concederetur absolutio ad cautelam, ea qua ostenderetur dubitari de validitate censurarum contra ipsos,

46 Ac ideò quoad Commissarios censetur minùs præiudicialis conditio concedendi absolutionem simpliciter, sed cum narratione, ac restrictione excessuum ab ipsis commissorum. Nam præcedente satisfactione redintegrando Ecclesiam, & Episcopum, & partem, satis etiam remanet redintegrata immunitas Ecclesiastica per dictam absolutionem simplicem, qua confitebuntur Commissarij suos excessus notorios sibi præiudiciales,

47 Et quanquam non reciperent absolutionem pro delicto à se commisso in præsentatione, & executione hortatoriarum, nihilominùs cùm hoc delictum maximè adscribendum sit Magistratui, siue Officialibus, à quibus iussa est illarum executio, & cum eisdem concedatur absolutio ad cautelam ob dubitationem defectus citationis, videtur conniuendum quoad Commissarios super executione ab ipsis facta, & saltem sufficeret illos monere, vt quoad reliqua non comprehensa in absolutione consulant conscientiæ suæ,

48 Poterit quoque, si placebit, prius dari Commissarijs absolutio simplex limitatè pro excessibus, & postea pro hortatorijs ad cautelam non solùm Magistratui, siue Officialibus, sed etiam alijs in genere, atque ita Commissarij quoque essent absoluti ad cautelam pro executione hortatoriarum, cùm quoad ipsos poterit etiam habere locum ratio illa, quod absoluti sunt ad cautelam ob dubium defectus citationis, Immò ex hoc diuerso procedendi modo ad absolutionem inter Magistratum, siue Officiales, & Commissarios comprobabitur validiùs, datam esse absolutionem Officialibus ad cautelam, non pro dubitatione hortatoriarum, sed censurarum, nam alioquin danda esset absolutio simplex, etiam Officialibus, siue Magistratui, quemadmodum danda est Commissarijs ob notorietatem suorum excessuum,

49 Quod verò ad commissionem causæ pro maiori facilitate, & ad euitandum difficultates de non interposita appellatione, vel de non apponenda nullitate, vel non petenda restitutione, vel recursu, præcipuè si nemo petat absolutionem ad cautelam, pro qua necessariò exigitur mandatum speciale, ac etiam ne appareat signatura Sanctissimi, neque solitum sit cognosci causas iudiciales à Congregatione Immunitatis, videtur remittendam esse rem totam ab ipsa Sacr. Congregatione ad Nuncium, vel alium delegatum,

50 Neque omittendum putarim, quod redintegrata Ecclesia, vel satisfacto Episcopo, & parte, non euanescunt Hortatoriæ, illarumque effectus. Nam hortatoriæ non conceduntur, vt committantur excessus à Commissarijs, sed vt amoueantur Vicarij, vel vt Episcopi desistant à perturbatione regiæ iurisdictionis, & ideò ex redintegratione Ecclesiæ, & satisfactione Episcopi, vel partis quoad excessus Commissariorum, non satis fit executioni hortatoriarum, nisi illas reuocando, & reponendo omnia in pristinum; quod cum obtineri non poterit, videtur sufficere, nullum facere actum verum approbationis, vel reuocationis censurarum, quas Episcopus propter hanc causam declarauit. Et licèt absolutio ad cautelam inducat dubitationem censurarum, vt dixi, cum tamen id attribui possit dubitationi citationis, nullum etiam infert præiudicium reuocationi in dubio hortatoriarum. Atque idcircò non videtur, quod in hac re locum habeat exemplum lædentis immunitatem Ecclesiasticam. Nam in tali casu, quamuis ob restitutionem censeatur reuocatum esse mandatum extractionis ab Ecclesia, nihilominùs, præter quam quod est manifestum, quod huiusmodi mandata non conceduntur in scriptis à Iudicibus laicis, quodue non sufficeret restitutio, nisi etiam constaret de reuocatione mandati cum omnibus inde sequutis; quod, etiamsi sufficeret, id esset, quia mandatum datum fuerit pro ducendo extractum in carcerem, & ideò facta Ecclesiæ restitutione dici poterit, redintegratam esse immunitatem. Hoc autem cessat in hortatorijs, vt supradictum est; quare non obstat, quod quando interuenit recursus, & præcedit satisfactio, rationi congruit, quod violator absoluatur ad cautelam. Id namque nullatenus verum est; quoniam hoc modo omnes censuræ controuerti poterunt, ac reddi dubiæ, cum, vt sæpè dixi, absolutio ad cautelam præsupponit dubitationem validitatis censurarum, quæ dubitatio non adimeretur satisfactione, sed est necessaria confessio, sine qua delictum non condonatur,

CONSVLTATIO XIV.

An stante dispositione Sacr. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 12. §. distributiones verò de reform. quod punctaturæ distributionum accrescant solis interessentibus diuinis officijs, seruanda sit consuetudo, quod dictæ punctaturæ distribuantur peræquè inter Canonicos, itaut de ijs æquè participent tam interessentes, quàm non interessentes diuinis, immò etiam ipse punctatus?

1 Respondendum est negatiuè. Primò quoniam, qui non intersunt diuinis officijs, amittunt ipso facto ante aliquam Iudicis sententiam distributiones, vt patet *ex cap. vn. §. qui verò, de Cler. non resid. in 6.* & colligitur etiam ex Concilio Trident. *d. sess. 24. cap. 12.* Accrescunt verò tales distributiones alijs Clericis, qui intersunt diuinis officijs. Ita Glos. *in Clem. 2. de at. & qual. & ord. pref.* & in *Clem. 2. de vit. & honest. Cler.* Gig. *cons. 144. num. 30.* Rebuff. *in concord. Gall. rubr. de collat. §. 1.* Gemin. *in d. cap. vn. de Cler. non resid. in 6. num. 10.* & ibi Franch. *num. 4.* Sarnen. *de visit. lib. 1. cap. 15. num. 25.* Nauar. *in sum. cap. 25. n. 123. & de orat. & hor. can. c. 7. n. 34. & miscell. 59. de orat. n. 9.* Cassad. *dec. vn. de Cler. non resid.* Azor. *tom. 2. lib. 7. cap. 7. q. 8. & 9.*

2 Potest tamen in aliquibus locis esse consuetudo, vel statutum, vt non accrescant interessentibus, sed in Ecclesiæ vtilitatem conuertantur, Glos. *in d. Clem. 2. de at. & qual.* Franc. Marc. *p. 2. dec. 882. num. 6. & 7.* Monald. *cons. 27. num. 4.* quod si omnes absint à diuinis officijs, tunc communis sententia est, distributiones esse applicandas Ecclesiæ, Couar. *lib. 3. var. cap. 13. num. 7.* qui citat Gemin. *in d. cap. vni de Cler. non resid. in 6. num. 5.* & ibi Franc. *num. 3.* Cassador. *d. dec. vn. & sentiunt.* Azor. *d. quæst. 8.* Gig. *d. cons. 144. num. 30.* ac fuisse decisum in Sacra Rota, testatur idem Cassad. *num. 3.* ac fauet Concilium Trident. *sess. 22. cap. 3. de ref.* cum ait, distributiones amissæ ob aliquorum absentiam, erogentur in vsum fabricæ Ecclesiæ, vel loci, causa communis pietatis extructi.

3 Verùm hæc doctrina pugnat cum decreto S. Congregationis Episcoporum, ac Regularium negotijs præpositæ, & S. Congregationis Concilij, & cum ipso Concilio Tri-

Tridentino, vt ex sequenti decreto in *Calliensi* die 17. Ianuarij 1577.

4 *Vistesi in Congregatione le proposte del Capitolo, e risposte di V. S. si è risoluto, che quanto all'applicatione delle distributioni quotidiane si habbia da osservare il decreto già fatto fin dall'anno 1571. dalla Congregatione del Concilio, cioè, che per il cap. 3. sess. 22. portiones absentium, quas iubet diuidi proportionaliter inter interessentes, non applicari pio loco. E procede, quando la terza parte di tutte le dignità Cathedrali, & altri corpi di entrata, iui enumerate fusse stata pigliata, e conuertita in distributioni quotidiane per quella sola ragione, che in Ecclesia nulla essent distributiones quotidiana, vel ita tenues, vt verisimiliter negligerentur. Ma il terzo capitolo della sess. 22. che da facoltà d'applicare le portioni degli assenti a luoghi pij, prenede solamente in tre corpi d'entrate, cioè Dignità, Personati, & Officij, & così non comprende Canonicati, nè altra sorte di portioni simili, & ha luogo, ancorche non adesset illa ratio, quod nulle, vel tenues distributiones essent. E così si riducono a concordia questi due capitoli. Et de iure communi distributiones quotidiana debent dari præsentibus, qui diuinis intersunt, & inseruiunt, nec possunt aliter applicari per il cap. 1. de Cler. non resid. in 6.*

5 Quatenus igitur consuetudo, vel statutum, immò & Concilium prouinciale aliud disponeret, vel sunt explicanda iuxta decretum adductum, vel nulla ipsorum habenda est ratio, tanquam contraria dispositioni iuris communis, & Concilij Tridentini. Vndè multominùs Episcopus potest applicare fabricæ, vel alteri pio vsui distributiones amissas à non interessentibus modo explicato, vt declarauit eadem S. Congregatio Episcop. in *Milutensi* 17. Aprilis 1602. & antea in *Castellanetensi* 13. Iunij 1589. licèt eadem S. Congregatio 16. Iunij 1601. dixerit: quod punctaturæ dari debeant interessentibus quamuis ex decreto Episcopi applicandæ essent alijs pijs vsibus, nisi adesset statutum in contrarium. Nam etiam hoc statutum est contra ius commune.

6 Deindè in Concilio Trident. *d. sess. 24. cap.* 12. dicitur, eos, qui non intersunt diuinis officijs, percipere non posse distributiones, sed illas accrescere interessentibus, quauis collusione, & remissione exclusa. Ergo Canonicus absens non potest distributiones hoc modo distributas retinere. Et quamuis nonnulli censeant, non esse prohibitum remittere distributiones præteritas, si absit omnis fraus, & conuentio, sed solùm esse prohibitum de remittendis in futurum, vt probabiliter putat Moner. *de distrib. p. 3. quæst. 5. num.* 8. & ante Concilium Tridentinum hoc licitè potuisse fieri, vt affirmat Glossa, communiter recepta *in d. cap. 1. de Cler. non resid. in 6.* & *in cap. 1. de verb. signif.* quia cum huiusmodi distributiones accrescant ijs, qui intersunt diuinis officijs, quilibet partem sibi accrescentem alteri remittere potest; attamen tenendum est, post Concilium id non licere; Ita sentit Nauar. *Miscel. 59. de orat. num.* 3. Vbi ait, sententiam Glossæ esse per Concilium Tridentinum sublatam, Steph. Durant. *lib. 3. de ritib. Eccles.* vbi dicit, prædictam Glossam esse nunc delendam, Azot. *tom. 2. lib. 7. c. 7. q. 9.*

7 Hæc opinio est certa, & fauet cultui diuino. Nam alioqui daretur occasio Canonicis, vt absint à Choro, sperantes sibi faciendam esse remissionem, siue distributionem à suis Concanonicis, & ita etiam ipse Canonicus cogeretur, saltem ex gratitudine, hoc ipsum facere alijs Canonicis in diminutionem cultus diuini. Et ita censuit S. Congregatio Concilij in *Vrbinatensi die* 10. *Martij* 1663. *ad d. c. 12. sess. 24. & c. 3. sess. 21. de ref. nimirum huiusmodi consuetudinem non esse tolerandam.* Et sicut ipsi Canonici non possunt remittere distributiones ob non residentiam, pariter neque eas potest remittere Capitulum, vel Episcopus, vt notant Menoch. *de arb. cas.* 429. *num.* 6. Nauar. *de orat. & hor. can. cap.* 22. *miscell.* 14. *num.* 48. & *cons. 7. de Cler. non resid. num.* 3. prout neque etiam Collegium Canonicorum sine Episcopo potest statutum condere de modo diuidendi distributiones, Monet. *p. 2. de distrib. quæst.* 15. *num.* 26. licèt Azor. *tom. 2. lib. 7. quæst.* 17. & Franch. *in cap. Consuetudinem in §. statuimus num. 2. de Cler. non resid. in 6.* putent, posse id facere, quando nihil constituit contra Episcopi iurisdictionem, nec contra ius commune.

8 Illud mihi probatur, nempè si is, qui distributiones accepit, sibique applicauit, donet ei qui propter absentiam amisit distributiones, tunc valida est donatio, & poterit eas retinere, Glos. *in d. cap. vn. v. suas, de Cler. non resid. in 6.* & ibi Gemin. *n.* 10. Nauar. *d. miscell. 59. num. 4. & 5.* Azor. *d. cap. 7. quæst. 9.* Monet. *d. p. 3. quæst. 5. num.* 6. Nam Canonicus est dominus distributionum. Ergo sicut eas potest donare alijs, poterit etiam donare Canonico, qui propter absentiam à Choro eas amisit.

9 Neque obstat Sac. Concilium Trident. *loco cit.* quia prohibet remissionem, non autem donationem. Nec propriè loquendo idem sunt remittere, & donare, vt notat Dec. *in l. si quis obligationem, ff. de regul. iur. num.* 6. quare Glos. *in cap. statutum §. si quid autem, v. Remissione*, ait, quod quamuis Canon, vel lex prohibeat remissionem alicuius rei, potest tamen ea donari post factam restitutionem, dummodo absit omnis fraus. Neque ex hoc datur absentiæ occasio; nam qui distributiones amittit, non solet eas recuperare, postquam alijs Canonicis sunt traditæ præsertim cùm reddantur, semota omni fraude, collusione, & conuentione. Si verò fieret pactum, vt præsentes redderent distributiones absentibus, etiam postquam sibi fuerint applicatæ, donatio tanquam facta in fraudem legis est inualida. Et ita intelligo declarationem S. Congregationis Episcop. in *Casalensi* 8. Iunij 1612. quod scilicet donari possint à quolibet Canonico distributiones quotidianæ pro parte sibi contingente, etiam ei, qui non interfuit.

CONSVLTATIO XV.

An manutentio altarium, quæ sunt de iure patronatus, ac ornamentorum necessariorum pro eisdem altaribus, spectet ad ipsos Patronos, an ad Ecclesiam, in qua dicta altaria sunt erecta, stante consuetudine, quod Patroni nunquam fuerint coacti ad dictam manutentionem, sed eandem impensam præstiterit dicta Ecclesia, prout hodie supplet impensas mapparum, & omnium paramentorum Sacerdotalium. Nec beneficiati, qui habent capellanias erectas in dictis altaribus, possunt eidem manutentioni concurrere, stante reditus tenuitate vix excedentis onera missarum, quæ dictis Capellanijs annexa sunt?

1 RESpondeo cum Sac. Congregatione Concilij in Vrbinatensi sub die 10. Martij 1663. *ad cap. 7. sess. 21. & cap. 9. sess. 22. teneri Ecclesiam ad limites consuetudinis legitimæ; in reliquis, prout de iure.*

2 Porrò altaria esse dotanda ab erectoribus pro congrua manutentione, docent Fusch. *lib. 1. de visit. cap. 21. n.* 10. Pax Iordan. *tom. 1. lucubr. lib. 5. tit. 10. num.* 33. & facit *c. Ecclesia vel altaria de consecr. d.* 1. vbi statuitur, quod altaria superflua destruantur. Huiusmodi autem sunt, quæ non sunt dotata, quia non possunt congruè manuteneri in ordine ad offerendum sacrificium, cuius causa sunt erecta.

3 Id tamen non habet locum, quando Ecclesia ita esset dotata, vt posset congruenti modo manutenere altaria, & longo tempore manutenuerit; quia tunc dos Ecclesiæ censetur etiam dos altarium. Oportet autem, quod ista dos sit instituta pro manutentione Ecclesiæ, non autem inseruiat pro manutentione ministrorum. Quia

prouentus destinati pro Ministris non debent diminui, vt prouideatur altaribus, cum iam ad ipsos ius acquisiuerint; quare aliundè erit prouidendum de dote.

4 Quod si Ecclesia non est sufficienter dotata, potest fieri præceptum patronis beneficiorum, vt intra competentem terminum prouideant altaria omnibus necessarijs, vel vt dotem augeant sub pœna priuationis eorum iuris, eo autem elapso, & non parito, ad priuationem procedi potest. Hinc altaria inornata, & indotata posse ab Episcopis, & à Regularibus concedi alijs patronis, qui eis prouideant, si proprij post tertiam monitionem cum aliquo interuallo, vel termino, non adeò coarctato, ab Ordinario faciendam, id præstare negligant, vel recusent, censuit Sac. Congregatio Episcop. *in Mutinensi* 2. Maij 1601. & 16. Februarij 1604. ac alibi sæpè. Præceptum autem de dote augenda fieri quoque potest, etiamsi in fundatione fuerit sufficienter assignata, & deindè tractu temporis fuerit diminuta. Patronus quippè, qui dotem insufficientem assignauit, dicitur benefactor, non patronus. Vndè, etiamsi Episcopus consenserit, vt hæc dos sit sufficiens, non idcircò fit patronus, Glos. 1. *in cap. quicumque* 2. 16. *quæst.* 6. Viuian. *de iurep. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 56. & Sperell. *dec.* 68. *num.* 11. *in fin.* qui etiam *num.* 12. ait, patronum, qui dotem insufficientem beneficio assignauit, posse compelli ad præstandam congruam sustentationem beneficiato, vel ad patiendum beneficij Ecclesiam alteri Ecclesiæ vniri, & ita testatur, fuisse decisum à Sac. Congregatione Concilij; quod procedere etiam in patrono altaris, siue Capellæ, firmat Lambert. *de iurep. lib.* 1. *ar.* 19.

5 At si patronus ab initio assignauit dotem sufficientem pro mercede Sacerdotis, & ornamentorum manutentione, tunc Rector tenetur prospicere Ecclesiæ, Capellæ, vel altari, Sperell. *loco citat. num.* 11. Si verò nec patronus, neque Rector possunt necessaria ministrare, & alter necessitati opportunum remedium præberi nequit, tunc Episcopus poterit pecuniam destinatam pro celebrandis missis, vel anniuersarijs, ad tempus in eandem necessitatem conuertere per textum *in l.* 1. *C. de expens.* Im. *lib.* 11. Io. Andr. *in cap. fin. extra de testam.* & tradit Ricc. *dec.* 123. *par.* 2. ac Genuens. *in prax. cap.* 54. *num.* 5. sed perpendenda nunc sunt decreta Sac. Congregationis Concilij *de celebrat. Missar.* cum suis declarationibus, vt rectè obseruauit Episcopus Lyciensis in sua 2. *Synodo diœcesana*, §. 2. *in annot.*

6 Quanta autem debeat esse dos altaris, pendet ex circumstantijs ministrorum, loci, seruitij, temporis; & ideò relinquendum est arbitrio Episcopi, Roch. *de* Curt. *de iurep. par.* 3. *quæst.* 8. *num.* 172. Lambert. *eod. trat. lib.* 1. *par.* 5. *quæst. princ.* 21. *num.* 16. Selu. *de benef. quæst.* 5. *requis.* 8. *num.* 165. & Fusch. *de visit. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 11. Inter cætera considerandum consuetum seruitium, & apparatus aliorum altarium, quæ sunt in eadem Ecclesia iuxta *l. Titia* §. *seia ff. de aur. & arg. leg.* ne detur inæqualitas, quæ diminuit splendorem.

CONSVLTATIO XVI.

Aliquando Regulares in China, Tunchino, Cocinna, cæterisque Regionibus Vicariorum Apostolicorum curæ commissis degentes nolunt præstare ea, quæ præcipiuntur, aut abstinere sese ab ijs, quæ prohibentur à Summis Pontificibus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ; quo posito quæritur?

1 *Vtrum tales Regulares possint sese inuicem ab hac excommunicatione absoluere?*

2 *An Missionarij regulares in supradictis locis degentes possint validè virtute alicuius priuilegij absoluere à casibus, quos Vicarij Apostolici ibidem sibi reseruarunt, aut reseruabunt?*

3 *An Regulares Missionarij in supradictis locis degentes gaudeant facultate, quam vocant omnimodam Summorum Pontificum Adriani VI. & Leonis X.* Motiuum huius dubij est, quia Patres Domincani, & Iesuitæ in multis Coniugijs contractis in primo affinitatis gradu, virtute illius facultatis dispensarunt, immò ipsimet Vicarij Apostolici cùm certò sciant se hac facultate carere, ab ijsdem Missionarijs Regularibus nonnunquam postularunt, vt aliquos coniuges, qui cum tali impedimento contraxerant, dispensarent, vt eorum saluti prospiceretur. *Die 7. Octobris 1682. Sanctissimus Innocentius XI. concessit facultatem Præfecto Missionis Brasilij, Ordinis Capuccinorum dispensandi super impedimento in primo gradu affinitatis ex copula illicita in foro conscientiæ, illamque communicandi.*

Supposito, quod præfati Regulares non poterint in tali gradu affinitatis dispensare, an concedenda sit Missionarijs facultas dispensandi cum ijs, qui in omnibus prædictis locis in primo gradu affinitatis matrimonium contraxerunt, cum quibus supradicti Regulares dispensarunt.

4 *An ijsdem Missionarijs eadem facultas dispensandi concedenda sit cum omnibus, qui à 30. annis, & supra in supradictis locis ignorantia iuris in supradicto affinitatis gradu contraxerunt.*

5 *An sit concedenda facultas dispensandi in primo affinitatis gradu tam quoad matrimonia futura, quàm præsentia?* Ratio petitionis est, quia Tunchinenses præsertim, & Coccincinenses solent mortua prima vxore matrimonium contrahere cum præmortuæ vxoris sorore ob prolis sumptæ amorem, ne si alienam ducerent, proles ex prima vxore suscepta malè à secunda vxore tractaretur, ac educaretur; præterea quando secundas nuptias cum sorore prædefunctæ vxoris contraxerunt, nolunt, aut saltem ægerrimè ferunt ob supradictas causas ab ea separari. Vndè timendum esset, ne fidei Catholicæ renunciarent, & antequam dispensatio à Sancta Sede obtineretur, & obtenta ad illas remotissimas partes perueniret, plures anni elabescerent, quos supradicti coniuges ducerent in concubinatu, aut potius incestu, posset limitari hæc facultas ad solos Vicarios Apostolicos, cum potestate tamen eam ad Prouicarios tantum communicandi, onerando super hoc eorum conscientiam.

6 *An concedenda sit Vicarijs Apostolicis, eorumque Prouicarijs facultas infidelium connubia dissoluendi, cum id in animarum salutem, & in bonum cedat Religionis Christianæ?* Motiuum huius petitionis oritur ex eo, quod multi eiusdem naturæ casus occurrunt, in quibus talis facultas necessaria videtur. Viri namque infideles ducunt vxores pariter infideles, quæ post aliquot annos in lepræ morbum incidunt, & à suis maritis sunt relictæ, viris autem earum Christianos fieri volentibus, & alias Christianas vxores ducere, interrogandæ fuerunt priores eorum vxores leprosæ, vtrum similiter vellent fieri Christianæ, quæ se velle responderunt, vt à Christianis, vt assolet, nutrirentur, aut à maritis non omninò deserantur. At in supradictis casibus facultas dissoluendi duo matrimonia supradicta necessaria videtur, cum præsertim vxores leprosæ consentiant, vt mariti, qui cum ipsis leprosis vxoribus nolunt habitare, nec possunt seruare castitatem, alias ducant vxores; si verò talis facultas non conceditur, *quæritur, quid in tali casu sit agendum cum supradictis vxoribus, & maritis?*

7 An sit concedenda facultas specialiter dispensandi in quodam matrimonio contracto cum eo, qui præmortuæ vxoris Sororem duxit, ex quo matrimonio quintuplex proles suscepta est?

8 *An concedenda sit facultas pro religiosis iam missis, & in futurum mittendis in Missiones Vicariorum Apostolicorum vtendi vestibus more Sacerdotum sæcularium, vt faciliùs, & vtiliùs possint decorari inter neophitos, quibus Religiosorum vestimenta sunt prorsus insolita, & ignota, quique possent ex vestimentorum diuersitate pati scandalum, & infideles ob eandem nouitatem possent etiam persecutionem mouere?*

Ad 1.

1 Ad 1. non posse, nisi eis concessa fuerit eiusmodi absoluendi facultas, quam non ita facilè concedendam esse puto, cum daretur illis occasio non obtemperandi Constitutionibus Apostolicis sub spe facilis absolutionis.

2 Ad 2. Affirmatiuè, si hoc habeant in suis facultatibus. Regula tamen est, quod qui reseruat eas, ille absoluat, alioquin potestas reseruandi ei concessa inanis prorsus redderetur; quare exhibendum est eiusmodi priuilegium absoluendi ab huiusmodi casibus, quatenus existat, ne alioquin alius ædificet, alius destruat.

3 Ad 3. Negatiuè, quia facultates huiusmodi concessæ ex Leone X. & Adriano VI. fuerunt personales, ijs tantùm fratribus concessæ, qui in Bullis eorum Pontificum nominantur; licèt antea ipsa facultas, ac ferè omnia concessa à d. Leone, & Adriano fuerint concessa Ordini Prædicatorum, ac Minorum ab alijs Pontificibus. De Prædicatoribus constat ex Bulla Sixti IV. & de Minoribus ex Bulla Ioannis XXII. ac multa ex illis priuilegijs post Concilium Trid. Ordini Carmelitarum Excalceatorum à Clamente VIII. & Paulo V. fuerunt indulta.

4 Quod verò ad Patres Societatis Iesu possunt presbyteri eiusdem Societatis à Præposito generali per se, vel allos ad id electi, authoritate Apostolica, gratis tamen dispensate cum neophitis, in quibusuis Orientis, Brasiliæ, Perù, Nouæ Hispaniæ, & alijs vltramarinis Regionibus, Insulisque Oceani maris, ac Occidentalibus partibus degentibus, in quibuscumque iure diuino non probibitis, consanguinitatis, vel affinitatis gradibus, aut aliàs coniunctis, aut ad se attinentibus in impedimentis eiusmodi, non absentibus matrimonium inter se contrahere, & solemnizate (Secus si iam etiam scienter contraxerint) & denuò contrahere valeant. In partibus tamen, vbi locorum Ordinarij de facili adiri possunt, in foro conscientiæ tantùm, sed perpetuò. Ordinarij verò ipsi ibidem in vtroque foro, sed tantùm ad 20. annos à data præsentium computandos; de Consilio tamen, & assensu dictorum Societatis presbyterorum, tanquam adiutorum, & assessorum suorum, vbi eorum copia commodè haberi possunt. In reliquis autem Prouincijs Ordinariorum præsentia destitutis, vel ab eis ducentis millibus passuum remotis, ijdem presbyteri per se in vtroque foro possunt in prædictis dispensate; possunt etiam prædicti Sacerdotes in ijsdem locis denunciationes, & alias extrinsecas solemnitates, ac cæremonias, cum id expedire, aut necesse esse visum fuerit, omittere, prolemque susceptam, aut suscipiendam legitimam declarare, vt habetur in Compendio priuileg. Soc. Iesu, & apud Thomam à Iesu *de procur. Gentium salute propè finem lib.* 10.

5 Quoad 4. *nihil*. Constat ex supradictis huiusmodi Regulares habere has facultates. Nec credendum est, quod viri Religiosi dispensauerint in huiusmodi impedimento sine hac facultate cum damnatione suarum, & animarum eorum, cum quibus dispensauerint, permittendo eos viuere in continuo concubinatu, ac incestu, & proles inde secutæ sint illegitimæ. Et quatenus illam non haberent, videtur concedenda, cum illis conditionibus, quæ leguntur in facultatibus, datis Iesuitis.

6 Ad 5. etiam *nihil*. Cùm non videatur subesse hæc necessitas, dum in illis partibus sunt Vicarij Apostolici Regulares, & forsan Episcopi, qui hanc facultatem habent; quatenus verò subesset necessitas, poterit concedi facultas, vt supra.

7 Ad 6. quoad præsentia, siue præterita poterit concedi, si & quatenus subsit necessitas, & cum conditionibus, vt supra; quo verò ad futura *cap. Deus de diuort. ad rem* Innoc. III. Vbi sic decernit: *Deus, qui Ecclesiam suam &c. quia dispar est ritus in Liuoniensi Ecclesia de nouo ad fidem catholicam conuersorum à nostro propter infirmitatem gentis eiusdem concedimus, vt matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur, si tamen fratribus decedentibus sine prole, vt semen defuncti iuxta legem Mosaycam suscitarent, cum talibus contraxerunt; ne tales sibi de cætero, postquam ad fidem venerint, copulent prohibentes.*

Ad 7. Quoad facultatem dissoluendi matrimonia 8
infidelium, Negatiuè. Matrimonium namque tum iure naturali, tum diuino est indissolubile. Et licèt Iudæis fuerit permissum Matrimonium consumatum dissoluere, *Deuter.* 24. At post legem Euangelicam *Matth.* 5. & 19. nec Iudæis, nec Gentilibus, neque Christianis permissum est vinculum matrimonij consumati dissoluere. Solùm enim fauore fidei matrimonio infidelium conceditur dissolutio, si alter ad fidem conuertatur, altero in infidelitate remanente. Extra hunc casum vinculum matrimonij consumati tam fidelium, quàm infidelium indissolubile persistit, sola morte coniugis dissoluendum, vti tanquam de fide certum definitum est ab Alex. III. *in cap. ex parte de sponsal.* à Concilio Florentino in *Armenor. instruct.* & à Trid. *sess.* 24. *can.* 10. Quare in hoc instruendi sunt, qui Christiani fieri voluerint, quod scilicet matrimonij vinculum est indissolubile. Et matrimonium infidelium non potest solui auctoritate Principis, cui infideles subijciuntur cum in dissolutione matrimonij nullam à Deo potestatem acceperit, neque item authoritate summi Pontificis, cum eius potestas extra Ecclesiam non extendatur. Vniuersè enim scriptum est à D. Paulo *quid ad nos de his, qui foris sunt, iudicare?*

Vndè cum quidam anno Domini 1588. ex eo, quod 9
indissolubilitatem matrimonij ex significatione vnionis hypostaticæ oriri existimauerint, deducere non dubitarunt, matrimonium consumatum infidelium, cùm ad fidem conuertuntur, dissolui posse auctoritate Pontificis, eo quod non sit signum coniunctionis Christi cum Ecclesia, à Summo Pontifice Sixto V. obtinere pro viribus contenderunt, & repulsam passi sunt, in quorum sententiam Vasquez nunquam subscribere voluisse affirmat *disp.* 2. *de matr. c.* 6. *num.* 58. vbi falsissimam docet esse sententiam contrariam. Id, quod sequitur Ponc. *de matr. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. *& seqq.* Vndè quod aliqui gentiles ad fidem facilius conuerterentur, si liceret illis, dimissa prima aliam, quam magis diligunt, retinere, nulla idonea causa est, nisi laxare libidini habenas, & velle, vt Christi Euangelium libidini, & voluptati deseruiat.

Quod verò ad Leprosos seruetur *cap.* 1. *&* 2. *de Con-* 10
iug. lepros. vbi hic, & huiusmodi casus deciduntur.

Ad 8. Poterit concedi arbitrio, & prudentia Epi- 11
scopi.

CONSVLTATIO XVII.

Cùm Iudices, & Magistratus sæculares prætendant esse probabilem, immò communem Theologorum, & Canonistarum sententiam, quod possint de facto procedere pro delictis commissis ante Clericatum, etiam ad districtionem personalem Clerici, qui in fraudem iurisdictionis laicæ ad primam tonsuram se promouere fecit, vel habitum Clericalem resumpsit, ac proindè ipsos non incurrere excommunicationem, aliasque censuras Ecclesiasticas à Bulla in Cœna Domini *can.* 19. & à iure communi inflictas, posseque declaratorias censurarum tuta conscientia negligere, illisque tutò non obtemperare absque vllo peccati, vel delicti exemplo, siue offendiculo; ideò *quæritur, an, & quatenus id veritate innitatur, & quænam in hac re partes sint Iudicis Ecclesiastici, quænam Iudicis, & Magistratus sæcularis, vt vterque forus intra limites suæ iurisdictionis contineatur? Vbi quando hæc fraus præsumatur, aliaque huiusmodi.*

Casus iste vtinam frequenter non eueniret. Hanc 1
quæstionem semel, ac iterum tractaui *tom.* 1. *&* 2.

nunc tertiò illam versabo, vt penitus rem totam absoluam, & euincam. Et sanè, quod tunc possit procedere Iudex laicus contra Clericum, quando Clericatus est assomptus in fraudem, seu mala fide, & ad effugiendam iustitiam, est sententia Theologorum Molinæ Iesuitæ tom. 4. de iust. & iur. tr. 3. disp. 49. n. 21. Filiucij item Iesuitæ tom. 1. tr. 16. cap. 10. n. 265. Syluestri Dominicani in sum. v. Iudex n. 6. Dyni in l. idem Vlpianus, ff. de excus. tut. Oldradi cons. 4. ad fin. Archid. in c. Nemo n. 2. 11. q. 1. Boich. in cap. Proposuisti col. 2. de for. comp. Farinacij de inquisit. q. 8. n. 104. Iulij Clari q. 36. num. 38. ibique Baiard. litt. G. Ambrosini cap. 19. n. 15. Menochij de præsumpt. lib. 6. q. 76. n. 35. Zerolæ in pr. Episcop. v. Clericus n. 6. ac præ alijs Bartoli in l. 1. ff. de pœnis. Io. Andreæ, & aliorum in cap. 1. de oblig. ad ratioc. Albertini in cap. 1. q. 13. de hæret. lib. 6. Gottierez lib. 1. pract. q. 5. & Couarruuiæ pract. quæst. cap. 31. concl. 2. testantis de communi, de qua etiam testatur Aufret. in Clem. 1. reg. 1. fall. 11. de offic. Ordin. & de communi testatur Imol. cons. 119. n. 1. & alij, quos cumulauit Carol. de Graff. effect. 1. n. 1071.

2 Probant tum à simili ex ciuilibus sanctionibus l. si maritus, §. legis, ff. de adult. vbi qui bona fide abest Reipublicæ causa, non potest accusari, secus si absit in fraudem, & data opera, vt euitet cognitionem Iudicis. Ad idem textus in l. hos accusare, §. hoc beneficio, ff. de accusat. & in l. Et qui data opera, ff. ex quibus caus. maior. l. fin. ff. de re milit. l. 4. C. qui militare non possunt lib. 12. Tum efficacius ex eo, quod nemini sua fraus patrocinari debet, Nec potest esse mens Ecclesiæ, quod quis ita abutatur Clericatu, vt eius susceptio sit aditus, quo delicta remaneant impunita, ac proindè facilius patrentur. Quinimò Ecclesiæ mens est, vt patet ex decreto S. Concilij Tridentini cap. 4. sess. 23. de ref. alijsque similibus, pro quo etiam facit d. cap. Proposuisti de for. comp. vt quis ad assumendum Clericatum non moueatur duntaxat, vel præcipuè animo effugiendi forum laicum, vel gaudendi Ecclesiasticis priuilegijs. Apertè enim in hoc reluctatur; & ideò cum ipsius consensus non possit præsumi, quandoquidem eos tantùm vult complecti, ac protegere, qui animo deseruiendi Deo Clericatum petunt, sequitur, quod nulla ratione gaudeant; igitur & si ita assumens Clericatum fortè non peccet, vtaturque iure suo, defectu tamen consensus Ecclesiæ in illo saltem delicto non participat de priuilegio ipsius Ecclesiæ; hinc priuilegium cap. Odoardus de solut. tametsi indultum fuerit in fauorem ordinis Clericalis, nihilominùs non suffragari doloso, decidit Rota dec. 841. lib. 3. p. 3. diu. Veral. dec. 278. lib. 1. Put. dec. 251. p. 1. quod manifestè declarauit Sixtus V. Constit. Cum de omnibus contra criminosos assumentes Monachalem habitum, quos concedit posse puniri quomodolibet per laicos, eo quia assumptio præsumitur facta in fraudem; quodque approbauit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum in Clerico, qui dimisso habitu, & tonsura deliquit, & postea habitum, & tonsuram resumpsit, & Ecclesiæ inseruiuit; declarauit enim hunc gaudere fori priuilegio, dummodò non resumpserit habitum in fraudem. Idem igitur dicendum in laico in fraudem promoto; quandoquidem Clericus non beneficiatus quandiù in habitu, & tonsura non incedit, & non inseruit Ecclesiæ, fori priuilegium amittit, perindè ac si esset laicus ex decreto Concilij Tridentini cap. 6. sess. 23. Vndè quemadmodum resumens habitum in fraudem fori priuilegio non gaudet ex S. Congregationis sententia, ita nec ille, qui in fraudem Clericatum assumit; & in causa Nepesina S. Congregatio in specie hanc sententiam probauit etiam in laico, qui dicebatur prima tonsura initiatus post commissum delictum ad declinandam Iudicis sæcularis iurisdictionem.

3 Oppositum nihilominùs assero ex ijs, qui simpliciter tenent, Clericum in fraudem, vtcumque promotum gaudere fori priuilegio. Huic assertioni à fortiori subscribi debent Auctores, qui censent laicum, etiamsi ordines susceperit, postquam fuit conuentus in Curia sæculari, nihilominus nec in causis ciuilibus, neque in criminalibus posse à Iudice laico iudicari, & puniri. Hi enim absque dubio sentiunt, ordinatum in fraudem gaudere fori priuilegio, cùm fraus indistinctè præsumatur in eo, qui ordines suscepit post causam præuentam, & cœptum iudicium in foro sæculari; quod ex antiquioribus tenent plures relati à Io. Andr. in cap. magnus n. 19. de oblig. ad ratioc. & omnes in d. Cap. Proposuisti q. 2. n. 7. post eos Bellam. in d. cap. & ex recentioribus Genuens. in pr. c. 9. n. 5. Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. n. 16. Dian. p. 1. tr. 2. resol. 26. Delbenè de imm. cap. 6. dub. 14. sect. 1. n. 12. licèt varius, alij, quos adduxi d. tom. 1. Tum quia in l. non distinguemus, §. sacerdotio, ff. de arb. l. hos accusare, §. hoc beneficio, ff. de accusat. statuitur, Legatum Prouinciæ non esse accusandum de crimine, quod ante legationem commisit; quod ratione indecentiæ, & honoris debiti decernitur, l. Prætor §. 1. vel si quis sacerdotium §. fin. & l. his honoribus, §. actuis, ff. de vacat. mun. l. Idem Vlpianus, & l. Spadonem, §. si autem l. Iurisperitos, ff. de excus. & l. qui cum vno, §. reus ff. de re milit. habetur, quod si paganus accusetur de crimine, & fiat miles, non conuenitur sub primo Iudice, sed sub secundo, facitque cap. fin. de purg. can. cum alijs, quæ allegat Anchar. in cap. Ea, quæ q. 3. de regul. iur. in 6. Tum quia priuilegium exemptionis à foro est generale, nullam habens circa hoc in toto iure exceptionem; ergo generaliter debet accipi, præsertim cùm attendatur consecratio personæ, quæ viget non minus in eo, qui delictum ante commisit absque fraude, quàm cùm fraude, & eadem est indicentia, trahi Clericum ad laicum tribunal pro delicto ante Clericatum commisso, quàm pro commisso post illum. Tum quia res lite pendente deuenit ad eum casum, à quo non poterit inchoari. Ad quod facit regula Iuri factum cum alijs l. post finitam, ff. de suspect. tut. l. 4. §. 1. ff. de lib. agnosc. & quod notatur in l. nemo potest ad med. a glos. ff. de legat. 3. Tum quia fugiens ad Ecclesiam habet immunitatem, cap. inter alia de immun. Eccles. etiamsi primo fuerit carceratus; quinimò ad mortem damnatus; nam si quo tempore ad supplicium ducitur, per Ecclesiam, vel Cœmeterium transeat, gaudet immunitate Ecclesiæ, neque potest indè violenter extrahi; & est communis opinio, vt attestatur Remig. de immun. Eccles. fol. 301. in 30. fall. Et ita se vidisse in facto iudicari, affirmat Cassan. in consuet. Burgund. fol. 55. n. 121. quem refert Boer. dec. 110. post n. 8. & Clar. in §. fin. q. 30. v. Scias autem, de quo & nos aliàs; ergo fortius hac immunitate gaudere debet, qui factus est Clericus.

4 Nec valet responsio, quia confugium ad Ecclesiam materialem admittit expressè, ac præcipit Ecclesia saluos esse, qui ad templa confugiunt; at illud non admittit. Nam nullibi Ecclesia priuat expressè fori priuilegio, qui in fraudem Clericatum assumit, sed generatim absque vlla distinctione illud concedit omnibus Clericis in cap. 2. de for. comp. & statuitur in can. 15. Bullæ Cœnæ. Tum quia declaratoria nouiter orta benè opponitur post litem contestatam cap. insinuante de offic. deleg. Glos. in Clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. quam in terminis Clerici præuenti allegat Socin. sen. cons. 91. n. 24. in fine lib. 3. Ac denique quia per textum in cap. Calumnijs 14. q. 6. vbi res alterata, vel consecrata non restituitur priori domino.

5 His addi potest textus in l. qui autem, ff. si quis caut. cuius hæc sunt verba: qui autem uono priuilegio vtitur, non videtur in eadem causa sisti. Ex quo Paul. de Castro in lege præcedenti colligit, priuilegium generale, quod quis non teneatur coram tali Iudice comparere, extendi etiam ad Iudicem præuentum; quod sequitur Ias. in l. Cum quadam puella n. 9. ff. de iurisd. omn. Iud. Et pro hac parte secundum Io. Andr. in cap. Magnus de oblig. ad ratioc. bis fuit id disputationibus determinatum, placetque Archidiacono, Turrecrematæ, Geminiano, & Præposito in can. Nemo 11. q. 2. propter characterem impressum, præcipuè vbi agitur de pœna corporali.

6 Neque obstant iura contraria, nimirum l. si quis postea, & d. l. Cum quadam puella, & cap. proposuisti, quoniam in illis iuribus, si rectè inspiciantur, non mutatur forus, sed adijcitur forus foro; nam aliud est fori adiectio, aliud mutatio, l. Senatores, ff. de Senator. & l.

Sicum,

stienm, §. *item si seruus*, *ff. de exercit. act.* Per Clericatum autem mutatur status, & forum, *vt can.* 1. 53. *d.* ibi: *nequaquam studens sæculum fugere, sed mutare, can. quid proderit* 61. *d.* ibi: *In aliud vitæ genus calcata reuerentia Ecclesiasticæ disciplinæ transire*, Concilium Trid. *cap.* 4. *sess.* 23. ibi: *hoc vitæ genus elegisse*. Quinimò non tantum mutatur forus, sed etiam genus fori, *vt can. duo sunt* 12. *q.* 1.

7 In hanc opinionem inclinat Bellamer. *in cit. cap. proposuisti q.* 2. *n.* 7. *de for. compet.* ex duplici fundamento. Alterum est, quia priuilegium non est concessum Clericis in fauorem singularium personarum, sed in fauorem totius Ordinis clericalis, vt *in cap. si diligenti de for. comp.* Igitur non possunt Clerici huic fauori tacitè, vel expressè renunciare, vt ibi dicitur, & est communis Doctorum sententia, vt attestatur Boer. *super consuet. Bituricensi fol.* 26. *col.* 3. & Clar. §. *fin. quæst.* 36. *vers. secundo infertur:* Ergo nulla ratio habenda est obligationis personalis, inductæ etiam per causæ præuentionem coram Iudice sæculari. Alterum fundamentum est, quia coercitio Clerici est iurisdictionis meræ spiritualis, quæ non cadit in laicum, & cuius laicus est omninò incapax, *cap. causam de præscript.* & legitur, ac notatur *in cap.* 1. *&* 2. *& d. cap. si diligenti de for. comp. in cap.* 2. *& cap. at si Clerici de iudic.* Igitur dependentia, vel connexitas iudicij nihil facit, vt *cap. tuam de ord. cognit. cap. lator de re iudic. & cap. Causam, quæ* 2. *qui, fil. sint legit.* Quæ duo fundamenta simul iuncta secundùm Bellameram videntur dissoluere omnia argumenta contraria, quæ subdit esse sufficientia ad inducendum summum Pontificem, super hoc potestatem habentem, ad faciendam nouam Constitutionem pro Iudice sæculari, quæ hucusque à nullo Pontifice facta est.

8 Minùs obstat, quod dicitur de fraude; quia, vt respondet ibi Bellamera, hoc tantùm operatur, vt fraudulentus Clericus de huiusmodi fraude sit puniendus; sed hoc intelligitur per Iudicem suum, cum sæcularis Iudex potestatis eum puniendi sit prorsus incapax, vt dictum est. Item non obstat, quod ex fraude sua commodum quis reportare non debeat, *cap. Cum vniuersarum de rer. permut.* Et *cap. officij de testam.* quoniam hæc ratio esset attendenda, si priuilegium fori emanasset in fauorem personæ singularis. Sed non est ita; quia fuit concessum in fauorem totius Ordinis clericalis, vt pariter diximus. Ergo propter delictum, vel odium personæ auferri non debet, *vt in reg. lib.* 6. *delictum*. Sed habet locum in quacumque persona, quæ quocumque modo acquirat talem Ordinem, quia respicitur Ordo ipse, non autem modus, & intentio, quibus assumitur.

9 Tandem non obstat Constitutio Sixti V. quia redacta fuit ad terminos iuris à Gregorio XIV. & à Clemente VIII. neque S. Concilium Tridentinum, quod potius suffragatum *in d. cap.* 4. *sess.* 23. *de ref.* quia solùm prohibet Episcopis ordinare illos, qui fraude, vt fugiant iudicium sæculare, ordines suscipiunt. Frustra autem id prohiberet, si fraus illos à laica potestate non eximeret; sique voluisset sic ordinatos priuare fori priuilegio, id declarasset, quemadmodum id declarauit in Clericos non habentes qualitates *cap.* 6. eiusdem Sessionis. Nunquam enim ius nouum intelligitur corrigere ius antiquum, nisi in eo, quod expressè corrigit, Bartol. *in l.* 4. §. *Prætor ait*, *ff. de damn. infect.* alijque passim. Præcipuè cum hæc exemptio Clericorum sit de iure diuino *cap. si Imperator* 96. *d.* & non nisi ex graui causa Ecclesia potest declarare personam Clerici in aliquo casu non gaudere fori priuilegio, *arg. cap. in omni de testib.* & tradit Card. *in repet. cap. perpendimus in* 7. *oppos. de sent. excom.* Sicuti declarauit *d. cap.* 6. *sess.* 23. & in Clerico incorrigibili, vt in *cap. cum non ab homine de iudic.* in Clerico assassino, vt *in cap.* 1. *de homic. in* 6. in Clerico tabernario, vel carnifice iuxta terminos *Clem.* 1. *de vit. & honest. Cler.* in Cler. bigamo, vt *cap. vn. de bigam. in* 6. & in alijs; non autem hucusque declarauit huiusmodi ordinatos fori priuilegio non gaudere etiam quoad personam.

10 At verò, licèt hæc secunda sententia recentioribus probabilior videatur, tenendum nihilominùs omninò est, quod, & si laicus sit Iudex competens in causa Clerici in fraudem promoti, non tamen potest eum personaliter distringere, nisi persona sit præuenta. Et vbi vertitur controuersia, an Clericus fuerit in fraudem promotus, nec ne, cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, nec Iudex laicus potest procedere, nisi præcesserit declaratoria Iudicis Ecclesiastici super fraudem. Ita Io. Andr. *in d. cap. magnus n.* 19. *de oblig. ad ratioc.* vbi concordando iura, & opiniones contrarias *puto*, ait, *quod in ciuili, vel criminali nulla districtio personalis per sæcularem Iudicem fieri posse, vt ponere in carcere, vel detinere, vel similia; & etiam in criminali realis executio per ipsum sæcularem, qui inchoauit, fieri poterit, vt sic Clericatus exemerit personam quoad omnem manus iniectionem, vel districtionem, sed non exemerit causam à iurisdictione præuenientis quoad ipsius processum, & instantiam finiendam, & realiter exequendam.* Allegatque simile in *cap. sanè de for. comp.* vbi in reali est quis quandoque Iudex causæ, & non personæ; & paulò post subdit: *quæ dicta sunt de personali districtione procedere non videntur in illo, qui in carcere sæcularis Iudicis existens ibi ordinaretur. Tum quia hic præuenta est causa, & persona. Tum quia Ordo non inuenit istum liberum. Tum denique quia ex contrario nimium eluderetur iustitia.*

11 Facitque ad hæc, quod notat idem Io. Andr. in *cap. sane n.* 4. *de celebr. missar.* Vbi post Vincent. & Ostiens. *ibi*, & Glos. Ioan. *in can. quæsitum v. in patibulis* 13. *q.* 2. concludit, damnatum ad mortem suscipientem Corpus Christi iuxta textum *in d. can. quæsitum*, non gaudere immunitate; quia Corpus Christi eum captiuũ inuenit, & sic captiuum dimittit, ne videatur iustitiam damnare; & ita pluries iudicatum fuisse, refert Igneus *in l.* 1. *in princ. n.* 6. *ff. ad* Syllan. quem citat Clar. *in* §. *fin. q.* 68. *vers. sed ponè*.

12 Ioannem Andream sequuntur communiori calculo Doctores, speciatim Butr. *in d. cap. magnus n.* 9. *de oblig. ad ratioc.* ibique Cardinalis *q.* 9. Anchar. *n.* 2. *& in cap. Ea, quæ q.* 13. *n.* 19. *de reg. iur. in* 6. Socin. *in* 15. *art. princip. n.* 53. *& seq.* idem Feder. de Sen. *cons.* 97. Et hanc theoricam esse communiter receptam, testatur Aufrerius, alios adducens *in tr. de potest. sæcul. super person. Eccles. in* 1. *reg. fall.* 11. *num.* 19. & consentit S. Rota Romana *dec.* 5. *de for. comp. in antiq.* Bartol. *in d. l.* 1. *n.* 3. *ff. de pæn.* ac probat textus *in d. l. qui cum vno*, §. *reus ff. de re milit.* Couar. *d. cap.* 32. *post n.* 4. Bos. *in tit. de pæn. n.* 38. alijque plures apud Clar. *d.* §. *fin. q.* 36. *vers. Sæpè numero*, ibique Baiard. *n.* 42. *& seq.* ac ij, quos adduxi *d. tom.* 1. Et multoties probauit S. Congregatio Concilij, vt in subiectis declarationibus.

13 *Præsupposito, quod quidam Clericus initiatus prima tonsura dimisso habitu, & seruitio Ecclesiæ, dederit mandatum ad committendum prætensum delictum. Postea verò resumpto habitu, & seruitio Ecclesiæ, fuerit commissum prætensum delictum, quo tempore in habitu, & tonsura incedebat inseruiendo diuinis, dubitatur an Clericus prædictus fori priuilegio gaudeat?*

14 *Die prima February* 1607. *S. Congregatio censuit, debere vtique gaudere, nisi in fraudem habitum resumpserit, quod Iudex Ecclesiasticus respicere debebit. Ac propterea, si de huiusmodi fraude constiterit, Iudicem sæcularem eatenus in illum iurisdictionem habere, quatenus à sacris Canonibus permissa est illi iurisdictio in eos, qui post delictum commissum in fraudem ordinibus initiati sunt.*

15 Rursus quidam diœcesis Lunensis Sarzanensis in puerili ætate constitutus suscepit Ordines minores, sed deindè per viginti annos circiter nunquam gestauit habitum, neque tonsuram Clericalem, sed semper incessit, vti sæcularis, vt vti talis per dictum tempus habitus fuit. Verùm nouem, vel decem abhinc mensibus cum fuisset occisus quidam eius frater carnalis, statim resumpsit ex hoc capite, & absque aliqua adscriptione Ecclesiæ, habitum, & tonsuram Clericalem, & aliquando etiam inseruiuit Ecclesiæ, interessendo in choro diuinis Officijs, ac etiam inseruiendo missis. Modò fuit occisus pater occisoris fratris dicti Clerici, & Iudex sæcularis prætendens inquirere de dicto homicidio contra Clericum prædictum, illum carcerari fecit, & in actu capturæ

fuit

fuit inuentus sine tonsura, & cum armis, ipse verò ad declinandam iurisdictionem sæcularem exhibuit instrumentum sdorum Ordinum, ac per testes probauit à dicto tempore nouem, vel decem menses se gestasse habitum, & tonsuram clericalem, ac etiam inseruisse Ecclesiæ. Ex hoc dubitatur, nunquid debeat gaudere priuilegio fori Ecclesiastici?

16 *Die 26. Aprilis 1607. S. Congregatio Concilij censuit, huiusmodi inquisitionem, an inquisitus resumpserit habitum in fraudem, spectare ad Iudicem Ecclesiasticum. Cæterum, an talis fraus subsit, necne, ipsum magis scire posse. Itaque eius muneris esse id decernere.*

17 *Die 23. Martij 1626. S. Congregatio Concilij censuit, Clericum, qui characterem, seu tonsuram, & habitum clericalem assumpsit in fraudem, etiam post processum, & fideiussionem de se representando coram Iudice laico, gaudere nihilominus fori priuilegio, & à Iudicis laici iurisdictione liberatum esse quoad personam, si tamen Iudex Ecclesiasticus declarauerit subesse fraudem, poterit Iudex laicus procedere quoad bona,*

18 Idem censuit eadem S. Congregatio in Papiensi 23. Maij 1626. quæ etiam anno 1622. censuit, Clericum primæ tonsuræ, qui in carcerem Curiæ laicalis coniectus, ac deindè in carcere Curiæ Ecclesiasticæ depositus fuerat, eo quod ex defectu seruitij Ecclesiæ non gauderet fori priuilegio, posse à Iudice laico puniri, etiam pœna corporis afflictiua, nonobstante, quod post capturam Episcopus ei contulisset beneficium Ecclesiasticum; quia, quamuis solum beneficium eximat Clericum à Iurisdictione Iudicis laici *ex cap. 6. sess. 23. Trid.* tamen hæc qualitas superueniens illi non profuit; quia persona erat præuenta, & beneficium non reperit eum liberum per doctrinam Io. Andreæ superius relatam. Nec constituenda videtur differentia in hoc, quod ille iam esset Clericus. Etenim quoad fori priuilegium nulla est diuersitas inter laicum, & Clericum, non habentem qualitates à Concilio requisitas. Ambo enim pariformiter subijciuntur iurisdictioni Iudicis sæcularis. Vndè, sicut qualitas beneficij, quæ per se sola potest eximere, nihil operatur, quando persona est præuenta, ita nec operatur Clericatus superueniens.

19 Die 14. Nouembris 1609. proposito hoc dubio in S. Congregatione Concilij, *An Clericus, qui dum laicus esset ex causa homicidij à Iudice laico ad certum tempus in exilium damnatus, pulsusque fuerat cum eo, vt si exilium non seruaret incideret in pœnam triremium, & durante tempore exilij, prima tonsura initiatus Ecclesiasticum beneficium adeptus, exilium deinde non seruauit. Et hac de causa nouissimè inquisitus, iussuque sæcularis Iudicis in carcerem coniectus opponit exceptionem fori declinatoriam, sit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum, necne? S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum re diligenter perpensa censuit, hunc Clericum ante transgressionem exilij promotum, Ecclesiasticumque beneficium adeptum remittendum esse ad Iudicem Ecclesiasticum.* Porrò cùm inspecto tempore sententiæ, & delicto homicidij, Clericatus fuerit assumptus, & beneficium acquisitum post delictum, & nedum post præuentam causam, & personam, sed etiam post condemnationem executam. Inspecto autem tempore transgressionis, Clericatus fuerit susceptus, beneficiumque receptum ante delictum, videndum est, quod tempus attendatur. Et certè videtur attendendum hoc tempus posterius exilij non obseruati; quia in re extat expressa decisio Alberici *in l. meminisse, ff. de offic. Proc. n. 5.* qui in casu conuerso proposita quæstione de officiali Tholosano, qui Clericum ad tempus relegauerat, reseruata sibi pœna duplicationis, si ante tempus reuerteretur, & interim laico effecto ob viduam in vxorem ductam, & ante tempus reuerso, respondet, nouum Iudicem, idest sæcularem, vindicare debere; quia agitur de nouo facto, & de noua conditione personæ. Et in suis terminis id sequutum est Neapolitanum Consilium tr. de Vincent. de Franch. *dec.* 209.

20 An autem Iudex Ecclesiasticus secuta remissione teneatur stare sententiæ contra hunc Clericum latæ in foro sæculari, dum ipse laicus esset, & cogere eum ad seruandum tempus exilij, ac etiam punire ob exilij transgressionem pœna triremium, negat Velasch. *tom. 1. consult. Regni Portugal.* 44. sed de nouo cognoscere debet. Affirmat Bart. *in l. cum quedam, ff. de iurisd. omn. Iudic.* & Aufret. *de potest. secul. super Ecclesiast. reg. 1. fall.* 11. *n.* 30. At non teneri, sed posse, si velit, tradidi *tom. 1.*

Idem declarauit S. Congregatio super Episcop. & Regular. in Ianuensi 20. Iulij 1621. in Tranensi 22. Decembris 1617. & sæpius S. Congregatio Immunitatis, præcipuè in Ciuitatis Castellanæ 23. Martij 1626. & 18. Februarij 1631. ac 10. Septembris 1622. in Reatina, in qua habetur, quod Clericus post dimissionem habitus, resumens illum in fraudem, gaudet priuilegio fori quoad personam tantùm, non quoad bona. Et in Papiensi, vt habetur in Clypeo *immun. Eccles. n.* 26. declarauit, quod assumens habitum Clericalem post delictum patratum gaudet priuilegio fori quoad personam, non autem quoad bona. Et 7. Decembris 1632. Clericus effectus post delictum commissum non punitur quoad personam, nisi à Iudice Ecclesiastico. 21

22 Non obstat, quod Sacri Canones expressè, ac in specie decernunt, quod exempta persona molestari non possit in bonis, idque ne per vnam viam concedatur, quod per aliam prohibetur per textum *in cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* Estque expostulatio Genuensis *d. cap.* 8. & Bonacinæ in Bullam Cœnæ *disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 5. n. 9. & de legib. d. disp. 10. q. 2. pun. 1. n. 16.* Nam bona Clericorum non sunt ita exempta iure diuino, cum admodum exemptæ sunt eorum personæ; quod ius diuinum pertinet ad Ecclesiam declarare, vti declarauit in hoc casu ex relatis declarationibus S. Congr. Cōcilij, in quo licèt habeatur, Ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus esse constitutam, nihilominùs ita illam suis declarationibus est interpretata.

Atque ita intelligenda est declaratio eiusdem S. Congregationis in Nepesina supra relata, quæ fuit in causa N. & N. qui dicebantur prima tonsura initiati in fraudem fori sæcularis propter homicidium, vt prætendebatur ab eis patratum. Primo enim censuit S. Congregatio, eos quoad personas gaudere fori priuilegio, tametsi in fraudem fori sæcularis Clericatum assumpserint, sed quoad bona, an subsint sæculari iurisdictioni, maturius esse deliberandum. Verùm postea dum amplius prætendebatur ex parte Curiæ sæcularis Clericatum in fraudem susceptum, nedum illis non suffragari quoad bona, sed nec quoad personam, cum de hoc iterum actum esset verbum in S. Congregatione, firmatum fuit, gaudere priuilegio fori quoad personam, non autem quoad bona. 23

Et quamuis nonnulli ex Auctoribus adductis pro hac sententia senserint, Clericum in fraudem promotum esse degradandum à Iudice Ecclesiastico, & tradendum sæculari, etiam corporaliter puniendum, vt Bart. *in d. l. 1.* Anchar. *in d. regul. Ea, quæ,* & alij relati à Couar. *loc. cit.* qui amplius censet, hanc degradationem non requiri in Clericis primæ tonsuræ, verius tamen est, hunc casum, idest cum quis est promotus in fraudem, non recenseri inter eos, in quibus pœna degradationis imponitur, vt patet *in cap. Nouimus de verb. signif. in cap. Cum non ab homine de iudic. in cap. ad falsariorum de crimin. fals. & in cap. ad abolendam de heret.* Ideòque Clericum neque esse hoc casu degradandum, neque tradendū Curiæ sæculari, probat Burr. *in d. cap. Magnus col. 4.* Ac præterea Bartol. & alij asserentes, Clericū fraude promotum esse degradandum, sunt intelligendi, si Clericus talia delicta perpetrauerit, ob quæ degradationem mereatur, vt optimè declarat Cardinal. *in d. cap. Magnus in fin. de oblig. ad ratioc.* 24

Ac licèt Couarruuias *d. cap.* 32. existimet, Clericum primæ tonsuræ posse hoc casu puniri per Iudicem sæcularem, etiam pœna mortis absque vlla degradatione, eius tamen opinio, si vera est, intelligenda est procedere, dummodò Clericus sit incorrigibilis, vel aliquod delictum ex supradictis patrauerit, & fuerit traditus ab Ecclesia Iudici sæculari, præuia declaratione super delicto, alioquin sequeretur absurdum, vt Clerici primæ tonsuræ pro quolibet crimine puniri possent à potestate laica, nec vnquam fori priuilegio gauderent contra textum *in d. cap. Cum non ab homine* cum alijs, & decretum S. Concilij Trid. *cap. 6. sess. 23.* 25

Qua-

26 Quatenus igitur degradatio in illis non requiratur, adhuc tamen coerceri non possunt à sæculari potestate, nisi duobus concurrentibus. Primò scilicet, vt tradantur ab Ecclesia Curiæ sæculari, vt per Glos. *in d. cap. Cum non ab homine v. postmodum*, & est communis opinio secundùm Alciat. *ibi n.* 108. & Clar. *d.q.36.vers. Sesas autem.* Deindè, vt præcedat declaratio Iudicis Ecclesiastici super delicto, *cap. Cum secundum de heret. in* 6. Ideòque Clericus assassinus potest à Iudice laico puniri, etiam absque alia degradatione *cap.* 1. vbi Gemin. Franchus, & alij *de homic. in* 6. Et tamen necesse est, vt præcedat declaratoria Ordinarij Ecclesiastici super qualitate assassinij, vt *ibi* notant Io. Andreas, & Geminianus, estque communis opinio, teste Alex. *cons.* 166. *num.* 5. *lib.* 7. & extat de hac re *cons.* 13. Cardin. Albani, relatum à Farinac. *de inquis. q.* 8. *n.* 85. qui *n.* 109. amplius censet, etiam Clericum primæ tonsuræ, quantumuis grauia delicta commiserit, non posse à Iudice sæculari corporaliter puniri, nisi postquam illum Iudex Ecclesiasticus degradauerit, & Curiæ sæculari tradiderit, si modò habitum, & tonsuram deferat.

27 Fraus verò indistinctè non præsumitur, nisi prius laicus, qui Clericatum assumpsit, fuerit in foro sæculari conuentus, vel accusatus, aut crimine deprehensus, *arg. textus in l. fin. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consc.* vbi qui sibi mortem consciuit, non præsumitur id fecisse propter maleficium commissum, nisi prius fuerit accusatus, aut in crimine deprehensus. Ad idem textus est *in l. vlt. ff. de re milit.* vbi factus miles post commissum delictum non repellitur à militia, nisi prius fuerit postulatus, idest accusatus, vt ibi exponit Gloss. quibus concinit textus *in l.* 1. *C. de reis postul. lib.* 10. & notatur in *l. si quis postea ff. de iudic.* & *l. Si adulterium §. si eo tempore, ff. ad leg. Iul. de adult.* Docetque Dyn. in alleg. *l. idem Vlpianus ff. de excus.* & alij *in d. l.* 1. *de pæn.* & Bald. *in l.* 1. *n.* 7. *C. an seruus ex suo facto*, Gulielm. de Cun. *in l. pen. ff. si ex noxal. caus. agat.* Iacob. Buttig. *in l. si quis postea, ff. de iudic.* & Bart. *in d. l.* 1. *ff. de pæn.* qui declarantes opinionem Dyni, quod promotus sine fraude eximatur à iurisdictione primi Iudicis, dicunt, eam procedere in deliquente per sæcularem Iudicem non præuento. Ac sequuntur Oldrad. Arcbid. & alij, facitque textus *in d. cap. proposuisti de for. comp.* qui est desumptus ex *d. l. si quis postea*, in quo habetur, quod legitimè citatus tenetur coram Iudice citatè causam prosequi, licèt post citationem forum mutauerit; quem textum ibi exemplificat Ostiensis, & alij in Clerico post citationem promoto. Huiusque sententiæ est Io. Andr. *loc. alleg.* vbi apertè sentit, Iudicem sæcularem eatenus posse procedere, quatenus præuenerit, Cardinal. *ibid. col.* 4. Butr. *vbi supra col. item* 4. & apertius Feder. de Sen. *cons.* 97. vbi ait: sola commissio criminis non facit præuentionem, sed conuentio, vel deprehensio, vt in fraudem vitandæ pœnæ videatur ordinatus. Eamque tenet Anchar. *in d. cap. Ea, quæ n.* 19. *q.* 13. *de reg. iur. in* 6. vbi quærens, coram quo debeat respondere laicus post commissum delictum effectus Clericus, sic ait: *Cum ante iudicium inchoatum assumpsit Clericatum, non videtur dubium, quod coram Iudice Ecclesiastico, postquam Iudex sæcularis non præuenit.* Atque hoc ipsum videntur sentire omnes, qui censent Clericum in fraudem promotum, quoad bona adhuc subesse iurisdictioni sæculari; quia quoad bona de fraude tunc dicitur constare, quando iudicium iam erat cœptum, & causa præuenta, vel per citationem, vel per litis contestationem iuxta textum *in d. l. si quis postquam de iudic. in d. cap. proposuisti de for. comp.* & *in l. pen. ff. de iurisd. omn. Iud.* & tradit Oldrad. *d. cons.* 4. *n.* 2.

28 Itaque Iudex laicus ita demum potest procedere contra bona Clerici post delictum promoti, si in causa præuenerit Iudicem Ecclesiasticum ante Clericatum; & in hunc sensum accipienda est declaratio S. Congregationis Concilij in causa Nuscana, *in qua, cùm dubitatum fuerit, an Clericus coniugatus, qui post dimissum habitum, & tonsuram Clericalem deliquit, & pro eo delicto in Curia sæculari citatus, & condemnatus fuit, deindè resumpto habitu, & tonsura Ecclesiæ inseruire cœpit iuxta decretum cap. 6. sess. 23. possit à Iudice laico post delictum commissum iudicari, & puniri. Sacra Congregatio censuit, non posse propter idem delictum in carcerem conijci, aut personaliter distringi, modò non resumpserit habitum in fraudem, Iudicem posse processui finem imponere, & contra illum realiter procedere iuxta doctrinam Ioannis Andreæ in cap. vn. de oblig. ad ratioc.* Verba enim illa: *modò non resumpserit habitum in fraudem* non important, vt qui habitum resumpsit animo euitandi iudicium sæculare, possit indistinctè in eo foro personaliter distringi. Sed ita demum si persona fuerit præuenta, puta quia positus in carcere aufugit, aut dimissus fuit sub fideiussione. Tunc enim de fraude constare dicitur, quantum pertinet ad personalem districtionem, quemadmodum de ea dicitur constare quoad bona, quando causa est præuenta.

Et confirmatur ex dicta Nepesina, in qua S. Congregatio tandem respondit N. & N. *quamuis malè promotos, dummodò non sæcularis iudicij fugiendi fraude clericatum assumpserint tam quoad personam, quàm quoad bona exemptos esse à sæculari iurisdictione; sed, etsi in fraudem primam tonsuram susceperint, gaudere tamen fori priuilegio quoad personam, sed quoad bona subditos esse sæculari potestati, si modò iudex laicus antè illorum promotionem præuenerit in causa. Cæterum non posse Iudicem sæcularem præuenientem in bonis procedere, nisi postquam Iudex Ecclesiasticus pronunciauerit, eos in fraudem Curiæ sæcularis promotos fuisse.* Et ita resolutum. 29

Vt autem rem hanc totam illustremus, expellamusque tenebras à varijs Scriptoribus, qui illam non solùm obscurarunt, sed excæcarunt, placuit sequentes conclusiones, ceù Canones adijcere. 30

Conclusio prima. In causis ciuilibus Iudex sæcularis, qui verbaliter citauit laicum, qui postea factus est Clericus, potest causam prosequi, & diffinitiua sententia terminare. 31

Conclusio secunda. In causis ciuilibus idem Iudex potest sententiam realiter exequi in bonis Clerici. 32

Conclusio tertia. In causis ciuilibus idem Iudex non potest Clericum pro illa causa personaliter distringere. 33

Conclusio quarta. In causis ciuilibus Iudex sæcularis si pro debito ciuili realiter, idest per capturam personæ citauerit laicum, qui existens in carcere ordinatus sit Clericus, potest in causa procedere, cumque in carceribus detinere. 34

Conclusio quinta. In causis criminalibus Iudex sæcularis, qui verbaliter citauit laicum, qui post commissum delictum factus est Clericus, potest in causa illa procedere, & pronunciare. 35

Conclusio sexta. Idem Iudex potest sententiam suam exequi realiter in bonis Clerici. 36

Conclusio septima. Non tamen potest eandem sententiam exequi in personam, nec Clericum personaliter distringere. 37

Conclusio octaua. Iudex sæcularis, qui pro criminali causa realiter, idest per capturam personæ citauit laicum, qui, dum detineretur, factus est Clericus, potest eum distringere, & punire etiam in personam. 38

Harum Conclusionum præstrictio. Iudex laicus, qui in causa ciuili, vel criminali, siue per citationem, siue per capturam præuenit contra laicum, qui postea factus est Clericus, potest causam illam prosequi, ac diffinire, & exequi realiter, vel personaliter ad limites præuentionis duntaxat, & non vltra. 39

Conclusio nona. Semota fraude laicus post commissum delictum prima tonsura initiatus omninò eximitur à iurisdictione Iudicis laici tam quoad personam, quàm quoad bona. 40

Conclusio decima. Laicus, qui post patratum delictum primam tonsuram in fraudem suscepit, vt scilicet se eximeret à sæculari potestate, quoad personam nihilominùs gaudet fori priuilegio, nec potest à Iudice laico puniri, aut personaliter distringi. 41

Conclusio vndecima. Laicus, qui post delictum assumpsit Clericatum in fraudem, quoad bona subest sæculari iurisdictioni; ideòque potest à Iudice laico puniri pœna pecuniaria, & confiscatione bonorum, dummodò Iudex laicus in causa præuenit Iudicem Ecclesiasticum ante Clericatum. 42

Conclusio duodecima. Adhoc, vt Iudex laicus possit procedere contra bona Clerici in fraudem promoti, necesse, 43

cesse est, vt præcedat declaratio Iudicis Ecclesiastici super fraude, & interim debet supersedere.

44 Conclusio decimatertia. Cognitio, & declaratio, an Clericus fuerit promotus in fraudem, necne, ad Iudicem sæcularem non pertinet, sed ad Ecclesiasticum tantùm; quia, cùm agatur de Clericatu, & illius qualitatibus, siue quæstio sit iuris, siue facti, Iudex laicus nullam habet iurisdictionem; ideòque male faceret Iudex laicus trahendo indirectè, siue de facto eiusmodi Clericum, antequam esset declaratum circa fraudem, ac proinde, cùm traheret præter iuris dispositionem, innodaretur censura *can. 19. Bullæ in Cœna Domini*.

45 Conclusio decimaquarta. Laicus spurius, vel homicida licèt initiari non debeat absque dispensatione Apostolica, tonsuratus tamen recipit primam tonsuram, & gaudet fori priuilegio, licèt Ordinis executionem non habeat.

46 Conclusio decimaquinta. In illis casibus, in quibus Iudex sæcularis potest procedere contra Clericum pro obligationibus initis, vel maleficijs commissis ante susceptos Ordines, potest etiam procedere contra eum, qui professionem emisit, & è contra. In quibus casibus eximitur Clericus à iurisdictione Iudicis laici, eximitur etiam professus, cum in hac materia à pari procedant, saluo tamen eo, quod defensio causæ spectabit ad monasterium.

47 Conclusio decimasexta. Clericus etiam coniugatus, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem deliquit, & pro eo delicto in Curia sæculari citatus fuit. Deindè resumpto habitu, & tonsura, Ecclesiæ inseruire cæpit iuxta decretum Concilij Trident. *c. 6. sess. 23.* gaudet priuilegio fori, & Canonis quoad ea, in quibus non est inducta præuentio. Sed quoad ea, in quibus esset præuentus, non prodest resumptio.

48 Conclusio decimaseptima. Laicus à Curia sæculari pro criminali causa carceribus mancipatus, vel si è carceribus aufugit, vel sub fideiussione dimissus, si postea clericali charactere insignitus habitum, & tonsuram deferat, atque alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, pro eadem causa potest à Iudice laico personaliter distringi, ac puniri.

Porrò Clericus ordinatus absque fraude, siue ante patratum delictum tanquam in sortem Domini vocatus *can. Cleros 21. d.* eique consecratus *Leuit. cap. vlt.* nullatenus potest à legibus publicis, nec à potestatibus sæculi, sed à solis Pontificibus discuti, & de errore puniri *can. si Imperator 96. dist.* quippè qui non minùs ordinatione diuina, Concil. Trident. *sess. 25. de ref. cap.* 20. Concil. Later. sub Leone X. *sess. 9.* Concil. Colonien. *par. 9. c. 20. cap. quanquam de cens. in 6. cap. Sacerdotibus 11. quæst. 1. can. futuram 12. 9. 1.* cum alijs, quàm humana exemptus ab eorum iurisdictione, tum Summorum Pontificum, & Conciliorum in locis citatis, tum ex Imperatorum sanctionibus, nominatim Constantini Magni, & *in can. Constantinus 96. d.* Valentiniani, Theodosij, & Arcadij, vt *in can. Continua 11. quæst.* 1. Martiani *in l. Cum Clericus C. de Episcop. & Cler.* Leonis, & Anthemij *in l. omnes C. eod.* Iustiniani in pluribus locis *in auth. constit. 79. 83. & 123.* & aliorum ad ius Sacerdotum pertinere dignoscitur, Concil. Aquense, siue Aquisgrauense, *lib. 10. cap. 99.* 33. & eorum interest vicissi omnem illius obedientiam in virga directionis S. Paul. ad Corinth. 2. *ep.* 10. *Psal.* 44.

49 Hæc autem omnia potiori iure vindicant sibi locum in Regno Neapolitano, vt tradunt Vincentius de Franch. *dec.* 545. & Genuensis *in pr. cap. 5. num.* 4. his verbis: *Prædicta multò magis procedunt in Regno Neapolitano, in quo in nullo casu, nec in persona, nec in bonis potest Clericus à Iudice sæculari molestari, etiam propter turbatam Iurisdictionem, etiam propter offensas aures Iudicis laici iuxta textum in l. nullum C. de testibus, qui tollit exemptionem, præterquam in causis feudalibus, vt testatur Vincentius de Franch. dec. 545. per Capitulum Regis Caroli secundi, quod incipit: Item statuimus, quod Clerici ad sæcularia iudicia, in quo fit mentio de conuentione inita cum Sancta Romana Ecclesia, Afflict. & Isernia in Constit. Regni de personis. Quod procedit in rebus emphyteuticis, quas Clericus teneret à Regia Curia; quia pro illis esset conueniendus coram Iudice Ecclesiastico, sed tantùm in feudalibus conuenitur coram laico, vt dicit notabiliter Afflict. in Constit. Regni si quis Clericus. Ita quod hodie de omnibus casibus positis per Cassan. in tit. des iustices rubr. 1. §. 5. in quibus laici cognoscunt contra Clericos nullo modo per Iudices laicos in Regno cognoscitur, vt dicit Vincent. de Franch. d. dec. 545. & sic hodie per dictum capitulum Regni, quod generaliter loquitur, est resoluta illa ardua quæstio, an Clericus effectus post litem eximatur in illo casu à iurisdictione iudicis sæcularis, cum generaliter loquatur, & tantum excipiat casum feodi, ergo firmat regulam in alijs l. nam quod liquidè ff. de pœn. leg. cum alijs, & ita etiam lege Hispaniæ cautum esse tradit Velascus cons. 48. cuius legis vigore probat Clericum effectum post relegationem fuisse iustè remissum ad Iudicem Ecclesiasticum.* Hactenus Genuensis, & ego.

CONSVLTATIO XVIII.

De validitate, & iustitia declaratoriæ censurarum ob impeditam Ordinariorum Ecclesiasticorum iurisdictionem Ecclesiasticam obseruationes aliquæ.

FRequentissima est in vtroque foro hæc materia, 1
ideòque sæpius est examinanda, cùm siue ex facilitate, vel imperitia Iudicis Ecclesiastici, siue ex difficultate ipsius rei, siue ex eius grauitate, ac maturitate, cum qua Sacri Canones ad alligandum fidelium animas censuris Ecclesiasticis procedendum esse moneant, ac præcipiant, sæpius à supremis Tribunalibus Vrbis declarantur inualidæ, ac iniustæ.

Et quidem in prima parte Canonis decimi Sexti 2
Bullæ in Cœna Domini ita cauetur: *Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos, Ordinarios, quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando eorum Agentes, Procuratores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque vtantur, secundum quod Canones, & Sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, ac præsertim Tridentini statuunt.*

Hoc Canone directè Iudicum Ecclesiasticorum 3
tutela in vsu iurisdictionis Ecclesiasticæ intenditur, desumptusque videtur ex *cap. quoniam de immunit. Eccles. in 6.* ad mentem S. Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 3. de ref.* statuentis, nefas esse sæculari magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet. Ipseque Canon in Bulla Cœnæ non est antiquus, teste Nauarro *in man. ca. 27. num.* 70. A Gregorio XIII. additum fuisse putat Sayrus *de censur. lib. 3. c.* 20. à Beato Pio V. Vioaldus *p. 2. candel. in expos. Bull. Cœn. c.* 16. Alterius *de censur. tom. 1. lib. 5. disput.* 17. Duard. *ad d. Bull. lib. 2. c. 16. quæst. 1. num.* 2. & Scortia in Bullas selectas *theor. 425. col.* 2. implicitè tamen partim sub Canone XIII. partim sub XIV. XV. & & XIX. dicitur conclusus. Paulus verò V. inter verba *quomodolibet impediunt* posuit ea, *hac de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando*

eorum

eorum Agentes , procuratores , familiares , necnon consanguineos , & affines . Quæ continent peculiarem modum indirectæ impeditionis , in Regno præcipuè Neapolitano . Post hanc clausulam Vrbanus VIII. addidit, *aut aliàs*, vt omnis, & quicumque exquisitus modus excludatur.

4 Materia huius canonis est sacrilegium. Prohibetur in eius prima parte quælibet impeditio opposita Iudicibus Ecclesiasticis Ordinarijs, ne sua iurisdictione Ecclesiastica, vt conuenit , vtantur. Estque excommunicatio generalis , quia non solùm protegit vsum iurisdictionis in solis causis spiritualibus , vel eis annexis , sed in omnibus quibuscumque causis , & negotijs.

5 Per particulam autem illam , *qui* , vtpotè de se generalem , & neminem excludentem , comprehenduntur non solùm quicumque pollentes authoritate laica, siue laici sint, siue Ecclesiastici , cum ij præsertim sint , qui solent impedire Ecclesiasticam iurisdictionem, & per eos ratione authoritatis maximè læditur Ecclesiæ exemptio , sed etiam Ecclesiasticos Iudices, tam Ordinarios , quàm delegatos, quoties subiecta materia non obnititur, si indebitè, seu de facto alios Iudices Ecclesiasticos Ordinarios impediant. Secus est, si de iure, & via præuentionis , aut per recursum ad superiores, aut si habeant, vel satis probabiliter arbitrentur se habere in illis causis iurisdictionem.

6 Neque solùm per eandem particulam *qui* comprehenduntur authoritatiuè agentes, sed etiam priuatos , seu priuata vi impedientes tum ex eius generalitate. Tum ex praxi, de qua testatur P. Thesaur. *de pæn. Eccles. v. Iurisdictio c. 5. §. Amplia*. Tum quia alioquin possent sequi multa absurda, & facillimè violari, ac deludi iurisdictio Ecclesiastica ; nam Principes , & Barones , alijque Magistratus laici possent supponere personas priuatas , & facere ab illis impediri exercitium iurisdictionis Ecclesiasticæ ita , vt vix vnquam daretur casus , quo possent puniri illius violatores. Tum quia est sententia communior , quam tuentur Vgolin. *de cens. in d. Can. 16. Bulla Cœnæ*, §. 1. & tradunt Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 68. & 70. Alter. *de censur. lib.* 5. *c.* 2. *disp.* 27. Suarez *eod. tit. disput.* 21. *sect.* 2. *numero* 94. Filiuc. *trat.* 16. *cap.* 10. *quæst.* 9. *num.* 266. & *quæst.* 10. *num.* 267. Bonacina *de censur. disput.* 1. *q.* 17. *prin.* 1. *numero* 7. *art. eod. argum. lib.* 3. *c.* 17. *num.* 8. qui minus rectè pro contraria opinione allegantur , Thom. Delbenè *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 3. *dub.* 10. *sect.* 2. *num.* 11. & *dub.* 11. *sect.* 2. Alphons. de Leo , *de censur. resol.* ¶. *litt. I. v. Impedientes*. Quare non refragatur opinio Duardi , & aliorum , qui oppositum tenent, cum contra ipsos stet magis communis opinio, & ratio ipsa , Put. *dec.* 66. *num.* 3. *lib.* 3. & in dubio sequi debemus illam opinionem , quæ est fauorabilis Ecclesiæ , & Ecclesiasticæ libertati , Spetell. *dec.* 61. *num.* 29. *tom.* 1. & *dec.* 225. *num.* 130. *tom.* 2. Tum quia est securior, ideòque cùm concernat censuras Ecclesiasticas , & animarum salutem , tenenda est , vt præ cæteris firmant Abb. *in cap. inueni num.* 1. Butr. *num.* 4. & *Præposit. n. item* 4. *de sponsal.* Felin. *in cap. auditis num.* 32. *de præscript.* Rot. *dec.* 29. *num.* 9. *p.* 2. *diu.* obtinendaque absolutio cum pœnitentia salutari , vt alij similia perpetrando deterreantur ; quia in dubio semper delinquentes sunt cogendi ad recipiendam absolutionem propter periculum animarum , & communionis fidelium , ac læsionis institiæ , Rot. *dec.* 9. *numero* 2. *de sentent. excom. in nout.* & *in rec. dec.* 568. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 3.

7 Et quidem , an impeditio facta sit authoritate publica , standum aliquando est circumstantijs facti . Vt si non agatur de nocturnis , & clandestinis lacerationibus edictorum , neqne de resistentia , quæ cum minis , vel alijs priuatis actionibus facta sit , sed de excarceratione , quæ non nisi publica , & iudiciali authoritate sequi poterat ; vel si de præcepto abstinendi iniuncto executoribus Episcopalis Curiæ à publico magistratu , vel Gubernatore laico . Vel si pulsentur campanæ ad arma , quod priuata authoritate fieri non potest , sed publica , & præceptiua , quæ in Commnnitatibus etiam datur ex dispositione Sac. Concilij Trident. *sess.* 25. *c.* 9. *de ref.* Gonzal. *ad reg.* 8. Glos. 18. *numero* 68. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *num.* 102. Mantic. *dec.* 234. & 253. Burattus , eiusque Add. *dec.* 551. *num.* 9. Vndè dato etiam , quod probabilis , vel colorata esset perturbantium prætentio , non idcircò licitum esse debet sibi ipsis ius dicendo sui Episcopi iurisdictionem contemnere, sed debent superiorem adire, vt habetur *dec.* 187. *p.* 2. *diu.* præsertim vbi nullum immineret damnum irreparabile.

8 Hoc certum , quod etsi dubium esset , an hoc canone comprehendantur turbantes , siue impedientes authoritate priuata , illi tamen comprehenduntur *in d. cap. quoniam de immun. Eccles. in* 6. vbi continetur eadem excommunicatio contra impedientes exercitium iurisdictionis Iudicis Ecclesiastici , vt ibi notant Franch. *num.* 4. Gemin. *num.* 8. Anchar. *num.* 2. & docet Alter. *d. cap.* 2. Bonacina *loc. cit. d. num.* 7. *in fine* & admittit Duard. *ad Bull. Cœn. d. can.* 16. *q.* 4. *in addit litt. A.* Quod sufficit , vt sustineatur declaratoria excommunicationis , nihil refragante , an sit Bullæ in Cœna Domini , an iuris communis , cum hoc solum respiciat effectum absolutionis , quæ respectu primæ à solo Summo Pontifice concedi potest, respectu autem secundæ, etiam ab Ordinario . Vndè turbantes, vel impedientes Iudici Ecclesiastico eius iurisdictionis exercitium , posse excommunicari canonistarum authoritate firmatur apud Farinacium *de crimin. læsæ Maiest. quæst.* 114. *num.* 26.

9 Omnes item Iudices Ecclesiastici ordinarij protegnntnr , nemine excluso ob vim particulæ *omnes* . Est autem Iudex Ordinarius non is solùm , qui Ordinarius loci dicitur , vt Episcopus , vel habens iurisdictionem in loco, quasi Episcopalem , sed is omnis , qui vtcumqne habet authoritatem , seu iurisdictionem ordiuariam , prout distinguitur à delegata . Est autem iurisdictio ordinaria , quæ alicui competit ex officio, vel dignitate, siue sit ex concessione iuris , siue ex legitima consuetudine.

10 Hanc iurisdictionem Ordinariam habent præter Archiepiscopos , Episcopos, aliosque superiores Patriarchas , Primates , & Summum Pontificem cœteri omnes Prælati , quibus ratione dignitatis , muneris, aut administrationis aliqua iurisdictio , seu authoritas competit . Inter hos sunt Iudices , Ministri, & Officiales Sedis Apostolicæ , seu Curiæ Romanæ , quorum authoritas , licèt sit à Pontifice , eique modo quodam speciali subdatur , censetur tamen ordinaria ex stylo Curiæ , exceptis simpliciter delegatis ad tempus, & ad particulares causas , vel munera . Inter eosdem Iudices ordinarios enumerantur Nuntij, & Legati Apostolici . Item Cardinales , qui in Ecclesijs suorum titulorum dicuntur habere iurisdictionem ordinariam ex *cap. his , quæ* , vbi Abb. *num.* 1. ac cæteri *de maior.* & *obed.* Io. Monach. *in cap. vn. eod. tit. in* 6. Roman. *consil.* 498. Prætereà Vicarij generales Episcoporum ex *cap. tua nobis*, vbi Innoc. *de offic. Vicar.* facitque Abb. *in cap. Cum ab Ecclesiarum de offic. Ordin.* Quibus adde Superiores Regularium tam Generales, aut Prouinciales, quàm locales, eorumque Vicarios.

11 Iudices verò delegati excluduntur à protectione huius partis Canonis , in quo solùm Iudices Ordinarij exprimuntur . Ita supponunt , vel expressè docent eius Interpretes apud Sayr. *lib.* 3. *de censur. cap.* 20. *num.* 4. Verum tamen est , quod sic impediens Delegatos ab Ordinarijs innodari facilè potest , vel ex alijs canonibus , vel ex tertia parte huius canonis , vel quatenus impediens tales Delegatos indirectè dicitur impedire Ordinarios, quorum authoritate Delegati iusdicunt.

Hoc

12 Hoc Canonis beneficio gaudet Episcopus, antequam sit consecratus, Nam est Iudex ante consecrationem, cum ea, quæ iurisdictionis sunt, non consecratione, sed confirmatione acquirantur. Sola tamen electione nihil iurisdictionis acquiri, ac proindè solum modo electum non gaudere.

13 Ante tamen adeptam possessionem Episcopatus iurisdictione Episcopatus vtens hoc priuilegio non gaudet per *Extrauag. Iniunctæ de elect.* vbi dicitur, Episcopos, aliosque Prælatos superiores, & inferiores, qui à Sede Apostolica promouentur, aut confirmantur, consecrantur, seu benedicuntur, non posse ad suas Ecclesias accedere, & administrationem recipere sine litteris Apostolicis continentibus promotionem, confirmationem, &c. nullumque debere eis parere, nisi post ostensionem litterarum, & irritum esse, quicquid per eos fuerit attentatum. Quod etiam dicitur de ijs, qui pallium receperunt sine litteris huius receptionis. Ex quibus constat, quod si de facto hi possessionem acciperent sine huiusmodi litteris, non protegerentur præsenti Canone in vsu iurisdictionis. Item quod post ostensionem litterarum vigeat protectio, etiamsi nulla alia solemnitate possessio caperetur, quàm ea, quæ est per ostensionem litterarum. Siquidem de iure inter duas, sententias oppositas probabilior est illa, quam sequitur Innocentius, Ostiensis, & Ioannes Andreas, quos refert Abbas *in cap. transmissam num.* 3. *de elect.* nimirum quod Episcopus statim post confirmationem, etiam non adepta possessione possit exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, nisi legitima consuetudo possessionem insuper requirat; quia iura post confirmationem nil aliud videntur expetere *cap. nosti, cap. qualiter, cap. nihil est, d. cap. transmissam*, ibique Glos. *de elect.* Quicquid contra sentiant Ancbaranus, & Abbas *loc. cit.* Tandem constat, quod post receptionem, & alias quaslibet solemnitates capiendi possessionem non protegatur hoc Canone Prælatus, nisi possessio capiatur per litterarum congruam ostensionem; de alijs Prælatis, qui non indigent in sua dignitate litteris Apostolicis, probabile est post legitimam assumptionem protegi, etiam si aliquis solemnis actus capiendi possessionem non præcesserit, in quo tamen standum est consuetudini.

14 Iudicis autem Ordinarij formaliter proteguntur, idest prout tantùm vtuntur iurisdictione ordinaria, non autem materialiter ratione personæ, ac proindè prout vterentur etiam iurisdictione non ordinaria. Idque non solùm, quia verba legis recipienda sunt formaliter, vbi aliud non obstat, verùm etiam quia id satis insinuatur, dum dicitur, quominus sua iurisdictione vtantur. Propria enim eorum iurisdictio est, quæ ordinaria est, cum delegatus, vt nomine agit delegantis, ita etiam iurisdictione; quare proteguntur quidem personæ in hac parte Canonis, sed non nisi ratione iurisdictionis, cùm mens sit omnium Canonum pro iurisdictionibus Ecclesiasticis pugnare, & ideò iurisdictionis potius, quàm personæ habenda sit ratio.

15 Quod autem ad illam iurisdictionem, quæ Episcopis vt locorum Ordinarijs, confertur ex speciali concessione iuris, aut Conciliorum, præsertim Tridentini cum clausula, vt agant tanquam delegati Sedis Apostolicæ, distinguendum puto; quædam enim non conceduntur denuò Ordinariorum iurisdictioni, sed tantùm declaratur, ea illis conuenire, & per eos esse, ac fuisse expedienda, licèt ex prætenso priuilegio, vel aliàs aliqui in his detrectarent eorum iurisdictionem. Ideò enim, vt facilis illis procedendi sterneretur via, dictum est cumulatiuè vt agant etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, vt qui negaret id ordinariè Episcopis competere, acquiescere teneretur ijs, saltem vt procedentibus tanquam Delegatis Sedis Apostolicæ; quædam verò Ordinarijs intra limites ordinariæ iurisdictionis non conueniunt, veluti procedere in personas, res, vel loca exempta, sed eis per specialem concessionem Sedis Apostolicæ, vel Conciliorum permittuntur, etiamsi aliundè congruenter id fiat, quatenus nulli congruentius committi possunt, quàm locorum Ordinarijs; in vsu iurisdictionis circa res prioris generis Ordinarij locorum huius canonis protectione gaudent; quia spectant ad iurisdictionem ordinariam, nec illi agunt in his reuera, vt Delegati Sedis Apostolicæ, quamuis priuilegium habeant agendi tanquam tales. In vsu autem authoritatis circa res secundi generis non proteguntur; quia reuera non agant vt Ordinarij; siquidem aliàs sine delegatione ad ea non extenditur ordinaria iurisdictio, sed vt veri Delegati.

Non obstar, quod hæc delegatio sit perpetua, & 16
annexa dignitati; quia cum simus in pœnalibus, standum est toti rigori verborum, secundùm quem non dicitur propriè in his Episcopus procedere authoritate propria ordinaria, sed delegata, seu tanquam Delegatus, vt dicitur in iuribus, & in Concilio Tridentino; quod discrimen animaduertere est ex modo loquendi prædictorum iurium, & Concilij. Aliquando enim dicitur ampliatiuè, quod agant *etiam* tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, vt in *cap.* 10. *sess.* 24. *& in cap.* 8. *sess.* 22. vbi, cum agatur de correctione subditorum, & de executione illarum piarum dispositionum, quæ à iure Episcopis conceditur, ac proindè certum sit vtramque authoritatem ordinariam Episcoporum non excedere, non opus erat hæc delegare, ideòque ampliatiuè dictum est, *etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati*. Hæc enim est vis particulæ *etiam* ex *cap. vnic.* vbi Abb. *n.* 3. & Doctores *de commod.* Aliquando verò simpliciter dicitur, quod agant *tanquam* Apostolicæ Sedis Delegati, vt dum permittitur Episcopis punitio Regularis exempti, deliquentis extra monasterium *cap.* 3. *sess.* 6. & examen vnionum perpetuarum à quadraginta annis citra factarum *cap.* 6. *sess.* 7. Nam cum in his, ac similibus agatur de personis, rebus, aut locis exemptis à iurisdictione Episcopali, non potest ad ea extendi ordinaria iurisdictio, alioquin exempta non essent. Ac per consequens delegatione Apostolica opus est; quod adhuc expressius cernitur *in Clem. quia contingit de relig. domib.* vbi dicitur, per Ordinarios locorum compelli debere Rectores piorum locorum ad præstanda aliqua, quæ ibi iniunguntur, non exemptos quidem propria, exemptos verò & alios priuilegiatos authoritate Apostolica. Idemque habetur *in cap. periculoso de stat. Regul. in* 6.

Subdit autem Bonacina *n.* 12. cum Filincio *n.* 279. lo- 17
cis allegatis, effugientes excommunicationem huius Canonis, quia non impediunt Ordinarios in vsu Ordinariæ iurisdictionis, sed delegatæ, innodari adhuc Canone XIV. eiusdem Bullæ, tanquam impedientes Commissarios Apostolicos. Verùm ibi, quoad personas, non solùm Commissarij Apostolici, sed etiam omnes alij Iudices Ecclesiastici proteguntur. Actio tamen est diuersa; quia ibi est impeditio dumtaxat causarum, seu litium spiritualium, vel spiritualibus annexarum, ideò non semper quilibet quomodocumque impediens non innodabitur, præsertim in sententia eiusdem Bonacinæ, qui negat, ibi satis esse impedire, nisi etiam quis se interponat tanquam Iudicem. At hic impeditio est generalis in omnibus quibuscumque caussis, & negotijs, vt supra dictum est.

Me autem aliqui, vt Iudices Ordinarios Ecclesiasti- 18
cos retraherent ab vsu iurisdictionis, nec possent immediatè contra ipsos ubniti, eorum Agentes, familiares, aut coniunctos molestarent, visum fuit Summis Pontificibus specificè, & expresè hunc indirectum impediendi modum damnare, vt vsus aliquorum Tribunalium, de quo non erat omninò certum, an esset damnatus, apertè sub anathemate huius canonis concluderetur. Et ne iste solus modus impediendi censeretur damnatus, additum est, *aut alias*, vt iste sit clausulæ sensus, videlicet excommunicari, qui quomodolibet impediunt vsum iurisdictionis ordinariæ, siue directè, siue

etiam

etiam indirectè, puta molestando hac de causa Agentes, vel coniunctos Iudicum Ordinariorum, vel aliud quidpiam agendo.

19 Ex his habetur, intentionem eius, qui agit contra hunc Canonem, debere tendere formaliter in finem impediendi ita, vt non excommunicetur qui aliquid facit etiam iniquum, ex quo impeditio sequitur, sed prætet intentionem. Id enim colligitur ex clausula *hac de causa*.

20 Quid verò sit impedire, breuiter dicimus, esse obstaculum ponere, quod de se efficere valet, ne Iudex Ecclesiasticus Ordinarius sua iurisdictione vtatur. Quare is non dicitur impedire, neque innodatur, qui precibus, pecunia, blanditijs, alijsque similibus tentat, ne prædictus Iudex sua vtatur iurisdictione. Tum quia vis verbi *impedire* præseferre videtur violentiam, nisi aliud sit in contrarium, *l. fin. ff. & C. Si quis aliquem testari prohibuerit*. Tum quia hic canon præsertim tendit aduersus violentias authoritatis laicæ, quibus læditur Ecclesiastica, quæ alioquin non læditur precibus, & suasione. Ita Bonacina, Filiucius, Vgolinus, Alterius, Duardus ad hunc Canonem, alijque apud ipsos. Qua ratione defendi, & saluari possunt simplices Hortatoriæ Neapolitanæ.

21 Receptum tamen est innodari impedientem metu incusso, minis, imperio, &c. quia Iudex Ecclesiasticus his actus abstinet inuitus ab vsu iurisdictionis, *arg. d. l. fin. & cap. 1. de sent. & re iudic. in 6. ac Clem. 1. de heret.* quod verum est, etiamsi metus non sit grauis, Doctores modò citati, licèt Filiucius quoad metum leuem non videatur conuenire; siquidem loquitur de metu tollente voluntarium; quod verum censeo.

22 Non est autem necessarium, quod de facto Iudex desistat, dummodò impedimentum de se sufficiens fuerit facere, ne sequatur vsus iurisdictionis, aut non ita faciliùs, & citò. Secùs est, si actio non deuenerit ad actum impediendi, vt si quis pecuniam dedisset alicui, vt impedimentum poneret, iste autem non posuisset. Nam, quamuis necessarium non sit, quod Iudex de facto ab vsu desistat, necesse est tamen, quod de facto in vsu impediatur, alioquin non verificaretur, quod quis impedierit; quod est contra Alterium, Duardum, Bonacinam, & Scortiam asserentes, necessariam esse actualem desistentiam; quia verba legum sunt intelligenda cum effectu, & delicto consumato ex Abb. *in cap. Cum cunctis §. Clericin. 3. de elect.* Vnde nec dicitur quis impedisse Iudicem, quominus sua iurisdictione vtatur, si re vera vtatur. Quibus tamen respondetur effectum hìc esse, quod impedimentum de facto operetur, etiamsi aliundè superetur. Alioquin qui non incidit ob non secutam desistentiam, obligatus erit Iudici Ecclesiastico, qui ob maiores vires impedimentum superauit. Vnde benè dicitur impeditus, ne iurisdictione vtatur, qui ea vtitur, dummodò in vsu impedimentum expertus fuerit. Non enim ea verba: *quominus sua iurisdictione vtantur*, significant effectum, sed finem, in quem debet tendere impedimentum.

23 Impedimenta hæc ad tria capita reduci solent. Ad ea, quæ obstant, ne fiant à Iudice Ecclesiastico causarum cognitiones, delegationes, citationes, decreta, præcepta, sententiæ, & cætera huiusmodi. Ad ea, quæ obstant, ne prædicta postquam emanarint, executioni demandentur. Nil enim refert iudicasse, nisi iudicatum executioni fuerit traditum, Abb. *in cap. Pastoralis de offic. deleg.* Et ad ea, quæ faciunt, vt executioni demandata, reuocentur, idest non perficiantur; quodcumque autem impedimenti genus sufficiens est ad inducendam censuram.

24 Ac ita tamen, vt à tertio impedimentorum genere excludantur ea, quæ ponuntur post factum, quod proportionabiliter, ac respectiuè de toto processu in causa accipiendum est. Etiamsi enim quis arbitraretur, se posse impedire vsum iurisdictionis, si tamen in eo, quod vult impedire, iurisdictio iam exijt in vsum, non verificatur, quod impediatur vsus iurisdictionis. Et sic quod ait Graffius *lib. 4. decis. cap. 18. num. 139.* non incurrere eum, qui laceraret, vel sordibus macularet sententiam, aut edictum, publicè affixum contra aliquem, procedit rectè, dummodò ex ea affixione non dependeat aliquo modo executio sententiæ. Etenim, exempli gratia, si tali edicto quis excommunicatur, aut declaratur excommunicatus, non debet tolli edictum, nisi excommunicatio ad reum deuenerit, vel fuerit facta notoria, prout excommunicantis intentum erit. Et ita intelligendi sunt Duardus, & Bonacina, qui Graffium sequuntur.

25 Impedimentum autem damnatur, siue simpliciter, & absolutè impediat, siue tantùm apposita conditione, vt si quis Iudex laicus vellet per Ecclesiasticum iudicium ferri in causa, & iudicatum mandari executioni, sed non nisi ipsius consensu, vel concursu accedente. Nam dicitur, *Quomodolibet impediunt*. Et aliundè potestas Ecclesiastica independens est, & absoluta à laica ita, vt notabiliter lædatur ab hac associatione.

26 Suscipere verò examen, aut iudicium illius causæ, quæ ad Iudicem quidem Ecclesiasticum pertinet, ad ipsum tamen non est deducta, non dicit impedimentum in hoc canone damnatum, modò non appareat, vel probabile sit, Iudicem Ecclesiasticum velle cognoscere. Nam in primo casu Ecclesiasticus non dicitur propriè impediri, quod violentiam agenti positam significat. Siquidem nil agit, aut tentat. In secundò autem casu impedimentum habet locum, quatenus dum cognoscit laicus, impeditur Ecclesiasticus in eo, in quo ipse vellet, & tentat in causa procedere; quamuis & in primo innodari quis possit ex alijs Canonibus Bullæ, vt ex XIX. si causa sit criminalis contra personam Ecclesiasticam ex XV. si persona Ecclesiastica ob assumptum à laico iudicium ad tribunal sæculare trahatur, vel ex XIV. vtpotè se interponens in cognitione causæ, sit tamen sit spiritualis, vel spiritualibus annexa, beneficialis, vel decimalis.

27 Non innodatur impediens Iudices ordinarios Ecclesiasticos, ne vtantur iurisdictione laica, & temporali, quam habent ratione temporalis dominij, etiamsi dominium hoc sit ratione Ecclesiæ, vel beneficij Ecclesiastici. Nam in canone dicitur, *quominus sua iurisdictione Ecclesiastica vtantur*.

28 Neque in eo protegitur iurisdictio, quæ in foro interno Sacramentali exercetur. Tum quia in hac parte Bullæ, quæ est pro iurisdictione, sermo videtur esse tantùm de contentiosa, cùm vix contra Sacramentalem quid possit audere laica potestas, à qua cauetur. Tum quia vsus talis iurisdictionis non est *contra* aliquem, vt loquitur canon, sed *pro* aliquo; quare canon eò tendit, vt Iudices ordinarij Ecclesiastici sine vlla perturbatione vti possint iurisdictione sua ordinaria fori contentiosi. Tum quia partitio illa potestatis Ordinis, & iurisdictionis satis ex stylo iurium, & Curiæ, vnde eam desumpserunt Doctores, est recepta, vt colligitur ex dicto *cap. Transmissam* iuncta Gloss. *fin. de elect.* Et potestas iurisdictionis subdiuiditur in coactiuam, & voluntariam. In hoc autem Canone est sermo de coactiua; quamobrem quoadusque ea, quæ circa vsum potestatis Ordinis emergunt, non fuerint deducta ad forum contentiosum, non dicuntur ad potestatem huiusce iurisdictionis, quæ coactiua est, spectare, etiamsi potestatem iurisdictionis voluntariæ includant, quatenus fiunt in subditos, & nequeunt, quæ validè, & quæ licitè, in non subditos fieri.

29 Dicitur in Canone *contra quoscumque*, vt nullus intelligatur exclusus, neque Clericus, neque laicus, neque alius cuiusuis conditionis, status, sexus, ac dignitatis; quod adnotatur, ne quis existimaret protegi Ordinariorum iurisdictionem tunc duntaxat, dum ea vtuntur contra Clericos, qui ijs subditi sunt, non autem contra laicos, qui ad forum laicum pertinent. Nam in ijs, in quibus Ecclesiastico Iudici facultas data est, & ipsi quoque subditi sunt. Ex illa autem particula *contra* aliqui videntur deducere, quod non protegatur vsus iurisdictionis, dum Iudex Ecclesiasticus ordinarius ea vtitur in beneficium alicuius, vt non innodari impedientes Episcopum, ne excommunicationem latam reuocet, aut ne excommunicatum absoluat, putat probabile Bonacina *pun. 1. num. 5.* Nam, inquit, isti non impediunt, quominus

Iudex vtatur iurisdictione contra aliquem, sed quo minus vtatur pro illo, cum ei sit fauorabile absolui. Verùm dici posset, indirectè absolutionem, & aliud quidpiam beneficium vnius in iudicio contentioso, ferè semper esse odium alterius, ac proinde semper vsum talis iurisdictionis esse contra aliquem. Attamen quoad rem talis impediens innodatur regulariter *ex §.3.* huius canonis, tanquam decernens, vel exequens prohibitionem aliquam dictis Iudicibus ad instantiam eorum, qui ad Iudicem laicum recurrunt. Immò etiam aliquando ex clausula, *quae partes actrices* Canonis XIV. & tandem *ex cap. vn. de ys, qua met. cauf. lib. 6.* vbi excommunicantur, non tamen reseruata absolutione, extorquentes ab aliquo Iudice Ecclesiastico absolutionem per vim, vel metum.

30 Et hac particula *quomodolibet* deducitur excommonicari mandantes impeditionem. Significat enim particula *quomodolibet* idem ac per se, vel per alium, & mediatè, vel immediatè. Immò cum excommunicentur principaliter Potestates laicæ, notum est, eas ferè semper aliquibus intermediis, vt Officialibus, & Executoribus vti, ac proinde esse mandantes; quod qui adhuc negaret ex eo, quod mandantes solent expresè recenseri quoties Bullæ mens est, quod innodentur, refellendus esset ex eo, quod in fine Canonis excommunicantur auxilium, & fauorem dantes, sub quibus certum est, etiam mandantes comprehendi.

31 Quemadmodum verò non potest sine hac censura impediri Ecclesiasticorum Iudicum Ordinaria iurisdictio, dummodo ea vtantur secundum dispositionem iuris Canonici, & Conciliorum, ita ex contrario sensu, quod argumeotum io iure validissimum est per ea, quæ habet Euerardus *in locis iuris loco à contrario sensu*, aliter vtentes impedire potest. Eo vel maximè quia, quæ de iure fit, non erat prohibenda impeditio, sed tantùm, quæ fit de facto, quomodo læditur ordinaria Ecclesiasticorum authoritas; quare præsenti censura damnatur tantùm prohibitio iurisdictionis, cuius vsus est secondum Canones, & Concilia.

32 Ex quo etiam habetur, censuræ non esse locum quoties iudicium, vel vsu iurisdictionis ex aliquo capite nulla sunt. Vt si Iudex sit à iurisdictione suspensus, vel excommunicatus notorius, seu denunciatus. Vel si is, contra quem exercetur iurisdictio non sit subditus. Vel si post sententiam legitimè appellauit ad Superiorem. Post appellationem enim iudicium decidit à priore Iudice. Vel si de re manifestè pia, aut laudabili quis condemnaretur, quomodo dicitur, sententiam continere errorem intolerabilem *can. qui præstet 11. quæst.3. cap. Venerabilibus §. potest quoque de sent. excom. in 6.* quia tunc vsus iste est contra Sacros Canones, non secundum ipsos. Vnde non obstat particula *quomodolibet* in alia clausula posita. Tum quia coarctatur consultò per clausulam præsentem. Tum quia significat tantum modos impeditionis, non motiua, ex quibus quis inducitur ad impediendum.

33 Non videtur tamen reputandus ab hac excommunicatione immunis, qui impediuit in iudicio, quod deinde declaratum est nullum, non ex eo capite, cootra quod viguit impedimentum, sed ex alio capite; quia in eo, in quo Iudex impeditus est, verè vtebatur iurisdictione, secundum quod permittit ius Canonicum, vt supponitur. Sed quia sumus in pœnalibus, & iudicium ex alio capite nullum regulariter irritatur ex toto, ideò benignè poterit sic impediens reputari immunis.

34 Secùs autem est, si iniustitia contra ius Canonicum non sit euidens, sed dubia; quia tunc præsumptio stat pro Iudice Ecclesiastico, & in dubijs potiùs in fauorem ipsius iudicandum est. Et militat illud, quod in facto Superioris non præsumitur delictum. Et tandem quia possessio stat pro eo, pro quo stat iuris præsumptio. In præsenti autem stat pro Iudice, vtente iurisdictione, quem in dubijs iniquè vti non præsumitur, sed potiùs iustè. Vnde inoodaretur sic impediens, si de facto iudicium posteà non reperiatur nullum, vel saltem reputare se deberet excommunicatum, donec per Iudicem Superiorem non declaretur nullum.

35 Ex hac clausula, quæ recens est, dumtaxat ius scriptum, infertur non induci excommunicationem ex impeditione Ecclesiasticæ iurisdictionis, dum ea Ordinarius Iudex Ecclesiasticus vtitur in negotijs, vel causis spectantibus ad ipsam ordinariam authoritatem ex consuetudine tantùm. Non enim tunc vtitur iurisdictione secundum quod Canones, & decreta Conciliorum, & constitutiones Ecclesiasticæ statuunt, sed prout permittit consuetudo, quæ, & si habeat vim iuris, noo est tamen propriè ius. In pœnalibus autem verba in stricto rigore accipienda sunt.

36 Verùm quia *in d. cap. Quoniam de immun. Eccles. in 6.* approbantur consuetudines, ex quibus causæ cognoscuntur per Iudicem Ecclesiasticum, si tamen causæ ratione personarum, negotiorum, vel rerum pertineant ad forum Ecclesiasticum; ideò illa solum probari videtur, ex qua discutiuntur illæ causæ, quas aliundè congruum est, aut æquum per Iudicem Ecclesiasticum discuti, quatenus ratione personæ negotij, vel rei Ecclesiasticum forum in aliquo respiciunt, cùm non omnes causæ huiusmodi cognoscuntur à Iudice Ecclesiastico de iure expresso, cum non sit in iure generale statutum, præcipiens expresè omnes causas, noo solum Ecclesiasticas, sed etiam, quæ aliquo modo ratione personarum, negotij, vel rei respiciunt forum Ecclesiasticum, discuti debere per Iudicem Ecclesiasticum cum exclusione laici. Vnde fatendum est, in his aliquid ab initio potuisse consuetudinem, siue deinde iure firmata sit, siue non, quod non refert. Ratio autem est, quia non habetur, vnde conijciamus, Summos Pontifices voluisse approbare omoes consuetudines forenses, etiam continentes necessarium fauorem Ecclesiæ, & alioquin valdè præiudiciales authoritati laicæ, quin potiùs oppositum colligitur *ex cap. Nouit in princ. de iudic. ex cap. Si Clericus laicum, cap. I. cèt, & cap. Ex tenore de for. comp.*

37 Quod si quis velit cum Filiucio, & Bonacina omnem consuetudinem esse probatam. Primò oportet, esse antiquam; quæ eadem est, ac immemorabilis, & saltem debet esse longissima. Secundò dici potest, probatas eas tantùm consuetudines, quæ tempore editæ à Bonifacio VIII. dictæ decretalis *quoniam* vigebant, noo autem, quæ sequentibus temporibus fuerunt inductæ.

38 Ex eo etiam, quod tantùm Conciliorum generalium habetur mentio, infertur decreta aliorum Conciliorum non habere locum. Nomine enim Canonis, in rigore sumpto, significatur tantùm Constitutio edita, vel confirmata à Papa, vt notat Cardinal. *in Clem. quæst.26. de priuil.* Canon quippè est regula, & sola Constitutio Summi Pontificis potest esse certa, & infallibilis regula, vel à Concilio generali per textum *in cap.1.* vbi Felin. *num.1. de constit.* Sicuti etiam Constitutio Ecclesiastica propriè dicitur, quæ pro communi Ecclesiæ bono, vel regimine à Papa emanat adinstar libertatis Ecclesiasticæ, sub qua intelligitur ea, quæ toti Ecclesiæ conuenit.

39 Quod verò ad delicta misti fori, quæ sunt illa, quæ ab vtroque iure, canonico scilicet ac ciuili damnantur, & ideircò ab vtroque Iudice Ecclesiastico, & sæculari puniri possunt in personis laicis; nam Clerici pro delicto semper ab Ecclesiastico coercentur, cuiusmodi sunt adulterium, vsura, periurium, & alia, de quibus Glossa, & Doctores *in cap. Cùm sit generale de for. compet.* & nos alibi, regula est io his delictis, Iudicem præuenientem cognoscere, & iudicare, vt consequenter inducatur io laicum censura, qui Ecclesiasticum ita præuenientem, seu præuentum à partibus impediret. Vtitur enim tunc de iure Ecclesiasticus iurisdictione, quia omni iure datur præuentioni locus, & præueniens causam facit suam *arg. l. Si pluribus, ff. de legat. 1. l. 1. ff. de offic. Præsid. & l. Siquis posteà ff. de iudic.*

40 Neqoe obstat, iurisdictionem Ecclesiasticam rigoro-

sè

sè sumptam excludere mistam, vt aliquis posset assumere; nam iudex præueniens non dicitur vti iurisdictione mista, sed propria. Mistum autem dicitur propriè de delicto, quatenus ab vtraque iurisdictione cognosci potest; quæ denominatio impropriè extenditur ad iurisdictionem.

41 Et ex eadem ratione sequitur, Iudicem laicum posse præuenire sine periculo excommunicationis; præuenire enim in licitis non est impedire de facto, sed iure. Vnde posset eo casu sine censura laicus impedire Ecclesiasticum, si non obstante præuentione adhuc vellet, se ingerere cum præiudicio Iudicis laici, vt ex Abb. *in cap. 1. num. 3. de sortil.* habet Vgolin. *loc. cit.* Secùs autem videtur, si sine præiudicio. Nam cum possit etiam Ecclesiasticus cognoscere, dum procedit absque præiudicio præuentionis, iniustè impediretur à præueniente, ac perinde induceretur præsens censura. Sicuti è conuerso Iudex laicus præuentione facta per Ecclesiasticum non dicitur impedire, si sine præiudicio iudicij Ecclesiastici sese ingerat, tanquam præparatoriè ad iudicium suum.

42 Quæ quidem procedunt de iure. At cùm consuetudine ferè communi locorum, & quidem non iniqua, teste Claro *in pr. crim. §. fin. quæst. 37. & 57.* Couar. *lib. 1. var. cap. 10. num. 6.* Carolo de Gras. *effect. Cleric. 1. num. 602.* & alijs, res ad hanc praxim deducta sit, vt Iudex Ecclesiasticus procedat tantùm per censuras, & per alia fori sui arma *arg. cap. Statutum de maled. cap. Quanquam, & cap. 1. de vsur. in 6.* laicus verò per pœnas corporales, & alias similes, præuentio non videtur habere ampliùs eandem vim, nec vnus Iudex alteri esse impedimento, cum simul Ecclesiasticus procedere possit per censuras, & laicus pœna temporali. Vnde Grassius vbi supra *num. 141.* & Duardus *loco citato*, tum ex antiqua consuetudine, tum ex nonnullis Pontificum, præsertim Honorij III. constitutionibus, testantur in Regno Neapolitano, non obstante præuentione Iudicis laici, in delictis notorijs simul procedere posse per censuras Iudicem Ecclesiasticum. Ideò inquiunt, iam duas potestates agere, vt separatas, & deductionem causæ ad vnum forum non parere exceptionem alterius fori, sicuti nec pœna imposita, vel absolutio per vnum forum parit exceptionem rei iudicatæ iuxta Bald. *cons. 260. lib. 3.*

43 Verùm quidquid sit de iustitia huius praxis, ex qua videntur, plura sequi inconuenientia, vt quod Iudex Ecclesiasticus non possit personaliter retinere delinquentem. Quolibet enim tempore potest eum distringere Iudex laicus, sicuti quolibet tempore potest personaliter punire; quod damnatus in foro Ecclesiastico iudicari possit innocens in laico; quod sibi sint impedimento, si vterque Iudex reum velit examini subijcere, & alia similia. Hoc recipiendum est, quod, si dum quisque procedit iuxta stylum proprij fori, contingat alterum alteri esse impedimento, melior tunc sit conditio eius, qui præuenerat ita, vt dum præuenit Ecclesiasticus, non possit sine periculo censuræ eum laicus impedire, puta volens tunc ipse, quando Ecclesiasticus, reum, vel testes examinare. Et è contra si præuenit laicus, possit is sine censura impedire Ecclesiasticum volentem examinare; quia in casu, cui consuetudo legitimè non prospicit, recurrendum est ad ius. Ius autem stat in omnibus pro præueniente.

44 Hæc, quæ de causis criminalibus dicta sunt, de quibuscunque alijs causis mistis cum proportione sunt accipienda. Quod si causa dicatur mista in solidum, quia simul ab vtroque Iudice coniunctim procedentibus sit cognoscenda, & definienda, gaudet protectione huius canonis, quatenus interuenit iurisdictio Iudicis Ecclesiastici, vt per Sousam *concl. 3.* Et hæc satis de prima parte huius canonis. Nam, monente Reginaldo *tom. 1. prax. fori pœnit. lib. 9. cap. 24. num. 365.* in eius tractatione, nisi valdè circumspectè procedatur, plus periculi tractanti, quàm vtilitatis alijs inesse potest.

45 Vt autem constet de validate censurarum contra huiusmodi impedientes, vtque Iudex ritè, ac rectè processisse in illis ferendis dicatur, capi debet informatio impedimenti præstiti contra exercitium iurisdictionis Ecclesiasticæ, citari delinquentes ad dicendum causas, quare non deberent declarari excommunicati, & præfixo illis termino competenti ad comparendum, eoque elapso illos declarari, & cedulones affigi mandandum est iuxta praxim traditam à Genuensi *in prax. Archiep. Neapol. cap. 23. num. 22. & seq.* quam sequitur, & laudat Alphons. de Leo *de censur. recol. 2. sub num. 609.*

46 Ad probationem verò facti circa impedimenta præstita executoribus Curiæ Ecclesiasticæ videtur posse inseruire depositiones ipsorum satellitum, eorumue Ducis, præcipuè si sint contestes, & numero tres, vel quatuor. Testium enim numerus supplet exceptiones, Glos. *in l. vbi numerus ff. de test.* Burat. *decis. 143. num. 12.* Em. Ottbob. *decis. 200. num. 5.* & in Signina census 12. Maij 1645. coram Ghislerio, vbi quod id procedit, etiamsi omnes defectum patiantur. Sique in casu difficilis probationis Chartar. *d. decis. 87. num. 51. & seq. ac num. 56.* Farinac. *de test. quæst. 56. num. 379.* Estque difficilis probatio, vbi explicita veritas aliundè haberi non potest; quia, licèt factum esset notorium in loco publico, & populo acclamante, attamen vbi non agitur de delicto singulorum, neque de materia ad singulos spectante, sed de causa vniuersali, ac delicto totius populi, vt si omnes Ciues essent principales in causa, mortem potiùs subituri, quàm testimonium ferre. Præsertim, si præter exequutorum dicta, quæ communis praxis omnium Curiarum admittit sufficere ad inquirendum, & capiendum informationem, Farinac. *de carcer. quæst. 32. num. 82. & de testib. quæst. 56. num. 395.* concurrant depositiones aliorum deponentium de publica voce, & fama, ex qua cæteræ probationes efficaciter adminiculantur, Farin. *in prax. quæst. 47. num. 50.* Chartar. *decis. 5. num. 29. & 55.* Item si concurrat verisimilitudo materiæ stante præcedente mandato de exequendo, & prætensa exemptione reorum, nolentium pati huiusmodi executiones, ex quibus eorum depositione adminiculari, & probare concludunt Farinac. *d. quæst. 32. num. 83. & quæst. 56.* eodem *num. 395. in fin. & cons.* 100. *num. 20. lib.* Ricc. *in prax. resol. 42. num. 1.* Sperel. *dec. 149. num. 20. in fin.* Chartar. *decis. 87. num. 20. & 55. cum seqq.* quanquam enim depositiones exequutoris explicitè deponentis de facto proprio integram fidem non merentur, id tamen procedit ad effectum perfectæ, & concludentis probationis, ita, vt cum solo eorum dicto sine alijs probationibus, vel adminiculis ad condemnationem procedi non valeat, non tamen, vt omninò sit eis fides deneganda, quoniam eorum depositiones sufficere ad torturam ex Isernia, Afflicto, & alijs habetur apud de Franch. *decis.* 379. Amendol. ad eundem *decis. 147.* cuius tamen rei limitationes aliquas mox afferemus.

47 Vnde dubitari non potest, quin possit ferri declaratoria ex depositionibus Executorum coniecturis, & circumstantijs adminiculatis, quas isto casu sufficere probant Doctores, cum tamen materia ista, an illorum dictis credendum sit, tota posita sit in arbitrio Iudicis, qui, pensatis omnibus circumstantijs potest illis adhibere, vel non adhibere fidem, prout eius religioni videtur, vt per Menoch. *de arb. cas. 112.* Amend. ad Franch. *decis. 147.* Cabal. *resol. crim. 126. à num. 7. & cas. 127. n. 8.* Farinac. *d. q. 32. num. 83.* Guazzin. *ad defens. 1. cap. 37. num. 78.* Et in his terminis ferendi excommunicationem præter Riccium, & Guazzinum locis allegatis, tradit Sperel. *d. dec. 146. num. 22.* vbi asserit, ita fuisse ab ipso seruatum Chartar. *d. dec. 87. num. 51.* Ex quibus omnibus factum esset sufficienter probatum in iudicio, in quo solum agitur de probatione censuræ, cum licèt in criminalibus probationes imperfectæ non coniungantur ad imponendam pœnam ordinariam delicti, ad imponendam tamen pœnam censurarum coniunguntur. Vnde famam cum argumentis sufficere tradit Genuin. *loc. cit. num. 18.* & Gemin. & Franch. *in cap. 1. de vsur. in 6.*

48 Facta sufficienti probatione, & citatis reis, ijsque

maximè contumacibus, rectè contra eos procedi debet ad definitiuam sententiam, & ad declarationem ex causa, ob quam fuerunt principaliter citati, vt aduertit idem Genuens. num. 20. in quo firmat, quod, vbi agitur de periculo animarum, procedi potest ad definitiuam contra contumacem, vel absentem ex testibus receptis, lite non contestata. Idemque tradit Ciarlin. contr. cap. 147. num. 36. vbi, quod sufficiunt ad ipsum reum citandum, & si non compareat ad excommunicandum, vel excommunicatum declarandum, & inde affigendum Cedulones, vt in specie Chartar. decis. crimin. 62. num. 12. & 13. vbi multos refert Sperel. decis. 48. num. 51. Bellet. disquis. Cler. de fauor. eccler. can. §. 5. num. 28. Estque generale, quod contra contumaces ferri possit sententia ex solis indicijs sufficientibus pro capienda informatione, & transmittenda citatione iuxta consuetudinem vbique receptam, de qua testatur Clar. §. fin. quæst. 11. num. 2. & quæst. 44. num. 10. vbi ait, posse fieri condemnationem ex probationibus insufficientibus ad inqnirendum, Chartar. de execut. capt. bandit. cap. fin. num. 175. Farinac. quæst. 11. num. 105. & de consuetudine totius Italiæ, quod ita seruetur in foro canonico, testatur Villagut. in pr. lib. 1. cap. 4. concl. 10. Foller. in prax. crimin. can. fol. 148. num. 12. & Guaz. defens. 10. cap. 2. num. 32. Concurrentibus præsertim adminiculis, nempè minis, & metu illatis ad terrendum, & impediendum executores in actu executionis, quæ cum afferantur ad coadiuuandum probationes iam factas, sufficiunt pro sustinenda declaratoria, etiamsi post illam afferantur, Cæsar de Graff. dec. 2. de iudic. ad fin. Duran. decis. 172. num. 7. & in Cęseraugustana portionis 16. Nouembris 1605. coram Iusto.

48 Neque obstabit, quod citatio contra reos executa fuerit, domi dimissa copia, non autem in personam; quia, præter alia sufficit, quod talis citatio personalis non requiritur, quando non sumus in excummunicatione, sed in sententia declaratoria eacommunicationis, vt tradunt Genuin. in practicab. Eccles. quæst. 708. Ciarlin. cap. 148. num. 14. vbi ait, neminem dicere, quod in declaratoria sit necessaria citatio personalis; Idemque tradunt Maceraten. resol. 71. lib. 1. Bellett. disquis. Cler. part. 1. de fauor. Cler. §. 4. num. 54. Rota decis. 48. num. 20. part. 4. recent. tom. 2. ita, vt non sit opus in hoc casu probare, quod citationes peruenerint ad notitiam reorum, multòque magis si ad notitiam peruenisse probaretur ex attestatione eorum, quibus fides habenda est, in quo casu sustinentur censuræ, etiamsi citatio personalis fuisset necessaria, Sayr. de censur. lib. 1. cap. 12. num. 12. & 14. Bellet. vbi supra num. 54. Ciarlin. contron. par. 2. dict. cap. 148. num. 19. & 20. qui loquitur de notitia probata ex attestationibus, Maceraten. loc. cit. resol. 71. num. 8. & latissimè firmauit Rota in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis, & 20. Iunij 1644. coram Ghislerio, & in Monopolitana iurisdictionis 11. Februarij 1647. coram Bichio, & in Cracouien præpositurae S. Floriani 12. Decembris 1650. coram eodem, & in Leodien decimarum 12. Iunij 1649. coram Arguella.

49 Et notandum, quod omnes Doctores affirmantes requiri citationem personalem, loquuntur de excommunicatione ferenda ab homine, quæ dicitur ferendæ sententiæ, secùs autem quando agitur de declaratoria excommunicationis iam latæ à iure, vt in hoc casu. Tunc enim vera, & communis opinio est, quod sufficiat sola citatio domi executa, quam latè firmant Roman. cons. 481. num. 3. & seqq. Mandos. formul. 20. commis. execut. vers. Sextò quæro, Maceraten. dict. resolut. 71. num. 7. vbi reprobat Mohedanum, ac docent Bellett. & Ciarlin. locis allegatis, Alph. de Leon. de censur. resol. 2. num 615. Lauret. in contr. quæst. 8. Genuen. in practicab. Eccles. quæst. 710. num. 2. & tenuit Rota dict. decis. 48. num. 20. Attento præcipuè stylo Curiæ Episcopalis, & totius ferè Prouinciæ citandi reos inquisitos domi habitationis, quod probari potest per simplices attestationes, quæ satis sunt, cum agatur de probando stylo concernente ordinatoria iudicij. Immò Iudex de illo potest extraiudicialiter cognoscere, Gratian. discept. 545. num. 35. Rota coram Gregorio decis. 484. num. 6. ibique Add. num. 8. & coram Coccino decis. 141. num. 2. & alij, cumulati à Buratto decis. 124. num. 13. vbi Add. num. 32. quare, vbi viget talis consuetudo, sufficiunt citationes executæ domi dimissa copia, Maceraten. d. lib. 1. resol. 57. sub num. 16. Ciarlin. contr. 148. num. 9. & 16. Vbert. de citat. tom. 2. cap. 11. num. 346. & Rot. in recent. decis. 644. num. 5. p. 1.

Et præter ea, quæ alibi diximus de facti notorietate, certum est sufficere limitationem, vbi tutus non esset accessus, vel aliàs concurreret citandi impedimentum, maximè si accederet præsumpta scientia, vt sæpiùs firmauit Rota, nominatim in dicta Leodiensi Abbatissatus coram Ghislerio, in Romana, siue Albinganensi bonorum 1. Iulij 1648. coram Em. Cerro. 50

Constito de validitate censuratum ob violatam immunitatem, vel iurisdictionem Ecclesiasticam, absolutio ab illis spectat ad Sedem Apostolicam, siue ad S. Congregationem Immunitatis, à qua non aliter conceditur, nisi in forma Ecclesiæ, redintegrata priùs ipsa immunitate, vel iurisdictione Ecclesiastica, & satisfacta parte, quæ non potest audiri, nisi obtenta absolutione, & refectis expensis, vt firmat Decian. in cap. Prudentiam §. si verò num. 2. de offic. de leg. Rot. in recent. decis. 568. num. 21. par. 4. tom. 3. cùm certissima sit iuris conclusio, quod vbi cessat nullitas, censuræ non reuocantur, sed necessaria est absolutio, etiam quando allegatur iniustitia, cùm excommunicatio siue iusta, siue iniusta, semper sit timenda iuxta distinctionem textus in cap. Per tuas §. verum, ibique Gloss. de sentent. excommunic. cap. Cum contingat de offic. deleg. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 17. num. 21. Rot. in recent. decis. 568. num. 5. & 12. par. 4. tom. 3. & in Leopoliensi censurarum 27. Ianuarij 1645. coram Cerro §. absolutionem autem; quia excommunicatio lata validè, iam iniecit vinculum, quod necessarium est soluere per absolutionem, ne detur occasio contemnendi authoritatem Ecclesiæ. Et ideò frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus, vt probat textus in dict. cap. Cum contingat, ibique Abb. num. 1. 51

Neque obstaret, si rei appellauerint, etiam ad Cardinales Legatos. Tum quia appellatio solùm admittitur à præceptis comminatorijs eacommunicationis, non autem à declaratione excommnnicationis, iam incursæ secundùm distinctionem communiter receptam, Scacc. de appel. quæst. 17. limit. 22. num. 1. & 6. Ricc. in prax. p. 4. resol. 18. num 2. & seqq. vbi quod ita seruat Curia Romana, Sperel. decis. 48. num. 42. lib. 1. & decis. 160. num. 57. lib. 2. vbi, quod sæpiùs id declarauit S. Congregatio Immunitatis, alioquin nunquam possunt ferri declaratoriæ contra violatores Immunitatis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ. 52

Et tum quia appellatio interponeretur ad Iudicem incompetentem. Nam, quando agitur de censuris inflictis ob violatam immunitatem, vel iurisdictionem Ecclesiasticam, nullus alius potest se ingerere, & absoluere, nisi Papa, vel Sac. Congregatio Immunitatis, quæ vices illius agit, multòque magis quando agitur de censuris impositis à Bulla in Cœna Domini, à quibus, ne Legatus quidem à latere absoluere potest, Rebuff. in Bull. Cœn. §. non obstantibus, Vgolin. de censur. p. 3. cap. 2. sub num. 5. Fragos. de regim. Reipubl. tom. 2. disp. 10. §. 2. tit. de Legat. à Latere num. 31. & seq. Alter. de censur. lib. 5. cap. 2. disp. 22. claus. 2. vers. Secunda dubitatio principalis. 53

Minùs obstaret si, vt fieri solet, vt eludantur censuræ, producantur fides eorundem Executorum, vel aliorum, qui pro impeditioue iurisdictionis Ecclesiasticæ antea deposuerant, contrarium testantes; vel dicerent tunc temporis fuisse ebrios, quia biberint vinum, vel aquam vini stillatitij. 55

Nam, quoad hniusmodi fides censentur affectatæ, & nullius momenti, cum de iure attendatur primum dictum, maximè sit iuratum, Farinac. de testib. quæst. 66. à n. 124. Add. ad Greg. dec. 230. n. 10. Rot. in rec. decis. bos. n. 3. p. 4. & dec. 66. num. 4. & seq. & dec. 82. n. 12. & dec. 87. 56

num.

num. 17. p. 6. Multòque magis, si primum dictum emanauerit tempore actus gesti, nulla tunc vigente suspicione, fueritque scriptura confirmatum, quo casu primum semper præualet, nulla habita ratione secundi; quia præsumitur emanatum per subordinationem patris, vt per Farinac. d. quæst. 66. num. 223.

57 Et quoad ebrietatem, vnde & quomodo talis consensio in vnam voluntatem bibendi cum excessu, & inebriati? Rursus, aut ebrietas fuit leuis, aut magna. Si leuis non officit, quia non tollit intellectum. Si magna priuat sensum, & reddit inhabilem ad agendum. Præcipuè si biberint solam vini stillatitij aquam, quæ tenuissimo suo spiritu non inebriat, sed accendit quidem, & inflammat sanguinem, febresque & alios morbos generat, vt docet Iacob. Sachs. de vitis vinif. effect. sect. 7. cap. 2. cum tamen ad effectum tollendi fidem testi ebrietas sit probanda aliunde, quàm ex dicto ipsius ebrij per probationes, & actus concludentes veram, & magnam ebrietatem tempore examinis, vt per Rot. in rec. dec. 503. num. 2. p. 4. & dec. 45. n. 27. p. 6.

58 E contra verò dicendum est censuras huiusmodi non sustineri, si interueniat defectus causæ, & processus, siue inualiditas, & iniustitia.

59 Defectus causæ interuenit, quando asserta impeditio non fuit facta in contemptum iurisdictionis Ecclesiasticæ, & ad illam impediendam dolo malo, & de facto, sed innitendo alicui priuilegio Apostolico exemptionis à iurisdictione Episcopi, & propterea dici non poterit contra Sacros Canones editos contra impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam de facto, non autem si cum fomento iuris contradixerint, vt per Duard. in d. §. 16. Bullæ quæst. 1. num. 3. & tradunt Oldrad. cons. 81. in princ. Roman. cons. 482. num. 1. Felin. in cap. Causam quæ 18. num. 20. de rescript. ac egregiè Socin. Sen. in l. 1. sub initio num. 15. ff. si quis ius dic. non obtemp. Menoch. cons. 230. num. 17. & seq. & nos supra. Vnde contra eos non erit relaxanda declaratoria per regulam, quam ponit Sanchez de matr. lib. 7. disp. 33. num. 22. scilicet, quod potestas excommunicandi eius est, qui iurisdictionem in foro externo ad id cogendum habet; estque decisio Buratti 146. Et hoc casu diceretur non solùm iniusta, sed etiam nulla ipso iure, vti lata contra, & in odium iuris, & priuilegij exemptionis, vt explicat Abb. in d. cap. Per tuas num. 11. de sent. excom. Mirand. in man. tom. 2. q. 35. ar. 13. concl. 1. cas. 4. Chartar. de pœn. innoc. pr. 3. num. 24. per cap. Cum ad quorundam, vbi Glossa, & Doctores de exces. Prælat. Quando igitur sententia continet notorium errorem in facto, illa redditur ipso iure nulla ex cap. Per tuas ibique Gloss. v. error de sent. excom. Chartar. de pœn. innoc. ar. 3. num. 127. Fundatur enim in præsupposito impeditionis, vel resistentiæ, quæ nullo modo interuenit.

60 Ratio autem est, quia non dicitur turbare iurisdictionem Iudicis ille, qui aliquem turbatiuum actum facit pro aliquo suo iure conseruando, vt per Farinac. de crim. læs. Maiest. quæst. 114. num. 120. & seq. Præcipuè si gerens huiusmodi actum protestaretur, quod non habet animum turbandi, & impediendi, vt post Papien. in form. libelli pro turb. possess. v. animo, & intentione, notat idem Farinac. loc. cit. & plenè Honded. cons. 100. num. 28. & 75. lib. 2. Fusch. lit. P. conclus. 938. num. 1.

61 Cessatque dolus malus, sine quo actus turbatiuus non est iniuriosus, atque adeò nec punibilis, vt in specie arguit Menoch. d. cons. 230. num. 21. cum seq. ac num. 45. Cæphal. cons. 76. num. 17. & 18. lib. Gabr. cons. 166. num. 8. & 9. Vbi, quod si non potest colligi animus iniuriæ inferendæ, multò minus turbandi iurisdictionem, & cons. 163. num. 2. lib. 2. Honded. cons. 95. num. 38. & 53. & d. cons. 100. num. 28. Vbi, quod circa hoc stari debet assertioni eius, qui actum fecit, cùm consistat in eius animo, Farinac. d. quæst. 114. num. 111. & seq. ad textum in l. 1. ff. de eo per quem factum erit sub initio illis verbis dolum eius coercere, & dolum autem malum, & §. seq. Si reus dolo actoris, & in terminis Innoc. in cap. 1. num. 4. de offic. deleg.

63 Si igitur omninò dolus abesset, & asserta impeditio haberet aliquod iuris fomentum, nullum poterit considerari crimen in prætensa turbatione; quia causa quælibet etiam leuis, & iniusta excusat à pœna, Menoch. d. cons. 230. num. 37. & præsertim à pœna excommunicationis, cui non esse locum, si culpa facti, ob quod à canone requiritur inflicta, minuatur ex circumstantijs, optimè concludit Couar. in cap. Alma mater p. 1. §. 9. num. 2. in fin. de sent. excom. in 6. Quare ad effectum reuocationis censuratum sola credulitas exemptionis sat esset, dummodò excludatur ignorantia supina, crassa, seu affectata; quia cessat illatum fundamentum, quod est peccatum, & contumacia, siue contemptus clauium, sine quo censuræ non feruntur, Sperel. dec. 39. à num. 3. & inducitur bona fides, ac tuta conscientia, necnon iustissima præbetur excusatio à dolo, à peccato, à pœna, Farinac. q. 97. à nu. 109. Alex. cons. 57. num. 5. lib. 1. Afflict. dec. 328. num. 2. Ex hac de causa Sac. Congregatio Immunitatis in Fauentina censuratum sub die 5. Aprilis 1661. declarauit, censuras de iure inflictas vigore canonis 15. Bullæ in Cœna Domini in Bagnacaballenses ob notoriam rebellionem à suo Episcopo, non sustineri propter iustam eorum exemptionis à iurisdictione Episcopi credulitatem, quam habere potuerant ex litteris Legati Ferrariensis, cuius iurisdictioni subijciebantur.

64 Quod verò ad defectum processus hìc præcipuè resultare solet ex duobus: ex irreuelantia probationum, & ex defectu citationis. Ex irreuelantia probationum, vt si in materia impeditionis præstitæ in actu executionis credatur omninò ipsis Executoribus, vt per Boss. de denunc. num. 12. vbi ait, quod id apud se nullam habet difficultatem, licèt viderit multos pauperes vexari ex solis dictis satellitum, quod sequitur Farinac. de carcer. & carcerat. q. 32. n. 80. Vbi ex Alciato, & alijs id ampliat, dicens eorum fidem non suppleri ex numero, & de testib. quæst. 56. num. 376.

65 Solùmque eorum dicta adminiculata possunt admitti in leuibus, non autem in grauibus, vt conciliando contraria, inquit Farinac. d. quæst. 56. num. 379. Et tunc demùm possent habere locum, si supplerentur ex dictis aliorum testium omni exceptione maiorum, ac præstantissimæ fidei, vt aduertit idem Farinac. quæst. 62. num. 344. Neque admittitur supplementum probationum, earumque coniunctio, nisi in casu difficilis probationis, & in quo aliter veritas haberi non potest, in quibus terminis intelligi debet Chartar. alleg. dec. 88. num. 29. & 30. dum citat Farinacium loquentem secundùm distinctionem supra positam, cum dicta Doctorum recipiant interpretationem à iuribus, quæ allegant. Et vlteriùs in casu Chartarij aderat dictum alterius testis de visu integerrimæ fidei, & contumacia, quæ iuxta receptam praxim sufficiunt ad transmittendam inquisitionem, & ad condemnandum. Secùs autem vbi adessent testes de auditu, & fama absque suis requisitis, cùm potuerit habere originem ab ipsis satellitibus, & quæ non facit indicium ad torturam, tam de iure ciuili, quàm canonico, Farinacius alios adducens, & materiam declarans de indic. & tort. quæst. 47. num. 15. & 16. cum seqq. secùs autem, vbi aderit copia probationum, & factum prætenderetur publicum, & manifestum iuxta doctrinam Butrij, sic distinguentis in cap. Veniens 1. num. 10. de testib. Vbi quod hoc casu non habet locum regula, quæ non prosunt singula &c. firmatque Dec. in cap. Cum causam num. 30. de probat. Paris. cons. 57. num. 36. lib. 1. & Mascard. de probat. concl. 397. num. 8. Immò constare debet, quod aliter veritas haberi non possit ad hoc, vt eorum dicta aliquid releuent, idque aliter quàm per dicta satellitum post Afflictum, Follerium, & alios tradit Farinacius d. quæst. 56. num. 379.

66 Idque præcipuè si ageretur de causis Confraternitatum laicorum, quæ vti merè laicales, & non habentes vllum ius Ecclesiasticum non gaudent priuilegio fori iuxta doctrinam Bart. in l. id, quod pauperibus num. 34. C. de Episc. & Cler. Paris. cons. 34. num. 2. lib. 4. Natt. cons. 62. num. 6. Tiraquel. in præf. de priuil. piæ caus. col. 2. in princ. Bobadil. de Republ. lib. 2. cap. 18. num. 228. & latè prosequitur Ansald. de iurisdict. par. 2. tit. 11. cap. 14. num. 8. vbi num. 10. quod laicales, & profanæ de

iure præsumuntur, quia esse Ecclesiasticum, & sub iurisdictione Episcopi nnn inest à natura rei, sicuti etiam dixit Rota in Mediolanensi bonorum 31. Maij 1649. coram Corrado.

66 Exclusn autem priuilegio fori Ecclesiastici clara resultaret iniustitia censurarum; quia nunquam dici poterit læsa Immunitas, siue iurisdictio Ecclesiastica, prout requiritur ad hunc effectum ad textum *in d. cap. Quoniam*, ibi: *Super causis Ecclesiasticis, sive quæ ad forum Ecclesiasticum ratione personarum, negotiorum, & rerum de iure, vel antiqua consuetudine pertinere noscuntur*, *de immun. Eccles. in 6.* & secundùm dictam Bullam in Cœna Domini loquentem per verba restrictiua ad ipsam iurisdictionem Ecclesiasticam *in §. necnon* ibi: *sua iurisdictione Ecclesiastica secundùm Canones*.

67 Et quoad defectum citationis præter alia à nobis aliàs dicta, certum est, quod ad effectum excommunicationis debet præcedere citatin personalis, vt in specie plenè probat Felin. *in cap. Cum sit Romana num. 14. de appell.* vbi addens cumulat decisiones antiquas Sacri Palatij, & admittit Rota *dec. 48. num. 18. p. 4. tom. 2. rec.* Et omissio citationis, & ntdinis iudicialis in declaratoria excommunicationis latæ sententiæ non operatur, vt quis remaneat excommunicatus ipso iure, vt declarat Aterinus *cons. 163. num. 12.* & tradunt alij supracitati, præcipuè Rota *d. dec. 48. num. 19. & 20.*

68 Quia licèt in promulgatione sententiæ declaratoriæ non requiratur citatio personalis, certum tamen est requiri in discussione facti, per quod quis prætenditur incidisse in excommunicationem, vt expresse distinguit Roman. *d. cons. 482. num. 6.* vbi citat Glos. *in Clem. præsenti de censur.* & declarat Felin. *in cap. Cum non ab homine num. 10. de iudic. & in cap. Rodulphus num. 41. de rescript.* & nos aliàs; quòd præcipuè locum habet in notorin facti transeuntis, non autem permanentis, conciliatore Farinacio *quæst. 21. num. 88.* & Sperel. *dec. 48. num. 45.* quia in factn potest Iudex à testibus decipi. Ideòque reum citandum esse saltem àd videndum iurare testes, & examinari super facto, firmans in terminis declaratoriæ Clar. *§. fin. quæst. 31. num. 3.* & clariùs Couat. *in d. cap. Alma Mater § 9. num. 5. de sent. excom. in 6.* Farinac. *quæst. 21. num. 99.* vbi de communi Chartar. *dec. 38. & 39.* & firmat etiam Ciarlin. *contr. 147. num. 39.* alijque relati à Rot. *dec. 100. num. 3. p. 1. diu.*

69 Maximè quando agitur de facto extra locum, & oculum Iudicis, & non permanente, sed transeunte vt distinguendo ait Farinac. *loc. cit.* subdens, quod opinio contraria procedit in delictn notnrio permanente, ac euidente euidentia facti, vel confessione partis, quod non est iuris nrdine prnbandum, Sperel. *dec. 48. num. 45.* & Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 43.* Et quanquam ex informationibus extraiudicialibus de consuetudine possit procedi ad sententiam, quod reus est contumax per Clar. *§. fin. quæst. 11. num. 3.* & Farinac. *quæst. item 15. num. 105.* id tamen procedit in pœnam contumaciæ, ex qua legitimatur inquisitio, & confirmatur delictum. Et ideò non comprobatur, nisi in vero contumace, nempè in eo, qui fuit citatus personaliter, vel dixit, se nolle venire, vel latitat, Farinac. *quæst. 18. num. 51.* Rota post eiusdem consilia *dec. 84. num. 18.* & in terminis sententiæ excommunicationis tenent relati à Sperello *dec. 48. num. 3.*

70 Et nihilominùs in criminalibus contra huiusmodi contumaces absentes non proceditur ad sententiam, præuia vnica citatione domi dimissa cnpia, sed per affixionem præuio monitorio, & seruatis quatuor terminis per dierum interstitia ad se expurgandum, & deinde elapsis saltem diebus triginta, in quibus non computantur dies itineris, proceditur ad diffinitiuam Farinac. *d. quæst. 11. num. 43. & seq.* dicens, ita se in praxi obseruasse, & vidisse obseruari in Prouincia Romandiolæ, & tnta Italia, Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 92. num. 3.* testans, hunc esse stylum Vrbis, Galliarum, & Flandriæ. De stylo Ferrariæ testatur Peregrin. Iannin. *inter cons. eiusdem Farinac. 85. num. 168.* Tusch. *lit. F. concl. 95. num. 78.* subdens, quod aliter non habetur pro citato, & sententia est nulla. Et in specie de praxi deueniendi ad declaratoriam excommunicationis iuxta formam supra traditam Ricc. in praxi infordescentiæ in excommunicatione *p. 3. resol. 218.* vbi *num. 4.* ex Scaccia ponit præfatum terminum triginta dierum, alioquin absens, qui sic, vt supra, non fuit monitus, non potest dici contumax, Rot. *dec. 11.* vbi addens post consilia Farinacij; qui stylus, quando tendit ad decisoria, scilicet ad constituendum contumacem, & confessum, qui de iure non est, esset probandus formiter, & non per subscriptionem Notarij, qui processum confecit Farinac. *cons. 86. num. 11. & seqq.* & probatus non releuaret, vti improbus denegans defensiones, Farinac. *d. cons. num. 16.* huiusmodi citationis defectus suppleretur ex illius prætensa scientia, nisi constiterit, quod fuerit præcisa, & tempore citationis, vt requiritur per Caputaq. *dec. 116. num. 3. p. 1.* Vbert. *de citat. cap. 113. num. 149. & seq. tom. 3.* Neque contrarium probant adducti per Guazzin. *def. 10. num. 32.* Quia loquuntur, quando reus est contumax; quod accidit, quando citandus latitat, aut fuit primò personaliter citatus, vel alijs modis, de quibus Ianuen. *in pr. cap. 29. n. 12.* in quibus terminis loquitur etiam Spad. *cons. 115. n. 1. & 2. lib. 3.*

71 Et licèt regula sit, quod à sententia excommunicationis non detur appellatio suspensiua, quia secum trahit executionem, neque idcircò impediri denunciatio excommunicati, & affixio edicti per textum *in cap. Per tuas de sent. excom.* Scac. *de appel. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 22. n. 1. 4. & seqq.* Ricc. *in pr. for. Eccles. p. 4. resol. 18. & n. 2.* cum pluribus *seqq.* nullus tamen negat excommunicatum posse ab ea appellare, eiusdemque appellationem admitti ad effectum deunlutiuum adeò, vt Superior, ad quem prouocatum fuit, possit illum absoluere, nec teneatur absoluendum remittere ad Iudicem, à quo, licèt possit, si maluerit, ex traditis *in d. cap. Per tuas §. nos igitur*, & in specie Specul. *tit. de appel. §. in quibus num. 17.* Farinac. *q. 101. num. 68.* & Scacc. *d. limit. 22. num. 34.* declarantes, id procedere, quando Superior per viam appellationis cognoscit de toto negotio, secùs autem si fuerit ad eum simpliciter reclamatum per modum querelæ, & Ricc. *d. resol. 18. num. 5.* quare appellatio saltem ad effectum deuolutiuum semper admittitur, etiam in terminis censurarum, Capel. Tolos. *dec. 299.* ibique Add. *in fine*, Rot. *dec. 100. num. 3. p. 1. diu.* cum alijs, quos sequitur.

72 Neque refragatur, quod Sperell. *d. dec. 48. num. 42. p. 1. & dec. 160. num. 57. p. 2.* dixerit, hodiè post declarationes S. Congregationis Immunitatis non dari, neque ampliùs admitti à declaratoria appellationem ad effectum suspensiuum. Tum quia non excludit illius admissionem quoad deuolutiuum operantem, vt causa, & illius cognitio transferatur ad Superiorem ita, vt possit excommunicatum, qui appellauit, absoluere iuxta *d. cap. Per tuas vers. verum de sent. excom.* ipsumque appellantem in dicta causa eximat à iurisdictione Iudicis, à quo & subijciat potestati, & iurisdictioni Iudicis ad quem, *cap. Non solum, & cap. Si à Iudice de appel. in 6.* Et tum quia præassertæ declarationes S. Congregationis emanarunt in terminis Constitutionis Gregorij XIV. ob violatam immunitatem Ecclesiæ. In quibus terminis etiam loqnuntur litteræ à dicta Sac. Congregatione scriptæ Cardinali Magalotto Legato Ferrariensi, quod ne Legatus quidem, possit absque speciali facultate Summi Pontificis absoluere à censuris incursis per violatores immunitatis Ecclesiæ; quare non sunt extra illam trahendæ ad generalem correctionem iuris communis canonici. Neque tollunt cognitionem grauaminis in deuolutiuo ita, vt non possit appellantem eximere à iurisdictione Iudicis à quo & inde cognito grauamine adire Summum Pontificem prn absolutione, saltem ad cautelam, quatenus esset necessaria. Aliàs enim tolleretur indirectè iurisdictio Legatis, alijsque Superioribus Ecclesiasticis concessa ex dispositione iuris communis *cap. 1. de offic. leg. & cap. 2. eod. tit. in 6.* & forsan etiam ex peculiaribus facultatibus.

73 Et quamuis hoc limitetur in notorijs ex Franch. & alijs relatis à Sperel. *d. dec. 98. num. 43.* & Riccio *in pr. d. resol. 18. num. 4. & resol. 27. num. 1.* huiusmodi tamen

limi-

limitatio non solùm intelligitur de notorio inexcusabili, quod nulla possit tergiuersatione celari, ceù post Alter. *de censur. tom.1. disp.5. lib.3. cap.3. ar.2. litt. A.* & Suarez *eod. tit. disp.3. sect.15. vers. quod intelligo, si ita constaret*, declarat Ricc. *d. resol.27. num.2.* Vnde probato delicto non statim sequitur notorietas inexcusabilis; Quia de qualitate notorietatis constare debet per testes examinatos, citata parte, & deponentes directè de visu suo, & totius populi, nec sufficiunt testes de auditu, ac de publica voce, & fama, Farinac. *quæst.21. num.99. & seqq.* Vbi dat formam examinandi, & interrogandi super notorio, Seraph. *dec.393. num.15.* quare ad huoc effectum constare debet de delicto, de notorietate, de reis inquisitis, & de inexcusabilitate. Sed etiam quia licèt à notorio non detur appellatio secundùm Glossam *in d. cap. Cum sit Romana de appel.* nihilominùs à sententia declarante factum esse notorium datur appellatio ex annotatis à Franch. *in cap. Peruenit 13. num.13. & seq. de appel.* Felin. *in d. cap. Cum non ab homine sub num.12. de iudic. & post alios relatos*, Scacc. *de appel. lib.3. cap.3. quæst.17. limit.4. num.65.* Grat. *dec.444. num.29. & seq.* Sperel. *d. dec.48. num.44.* ac Ricc. *d. resol.27. num.3.* adeò vt satis, superque sit dicere *Appello*, quia non sum culpabilis, vel non fuit probatum, me incidisse in hanc censuram, sicut ex Baldo, & Felino ait Sperell. *d. num.44.*

73 Non refragatur, quod absolutio ab hac excommunicatione sit reseruata Summo Pontifici. Tum quia nunc agimus de cognitione causæ appellationis ob notorium grauamen, quod illatum fuisse patere debet, non autem de absolutione à censuris sine causæ cognitione. Tum quia Bulla in Cœna Domini loquitur de censuris ritè, ac rectè relaxatis, non autem de nullis, & iniustis. Nam aduersus istas appellans auditur, Abb. *in d. cap. Per tuas de sent. excom. num.3.* Nauar. *in cap. Cum contingat 24. de rescript. remed.2. num. 3.* Couar. *in d. cap. Alma Mater §.7. num.5. de sent. excom.* cum alijs adductis per Ansald. *de iurisdict. p.3. tit.8. cap.6. num.1.* Videatur præ cæteris Ridolphinus in *prax. iudic. Audit. Cam. p.1. cap.14. à num.237.* & Genuensis in sua *prax. Neapol. d. cap.23.* quæ praxis quoad citationem aliquibus, teste ipso Genuensi, visa est dura. Ita enim ille ait *num.19. Decimotertiò sciendum est, quod in Curia Archiepiscopali, quando aliquis incidit in aliquam censuram, nempè ob violatam immunitatem Ecclesiæ, vel alias causas, capta informatione, citatur ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus ob prædictam causam. Et si non comparet, non excommunicatur, tanquam contumax, sed contra eum proceditur ad definitiuam sententiam, & declaratur excommunicatus ex causa, ob quam fuit principaliter citatus; quæ praxis aliquibus fuit visa dura ex regula iuris, quod contra absentes, & contumaces ex testibus lite non contestata receptis, non potest procedi ad definitiuam toto tit. vt lite non contestata, cap. omnia, cap. absente can. absens 3. quæst.9. in contrarium est veritas. Nam vbi de periculo animarum agitur, potest procedi ad definitiuam contra contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis, lite non contestata, textus est notabilis in cap. Quoniam frequenter §. porrò, vt lite non contest. Lap. alleg.10. Marian. Socin. in d. cap. Quoniam fall.58. iuncta fall.8. Prapos. in cap. de accusationibus 3. quæst.9. Et quando excessus est exemplaris, solet Curia Archiepiscopalis in prima citatione, siue monitorio præfigere competentem terminum ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus, & quod intra eundem terminum, vel alium competentem valeat citatus allegare, deducere, & probare quidquid vult, potest, & intendit; quare non debeat declarari cum comminatione, quod dicto termino elapso, si nihil deduxerit, prima die iuridica compareat ad videndum se declarari excommunicatum, & pro excommunicato publicè denunciari, decerni, & affigi per loca solita, & consueta ciuitatis, ipso vlteriùs non monito, nec citato, nisi quatenus opus fuerit, & expediret, & ad valuulas Ecclesiæ Metropolitanæ, & c. Datum, & c. Et posteà ipso non comparente, instante Fisco, proceditur ad declarationem, & affixionem cedulorum.* Ita Genuensis.

74 Ex quibus constat eiusmodi praxis durities, & rigor contra integrum titulum, *vt lite non contestata, can. omnia, & can. absente, & can. absens 3. quæst.9.* At nihilominùs illam seruandam esse iam diximus, & tradit Ridolphinus *loco allegato*.

CONSVLTATIO XIX.

De inualiditate, & iniustitia censurarum Ecclesiasticarum, deque appellatione ab illis aliqua in praxi non spernenda pro Episcopis, alijsque Prælatis Ecclesiasticis, tum ex iure communi, tum ex Sac. Concilio Tridentino.

IN *cap. Sacro de sent. excom.* prohibetur, nequis in ali- 1
quem excommunicationis sententiam promolgare præsumat, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas, si necessè fuerit, probari possit monitio. Quòd si contra præsumpserit quisquam, etiamsi aliàs iusta sit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdictum: alia nihilominùs pœna mulctandus, si visum fuerit expedire.

Ex hoc textu sententia excommunicationis dicitur in- 2
iusta tribus modis, de quibus plenè habetur *in cap. Episcopus §. si ergo, & cap. Non debet §. cum ergo 11. quæst.3. & in cap. Cum medicinalis de sent. excom. in 6.* Primò enim dicitur iniusta ex causa, idest quando non subest legitima, aut vera, vt patet *in d. cap. Sacro*, ibi: *absque manifesta, & rationabili causa*. Secundò ex animo, scilicet quando fertur potiùs ad vindictam, quàm ad correctionem. Nam quod seuerius castigare necesse est, non plectatur sæuientis animo, sed medentis, *can. odio 86. d.* Tertiò ex ordine, scilicet quando competens monitio non præcessit, vt *in d. cap. Sacro*. Sicut enim citatio prærequiritur ad alias sententias, ita etiam monitio ad sententiam excommunicationis; quia excommunicatio fertur propter contumaciæ perseuerantiam *can. nemo 2. 11. quæst.3.* Vnde monitio requiritur, vt à contumacia desistat, vt per Butr. *in d. cap. Sacro n.2.*

Dicitur autem monitio competens, idest trina, *can.* 3
de illicita 24. quæst.3. & cap. Contingit de sent. excom. Si tamen Prælatus excommunicaret subditum vnica tantùm monitione præmissa, non incurreret pœnas *d. cap. Sacro*, & quandoque expedit ita fieri secundùm Innoc. *ad d. cap. num.1. arg. cap. Tua vt lit. non contest. & can. 1. in fin. 4. quæst.5.* quinimmò ex causa monitio arbitraria est, vt si partes paratæ sint ad arma, & ad monitionem Episcopi superuenientis nollent à pugna desistere, & ideò ad refrænandas ipsas statim excommunicat omnes pugnantes, vtique ab omni pœna excusabitur *arg. leg. nequissimum ff. de vsufr.* & notatur *in cap. Statuimus §.1. de offic. deleg. in 6.* Plerumque enim nec tempus, neque locus patitur plenius deliberandi consilium *l. 1. ff. de exercit. act.* Et propterea *d. cap. Sacro* cautè non dixit trina, sed competenti, quasi dicat arbitraria *arg. cap. fin. de transact.* Felin. *in d. cap. Sacro nu.4.* Vbi alijs relatis concludit, Prælatum posse excommunicare uno præmissa monitione, quando periculum est in mora.

Id tamen locum habet, si excommunicatio feratur 4
pro culpis præteritis, secùs verò si pro culpis futuris; quia tunc nulla requiritur monitio, vt in *d. cap. Sacro* declarant Innoc. *num.1.* Ostien. *eod. n.* & Felin. *num.5.* Nec procedit, si excessus sit notorius, quia tunc nulla requiritur monitio, dummodò tamen constet de contumacia, siue sit notoria. Tunc enim superuacua est admonitio *cap. Venerabilibus §. porrò*, ibi: *secùs autem si se contumacem confiteatur, vel aliàs de sua contumacia constet, de sent. excom. in 6.* Aretin. *cons.165. num.9.* Si verò non constat de contumacia, monitio est necessaria, etiam in notorijs, vt post Innoc. Ost. Butr. & alios concludit Felin. *eo loco num.3.* Cum enim excommunicatio ab homine feratur, tantummodò contra perseuerantem in contumacia semper requiritur admonitio, vt à contumacia desi-

desistat, quantumcumque delictum sit notorium, vt probatur *in cap. Illicita 24. quæst.3.* vbi delictum supponitur manifestum, & tamen requititur trina monitio, vel vna pro omnibus peremptoriè, vt si parere noluerit, aduersus eum quasi in contumacem iudicari possit, vt dicitur *in d. cap. Sacro*, & notat Gloss. *in cap. Cum medicinalis v. causam de sent. excom. in 6.* & sic ponderatur contumacia, quæ insurgit post monitionem, licèt delictum sit manifestum, de quo aliàs. Neque etiam requiritur monitio, si excommunicatio feratur ad sui iuris defensionem; quia tunc Prælatus potest vim propulsare, & ius suum tueri armis spiritualibus, vt *cap. Dilecto de sent. excom. in 6.* de qua te nos alibi; quo in casu nulla requiritur causæ cognitio, aut monitio, quia non procedit, vt Iudex, sed vt pars, Innoc. *in cap. Venerabili num.4.* ibique Butr. *num.10. de sensib.* quos sequitur Felin. *in d. cap. Sacro num.6.* Lap. *alleg.73. num.3.* minusque id requiritur in Prælato Regulari. Vnde si Monachum excommunicat non præmissa monitione, & non in scriptis non incidit in pœnam interdicti per mensem ab ingressu Ecclesiæ, de qua *in d. cap. Sacro*, vt concludit Felin. *ibidem num.7.* per textum *in cap. 1. de sent. excom. in 6.* & Lapum *alleg.73.* vbi videtur loqui de culpis futuris, sed in *alleg.13.* pro colpis præteritis ait, Prælatum, qui excommunicauit religiosum monitione non præmissa, non excusari ab errore iuris, neque ab irregularitate, si sic suspensus ignoranter celebrauit; quia, licèt excusetur, tamen quoad extenuandam grauitatem delicti, non quoad tollendum delictum ex toto. At Gregorius XIII. audita relatione Congregationis, dixit Prælatum regularem, qui non præmissa monitione protulit sine scriptis contra subditum sententiam excommunicationis per viam præcepti, hoc modo: Præcipio tibi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ad cautelam absoluendum esse, & de cætero seruandam consuetudinem Religionis. Dictum verò Regularem Prælatum non comprehendi *d. cap. Sacro, & cap. 1. de sent. excom. in 6.* iudicatum fuit.

5 Extra hos casus, aliosque huiusmodi, non debet quis excommunicari, nisi monitione præmissa, & monitio debet esse trina, vel vna pro omnibus cum aliquot dierum competentibus interuallis, vt est decretum *in cap. Constitutionem §. statuimus de sent. excom. in 6.* & notant *in d. cap. Sacro* Butr. *num.10.* Felin. *num.1.* cuius praxim ponit Couar. *in cap. Alma mater de sent. excom. in 6. p. 10. §.9. num.5.* videlicet, moneo te ad hoc faciendum, vel non faciendum intra quindecim dies, quorum quinque pro prima, quinque pro secunda, & reliquos quinque pro tertia monitione assignamus. Itaque debent assignari dies pro singulis arbitrio Iudicis, vt non minùs vna dies, & communiter duo assignantur. Vnde Menoch. *de arb. cas.545. num. vlt.*

6 Quod si monitio non præmittatur, non propterea excommunicatio redditur nulla, nisi in casu *cap. Statuimus de sent. excom. in 6.* cum scilicet excommunicatio fertur in participantes cum excommunicato, & ita intelligitur Glossa 2. *in d. cap. Sacro in fine*, vt ibidem declarat Felin. *num.2.* post alios, ac Federic. de Sen. *cons.11. num. 1. & 7. ac 10.* quibus in locis firmat, excommunicationem latam non præmissa trina monitione non esse nullam, sed iniustam, & ideò timendam; quod etiam tenet Rota *dec.7. n.1. de sent. excom. in nouis.* Ratio autem est, quia vis excommunicationis non ab admonitione, aut ordine iudiciario, sed à clauibus Ecclesiæ, & iurisdictione ferentis dependet, quæ tam in delegato, quàm in Iudice Ordinario esse potest.

7 Et notandum primò est *ex cap. Romana de sent. excom. in 6.* quod nec in specie, neque in genere pro culpis præteritis, vel præsentibus Iudices Ecclesiastici ferre debeant censuras sine competenti monitione, aliàs sententia est iniusta.

8 Secundò, quod dicitur *in d. cap. Sacro* de modo ferendi sententiam excommunicationis, idem etiam in alijs censuris, scilicet suspensionis, & interdicti obseruandum est, vt non ferantur sine monitione, vt supra, *cap. Reprensibilis de appel. cap. Statutum de sent. excom. in 6.* Sayr. *lib.1. cap.12.* & Suarez *disp.3. sect.12. num.4.* Verùm pœna, de qua *in d. cap. Sacro*, scilicet interdicti ab ingressu Ecclesiæ, non incurritur nisi in illo casu, quando fertur censura excommunicationis, non seruata dicta forma præuia, & non procedit contra ferentem sententiam suspensionis, vel interdicti, Suar. *disp.37. sect. 1. num.3.* Bonac. *de censur. suspens. quæst.5. pun.1. §.1. num. 2.* Tolet. *lib.1. cap.48. §. octaua*, quamuis alij contra teneant apud Bonacinam, scilicet Felinus, Henriquez, & Alterius.

9 Tertiò, quod interdictum illud, seu pœna, de qua *in d. cap. Sacro*, non procedit contra Episcopos, quia de illis non est facta mentio, *cap. Quia periculosum de sent. excom. in 6.* Sayr. *lib.1. cap.13. num.15.* & Suar. *d. disp.37. sect.1. num.3.*

10 Et quartò, quod non prærequiruntur monitiones, quando fertur præceptum sub censura ipso facto incurrendam in casum contrauentionis *cap. Reprehensibilis de appel.* Suarez *disp.3. sect.8. num.5.* Sanch. *in decal. lib.6. cap.4. nu.50.* qui dicunt procedere, siue illud præceptum sit speciale ab homine extraiudiciale, siue generale à iure; quia illud præceptum satis monet. Sed neque requiritur monitio ad sententiam declaratoriam censuræ incursæ, sed requiritur tantùm vna citatio ad dicendum causam, quare non debeat declarari, vtque non feratur in inauditum, nisi in contumaciam, Gloss. *in d. cap. Sacro v. constiterit de sent. excomm. & in Clem. præsenti eod. v. de cens.* ac Genuen. *in prax. cap.20. num. 16.* Hactenus de iniustitia excommunicationis ex causa, ex animo, & ex ordine in terminis iuris communis.

11 Verùm ex iure nouissimo S. Concilij Tridentini hæc tria non sufficiunt sed requiritur, vt excommunicatio in subsidium feratur. Nam Sancta Synodus animaduertens excommunicationis gladium, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, præcepit omnibus Iudicibus Ecclesiasticis, vt in causis ciuilibus abstineant se à censuris, vbi executio realis, vel personalis propria anthoritate ab ipsis fieri poterit; quod si huiusmodi executio non possit fieri, sitque erga Iudicem contumacia, tunc eos etiam anathemate arbitrio suo ferire possit. Sed & in causis criminalibus ita demùm censuris vti liceat, si executioni reali, vel personali facilè locus esse non possit, & delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, aliam per edictum, id postulet, vt *in cap.3. sess.25. de reform.* Quare grauissimam omnium Excommunicationis pœnam considerantes Patres, præcipuè Origenes *homil.9. in Hieremiam*, non nisi ex grauissima, & publica causa, & in contumaces dumtaxat adhibendam tradiderunt.

12 Ex his verbis primò colliguntur tria requisita ad hoc, vt quis possit iustè excommunicari. Primùm est, vt præcedat monitio saltem bina, & ita hac in parte receditur à dispositione iuris communis, quod regulariter trinam requirebat, vel vnam pro omnibus cum competentibus dierum interuallis, vt dictum est supra. Item ex Concilio sufficit monitio, etiam per edictum, cum tamen ex iure veteri debeat fieri personaliter, vt determinat Innoc. *in cap. Si aduersarius num.1. de eo, qui mit. in posses. caus. re. ser.* Rot. *decis.28. num.5. de appel. in antiq.* nisi in quatuor casibus. Primus est, quando excommunicatus latitat, vel in fraudem se absentat, Rot. *in nou. dec.11. in fin. de dol. & contum.* Secundus, quando semel fuit citatus personaliter, vt *in dec. vn. de fer. in nou.* Tertius, quando monitio, vel citatio ad domum peruenit ad notitiam citati. Quartus, quando fuit malè absolutus, & agitur de reincidentia, Rot. *dec.7. de sent. excom. in nou.* Couar. *in d. cap. Alma mater in p.1. relat. §.9. num.4. de sent. excom. in 6.*

13 Secundum requisitum ex dicto S. Concilio ad hoc, vt quis possit iustè excommunicari pro causa ciuili, est contumacia, veluti si peremptoriè citatus coram Iudice renuit comparare, de iustitia responsurus, vel quia iussus, vt intra talem diem centum Titio solueret, ad quæ illi ex causa depositi tenebatur, facere recusauit, vt declarat Glos. *in cap. Cum medicinalis, v. causam de sent. excom. in 6.* quod ex iure veteri sancitum erat, vt *d. can. nemo 2. 11. quæst.3.* & alibi. Et in causis criminalibus præter contumaciam exigitur, vt delicti qualitas id postu-

in

let; quia pœna excommunicationis nulla est maior in Ecclesia, can. Corripiantur 24. quæst.3. & can. non affirmamus quæst.1. Illa enim separat à corpore Christi, quod est Ecclesia cap. penult. de sent. excom. & can. Engeltrudam 3. q.4. Et ideò non infligitur, nisi pro culpa mortali cum contumacia d. can. nemo 2. 11. q.3. Capel. Tholos. dec.298.

14 Tertium requisitum est, vt censura in subsidium feratur, scilicet vbi fieri non potest executio realis, vel personalis, siue causæ sint ciuiles, siue criminales; quod iure communi cautum non erat. Quin potiùs ordine inuerso primo vtendum erat gladio excommunicationis, eo quia non proficiente in subsidium deueniendum erat ad capturam, seu personalem districtionem, vt cap. Odoardus ibique Abb. in 1. & 2. notab. de solut.

15 An autem excommunicationes latæ ab Episcopo non seruata forma d. cap.3. sess.25. sint ipso iure nullæ, vel inualidæ, S. Congregatio eiusdem Concilij Interpres consulta respondit, esse validas, & excommunicatum indigere absolutione per ea, quæ tradit Abb. post Gloss. in cap.1. de excess. Præl. & Felin. in cap. Rodulphus nu.26. de rescript. excommunicationem latam sine citatione, vel monitione, vel eius ordine non seruato, tenere, quamuis sit iniusta. Placuit tamen S. Congregationi, vt per priuatas litteras moneretur Episcopus, validam esse excommunicationem, curandum tamen illi in posterum, vt omni diligentia seruetur forma Concilij de hac materia, vide can. Siquis frater cum præcedenti, & sequenti 11. quæst.3. Sed quid tum fiet, si iniustè excommunicatio decernatur? Audi Gregorium homil.26. in Euangelia: *Sub magno moderamine Pastores Ecclesiæ, vel soluere studeant, vel ligare. Sed vtrum iustè, vel iniustè obliget Pastor, Pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest, & cum iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur.*

16 Deinde colligitur ex cit. cap.3. §. sane, excommunicationis materiam, & illius cognitionem ad Ecclesiasticos Iudices pertinere, priuatiuè ad Iudices laicos. Idem habetur ex can. corripiantur cum Gloss. 1. 24. quæst.3. cap. Cum ab Ecclesiarum, vbi etiam Gloss. 1. de offic. Ordin. Nam excommunicatio mucro Episcopi dicitur, gladius Ecclesiasticus spiritualis defensio, & neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, can. visis 16. quæst.2. cap. Dilecto de sent. excom. lib.6. cuiusque vsum fuisse in Ecclesia, etiam temporibus Apostolorum, patet ex Matth.18. *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus.* Et 1. ad Corinth.5. *Tradidit eam Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Nostri Iesu Christi*; quam quidem pœnam non modò, vt incæstuosus ille à dæmone obsessus miserabiliter cruciaretur, esse intelligendam, sed etiam, vt à communicatione fidelium haberetur abscissus, Patres omnes consentiunt, Tertul. de pudicit. cap.13. Ambros. lib.1. de pœnit. cap.14. cum alijs relatis à Baronio in annum 57. vbi Spadonus num.4. & simili excommunicationis modo per traditionem Sathanæ vsus alibi Paulus aduersus Alexandrum, & Himenæum, qui à fide exciderant ad Galat.1. Vnde excommunicationem verè efficacem, & metuendam esse, afferunt Clemens Romanus can. Apostol.10. 11. 12. 29. 31. & Constitut. Apostolic. lib.2. cap.21. cap.41. & 47. Origenes homil.7. in Iosuem, & homil.21. & 11. in Hieremiam, & tract.35. in Matth. Petrus Alexandrinus can.4. & 5. ac 7. Eusebius Cæsariensis hist. Eccles. lib.6. cap.27. Concilium Nicenum can.5. Antiochenum can.6. Sardicense can.13. & 14. Basilius Magnus Epist.47. ad Athanasium, Gregorius Nyssenus orat. aduersus eos, qui ægrè ferunt reprehensiones, Ioannes Chrysostomus contra Gentiles de Babyla martyre, & lib.3. de Sacerdotio, & in prioris ad Corinth. Ep. orat.15. Palladius histor. Sanct. Patr. cap.40. Synesius Epist.12. & 58. ad Episcopos, Ioannes Cassianus lib.2. instit. cap.16. Cyrillus Alexandrinus, & Aegypti Synodus Epist. ad Nestorium, Sozomenus lib.2. cap.25. Theodoretus Eccles. hist. lib.5. cap.17. & in cap.5. prioris ad Corinth. Concilium Chalcedonense act.3. Epist. ad Valentinianum, & Marcianum Impp. Olympiodorus in cap.3. Ecclesiast. Episcopi Orientales Ep. ad Simmachum Papam, Iustinianus Imperator in auth. de Sanctis Episcop. §. omnibus, & in auth. de monach. & Asceterijs, & in auth. quomodo oportet Episcop. & Cler. §. siquis autem, Constantinus Scholasticus in proem. suarum collectionum, Isychius lib.2. in Leuit. cap. 10. Antiochus homil.122. Ioannes Damascenus orat. de transfigurat. Domini, Nicephorus Chartophylax Epist. ad Theodosium Monach. Theophylactus ad cap.16. Matth. & ad cap.3. poster. ad Thessal. Euthymius ad cap.18. Matth. Ioannes Zonaras tom.3. Michael Glycas p.4. annal. Nicephorus Callistus lib.6. cap.33. & lib.13. cap.33. & lib.14. cap.3. Emanuel Malaxus in hist. de Patriarch. Constantinop. cap.9. de Maximo.

Ex Patribus Latinis, Tertullianus in apolog. cap.39. & 17
lib.2. ad vxor. de matrim. Cum gentilib. cap.3. & aduers. Marcion. lib.4. cap.24. Calixtus Ep.2. Fabianus Ep.1. Cyprianus Ep.28. & Epist.55. & Ep.62. Sixtus Secundus Ep.2. Eutychianus apud Gratian. 23. quæst.8. Concilium Elibertanum cap.8. Arelatense primum cap.16. Arelatense secundum cap.8. Carthaginense primum cap.14. Ambrosius lib.1. de pœnit. cap.14. & de ieiunio cap.22. & lib. 2. offic. cap.27. Syricius Ep.1. cap.3. Hieronymus Ep.1. ad Heliodorum cap.7. & Ep.9. ad Demetriadem cap.10. & Ep.53. ad Riparium, & ad cap.18. Matth. Concilium Carthaginense quartum cap.73. Augustinus de fide, & oper. cap.5. & contra aduersar. leg. & Prophet. lib.1. cap. 17. & tract.50. in Ioannem, & ad Psal.54. Concilium Toletanum primum cap.15. & 16. Innocentius I. Epist. 31. quæ est ad Arcadium Imperatorem, Paulinus Presbyter Mediolanensis in vit. Ambrosij, Cœlestinus I. Epist.6. ad Ioan. Episc. Antiochen. Concilium Arausicanum cap.11. apud Gratian. 11. quæst.3. ibidem, & apud Burchardum, Leo I. Epist.89. ad Episcop. Viennensis Prouinciæ cap.6. Prosper. de vit. contempl. lib.2. cap.7. Eucherius Lugdunensis ser.3. post 3. Dominic. Quadrag. Faustus Rhegiensis serm. ad Monachos, Gelasius Epist.8. ad Episcop. per Dardan. & Illyric. constit. Symmachus apologet. ad Anastasium Imper. Concilium Agathense cap.3. Eueberius Gallus lib.3. Reg. cap.17. Primasius lib.3. in Apocal. Benedictus Abbas cap.24. Regulæ, & cap.26. Iustus Orgelitanus in Cantica, Concilium Turonense secundum cap.21. Lugdunense cap.4. Bracarense primum cap.33. Martinus Bracatensis in capitulis græcarum Synodorum cap.36. Gregorius Magnus homil.26. in Euangel. & lib.3. Ep.24. Concilium Antisiodorense cap.39. Audoenus Vitæ S. Eligij lib.2. cap.19. Concilium Toletanum 11. cap.6. Beda homil. in die Petri, & Pauli, & historiæ Anglicanæ lib.3. cap.22. Zaccharias Papa Epist. ad Bonifacium, Concilium apud Palacium Vernis cap.9. Ambrosius Ansbertus in Apocal. lib.5. cap.11. Carolus Magnus lib.1. legum cap.36. & lib.5. cap.23. & lib.6. cap. 140. Concilium Cabilonense secundum cap.25. Eugenius Secundus decreto 1. Vualfridus Strabo de reb. Ecclesiast. cap.17. Rabanus Maurus ad cap.13. Hieremiæ, Concilium Vvormaticense cap.13. Metense cap.7. & cap. 8. Arnulphus Imperator in Synodo Triburiensi cap.3. Reginn Prumiensis lib.2. annal. de anno 866. Radulphus Flauiacensis in Leuit. lib.18. cap.4. Smaragdus ad cap.28. Regulæ Benedicti, Synodus Remensis cap.12. Osbertus Anglus vitæ S. Dunstani cap.13. Radulphus Ardens Dominica 1. post Pascha, Petrus Damianus Ep.2. ad Gregorium VII. Gregorius VII. lib.4. Epist.2. Anselmus ad cap.18. Matth. & Epist.8. quæ est ad Guilelmum Abbatem, Iuo Carnotensis Epist.98. Hugo Victorinus de Sacram. lib.1. cap.26. Bernardus Epist.303. ad Ludouicum Regem Francorum, Petrus Lombardus lib.4. dist.18. Richardus Victorinus de ligandi, & soluendi potest. cap. 11. Fridericus I. Imper. in auth. Item quæcunque Cod. de Episc. & Cler. Alexander III. Ep. ad Bononienses, Hildegardis lib.2. visione 6. Concilium Lateranense sub Alexandro p.1. cap.24. Innocentius III. Nidrosiensi Archiepiscopo, Concilium Lateranense sub Innocentio cap.47. Saxo Grammaticus hist. Danicæ lib.11. Concilium Alemaniæ cap.6. Guilelmus Aluernus Parisiensis de Sacram. Ordin. c.11. Alexander Alensis p.4. quæst.22. ar.2. Thomas Aquinas in supplemento 3. p. quæst.22. ar.1. & ad cap. 11. Apocal. Bonauentura p.1. centiloq. c.27. Nicolaus Lyranus ad cap.18. Matth. Ludolphus Carthusianus Vitæ

Chri-

Christi *p. 2. cap. 1.* Thomas Argentinensis *lib. 4. dist. 18.*
q. 1. ar. 1. Thomas Vualdensis *tom. 2. de sacram. panis.*
cap. 145. Laurentius Instinianus *serm. in Dominica de ra-*
mos palmarum, Dionysius Carthusianus *ad cap. 18. Mat-*
th. Gabriel Bielius *lect. 26. in Canonem*, Albertus Crant-
zius *in metropolis lib. 3. cap. 10.*

18 Sed ad quid hæc, & alia huiusmodi? Vt luce clariùs
appareat, quàm temerè sola mentis caligine, & catholi-
cæ Religionis, ac iurisdictionis Ecclesiasticæ odio non
solùm hæretici, sed etiam Pseudopolitici asserant, ex-
communicationem esse recens figmentum, nec licere
Prælatis in quemquam, quantumuis contumacem sæui-
re excommunicationis gladio.

19 Hoc anathematis non bruto fulmine percussi sæpiùs
fuere Imperatores, Reges, alijque Principes. De Theo-
dosio Imperatore ob cladem Thessalonicensem à S. Am-
brosio ab Ecclesia repulso post Augustinum *lib. 5. de ciuit.*
cap. 25. Ambrosium *ep. 28.* ad Theodosium, referunt
annales Baronij *anno* 390. Vbi Spondanus *n. 1. 2. & 3.* De
Philippo Imperatore, qui post baptismum deliquit, cum
ab Ecclesiæ iure deberet esse extorris, idem facta exomo-
logesi publicè in Ecclesia, Fabiano Papa aliter eum ad
preces cum reliquis celebrandas postrema vigilia Pascha-
tis admittere recusante, magnæ pietatis exemplo lacry-
mis delictum diluit, Eusebius *lib. 6. histor. cap. 25.* Baro-
nius *anno* 246. vbi Spondanus *num. 2.* Sicuti etiam Inno-
centius Papa Arcadium, & Eudoxiam coniugem à com-
munione Ecclesiæ reiecit ob facinora in Ioannem Chri-
sostomum perpetrata, vt post Nicephorum, & alios re-
fert Baronius *anno* 407. vbi etiam Spondanus *num. 7.* Ac
etiam Anastasius Imperator à Symmacho Papa excom-
municatus ex eodem Baronio *anno* 502. *num. 3.* Sic quo-
que, Henricus Imperator à Gregorio VII. & alij ab alijs
apud historicos passim. Illud sanè horrendum fuit ana-
thema, quod Theodorus Papa ad sepulchrum S. Petri
accedens, de sanguine Christi ex calice distillato in atra-
mentum depositionem Pyrrhi olim Monothelitarum
Patriarchæ excommunicati conscripsit ex Baronio *in*
annum 648. vbi Spondanus *num. 2.* Simile quoque factum
legimus apud Græcos in octaua Synodo œcumenica ad-
uersus Photium intrusum in Ecclesiam Constantinopoli-
tanam ex actis eiusdem Synodi, & apud Baronium *an-*
no 869. *num. 5.*

20 Ne igitur Magistratus seculares ex eo decreto *cap. 3.*
sess. 25. ansam arriperent sibi aliquam iurisdictionem
vindicandi in materia excommunicationis, prouidè S.
Synodus statuit per hæc verba: *Nefas autem* (hoc est im-
pium, & execrabile, quod ne fari quidem liceat) *se-*
culari cuilibet magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici,
ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommu-
nicationem reuocet sub prætextu, quod contenta in præsenti
decreto non sint obseruata, cùm non ad seculares, sed ad
Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

21 At nihilominùs cum in Curia Parlamenti Dolensis
relatum esset à Regis Secretario, quod Concilij Triden-
tini decretis interdictus, & prohibitus erat vsus gladij
excommunicationis pro contumacia, & executione
sententiarum Ecclesiasticarum, quotiescumque execu-
tio realis, vel personalis fieri possit, & quod eius Maie-
stas, vt tam sancto decreto effectum daret, voluerat, vt
omnes sententiæ Ecclesiasticorum Iudicum, quæ ipso iu-
re deberent executioni mandari, non obstante appella-
tione suspendantur, donec obtentum sit mandatum in
Curia dicti Parlamenti, in qua declarabitur, an sit lo-
cus executioni reali, vel personali. Prohibuit Senatus
Curiæ, ne aliqui se censuris non seruata dicta forma
lacesserent, sub pœnis, &c. S. Congregatio Concilij cen-
suit, hoc decretum conuellere iurisdictionem Ecclesia-
sticam contra veteres Canones, contra Concilium, quod
dedit hoc arbitrium Episcopis, contra Bullam Cœnæ Do-
mini, quæ eos excommunicat, qui quomodolibet im-
pediunt iurisdictionem Ecclesiasticam. Regem autem,
vel Senatum non potuisse sibi quicquam iurisdictionis
vindicare in materia excommunicationis. Siqui au-
tem in ea abusus irrepserint, debuisse consulere Pontifi-
cem, ad quem solum spectat eos tollere, vt decreto eius-
dem Concilij sancitum est eadem *sess. 25. in fin de recip. &*
obseruan. Ideòque scriptum fuit Nuncio, vt alloqueretur
Regem, vt iste iuberet reuocari hoc edictum, & abole-
ri, & abradi de libris, in quibus scriptum est. Quod si
Rex difficilem se ostenderet, diceret expressè, Sanctis-
simum, si viderit Regem non prouidisse, coactum iri
exercere potestatem spiritualem contra Senatum Do-
lensem.

Porrò si Iudex voluerit excommunicare contumaces 22
ex d. cap. 3. sess. 25. est necessarium, vt constat ex actis
per relationem Nuncij, realem, vel personalem execu-
tionem fieri non posse, nec sufficit id extra Iudicium
liquere. Quia cum excommunicatio sit pœnarum gra-
uissima, tunc demum à Iudice ferri permittitur in con-
tumaces, cum nulla alia illis remedia prosunt. Non
enim seueriora sunt adhibenda, cùm leuiora sufficiunt.
Itaque, si posset aduersos reos fieri realis vel personalis
executio, non esset deueniendum ad excommunicatio-
nem. Non esse autem locum reali, vel personali execu-
tioni videtur necessarium, quod constat ex actis, ad-
hoc vt Iudex ritè adhibere valeat excommunicationis
remedium. Non enim Iudex ex seipso aliquid iudicare
debet, sed ex auditis, visisque apud acta iudiciorum,
Glos. *in cap. 1. de offic. Ordin.* & Bartol. *in l. 1. num. 4. C.*
vt quæ desi. aduoc. part. Iud. & etiam notoria, quæ nulla
indigent probatione *can. de manifesta 2. q. 1. cap. Euiden-*
tia de accus. & l. 1. ff. de in integr. rest. debent tamen con-
stare Iudici, vt Iudici, ex actis esse notoria, Felin. *in cap.*
Pastoralis num. 23. de offic. Ordin. & vbicumque non licet
procedere ad actum, nisi aliqua præcedant, constare
debet illa præcessisse, vt actus geri validè possit, nec sta-
tur assertioni agentis, vt probat Alex. *cons. 101. num. 6.*
vol. 1. vbi ait non stari assertioni Principis alicuius bona
ob rebellionem publicantis, nisi de rebellione constet, &
notant Doctores *in l. Si fortè, ff. de castr. pec.* Notandum
autem est hoc decreto ex Sac. Congregatione Auditores
Rotæ, non comprehendi.

Item licèt censuræ de rigore relaxari possint in reum, 23
contra quem executio realis, vel personalis fieri non
potest, etiamsi alter reus similiter in solidum obligatus
soluendo sit, & contra eum executio facilis sit; quia
quando duo sunt obligati in solidum, sunt etiam duæ
principales obligationes paris potestatis, *l. si reus, & l.*
eadem in fin. C. de duob. reis, nec vna dependet ab altera,
atque adeò concurrentibus in vnum requisitis à Conci-
lio, & secundùm formam obligationis, censurarum re-
laxatio fieri poterit contra eundem. Et vbi sunt plures
rei, creditor potest exigere debitum, à quo voluerit, *l.*
2. C. de duob. reis, nec auferenda ei est hæc electio *l.*
exprimere eod. tit. sed auferretur, si omissa via cen-
surarum contra vnum teneretur inuitus alium excu-
tere.

Aequiùs tamen videtur, & propiùs ad mentem Sac. 24
Concilij, vt, quandiù alter correus soluendo est, & con-
tra eum executio fieri potest, abstineat Iudex à censuris
contra alterum; quia cùm re inspecta vna tantùm sit
obligatio correorum *l. 3. §. vbi duo eod. tit.* Et actio, quæ
ex obligatione oritur, sit ius prosequendi, quod sibi de-
betur, *instit. de act. in princ.* Sufficere debet creditori, vt
à quocumque sibi obligato debitum consequi possit, vt
ab actione subsidiaria, quæ vltimum affert præsidium,
excludatur *arg. §. sciendum instit. de satisd. tut.* Ergo simi-
liter Iudex abstinebit à censuris, quæ dumtaxat in sub-
sidium decernuntur, etiam in vim obligationis Came-
ralis ex Constitutione B. Pij V. 113. *incip. Inter illa.* Con-
firmatur, quia per Concilium quandocumque in vna
causa potest aliter fieri executio contra reos, à censuris
abstinendum est *d. cap. 3. §. In causis verò.* Ac quando pro
eodem debito duo sunt obligati in solidum, vna causa
est, & vna obligatio. Et ita declarauit Sac. Congregatio
Concilij, quæ etiam declarauit cum pensionarijs non
esse necessariò seruandam diligentiam, quam requirit *d.*
cap. 3. sess. 25. Hi enim vigore clausulæ in litteris Aposto-
licis insertæ, *elapso termino incurrant*, quod verbum
importat excommunicationem ipso iure, Tiraquel. *in l.*
Si vnquam num. 145. & seq. C. de reuoc. donat. lata iam à
Papa sententia excommunicationis, statim illam incur-
runt, cum non agatur ampliùs de illis excommunican-
dis,

dis, sed tantùm de declaratoria in eos ferenda, vt proinde Auditor Cameræ, & quilibet alius inferior non potest non exequi sententiam, & licèt Concilium dicat *in procedendo*, id intelligitur quando Iudex ex se procederet, non quando Papa iam excommunicauit. Id ipsum etiam declarauit, si obligatio contineret præceptum de soluendo sub pœna excommunicationis ipso iure secundum antiquam formulam, scilicet non intrare tunc decretum Concilij, cum in hoc casu non agatur de irroganda excommunicatione, sed de declarando tantùm iam irrogatam fuisse legitimè, sicque sit declaratio excommunicationis iam incursæ.

25 Eadem S. Congregatio declarauit, ius decernendi excommunicationes, quæ pro rebus deperditis, vel subtractis, ferri solent quoad subditos Abbatis exempti, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentis, non pertinere ad Episcopum, sed adeundam esse Sedem Apostolicam. Quæ tamen declaratio non videtur procedere in casu, quo Abbas habeat quandam iurisdictionem, quasi Episcopalem, sed appellationes ab eo ad Episcopum interponantur, sed locum habet in casu, quo nulla iurisdictio penes Episcopum remaneat, neque actu, neque habitu, vt si sit exemptus, & immediatè subiectus Papæ; quo casu, data negligentia, vel impotentia ipsius, non succedit in iurisdictione Episcopus, sed Papa, Abb. *in cap. Graue in fin. de offic. Ordin.* Felin. *in cap. Irrefragabilis in princ. eod. tit.* Papa enim est Iudex ordinarius exemptorum, Doctores *in cap. Si Papa eod. tit.* & Glos. *in cap. Authoritate de priuil.* Secùs autem in casu, quo inferior habeat iurisdictionem actu, ita, vt habitu remaneat penes Episcopum, vt puta per priuilegium, quod tribuat huic inferiori iurisdictionem, sed eum non subijciat immediatè Papæ. Vel si hic inferior non habeat priuilegium, sed per præscriptionem acquisiuerit iurisdictionem in certa parte diœcesis, quo casu non potest eam ita præscripsisse, vt constituat caput in eadem diœcesis parte, cum vna diœcesis non possit habere duo capita, sed ita potuit acquisiuisse vt ipse sit sub Episcopo, & Episcopus habeat vniuersalem iurisdictionem habitu secundum Ostien. & Butr. *in cap. Cum contingat de for. comp.* quare in hoc casu cùm Concilium ademerit huiusmodi inferiori ius decernendi excommunicationes ad effectum reuelationis, illud videtur pertinere ad Episcopum, & non esse necesse adire Sedem Apostolicam.

26 Vicarius verò generalis potest concedere has excommunicationes, si sibi ab Episcopo in specie talem facultatem habeat; quod locum habet etiam in Vicarijs Capitulorum, Sede vacante. Et cum Concilium *d. cap. 3.* dicat, ad solum Episcopum spectare, aduertendum est, Decano Ecclesiastico, qui inferiori Prælato subditus est, non opus esse licentia sui Prælati ad huiusmodi monitiones ab Episcopo concessas, fulminandum, sicut etiam facta reuelatione, causa non est cognoscenda ab Episcopo, sed à Prælato, à quo aliàs cognoscenda esset. Verba verò illa *d. cap. Ex re non vulgari* ex S. Congregatione intelligenda sunt iuxta statum, & conditionem personarum petentium. Ideò si quis pauper, vtputa villicus, aut alius similis amiserit rem valoris quinque, aut sex aureorum, & huiusmodi excommunicationem petat, sit concedenda, vt notatur *in cap. Episcopi, can. nullus Sacerdotum 11. q. 3. & d. cap. Sacro de sent. excom.* Et licere Episcopo, dixit eadem S. Congregatio mulctas pecuniarias in causis ciuilibus irrogare, & exactas locis pijs esse assignandas.

27 Cum verò quæreretur, an Executor Apostolicus, in partibus deputatus cum potestate excommunicatus nunciandi, postquam sibi constiterit per obligationem excommunicationis sententiam incurrisse, teneatur seruare hanc formam, adeò, vt verba commissionis excommunicationem publicè nuntietis, & faciatis ab aliis nuntiari, oppositis maximè per obligatum exceptionibus de nullitate pensionis, & consensus præstiti, intelligantur in subsidium excommunicationis realis, vel personalis, *S. Congregatio censuit, non teneri, & verba allegata non esse intelligenda in subsidium.*

28 An autem debeant necessariò præcedere aliquæ aliæ monitiones ad hoc, vt contra insordescentem per annum in excommunicationem, vti suspectum de hæresi, procedi valeat, *S. Congregatio censuit, non opus esse monitionibus, vt resipiscat, sed elapso anno, citari potest, tanquam suspectus de heresi,* At de hoc alias exactè.

29 *In cap. Medicinalis de sent. excomm. in 6.* habetur. *Quisquis excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis conscribat, exemplumque huius scripturæ teneatur tradere excommunicato intra mensem, si fuerit requisitus, super qua requisitione fiat publicum instrumentum, vel litteræ testimoniales conficiantur sigillo authentico.*

30 Si quis autem Iudicum huius Constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis nouerit se suspensum. Superior verò, ad quem recurritur, sententiam in tali casu relaxet, & latorem, seu Iudicem qui talem sententiam protulit, condemnet in expensis, & interesse, & aliter arbitrio puniat. Et hæc etiam in suspensionis, & interdicti sententia mandat obseruari. Et declarat, quod si quis in dictis censuris diuina officia fuerit executus, fiet irregularis; quod explicat Menoch. *de arbitr. casu 541. à num. 14.*

31 Hic textus primò declaratur, quod ista censura suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, & propriè loquendo interdictum. Suspensio autem hæc à diuinis officijs est interdictum ab vsu actiuo, & passiuo diuinorum, Suarez *de censur. disp. 37. sect. 2. num. 2.* Bonac. *de censur. in partic. disp. 3. quæst. 5. pun. 1. §. 2. num. 17.*

32 Secundò, Episcopos non incurrere in pœnam interdicti, seu suspensionis, quia eorum non est facta mentio per *d. cap. Quia periculosum de sent. excom. in 6.* Genuen. *in pr. cap. 24. num. 5.*

33 Tertiò, quod ad incurrendam hanc pœnam requiritur temeritas, Suarez *d. num. 2.* quare aliqui dicunt, requiri scientiam, Suarez *ibidem*, & Cardinal. *in Clem. 1. §. porrò de sum. Trinit. & in Clem. 1. §. Si quis de stat. Monach.* Sed communior sententia ait, sufficere culpam latam, siuè ignorantiam crassam, Glos. *in d. cap. Medicinalis v. temerarius de stat. Monach.* quam ibi sequuntur Doctores communiter, & Genuen. *d. cap. 24. num. 1.* quia temeritas non dicit dolum, sed fatuitatem, & imprudentiam, Io. Andr. *in d. cap. Medicinalis*, Angel. *in l. eum, quem temerè ff. de iudic.* D. Thom. *2. 2. q. 35. art. 25.* dicens temeritatem esse defectum consilii, & speciem imprudentiæ, facitque textus *in l. Iulianus §. item, qui furem in fin. ff. de act. empt.*

34 Quartò, vt non procedat, quando censura fertur per modum legis, vel edicti generalis, Menoch. suprà *num. 6.* Genuen. *d. cap. 24. num. 4.* Item secundum aliquos, neque procedit, quando feratur censura per modum præcepti specialis pœnalis, extraiudicialiter facti, ita Coninch. *disp. 13. num. 85.* Tolet. *lib. 1. cap. 9. num. 6.* Sed contraria est communis, vt per Genuens. *num. 1.*

35 Quintò declaratur, quod non procedit hæc constitutio in Prælatis Regularium, Genuen. *num. 5.* & dixi supra de præmissione monitionis. Reliqua vide apud Genuen. *d. cap. 24.* & apud Sayrum, qui inter Scriptores omnes de censuris Ecclesiasticis est princeps *lib. 1. cap. 13.*

36 Quod verò ad causam excommunicationis, debet illa esse certa, non autem erronea; alioquin sententia declaratoria censurarum, causæ erroneæ innixa, ipso iure erit nulla *cap. Per tuas de sent. excom.* Anchar. *cons. 37. num. 2.* & generaliter Gregorius XV. *decis. 2. num. 4. & decis. 709. num. 7. p. 4. diu.* ita, vt non valeat huiusmodi sententia declaratoria ex aliis causis veris existentibus sustineri, cum ad causam expressam censeatur Iudex se restrinxisse, Felin. *cap. Sicut de sent. & de re iud.* Alex. *in l. qui Romæ §. duo fratres de verb. oblig.* Afflict. *decis. 47. per totam.*

37 Quod verò ad nullitatem, & iniustitiam excommunicationis, prima inter eas differentia est, quod dicens excommunicationem nullum, auditur, licèt non petat absolutionem purè, vel ad cautelam, vt *in cap. Per tuas de sent. excom.* ibi: *ad probationem eorum, etiamsi absolutionem non petat, debet admitti*, & notant Abb. *in eo loco num. 3.*

*num.*3. & Socin. *in* 11. *notab.* Io. Andr. & omnes; quod locum habet non solùm in duobus casibus *in d. cap. Per tuas* expressis, *vers. nos igitur*, videlicet eum sententia excommunicationis est nulla, quia lata fuit post appellationem interpositam secundùm ea, quæ leguntur, & notantur *in cap. Pastoralis* §. *verùm de appel. & in cap. Licèt de sent. excom. in 6.* Vel quia in ea fuerit expressus intolerabilis error, scilicet iuris, vt *in d. cap. Per tuas* notat Gloss. *v. intolerabilem*, sed etiam in omnibus alijs casibus, in quibus allegaretur nullitas, de quibus *in cap. Cum contingat de offic. deleg.* & per Socin. *in cap. Perpendimus in* 10. *princip. art. quæst.* 10. Isti enim duo casus in *d. cap. Per tuas* ponuntur exempli gratia, & ideò non restringunt regulam, vel eius rationem per *cap.* 1. Vbi Glos. 1. *ne Cler. vel Monach.* & tradit Abb. *in d. cap. Per tuas num.*3. & Socin. *num.*10. alijque.

38 At verò dicens sententiam excommunicationis iniustam non auditur probare volens eius iniustitiam, nisi ante omnia petat absolutionem, vt patet ex *d. cap. Per tuas ad finem*, ibi; *verum in alijs*, idest vbi non proponitur excommunicationis nullitas, sed iniustitia, *nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri*, & tenet Glos. *v. in alijs*, Butr. *num.* 14. & concordat *cap. Cum contingat de offic. deleg.* vbi qui dicit sententiam nullam, admittitur ad probationem, antequam absoluatur, sed qui dicit eam iniustam, ante absolutionem non admittitur.

39 Ratio autem differentiæ est, quia excommunicatio etiam iniusta ligat quoad Ecclesiam militantem *can.* 1. *& can. Si Episcopus* 11. *quæst.*3. *cap. A nobis de sent. excom.* Et cum sit in omnem euentum necessaria absolutio, ne frustra expectetur euentus, nihil operaturus iuxta notata *in l. Siquis ita scripserit hered. ff. de petit. hered. & in l. aliquando* §. *fin. ff. ad Velleian.* meritò ante omnia debet peti absolutio; quinimmò excommunicatus non petendo absolutionem videtur contemnere sententiam Ecclesiasticam, & ex huiusmodi contemptu magis ligatur, vt dicitur *in d. cap. Per tuas*, & notat Glossa adeò, vt tunc incipiat ligari etiam quoad Deum, Feder. de Sen. *cons.*11. *in princip.* Sed cum proponitur nullitas, tunc effectus est maximus, quia probata nullitate, non erit opus absolutione, vt declarant *in d. cap. Per tuas*, Butr. *num.*14. Abb. *num.* 3. & Socin. *num.* 10.

40 Non obstant iura, quæ dicunt excommunicatum posse appellare, & appellationem prosequi, licèt absolutionem non petat; quia appellatio est species defensionis, quæ excommunicato non denegatur, *cap. Cum inter priorem*, *cap. Significarunt*, *cap. fin. de except. & cap. intelleximus de iudic.* Ac proindè frustra distinguitur inter iniustitiam, & nullitatem sententiæ, cùm vtroque casu excommunicatus sit audiendus in suis defensionibus, vt per Butr. *in d. cap. Per tuas in* 2. *not.*

41 Nam respondetur cum distinctione. Aut quis appellat ab ipsamet excommunicatione, quam dicit iniustam, & sic litigium est super iustitia, vel iniustitia ipsius excommunicationis, & habet locum *d. cap. Per tuas*; quia ex quo fatetur se ligatum, licèt iniustè, debet ante omnia petere absolutionem præstita cautione, cum nullus sit effectus huius dilationis. Nam siue probetur iniustitia, siue non probetur, in omnem euentum est petenda absolutio, vt *in cap. Cum contingat de offic. deleg.* Aut excommunicatus appellat super alio articulo, & aduersarius excipit contra eum de excommunicatione. Et tunc, quia appellans non fatetur se excommunicatum, non est necesse, vt petat absolutionem. Immò si sibi opponatur de excommunicatione, poterit replicare, de hoc non esse disputandum, quia tenet locum rei, & in aliud tempus poterit differri quæstio super nullitate, vel iniustitia. Et hoc enim non impugnatur excommunicatio: & in hoc casu loquuntur iura contraria, vt declarat Abb. *in d. cap. Per tuas num.*7. *de sent. excomm. & in d. cap. fin. num.* 6. *de except.*

42 Secunda differentia est inter iniustitiam, & nullitatem excommunicationis, quia appellans ab iniustitia, absoluitur purè, & simpliciter. Nam excommunicatio etiam iniusta ligat quoad Ecclesiam, & si contemnitur, ligat etiam quoad Deum, vt dictum est, & ideò absolutio est simpliciter necessaria. Sed proponentes nullitatem excommunicationis, & intendentes eam probare, quamuis sint audiendi, licèt absolutionem non petant purè, vel ad cautelam, tamen ad cautelam absolui possunt; quia etiam tales Sedes Apostolica ad cautelam consueuit absoluere, vt dicitur *in d. cap. Per tuas*. Idque non obstante contradictione excommunicationis, vel aduersarij, nisi ab eis diceretur, & intra octo dies probaretur excommunicatus pro manifesta offensa, vt *in cap. solet*, ibique Io. Andr. & Doctores *de sent. excom. in 6.*

43 Tertia differentia est; quia vbi appellatur ab iniustitia, deuoluitur iurisdictio ad Superiorem, *can. re vera* 3. *quæst.*9. *& cap. Cum in Ecclesia de appel.* Sed effectus excommunicationis non suspenditur, & sic appellatio operatur effectum deuolutiuum, sed non suspensiuum, vt in principio *d. cap. Per tuas*, ibi: *vocem non habent appellandi, & in cap. Is, cui de sent. excom. lib.6. & in cap. Pastoralis*, §. *verum de appel.* vbi redditur ratio, quia executionem excommunicatio secum trahit, & quod non est homo, qui ligat, sed Deus, *can. nemo* 1. 11. *quæst.*3. Et quod nemo excommunicatur, nisi præcedente culpa mortali, & pro contumacia, *cap. Nemo* 2. *ead. caus. & quæst.* Et contumax non auditur appellans, *can. sunt, quorum* 2. *quæst.*6. Innoc. *in d. cap. Per tuas num.*1. *&* 3. dicens appellationem nihil valere quoad excommunicationem, quia semper excommunicatio secum trahit executionem, sed facere quoad principale negotium; quia si iusta causa est appellatum, illud trahit ad cognitionem Superioris.

44 Verùm vbi quis dicit sententiam excommunicationis nullam, non modò causa, & iurisdictio ad Superiorem defertur, sed etiam suspenditur effectus sententiæ. Et sic dictio nullitatis *in dict. cap. Per tuas* operatur vtrumque effectus deuolutiuum, & suspensiuum ex notatis ab Innoc. *in cap. Pastoralis num.* 3. *de offic. deleg.*

45 Quarta differentia, quæ ex tertia resultat, est, quia si Iudex citet aliquem ad dicendum causam, *quare non debeat excommunicari*, à tali excommunicatione datur appellatio ad vtrumque effectum; quia cùm censura secum trahat executionem, & sic inferat grauamen irreparabile, vt *in d. cap. Pastoralis* §. *verùm de appel.* ratio postulat, vt citatus à tali grauamine se tueri possit præsidio appellationis *vt l.* 2. *ff. de appel. recep.*

46 Sed vbi Iudex citat ad dicendum causam, *quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem*, à comminatione talis declaratoriæ non datur appellatio; quia à declaratoria posteà lata poterit appellari, & appellatio operabitur vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, vt per Rot. *decis.*2. *num.*5. *de dol. & contum. in nou.* Vnde cum grauamen declaratoriæ reparari possit remedio appellationis, consequens est, vt à comminatione talis declaratoriæ appellare non liceat, vt in Concilio Trident. *sess.*24. *cap.* 10. ibi. *Neque appellationes recipiantur*, nisi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua *reparari nequeat*; quod etiam antea iure ciuili sancitum fuerat *in l.*2. *ff. de appel. recep.* Et ita aliàs declarauit S. Congregatio eiusdem Concilij Interpretum.

47 Cæterùm si Episcopus declarauerit aliquem excommunicatum, poterit talis à declaratoria appellare, & appellationem prosequi absque eo, quod priùs petat absolutionem; quia hoc casu appellans non fatetur se excommunicatione ligatum, nec contemnit censuram Ecclesiasticam non petendo absolutionem, quæ est ratio, propter quam dicens excommunicationem iniustam non auditur, nisi priùs absolutionem petat, nec petitur litigium super iustitia, vel iniustitia excommunicationis, sed solùm super facto; quia appellans negat à se commissum esse delictum, pro quo à iure

pœna

pœnæ excommunicationis infligitur; nam per declarationem, seu denunciationem non ligatur, vt *d. cap. pastoralis §. verum de appel.* Et cum super facto Episcopus potuerit decipi ex falsis testibus, Iudex appellationis poterit pronunciare, benè appellatum. Quo casu nulla indigebit absolutione, nec appellationis effectus erit frustratorius, *cap. sollecitudinem de appel.* & notat Innoc. *in d. cap. per tuas in fine*, & consequenter in appellatione à declaratoria non militat ratio, quæ militat in excommunicatione iniusta, à qua in quocunque euentu necessaria est absolutio, vt constat ex dictis.

48 Aduertendum tamen est, quod licèt appellans à declaratoria excommunicationis non egeat absolutione, potest tamen à Metropolitano absolui ad cautelam. Nam & nulliter excommunicati, qui absolutione non indigent, à Sede Apostolica solent ad cautelam absolui, & quod dicitur de Sede Apostolica, intelligunt Doctores etiam, cùm nullitas excommunicationis proponitur coram alijs Iudicibus, & per Butrium *in d. Cap. per tuas n. 23.*

49 Quod limitatur, nisi appellans declaratus fuerit incidisse in excommunicationem Papæ reseruatam, puta ex *can. Siquis suadente 17. q. 4.* Quia tunc Metropolitanus nullo modo potest eum absoluere, *cap. porrò de sent. excom.* ne quidem ad cautelam, sicut aliàs posset, cessante reseruatione, *cap. solet*, ibique Doctores cum Glossa *de sent. excom. in 6.* Quemadmodum & Auditor Cameræ, quamuis sit Iudex Ordinarius appellationum, quæ à sententijs per quoscumque Ordinarios, etiam extra dictionem Ecclesiasticam latis, ad Sedem Apostolicam interponuntur, vt *in Constit. 28. aliàs* 20. Pauli V. quæ incipit, *Eximiæ fidelitatis* §. 10. non potest tamen appellantes absoluere, ne quidem ad cautelam, vel cum reincidentia ab excommunicatione inflicta ex causa violatæ libertatis, vel immunitatis Ecclesiasticæ, cùm casus iste sit Papæ reseruatus in *extrauag. Et si Dominici de pænit. & remiss.* & in Bulla Cœnæ Domini §. 15. *&* 22. de quo nos alibi, & constat ex subiecta declaratione Sac. Congregationis Cardinalium, & Prælatorum ab Vrbano VIII. aliàs deputatæ, & ab Innocentio X. reuocatæ super appellationibus, & inhibitionibus tribunalis Auditoris Cameræ, & aliorum tribunalium Curiæ Romanæ in præiudicium Nunciorum, Episcoporum, ac Superiorum Regularium huius tenoris.

50 *Dubitatum fuit, an in tribunali Auditoris Cameræ, & in alijs tribunalibus Curiæ Romanæ possint concedi inhibitiones seu monitoria cum absolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatis per Episcopos, & alios Ordinarios ex causa violatæ iurisdictionis, immunitatis, vel libertatis ecclesiasticæ appellationibus, vel aliàs recurrentibus ad supradicta tribunalia.*

51 *Secundò, an in causis, quæ agitantur in supradictis tribunalibus Curiæ Romanæ possit recursus haberi ad S. Congregationem super immunitate, & controuersijs iurisdictionalibus pro resolutione, vel declaratione, an sit, vel non sit commissa violatio iurisdictionis, immunitatis, vel libertatis ecclesiasticæ, & an sit locus redintegrationi huiusmodi violationis, & interim debeant dicta tribunalia supersedere vsque ad resolutionem, seu declarationem eiusdem S. Congregationis, illamque sequi, & exequi?*

52 *Die 4. & 11. Augusti 1626. dubijs supradictis cum interuentu omnium Illustrissimorum DD. Cardinalium, & Reuerendissimorum Prælatorum deputatorum maturè discussis, ac rationibus hinc inde deductis, diligenter ponderatis, vnanimi consensu censuit quoad primum tribunal Auditoris Cameræ, nec non alia tribunalia supradicta non posse huiusmodi absolutiones concedere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam.*

53 *Quo vero ad secundum, licere partibus ad dictam Congregationem, vt supra recurrere, & interim supradicta tribunalia expectare debere resolutionem, seu declarationem, & illam omnino sequi, & exequi.*

54 Quibus quidem decretis eidem Sanctissimo die 5. Septembris eiusdem anni 1626. plenè relatis vnà cum rationibus, & authoritatibus, Sua Sanctitas approbauit, & confirmauit, illaque omnino exequi iussit, & ad hunc effectum notificata fuerunt. Et subinde cum de supradictis dubijs iterum actum esset in Congregatione habita die 27. Aprilis 1650. nemine dissentiente, resolutum fuit, Auditorem Cameræ debere decreta, vt supra edita, omnino obseruare, ac præcipere, vt à suis ministris, & Officialibus exactè obseruentur.

55 Verùm quia circa primam declarationem dubitatum fuit, *nunquid in tribunali Auditoris Cameræ possint concedi inhibitiones, seu monitoria excommunicationis ex causa violatæ libertatis, vel immunitatis ecclesiasticæ ex eo quod Congregatio nihil dixit de monitorijs, & inhibitionibus, sed respondit simpliciter, tribunal Auditoris Cameræ non posse huiusmodi absolutiones concedere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam?*

56 Pro solutione quæstionis distinguendum est. Nam quandoque reus appellat, non ab ipsa excommunicatione, sed ab alio grauamine, & in iudicio appellationis opponitur ei exceptio excommunicationis, & tunc Auditor Cameræ procul dubio potest eum audire, etiamsi absolutionem non petat, eique inhibitionem concedere. Quia hæc est species defensionis, quæ excommunicato non interdicitur.

57 Quandoque reus appellat à sententia excommunicationis, quam dicit iniustam, & tunc Auditor Cameræ potest talem absoluere per seipsum, vel eum remittere absoluendum ad Episcopum excommunicatorem, sicut potest Metropolitanus ad suffraganeum, & consequenter post impertitam absolutionem poterit eum in iudicio appellationis audire, & Episcopo inhibere. Neque hoc casu obstabit declaratio S. Congregationis, quia loquitur in terminis excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruatæ ex causa violatæ libertatis Ecclesiasticæ. Et quamuis dubium fuerit conceptum de excommunicatis ab Episcopo, tamen videtur intelligendum de declaratis, seu denunciatis. Aliàs enim non videtur, quomodo excommunicatio lata ab Episcopo, possit esse reseruata Sedi Apostolicæ, cum sit excommunicatio ab homine, & non à iure, & conditor canonis absolutionem concesserit excommunicatori, cum eam sibi non retinuerit, vt *cap. nuper de sent. excom.* nec Episcopus possit quenquam excommunicare ob violatam immunitatem, sed tantùm denunciare, cum excommunicatio ab homine ferri non possit, nisi pro contumacia, vt diximus supra.

58 Aliquando excommunicatus non appellat ab iniustitia, sed dicit sententiam excommunicationis nullam. Et hoc casu absque dubio potest audiri in tribunali Auditoris Cameræ, & inhibitionem obtinere, quia non indiget absolutione, vt deciditur *in d. cap. per tuas*, & diximus etiam supra.

59 Nonnunquam demum reus appellat non à sententia excommunicationis, sed ab illius declaratoria. Et tunc similiter Auditor Cameræ non prohibetur in causa procedere, & inhibitionem decernere, etiam si agatur de declaratoria excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruatæ; quia à declaratoria, nisi excessus sit notorius, datur appellatio tam ad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum, & interim appellans non debet se habere pro excommunicato, nec tenetur petere absolutionem. Quare nihil obstat, quominùs audiri possit, & inhibitionem obtinere in tribunali Auditoris Cameræ, dummodo tamen sic declaratum ex causa violatæ libertatis vel immunitatis Auditor Cameræ non absoluat, etiam ad cautelam, vel cum reincidentia. Obstat enim reseruatio Apostolica, & declaratio S. Congregationis, vt superiùs dictum est.

60 Atque ita die 27. Aprilis 1650. in S. Congregatione super huiusmodi appellationibus, & inhibitionibus dictum fuit, in tribunali Auditoris Cameræ posse quidem concedi monitoria, & inhibitiones ijs, qui ab Episcopis, vel alijs Ordinarijs declarati fuerint excommunicati ob violatam iurisdictionem, libertatem, vel immunitatem Ecclesiasticam, & ad Sedem Apostolicam appellarunt, cum ab huiusmodi declaratoria, nisi excessus sit notorius, detur appellatio ad vtrumque effectum deuoluti-

lutiuum, & suspensiuum, & Auditor Cameræ sit Iudex Ordinarius quarumcunque appellationum, quę à sententijs per Ordinarios latis etiam extra statum Ecclesiastici cum ad eandem Sedem interponuntur, sed non posse eas absoluere, etiam cum reincidentia vel ad cautelam, obstante decreto hac de re edito, & à f.m. Vrbano VIII. approbato, quod S. Congregatio obseruari mandauit.

61 Dictum est, nisi excessus sit notorius, quia talis non auditur appellans per *cap. Cum sit Romana §. propterea, c. Peruenit 1. cap. Consuluit, cap. Propositi de appel.* & notat Abb. *in d. cap. Per tuas n.2.* post Innoc. *in cap. Tua nos n.4. de cohab. cler. & mul.* & nos aliàs latè.

62 Quando, & quatenus excommunicatio suspendatur per appellationem. Vide etiam Genuensem *in prax. Archiep. Neapol. cap. 22.* vbi plura.

63 Referam actionem, cui similes sæpiùs contingunt in Ciuitate Neapolitana, eius Regno, ac alibi, vt sit exemplo Iudicibus Ecclesiasticis in formando processu, & relaxanda declaratoria censurarum, quæ in hoc casu sustineri declarauit S. Congregatio immunitatis.

64 *Fatto transmesso del Signor Cardinale Arciuescouo di Napoli sopra la declaratoria delle censure contro N. N. Giudice della Vicaria.*

65 *Adì 10. di Febraro 1629. Sabbato verso le 18. hore Placito Galletta aliàs Caldarone, essendo rifuggito nella Chiesa di S. Giouanne in Corte, per Capitano Domenico Casale, & Genti di sua guardia fù estratto violentemente sotto pretesto, che poco prima haueua ferito in testa D. Michele Sanfelice.*

66 *Il fisco della Corte Arciuescouale hauendo nel medemo tempo hauuto notitia di detta estrattione, dà Memoriale à Monsignor Vicario, e domanda si pigli informatione contro gli estrattori, & altri, che hanno commesso contro l'immunità Ecclesiastica, e viene ordinato, che* capiatur informatio, *vt fol. 1.*

67 *Si essaminano quattro Testimonij, e dicono, che detto Giouanne essendo fuggito dentro detta Chiesa, vi corsero appresso doi con le spade rancate, che pareano Caualtieri, li quali ferno da doi sbirri, ch'erano corsi appresso, legare detto Giouanne, & sopraueuto il Capitano Domenico Casale, & Sebastiano suo Caporale, & altri cinque, o sei sbirri, detto Capitano fu visto parlare in detta Chiesa con il Scriuano fiscale Francesco Balbino, & subito da detti Capitano, e sbirri detto Giouanne fu estratto.*

68 *Nel medemo giorno detto Capitano, Caporale, & altri di sua guardia furno citati ad dicendum causam quare: non si doueano dichiarare scommunicati per la causa di detta estrattione.*

69 *Nell'istessa giorno essendosi inteso, che per li Giudici di Vicaria si procedeua contro detto Giouanne per condennarla a morte fu spedita significatoria da Monsignor Vicario, nella quale ad instanza del medemo fisco si significa alli Giudici di Vicaria, come detto Giouanne era stato estratto da detta Chiesa da detto Capitano, e Guardia secolare, & che constaua anco detta estrattione per Informatione presa, & si monischano, che debbano redurre, & restituire detto Giouanne à detta Chiesa, & non innouare cosa alcuna, altrimente contro essi si procedeua agl'opportuni remedij de iure, & in particolare alla dichiaratione delle censure, & pene contenute nelli Sacri Canoni, & Constitutioni Apostoliche, & signanter nella Bolla di Gregorio XIV.*

70 *Quale significatoria à di 11. di detto Mese Domenica mattina ad hore 16. fu intimata di persona al Consigliere Salgada, Auuocato fiscale di Vicaria, & alli Giudici D. Giouanne de Vera, D. Pietro Osorio, & Carlo Calisano, quali non volsero riceuere la copia di detta Significatoria come dalla relatione.*

71 *Nel medemo giorno circa hore 21. fu esseguita la sentenza di morte contro detto Giouanne, e fu appiccato.*

72 *Adì 12. di detto Mese Lunedì compare il Reuerendo fisco, e dice, che essendosi proceduto da detti Giudici in detta causa con tanta celerità in fraude, & pregiuditio dell'Immunità Ecclesiastica, non ostante la notorietà di detta estrattione, & non obstante detta Significatoria, & fà instanza, si procedi contro detti Giudici, & altri Ministri alla dichiaratione della scommunica per essi incorsa, & sopra di ciò.*

73 *S'essaminano tre altri Testimonij, & il primo dice che li sbirri di detta guardia lo portorno in casa di detto Giudice N. N. e che vidde, che fu fatta pigliare vna correa di Seggettario, & intese che li fe dare vna quantità di botte con detta correa, & che quello strillaua.*

74 *Dice di più, che tiene per indubitato, che detto Giudice Calisano sapesse, che quello era stato estratto dalla Chiesa, perche lo pote intendere al rumore delle genti, che le andauano mille persone appresso, e tutti a voce di Popolo publicamente gridauano, ch'era stato pigliato nella Chiesa, & che dopoi battuto, come di sopra fu portato in Vicaria, & il giorno seguente fu appiccato.*

75 *Il Secondo Testimonio dice lo medesimo, & che li sbirri, & altre genti, ch'erano in grandissimo numero à voce di Popolo diceuano tanto nella strada, quanto nel cortile della casa di detto Giudice Calisano, ch'era stato pigliato dentro detta Chiesa & de auditu da vno sbirro, che Gio: Battista aliàs Titta sbirro l'haueua estratto da detta Chiesa, & che doppo raccontorno al medemo Giudice N. che l'haueuano pigliato dentro detta Chiesa.*

76 *Il Terzo Testimonio dice, che stando in casa del detto Giudice Calisano vidde portare detto Giouanne da vn Capitano, e sbirri, e che vno di detti sbirri, quale si domanda Gio: Battista disse al detto Giudice: Signore questo carcerato è quel assassino, che hà dato à D. Michele Sanfelice, Iol'ho sempre seguitato, & arriuatolo nella Chiesa di S. Giouanne in Corte, da doue l'hauemo pigliato, & portato à V. S. & che li vidde dare con detta correa di ordine del medemo N. & che doppo lo vidde portare in Vicaria, & che la Domenica giorno seguente fu essequita la sentenza della morte.*

77 *A detto giorno 12. fu spedita citatione contro il detto Giudice Calisano, che fra termine di sei hore assignatole per la prima, seconda, & terza monitione douesse comparire à dire la causa, perche non si douesse dichiarare incorso nella detta scommunica, & dedurre le sue raggioni, altrimente elasso detto termine fra vn' altr' hora con continuatione douesse comparire ad audiendam sententiam.*

78 *Detta citatione fu intimata l'istesso giorno ad hore 18. al medemo Giudice personalmente, e datoli la copia d'essa.*

La sera di detto giorno in termine di detta citatione compare Loise Portio Procuratore del detto Giudice, & appella dalla detta citatione, quale appellatione da detto Signor Vicario non si admette, ma li concede gli Apostoli refutatorij.

79 *Questa sopradetta citatione è conforme lo stilo di questa Corte, nella quale testificano Genuese nella prattica al cap. 29. n. 20. Belloc. in disq. Cler. de fan. Cler. can. §. quanta n. 24. e detto stile anco appare dall'altre informationi simili, che si conseruano in archiuio.*

80 *E per lo fisco anco si compare dicendo, che dagli atti della causa notoriamente consta detto Giudice Calisano essere incorso in detta scommunica, e dimanda quello dichiararsi essere incorso senz'altra citatione per essere in fatto molto chiaro & notorio, & anche perche mentre haue appellato, e la sua appellatione è stata recetta, si può contro esso procedere senz'altra citatione à tutti altri atti, & anco à diffinitiua sentenza ex vulg. tex. in c. cum, qui de dolo & cont. in 6. cum alijs concordantibus.*

81 *Adì 14. detto fu proferita sentenza declaratoria di detta scommunica contro detto Calisano, saluo iure di procedere alla dichiaratione contro gli altri, e furno affissi li Cedoloni.*

82 *Con quest' Informatione è vnito vn'altro processo formato nell'anno 1626. sotto il dì 6. d'Aprile, nel quale il medemo Giudice viene inquisito, che non curando fare restituire doi estratti dalla Chiesa di Santo Iacomo de Spagnoli, quelli hauesse fatto appiccare.*

83 *Di più precedente citatione in contumacia furno dichiarati anco scommunicati li predetti Capitano, Caporale, e genti di guardia con affigersi anco contro d'essi li Cedoloni.*

84 *Si degni d'auertire, che dal fatto, e da quello si deduce per parte de Regij i Codaloni, & censure sono state contro N. publicate particolarmente ob non factam restitutionem Ecclesiæ dell'estratto.*

Has

85 Has censuras, vt prædixi, sustineri, ac fuisse, esseque validas, & iustas declarauit S. Congregatio Immunitatis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ, quamuis opponeretur à Iudice Califano neminem ex Iudicibus magnæ Curiæ extraxisse reum assassinij, quod interuenisse in hoc casu prætendebatur, neque hoc de ipsorum mandato esse factum, neque huiusmodi extractionis scientiam habuisse, nisi post executionem sententiæ, & tunc neque iudicialiter.

86 Quod extractio necessariò debeat probari iudicialiter, prout in fortioribus terminis notarij dixit Farinac. *prac. crim. to. 1. q. 21. n. 64.* & notorium non solùm debet plenè probari per testes, sed etiam iuris ordine seruato, & reddita scientiæ ratione, idem *à n. 45. ad* 103.

87 Quod magna Curia Vicariæ procedat in crimine assassinij, tanquam delegata, quod tum constat ex ipsius actis, tum ex pragmatica sanctione *tit. de assassinys*, & sic vnus ex delegatis, nihil solus iudicat, neque decernit, *cap. causam matrimonii* cum similibus *de offic. deleg. l. duo ex tribus de re iud.* neque disputandum, an adsit clausula, quod, si non omnes ex dispositione textus *in cap. prudentiam de offic. deleg.* Quia certum est, saltem in causis delegatis, secuta delegationis forma, quatuor Iudices esse debere, & sic omnia acta, & sententia subscripta sunt à septem Iudicibus. Atque adeò vnius suffragium nil operabitur, & casu quo N. Iudex sciuisset, reum extractum fuisse ab Ecclesia, nescitur tamen cuius fuerit suffragij. Quæ est ratio vera textus *in cap. Romana* illis verbis: *In vniuersitatem & Collegium proferri excommunicationis sententiam penitùs prohibemus, volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingerit, innoxios huiusmodi sententys irretiri, sed in illos dumtaxat de Collegio, vel Vniuersitate, quos probabiliter culpabiles esse constiterit, promulgetur de sent. excom.*

88 Quod alter Iudex post executionem Sententiæ fuerit citatus ad dicendum causam, quare non debeat declarari incursus in excommunicationem cum termino sex horarum pro trina monitione, aliàs eo elapso intra aliam horam cum continuatione debeat comparere ad audiendum sententiam.

89 Quod alter Iudex comparuerit, & allegauerit, non esse vera contenta in citatione, ab ea appellans & instans in omnibus audiri, cum breuioris termini protestatione.

90 Quod fiscus Ecclesiasticus institerit, debere Iudicem declarari incursum ex facti notorietate, & absque alia citatione diffinitiua sententia fuerit prolata incursus in excommunicationem.

91 Et quod reus, de quo quæritur, conuictus fuerit de vulnere lethali, & præuiis legitimis inditiis in tortura, confessus fuerit assassinium.

92 Ex quibus constare aiebat de nullitate sententiæ. Neque nouum erit asserere, subiungebat, quod quando Iudex, qui non extraxit, neque mandauit, si non remittit, non incurrat, cum nulla constitutio id demonstret, sed ex interpretatiua ratione id deduxit Farinac. *in comp. de immun. n. 324.* relato Gennensi, cuius rationibus facillimè poterat respondere.

93 Neque notorij ratio attendenda in hoc casu ex his, quæ distinctè refert Farin. *d. q. 21. à n. 84.*

94 Non interuenerit citatio in sententia declaratoria.

95 Non obstare, quod Iudex magnæ Curiæ Vicariæ appellauerit à citatione, atque adeò, quod potuerit sine ipsa procedi ad sententiam ex regula textus *in cap. fin. de dol. & contr. in 6.* Nam respondebat primò in hoc casu non fuisse inductam protestationem recedendi à lite, & ideò, vt omnes in eo textu fatentur, tunc textus non habet locum.

96 Secundò, quia appellatiò non fuit ab interlocutoria, seu grauamine, sed solum à citatione, quæ citatio non inducit grauamen, quod videtur sentire Glos. *in d. cap. fin. v. grauamine*, vbi asserit, interlocutoriam esse lite contestata, quæ contestatio in hoc casu non adfuit; Quod iterum asserit *v. ad sententiam*. Idque summa ratione, quia citare non est interloqui, neque grauare, sed solùm iudicium præparare.

Tertiò, quia ipse in comparitione asseruit, non esse 97
vera in citatione contenta, & attulit probationem facti. Vnde non videtur à iudicio recessum, & appellatio tollitur facto contrario, *cap. sollicitudine de appel.*

Quartò, quia textus *in d. cap. fin.* intelligitur, quando 98
generaliter & absolutè appellat, sed in præsenti, non solum fuit appellatum, sed consensum in Iudicem, & sic nequaquam per huiusmodi appellationem à Iudice recessit, *cap. gratum de offic. de leg. cap. Cum nouisset de test.* Neque in eo casu potuit Iudex cognoscere, si recessit appellans à Iudicio, vel non, ex tam breui temporis interuallo.

Quintò, quia prima textus decisio procedit, quando 99
fuit appellationi renunciatum; cumque renuntiatio inducatur dupliciter expressè, aut tacitè Glos. *in eod. textu v. renunciet.* Hic autem tacita renunciatio inducta fuit, quia non petiit Apostolos, quia in eadem citatione se obtulit probaturum, vt dictum est.

Sextò, quia Iudex Califanus in comparitione petiit in 100
omnibus audiri, protestando de termini breuitate, & ideò non dicitur recursum per appellationem in eodem libello ex mente Glossæ, & Doctorum. Quod Iudex Ecclesiasticus cognouit, quia fiscus institit; non requiri monitionem, quia factum fuit notorium.

Addebat etiam pro nullitate sententiæ, quod testes 101
non fuerint ratificati, quod est necessarium, etiam in iudicio summario, *Clem. sæpè de verb. signif.* Et cum ageretur de probanda notorietate, testes non probant, nisi citata parte, Farin. *d. q. 21. n. 91.* maximè quando Califanus non extraxit, neque extrahi mandauit, sed solùm agitur de probanda scientia extractionis.

Item quod in monitorio asserebatur, stante notoria 102
extractione, & scientia, ex quo non curauit restituere, & sic variat sententia à libello contra textum *in l. vt fundus ff. comm. diuid.*

Et suffragatur terminus horarum sex pro trina moni- 103
tione, etiam post dies tres ab executione sententiæ in reum assassinii, ideòque valdè breuis contra *cap. Constitutionem de sent. excom. in 6.* pensata personarum qualitate, vt ait ibi Glos. *v. competentia*, maximè, vt dixi, tribus diebus elapsis à sententiæ executione. Quod etiam considerauit Glos. *ibi v. necessitas*.

Tandem omni iure assassinium ab immunitatis bene- 104
ficio excludendum; agitur nanque de reo confesso, & conuicto. Neque necessarium est mortem ex vulnere sequi, quando ex vulnere animus occidendi clarè constat, prout desumitur ex *cap. 1. de homicid. in 6.* quanquam mors ex hoc forsan non sequatur, vt per Clar. §. *assassinium n. 6.* Farin. *loc. alleg. q. 28. n. 26. & seq.* licet *in append. ad immun. c. 8. n. 123.* disputando hanc quæstionem non resoluerit, dum loquitur per verbum *cogito*, sed reliquerit dubiam, tamen absque ratione, ac fundamentis loquitur, & contra textum *cap. 1. de homic.* quem ipse sæpius pro contraria allegauit, & contra bannimenta Ciuitatis Neapolitanæ, contra generalem Italiæ consuetudinem, de qua etiam meminit Tusch. *v. assassinium à n. 41.* & in Regno Neapolitano esset peruicacia contrarium asserere, exstantibus tot decisionibus, vt est videre apud Afflictum, Capycium, Grammaticum & alios, allegatos à Claro, *vbi suprà*. Et propter assassinii atrocitatem licet ordinem aliquando prætermitti, & ad torturam deuenire, etiam sine indiciis, Tusch. *supra n. 19. & 20.* Neque ex alio iure nouo contrarium decernitur, vt per Farin. *d. q. 28. n. 27.*

At nihilominùs, his minimè obstantibus, tum quia 105
de illis non liquebat, tum quia constabat de notorio, tum ex aliis rationibus, iterum ead. S. Congregatio declarauit, censuras sustineri. Semper tamen seculares possunt reclamare, & se tueri defectu citationis, & notorii.



CONSVLTATIO XX.

An fideiussor iustè cogi possit, quod prætensus delinquens, quem fideiussit habiturum Vrbem, vel domum pro carcere, ad Ecclesiam confugerit?

1 AFfirmatiuè respondendum censeo, & cardinem causæ in hoc constituo. Quia hic prætensus reus contrauenisse patet, dum ad Ecclesiam confugit, & pro tuto carcere non habuit; frangit enim carceres non solùm, qui tenetur sub claue in arcta custodia, sed etiam qui sublata, assignata Ciuitate, vel loco pro carcere, vt docent Oldrad. *cons.65. num.* 1. Io. Andr. ad Specul. *p. 2. tit. de præscript. §. species*, Graminat. *cons. crim.* 57. *n.* 4. Guido Pap. *dec.* 253. *num.* 1. *&* 2. Boer. *dec.* 215. *num.* 19. Mascard. *de prob. concl.*266. *num.* 10. *& seq.* Menoch. *de arb. cas.*301. *num.9. &* 10. Bertaz *ad cons.* 35. *addit.* 1, Becc. *cons.*44. *num.*36. de Marin. *var. res. can.* 194. *n.* 19. Borgnin. *dec.14. num.5. & 6. p.5.* Magon. *dec. Lucen.*90. *num.*8. *&* 9. & Franch. *dec.*709. *num.*2.

2 Et facientes huiusmodi promissiones eas frangunt, si non redeant ad carceres, sed confugiunt ad Ecclesias, licèt inde non possint extrahi, vt tradunt Farinac. *de immun. Eccles. num.* 200. Fagundez *ad precept. Eccles.* 2. *lib.4. c.4. num.*58. Castropal. *oper. mor. tom.2. tr.*11. *pun.* 7. *num.*13.

3 Tenebatur igitur, quia pro tuto carcere prætensus reus non habuit ciuitatem, vel domum, sed confugit ad Ecclesiam, præsertim si interpellatus, vt se repræsentaret, noluit se constituere in manibus iustitiæ, prout iustè potest interpellari ante sententiam iuxta praxim, de qua testantur Mill. *in pr. §.* 1. *in formul. denunciat. num.* 65. Clar. *§. fin. q.46. num.* 10. Farinac. *q.33. num.*68.

4 Et quia pro noua querela poterat in carceres conijci, etiamsi habilitatus esset cum dicta cautione, vt in specie docet Bartol. *q. 6. incip. lapus fuit captus num.* 18. Ideò fideiussores tenentur, cum sufficiat, non præsentati habilitatum, vt asserunt in terminis Bertaz. *cons. 63. num.* 1. Rimin. Iun. *cons.*135. *n.*16. *& seqq.* Mart. *vot.* 234. *an.* 1. Borgnin. *d. dec.*14. *num.*1. *&* 2.

5 Nno obstat, quod non tenebatur se repræsentare absque nouis indicijs; quia id non procedit, quando petitur repræsentatio pro ferenda sententia, vt declarant Milleus, & alii supracitati. Vlteriùs id procedit in fideiussore da se repræsentando; tunc enim reus iam est liberatus à carcere. Secùs autem in fideiussore de habendo locum pro carcere, in quo casu reus est etiam carceratus, licèt in laxiori loco ex supra deductis. Tunc enim potest quandocunque reuocari ad arctiores carceres, & non excusatur, si hac de causa fugiat, Rimin. Iun. *d. cons.*135. *num.*23. & Bertaz *cit. cons.*63. *num.*1.

6 Neque etiam obstat prætensio, quod carceratio prætendatur iniusta, quia dum Princeps mandauit condemnari in pœnam carceris iam passi, & compelli ad præstationem fideiussionis, censetur etiam mandasse, vt ad carceres ad hunc effectum reuocaretur, prout ex prædictis tenebatur; estque in mero arbitrio Iudicis, vt pro obtinenda cautione incipiat à captura, vt ait Herculan. *de caut. de non offend. Cap.5. sub n.*1.

7 Pariter non obstat, quod appellauerit ab executione; quia cum esset cautio præstita apud acta, paratam habet executionem, & non poterat ab ea appellari, Bartol. *in l. Si quis reum in fin. ff. de cust. reor.* vbi etiam Angel. *n.7.* Bald. *in l. eum, pro quo, n.1. ff. de in ius voc.* vbi etiam Castr. *n.* 1. Alex. *n.*3. & alii apud Farinac. *q.34. num.*29.

8 Pro coronide adduco verba, quæ Senatui Romano dixisse Marcellum refert Liuius *decad.3. lib.6. Quæ feci, ea vos rata habeatis Patres Conscripti, nec non magis Reipublicæ interest, quàm mea, mea quippè fides exsoluta est, ad Rempublicam pertinet, ne acta mea rescindendo alios in posterum segniores duces faciatis.*

CONSVLTATIO XXI.

1 *An Vicarij pro cura animarum parochialium Ecclesiarum S. Ioannis Lateranensis, & S. Petri in Vaticano, ac sacrista, vel alius minister Ecclesiæ S. Mariæ Maioris præcedere debeant in ducendo funere proprio Parocho defuncti, dum ad ipsorum Ecclesias tumulandus affertur.*

2 *An inter eosdem Vicarios, & alios Rectores, siue Parochos Vrbis habeat in præcedentia aliarum quarumcumque processionum obseruari statutum Cleri Romani cap.2. §.8.*

AD 1. Respondeo; negatiuè, & obseruandum esse statutum Cleri Romani. Clarissima enim est illius dispositio *cap.5. §.9.* his verbis: *Inter ipsos autem Parochos ille, in cuius Parochia tumulandus obijt vsque ad fores Ecclesiæ, ad quam funus defertur semper præcedat.* 1

Immò, si hoc dubium resoluendum esset de iure communi, certum est, huiusmodi Vicarijs præcedere debere Rectores aliarum Parochialium. Primò quia dignitatem, quam ipsi Rectores habent, ex persona propria habent, cùm omnia possint in suis Ecclesijs, tanquam illarum Prælati per textum in *cap. in Apibus 7. quest.* 1. & habent tantam authoritatem, quantam habent Prælati cum capitulis in Ecclesijs Cathedralibus, vt docet Abb. *in cap.*1. *num.*26. *de dol. & contum.* Maior autem est dignitas, quam quis habet ex persona propria, quàm dignitas, quæ dictis Vicariis competit ex persona alterius, vt per Bartol. *in l. quod Principi in fin ff. de legat.*2. Dec. *in cap. Sanè num. 2. de offic. ord.* benè, ac latè Cagnol. *in rubr. ff. de offic. eius num.*79. vbi firmat, quod repræsentans personam alienam, dignitatem, quam habet, alieno iure habet, persona verò repræsentata ex iure in se radicato, dignitatem habet iure proprio, & propterea hæc dignitas illi præferenda est *arg. l. si quid bello* cum ibi notatis à Gloss. & Doctoribus, *ff. de capt. & postlim. reuers.* cum aliis ibidem per Cagnol. deductis, & firmauit Rota *par.1. diuers. decis.*326. loquiens Vicarium Parochialis non dicitur possidere nomine proprio. Quo etiam sensu ait Bartolus *in l. Si quis in bello, ff. de capt.* quod firmius retinetur illud, quod quis habet ex propria acquisitione, quàm ex aliena, & Rota inter *dec. nou. decis.2. num.* 1. quod minus ius, & minorem vtilitatem habet Vicarius in Ecclesia, quàm Rector, quod probat ex variis iuribus. Potentior siquidem est causa, quæ proprio iure, quàm quæ alieno beneficio obuenit, *l. si Augusta, ff. de legat.2. l. si filius §. erit, ff. de fid. liber.* Vndè & olim triumphus, qui fuit honor redeuntibus in Vrbem cum Victoria propositus omnium maximus, iis tantùm à Senatu, populoque Romano decernebatur, qui suis auspiciis bellum gessissent; nam si alienis, vt Imperator, aut Proconsul per Legatos, non ipse, qui gessisset, sed is, cui nomine gestum erat, triumphabat. 2

Secundò, quia cum Rectores sint caput, & Prælati suarum Ecclesiarum, & nullum alium habeant supra se, ratione administrationis, ac dignitatis dicuntur maiores illis, qui habent Capitula supra se saltem in cura habituali, & illa repræsentant, & illorum tantummodò vices obtinent. Nulli autem dubium est, quin maior in dignitate semper præferendus sit, *can. ad hæc d.89. cap.1. & cap. Statuimus de maior. & obed. l.2. Cod. vt dignit. ord. seru. l.2. ff. de alb. scrib. & Abb. cons.*21. *num.* 3. *in fin. lib.*2. 3

Nec iuuat, quod huiusmodi Vicarii sint constituti à Pontifice, & non à suis capitulis. Rectores autem alia- 4

aliarum Parochialium non nisi ab Em. D. Cardinali Vicario, ex quo videtur sequi præeminentiam deberi talibus Vicarijs, cum à maiori, vel digniori instituti sint iuxta doctrinam Gloss. *in cap.* 1. *v. maior de maior. & obedient.* Monachi *in cap. Statutum num.*20. *de re-script. in* 6. *Decij in l. cum quid ff. si certum petat.* *ac alio-rum*.

5 Primò enim respondetur, quod à Summo Pontifice non sunt instituti ipsi Vicarij, sed Vicariæ; Vicarij autem instituuntur ab eodem Eminentissimo Vicario per concursum: quemadmodum & ipsi Rectores. Secundò id procedere cæteris paribus, & cum æqualibus, itaut dicti Vicarij Parochiales præcedant omnes alios Vicarios Parochialium, non autem maiores in dignitate, quales sunt Rectores, & Parochi ex Contilor. *in quæst. de præced. num.*43. & ex Monacho, *vbi supra*, dicens id esse verum, nisi ordinati ab inferiori sint constituti in maiori dignitate, ac Dec. *loc. cit. num.* 12. dum ait, hoc procedere inter Doctores eiusdem professionis, & obseruatur in capella Pontificia. Sæpè enim contingit, quod aliquis Generalis, vel Vicarius Generalis Mendicantium sit institutus authoritate Apostolica, ideòque Apostolicus; at nihilominus non idcircò vllam præcedentiam habet super alios Generales; vel Vicarios Generales iure Ordinum suorum institutos.

6 Secundò, quia licèt institutus à Papa ad aliquam dignitatem, vel officium habeat hanc prærogatiuam, quod inferior non possit recognoscere de tali institutione, aut illam in dubium reuocare, nisi titulo subreptionis iuxta *cap.* 1. *& 2. de confirmat. vtil. vel inut.* atque adeò talis dignitas, vel officium habeat maiorem firmitatem, itaut ab inferioribus reuocari non possit, saltem sine causa legitima ad tradita per Abb. *in cap. Postulasti num.* 10. *de Cler. excomm. ministr.* ac Dec. *in cap. Ad nostram num.* 16. *&* 17. *de confirmat. vtil. vel inut.* attamen institutio facta à Papa talis dignitatis, vel officij, nullum maius ius, nullumque maius priuilegium, prærogatiuam, aut præeminentiam præbet, quàm si fieret ab Ordinario; tum quia Pontifex in illa concurrit cum Ordinario, & in ipsius defectum iuxta *cap.* 2. *de præben. in* 6. tum quia in tali institutione nullo modo alterat, seu immutat naturam dignitatis, vel officij, quod instituit ex Doctioribus, quos refert Sanchez *lib.*7. *in decal. cap.*29. *num.*133. *& seqq.* Peyrin. *in addit. ad constitut. Clem. VIII. cap.*9. *num.*12. & ad intentum nostrum patet ex constitutionibus B. Pij V. erectionis dictarum Vicariarum, in qua Pontifex solùm ipsis concedit iura Vicariorum, non autem prærogatiuas Rectorum, & Parochorum, aut alia speciali forma præter communem. Quare non propterea sequitur, quod ipsi sint Prælati suarum Ecclesiarum, & quod idem honor iis debeatur, ac si essent creati Rectores, & Prælati in locum demortui, vt prosequitur idem Cagnol. *in d. Rub. ân.*75. vbi sub *d. num.*79. statuit, quod quando quis est constitutus in locum demortui, tunc prose agit, non pro alio, & omnis prærogatiua sibi competit ad text. *in l.* 2. *C. de off. eius*, ibique Doctores. Porrò & Parochi, siue Rectores nedum à Pontificibus sunt instituti, *vt tot. tit. de Paroch.* sed etiam à Sacris Concilijs, & quod excellentius est ab ipso Christo, & ab Apostolis ipsis, vt constat ex D. Paulo ad *Timoth. ad Titum*, & ad *Ephesios*, & *D. Petr.* 1. de quo alibi.

7 Neque pariter obstat, quod eiusmodi Vicarii exerceant curam animarum in Ecclesiis Patriarchalibus, atque adeò censeantur maiores aliis Rectoribus, quemadmodum maiores sunt Ecclesiæ Patriarchales aliis Ecclesiis, ac illi, quos repræsentant.

8 Nam huic obiectioni respondetur, quod, etsi Ecclesiæ Patriarchales habeant in se maiorem iurisdictionem, non ideò tamen illarum Vicarii pro cura animarum habent maiorem dignitatem, qua nihilomagis egreditur limites Vicariatus, atque adeò illos non facit absolutè Prælatos illarum Ecclesiarum, prout sunt Rectores in suis Ecclesiis, sed solum illarum Capitulorum Vicarios. Ad effectum autem præcedentiæ non solet attendi, an quis habeat maiorem Iurisdictionem, sed an habeat ex se maiorem dignitatem per *l.* 1. *& 2. C. vt dignit. ord. seruer. lib.* 12. Constat autem ex supra deductis maiorem dignitatem habere ex se Rectores, quàm Vicarii. Quis enim dixerit Oratorem Regis Christianissimi, qui repræsentat suum Regem præcedere debere Regi Portugalliæ, quando simul conueniunt? Licèt enim Rex Galliarum sit dignior, ac potentior Rege Portugalliæ, non idcircò eius Orator erit maior Rege Portugalliæ, quia Orator habet dignitatem nomine alieno, Rex autem nomine proprio. Secùs autem dicendum, si ageretur causa inter Oratorem Regis Christianissimi, & Oratorem Regis Portugalliæ, atque adeò inter Vicarios S. Ioannis, & S. Petri, & Vicarios aliarum Ecclesiarum Parochialium, non autem inter ipsos Vicarios, & Rectores Ecclesiarum. Vndè non refragatur, quod honor, qui debetur Domino, idem debeatur illi, qui Dominum repræsentat, de quo allegetur textus in *cap. fin. q.* 3. d. vbi dicitur, quod Diaconus tenens locum Patriarchæ honoratur, sicut Dominus suus, quem textum ad id allegat Abb. *in cap. fin. de offic. delegat.* Prærogatiua enim, quæ est in principali, eadem esse debet in locumtenente suo, Angel. *in l. si prior ff. qui potior. in pignor.* & Anchar. *in cap. grandi not.* 5. *de suppl. negl. Prel. in* 6. Quoniam hæc conclusio procedit, quando Orator vnius Principis contenderet cum oratore alterius Principis; nam cuilibet locus, & gradus assignaretur ex persona Domini sui. Sed vbi ex parte vnius Principis interuenirer orator eius, ex alia verò parte esset alius Princeps in propria persona, tunc esset secùs. Atque ita declarat Dec. *in dict. cap. fin.* quod etiam docet Purpurat. *in l.* 1. *ff. de offic. eius num.* 633.

Id, quod comprobatur etiam variis exemplis, ex 9 quibus constat, quod illi, qui aliorum personas repræsentant, prout sunt Vicarii, Procuratores, Vicesgerentes, vel similes, non sedent in eodem loco, in quo sui principales sedere debent, sed inferiori. Primum desumitur ex cæremoniali Romano *lib.* 1. *cap.*3. quod est de ordine sedendi in Conciliis. Ibi enim statuitur, quod Oratores Principum non sedeant in Conciliis in eo loco, vbi sederent ipsi Principes, quos repræsentant, idest inter Cardinales, sed in sedibus humilioribus pro Dominorum suorum dignitate.

Secundum de eisdem Oratoribus Principum, qui in 10 Capellis Regum non habent locum Principis, quos repræsentant, sed inferiorem. Vndè Rex Galliarum Ludouicus XII. voluit, quod Dux Sabaudiæ, qui ibi aderat, præferretur Legatis Venetorum Dec. *in cap. Sanè v. num.* 12. *de offic. deleg.* quod refert, ac sequitur Purpurat. *d. num.* 533.

Tertium de Consiliis Generalibus, in quibus, prout 11 ex vltimo illorum scilicet Tridentino, constat Vicarii, seu Procuratores Episcoporum absentium non admittuntur, nec scribuntur in locis Episcoporum, quos repræsentant, sed in alio inferiori, & separato, & post Generalem Seruitarum, cuius ordo est inferior ordine Carmelitano, Vicarius Carmelitarum. Idem quoque obseruatur in Conciliis Prouincialibus, in quibus Vicarii, seu Procuratores Episcoporum, seu Abbatum absentium non admittuntur in eorum locis, quos repræsentant, sed in aliis inferioribus. Nauar. *cons.*7. *de maior. & obed.* Franc. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 1. *cap.*9. *num.*4.

Quartum est de Coadiutoribus Canonicorum, qui 12 non sedent in loco Canonicorum, quorum sunt Coadiutores, sed in inferiori post omnes Canonicos ex Rota in Salamantina Coadiutoriæ 25. Iunij 1593. coram Pegna; ea ratione, quod Canonici propria dignitate fulgeant, sintque veri Canonici, Coadiutores verò aliena, sintque fictè Canonici, Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 66. *& seqq.* Gonzal. *in regul.* 8. §.9.

13 Quintum de Archipresbyteris, qui præferuntur Vicarijs Parochialium, quamuis Curati, quos repræsentant tales Vicarij, præcedant Archipresbyteros, Rot. *d. decis. 326. par. 2. div.*

14 Sextum de Vicario generali Episcopi, qui licèt ordinariam habeat iurisdictionem per Gloss. *in cap. Romana de appel. in 6. v. generaliter*, atque adeò ipsius Episcopi repræsentat personam, & authoritatem, eique debeatur idem honor, ac eadem prærogatiua, Menoch. *cons. 51. num. 16.* Nunquam tamen Vicarius Archiepiscopi, vel Episcopi antiquioris præsumpsit habere præcedentiam supra Episcopos minus antiquos, aut occupare locum Episcopi etiam absentis.

15 Septimum ex Contiloro *in consult. de præcedent.* Vbi refert sub anno 1510. sub Iulio II. Generalem Seruorum in Capella pontificia sedisse ante Vicarium generalem Carmelitarum. Et sub Innocentio VIII. Vicarium generalem Prædicatorum cessisse locum alijs Generalibus Mendicantium in eadem Capella. Idem obseruatum sub Innocentio X. in P. Dominico Merino Vicario Generali Dominicanorum, qui cessit omnibus Generalibus Mendicantium, & præcessit Vicarium Generalem Augustinianorum.

16 Illud igitur iuris axioma: Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caret*, vbi Bartolus, Angelus, & alij, obtinet, quando subrogatus est æqualis conditionis cum eo, cui subrogatur Menoch. *cons. 784. num. 12.* Vt autem ostensum est, aliud est esse Rectorem, siue Parochum, aliud esse Vicarium Rectoris, siue Parochi. Secundò intelligitur quantum ad substantialia, non autem accidentalia, Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 21. n. 22.* Tertiò in subrogato per legem, non per hominem ex Rim. Iun. *cons. 18. num. 88. & cons. 113. num. 128.* Vicarij autem huiusmodi Parochialium non sunt à lege, sed ab homine subrogati. Quartò limitatur in priuilegijs, quale est id de præcedentia, vt subscribunt Azeued. *l. t. num. 27. lib. 6. nou. recop.* Girond. *de priuil. in exempt. explic. num. 1313.*

17 Itaque iura, quæ in contrarium afferri possunt, solùm probant huiusmodi Vicarios debere vti eodem iure, eodemque honore quantum ad iurisdictionem erga suos subditos, non autem quantum ad prærogatiuam dignitatis, & ordinis, egregiè Decius *in d. cap. Sanè, de offic. deleg.* dicens contra Abbatem *dum ex hoc infert, quod Vicerector debet honorari, sicut Rector, hoc benè inferri non videtur, quia, licèt quis debeat honorari, tanquam repræsentans delegantem, vel Rectorem, non tamen sequitur, quod debeat honorari tantum, quantum principalis, quem repræsentat.* Et hanc doctrinam commendat Nauar. *d. cons. 7.* Neque etiam in se id verum videtur, quia maior reuerentia debetur principali, vt probatur *ex l. Sed & si, §. fin. ff. de in ius voc.* vbi reuerentia, quæ debetur patrono, non debetur administratori, ideòque ait Bald. *in d. l. Sed & si §. Prætor ait*, quod maior honor debetur Episcopo, quàm eius Vicario. Et Apoote *decis. 15.* vbi quod Balini titulorum in Regno non tenent locum principalis Domini in Sessionibus, Gama *decis. 1. num. 48. & seq.* Vbi quod substitutus, & locum tenens Patriarchæ, vel Metropolitani debet honorari, prout Patriarcha, vel Metropolitanus in ijs, quæ pertinent ad iurisdictionem, non autem in alijs, quæ competunt respectu dignitatis, vel ordinis.

18 Quæ omnia multò magis locum habent in Sacrista vel alio simplici Sacerdote S. Mariæ Maioris., qui nullo iure præcedere potest in funere ducendo proprio Parocho defuncti; tum quia Parochus defert stolam; tum quia est in actu sui officij Sacerdotalis, & tum quia est de hierarchia Ecclesiastica, de qua non sunt Sacristæ, neque alij simplices Sacerdotes. At de his hactenus. Plura enim Parochi, siue Rectores dicere possunt pro suo iure tuendo, sed nunc ipsis sufficit, quod obseruetur in hac re Statutum Cleri Romani superiùs adductum.

19 Neque obstat decretum huius S. Congregationis pro dictis Vicarijs S. Ioannis, & S. Petri, ac pro Sacrista S. Mariæ Maioris; quia fuit editum inauditis Rectoribus, ac Parochia Vrbis. Et quia nulla in ipso facta est, nedum reuocatio, sed ne mentio quidem supradicti Statuti Cleri Romani. Et tandem quia intelligendum est, quando in funere cum proprio Parocho defuncti interuenit Capitulum S. Ioannis, vel S. Petri, vel S. Mariæ Maioris, vt pro Capitulo Cathedralis declarauit hæc S. Congregatio 22. Martij 1631. apud Gauantum *in Enchir. v. Exequiæ in add. num. 13.* nempè: *Quando in funere interuenit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, Curatus, & Sacrista, licèt amouibiles sint, debent præcedere Parocho defuncti. Quemadmodum ipsi Canonici Cathedralis, & Collegiatæ præcedunt Parocho*, ex eadem S. Congregatione in *Viterbien.* 25. Iunij 1611. *in nullius* 12. Maij 1612. & *in Prænestina* Canonum 14. Aprilis 1618. scilicet, *Canonici Cathedralis præcedere debent Parochum, etiam in funere, non autem alij*; quod etiam tradit Cardinalis de Luca *de præemin. discurs. 21.* vbi refert, ita nouissimè declaratum fuisse in *Parmensi* Sac. Congregatione Rituum, licèt etiam pro Parocho contra Capitulum Cathedralis contrarium doceat Grat. *alleg. discept. 298.* & Barbos. *in Pastor. alleg. 78. nu. 18.* ac referunt, ita decisum à Rota Rom. in Calaguritana præeminentiarum de Victoria die 16. Nouembris 1592. & extant decreta antiqua eiusdem S. Congregationis *in Nucerina* die 14. Octobris, ac aliàs sæpiùs. Cum itaque dicti Vicarij, & Sacrista seorsim à suis Capitulis intersint funeribus, nullo modo præcedere possunt proprio Parocho defuncti, cùm nullo modo sint, neque dici possint pars, aut membrum Capitulorum; quod locum habet, etiamsi vnus ex ipsis Canonicis seorsim à suo Capitulo interesset, vt firmat idem Cardinalis de Luca *loc. cit.* quibus concinit Statutum Cler. Rom. eo *cap. 5. §. 18.* vbi ita disponit: *Beneficiati verò etiam Patriarchalium, nulla ratione Parochis ipsis cum stola interuenientibus præcedere possint.* Ergo multo minus Sacrista, & Vicarij, qui non sunt pars Capituli, neque cum Capitulo intersunt funeri, vt supra diximus.

Ad 2. respondeo, obseruandum etiam esse Statutum 20
Cleri Romani *cap. 2. §. 8.* ibi: *Ad euitandam confusionem, & pro maiori decoro Collegij Parochorum curabit Camerarius, vt in processionibus tam Parochi Regulares, quàm Parochorum substituti incedant in capite processionis, reliqui verò Rectores iuxta ordinem eorum antianitatis subsequantur*; quod non est dissonum à iure Communi. De iure enim is præcedit, qui in labore est antiquior instar militis, *l. 2. C. de offic. Magistr. offic.* ibi: *Is cæteros antecedat, quem labor prolixior, vel stipendia meliora fecerint anteire, & l. fin. Cod. de tyron. lib. 12.* ibi: *Tyrones loco semper posteriori ponantur, nec enim patimur quenquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui, & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur*, traditque Gloss. *in cap. fin. v. antiquiores de consuet. in 6.* & in terminis præeminentiæ, ac prælationis est textus *in cap. 1. de maior. & obed. & in l. 1. ff. de alb. scrib.* vbi Bartol. ac sequitur Peregrin. *cons. 7. num. 60.* & Paris. *cons. 38. num. 1. vol. 4.* Antiquior quippè de Collegio alijs præfertur, Cassan. *in catal. glor. mund. p. 4. consid. 76. & p. 11. consid. 17.* Rebuf. *in tract. nomin. quæst. 21. num. 4.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 3. proem. num. 23.* Cyriac. *contr. 201. num. 44.* & Seraph. *decis. 326. num. 3.* & in hac specie declarauit sæpiùs S. Rituum Congregatio, præcipuè in *Maceratensi* præcedentiæ inter Parochos referente Eminentiss. Sacchetto sub anno 1662. vt aliàs; qua ratione etiam Sac. Congregatio Concilij declarauit, in professis eadem die præcedentiam deberi ei, qui prius habitum nouitiatus suscepit, teste Barbosa *de iur. Eccles. cap. 46. num. 56.* quæ declaratio est conformis d. decisioni Rotæ apud Seraph. & in S. Concilio Tridentino cùm lis de Sessione mota fuisset inter Hispanos, & Gallos, placuit Patribus, vt Thologorum quisque, habita illius temporis ratione quoad Doctoratus, aut magisterij gradum promotus fuisset, sententiam ferret, vt per Vasquez in *præfat. illustr. contr. num. 13. & 17.* Quod si etiam consideretur stipendium huiusmodi Vicariorum, certum est, illud esse mercenarium, ac menstruum quatuor, vel quinque scutorum, ex quo gradum inferiorem ostendi, habetur *ex d. l. 2. & l. fin.* & tradit Vasquez *loc. cit. num. 19.* Ratio autem horum omnium est, quia ius, quod de nouo alicui acquiritur, est merum ius absque iniustitia, & ideò non debet esse præiudiciale alteri. Esset autem, si præualeret

leret contra ius alteri acquisitum ; quia ipsum deturbaret de loco, quem iam acquisiuit, & possidet. Vnde cum in casu nostro Rectores, siue Parochi sint priores in tempore, sunt etiam potiores in iure. Hinc qui prius dignitatem, vel munus obtinuit, censetur dignior in ordine, quem instituit illa dignitas, vel officium *can. fin. d. 17. cap. Statuimus*, vbi Glos. *v. primum locum de maior. & obed.* cum *simil.* & tradunt Bald. *in l. cum quid, ff. si certum pet.* Vbi etiam Bartol. Alex. Ias. & Socin. Igitur Rectores, siue Patochi, qui priùs obtinuerunt suam dignitatem, siue officium, sunt digniores in ordine Parochorum.

21 Confirmatur id ex obseruatione. Nam Episcopus promotus ad Cardinalatum post Clericum, quamuis dignior sit Clerico, sed tamen post ipsum, quia est posteriori loco promotus. Sic etiam Episcopus sedens in Capitulo cum Canonicis, sedet in loco, quem obtinet, vti Canonicus, non in loco, quem habet vti Episcopus, quia ibi habetur ratio tantùm Canonicatus, vt tradunt Glos. *in cap. In collatione de appel. in 6.* ibique Franch. & Gemin. Sic quoque Cardinalis, quando adscribitur de nouo alicui Congregationi, tenet in ipsa locum sibi debitum, habito respectu temporis suæ promotionis, præcedens antea adscriptos, sed in posteriori tempore ad Cardinalatum promotos. Seruandus est igitur ordo promotionis.

22 Neque obstat prætensa consuetudo contraria ; quia debet esse centenaria, & immemorabilis, cum illi resistat ius commune, & Statutarium, vel saltem quadragenaria, Purpurat. *in l. 1. num. 200. ff. de offic. eius*, Barbat. *cons. 5. num. 2.* Rot. *decis. 410. num. 1.* coram Seraph. quæ quidem non est probata, neque probari poterit, cum præsentes Vicarij sint moderni in cura animarum, & sæpiùs Rectores Parochialium illis in processionibus præcesserunt, ac proinde cum non sit probata aliqua consuetudo in eorum fauorem, donec illa legitimè probetur, obseruandum est Statutum Cleri Romani. Et quatenus etiam possessio pro vtraque parte concurreret, adhuc esset præferenda illa Rectorum, tum ex adductis in superiori dubio ; tum quia habet assistentiam iuris communis, & Statuti, vt per Rot. *decis. 81. num. 1. p. 1. div. Seraph. decis. 1437. in fin.* & Post. *de man. obs. 71. num. 74.* Ita quidem, vt non sufficiat, quod aliquando dicti Vicarij præcesserint, cum vnus Rector, siue Parochus alteri præiudicare nequeat. Eo vel maximè quia præcedentia iuxta antianitatem est data per Statutum Cleri omnibus Rectoribus, siue Parochis Vrbis, & ideò esset necessarium probare, quod omnes Rectores interfuerint semper omnibus processionibus, & præcedentiam Vicarijs cesserint spatio tanti temporis ad præscribendum necessario ; quod tradunt Doctores, & Gloss. *in l. de quibus, ff. de leg. in l. 1. v. Prelatis, & in l. 2. C. quæ sit longa consuet.* & Rot. coram Merlino *decis. 353. num. 54.* ac alibi ; quin & ipsa Vicariorum præcedentia in aliquibus processionibus non ex iure proprio contigisse videtur, sed ex ipsis Rectoribus, qui id neglexerunt, non quidem Vicariorum gratia, sed quia ita sibi expedire crediderunt ; quod nihil obstat, quominùs sibi suaserit Statutum Cleri ; id facere possint, quod antea non fecerint. Ex quibus omnibus miror in tam raso tramite scirpum quæri, & in scirpo nodum.



CONSVLTATIO XXII.

An sint licitæ litteræ exemptionis tum Ecclesiasticorum, tum secularium, vulgò Saluæguardiæ à iurisdictione Episcopi, eiusque tribunalis, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, à Prorege Siculo concessæ, vti à Siciliæ Monarchia? Vbi afferuntur capitula super Regia Monarchia cum nouis reformationibus, & declarationibus marginalibus transmissæ à Regia Curia, & Consilio Catholicæ Maiestatis.

1 NOn est nostrum in hac Consultatione agere de origine, institutione, & iustitia huius Siculæ Monarchiæ, de quibus iam olim hinc inde actitatum est à Viris clarissimis, præ cæteris verò à Cæsare Baronio *Annal. tom. 11.* & à nobis alibi raptim. Est enim expositio causæ sinuosa, & altè repetita, sed solùm, an inter præiudicia iurisdictionis Episcopalis recenseri debeat hic nouus abusus Saluæguardiæ, dixi iurisdictionis Episcopalis, non autem Ecclesiasticæ, nam & ipsa Monarchia, tanquam Legatus Apostolicus iurisdictionem Ecclesiasticam in Regno Siciliæ prætendit exercere.

2 Inter iura extraordinariæ protectionis, vnum est, quod dicitur Saluaguardia, singularis, ac priuilegiata. Illius causa efficiens, & finalis inde patet, quod cum in tanta hominum peruersitate, ac mundi malignitate innocentes multifariam offendantur, ac opprimantur, inter alia, quibus succurri ipsis posse visum est, remedia Summi Principes æquissimum iudicarunt, Saluam ipsis guardiam largiri, vt eadem territi aduersarij ab eorundem offensione abstinerent ad notata Bartoli, & Doctorum *in l. illicitas §. ne potentiores, ff. de offic. Præsid.* Felin. *in rubr. de tregu. & pac.* Ias. *in l. si super col. fin. C. de transact.* & Guidopap. *decis. Gratianop. quæst. 418.*

3 Hanc autem Saluamguardiam definiunt, esse protectionem, & securitatem, quæ minùs potentibus contra potentiores à superiori potestate, vel etiam absolutè ad suam, ac bonorum suorum tutelam petentibus amicis, aut alioquin charis, præstatur.

4 Diuiditur non incommodè quatuor modis. Vno, & principaliter quidem ; secundo modo ratione subiecti in secularem, & Ecclesiasticam. Hæc est, quando personæ Ecclesiasticæ ; illa verò cum seculares in singularem protectionem, ac Saluamguardiam à liberis Principibus suscipiuntur.

5 Huius partitionis ratio inde colligitur, quod tam laici, quàm clerici in specialem Principum clientelam recipi soleant, cuius rei innumera extant exempla, & idipsum clarè testatur Menoch. *arbitr. quæst. lib. 2. cas. 338. num. 6.* vbi scribit, se vidisse Serenissimum Ducem Sabaudiæ Abbati, & Monachis Carthusiæ Vallis Pixij apud Montem Regalem Pedemontium amplissimam Saluamguardiam concessisse.

6 Tertiò generatim diuidi solet in absolutam, seu generalem, & limitatam, vti eam dispartitur Bechtius *in disput. de securit. & Salu. conduc. cap. 10.* Generalis est illa, quæ omnem omninò tam facti, quàm iuris defensionem continet. Limitata autem, quæ certæ defensionis limitibus continetur, atque includitur, vt si defendendus cliens fortè plures habeat possessiones, ac subditos in diuersis locis, & vnam ex illis Princeps reliquis exclusis protegendam suscipiat.

7 Quartò subdiuidi potest in eam, quæ in genere, & non contra certam personam, etiam nemine citato, & citra causæ cognitionem conceditur, & in eam, quæ aduersus certas personas, à quibus impetrans se sibi metuere narrat, & regulariter quidem citatis eis, ac cum causæ cognitione tribuitur. Addidi verbum *regulariter*, quia interdum, & sine causæ cognitione conceditur, & nihilominùs illi, contra quem impetrata fuit, ob Principis, quem facilè adire, & reuocationem obtinere potest, voluntatem solam obseruanda est, Menoch. *loc. alleg. num. 8. & 9.*

Quin-

8 Quinta porrò subdiuisio est, qua dispartitur Saluaguardia in eam, quæ diplomatis, vel litteris patentibus in modum priuilegij per notata Fabri *lib.3. C. tit.12. de fin. 5.n.1.* Gail. *lib.2. obs.54. n.7.* & in eam, quæ per signi, tituliue impositionem, de qua *in l.2. C. vt nem. priu. tit. præd. suis.* Vel per appositionem custodum, Menoch. *d. loco n.11. & 12.*

9 Saluam autem guardiam habens nullo modo inquirendus, vel molestandus est per textum, & Doctores *in l. Sancimus 25. in princ. C. de admin. tut. lib.2. §.1. C. de quadr. præscript. lib.6. de postlim. reuers. nouel.* 138. Farinac. *in pr. crim. p.1. tit.4. q.29. n.1. & seq.* Nec vllam debet experiri iniuriam, nullam incurrere læsionem, damnum, aut periculum, *lib.6. §.2. ff. de offic. Præsid. l.28. §.7. ff. de pœn. auth. habita C. ne fil. pro patr. nouel. 5. c.2. §.1. nouel. 17. cap.6. argum. l.1. §. quoties 17. ff. de ventr. in possess. mitt.* Glos. *in l. Si mandatum 59. §. vlt. ff. mandat.* Angel. *in l.1. ff. qui satisd. cog.* Butr. & Imol. *in c. Quoties 2. de pact.* quos hanc in rem allegat Straccha *in præfat. de assecurat. n.60.* & Corset. *in suis singul. v. Securus*, Zas. *cons.9. num.26. & cons.10. n.13. tom.1.* quia securus dici non potest, qui periculis, contumelijs, & oppressionibus est obooxius, vt ex Plinio *lib.3. epist.12.* refert Petr. Brem. *in tract. de securit. pro miss. in princ.*

10 . Hactenus de Saluaguardia in genere, nunc de Sicula. Excellentissimus Siciliæ Prorex, vti illius Monarcha concedit Saluamguardiam tum Ecclesiasticis, tum homioibus laicis, præcipiendo Episcopis, eorumque ministris, oe se ingerant in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, actiuis, & passiuis, motis, & mouendis contra supradictos homines, nec contra eorum consanguineos, & affioes vsque ad secundum gradum de iure ciuili inclusiuè: & casu, quo præfati homines, vel eorum aliquis commiserit delictum aliquod, cui pœna maior relegatione est imposita, vel in flagranti crimine reperiantur, possint eos in carcerem secularem includere nomine Proregis, ac regiæ Monarchiæ, statimque illum certiorem reddere absque eo, quod ad actum aliquem deueniant sine eius authoritate; quod si io flagranti non reperiantur, nullo modo, nullaque de causa, & ob nullum delictum etiam leuius, in illos procedant, sed id ei significent, expectentque mandatum, ac interim inhibentur, ne secus faciant sub indignatione Catholicæ Maiestatis, & sub pęna scutorum mille Fisco regiæ Monarchiæ. Aduersus verò Episcopos, qui officij sui partes implent, huiusmodi Saluasguardias non exequendo, petitur à Protege illarum obseruatio, & obtenta mittitur præsentanda Episcopis, vel eorum Vicarijs à Nuncio Regiæ Monarchiæ cum præcepto pœnali, quod iotra diem curent illam regerere in actis Curiæ Episcopalis, vt executioni demandentur. Et informatione facta in criminosos, eiusque maleficij affines procederetur, vt legibus, moribusque conuenit.

11 His ita deductis certum mihi est, has Saluasguardias esse illicitas.

12 Primò, quia est nouum commentum, & nunquam expertum in Monarchia Sicula, estque aptum ad inducendum plura inconuenientia, perturbationes, & irreuerentiam, ac odium erga Prælatos Ecclesiasticos ab eorum subditis, qui, vt eas obtineant, imponunt illis varias, & falsas calumnias, libellisque frequentibus litigando postulant, vt suæ causæ Curia det operam.

13 Secundò, quia si concederentur Magistratui Ciuitatis, qui numerosus esse solet, & quotannis mutatur, ac eius consanguineis, & affioibus vsque ad secundum gradum, tota ferè Ciuitas à iurisdictione Episcopi eximeretur.

14 Tertiò, quia cùm iurisdictio ordinaria pastoralis Episcoporum sit immediatè à Deo, & à Sede Apostolica, non potest transire ad Legatum Apostolicum, quemadmodum transiret hisce Saluisguardijs, cum idem Legatus habeat à Sacris Canooibus, & Concilijs authoritatem restrictam, & limitatam dumtaxat ad secundas instantias, & in casu grauaminis per viam recursus tantùm, qui cum dari possit, quoties cōtingit casus grauaminis, cumque grauamen nequeat esse ita irreparabile, vt per recursum occurri non possit, nulla subest ratio auferendi Episcopis iurisdictionem ordinariam in suos subditos, illamque diuidere, immò & conuellere, ac discerpere. Vndè non obstat, quod dicitur de Sindico, qui si controuersiam haberet cum Barone, obtinet Saluamguardiam; quia iurisdictio Episcopalis est à Deo, & à Sede Apostolica, Baronis ab homine tantùm.

Quartò quia Prorex hoc modo, atque hac arte, ac no- 15
uitate eximendi etiam Ecclesiasticos à iurisdictione Episcoporum, illosque subijciendi Monarchiæ in breui auocaret ad se omnes causas, & indirectè fieret Episcopus totius Siciliæ, concedens exemptionem ex solis supplicibus libellis, & friuolis de causis, etiam quando allegatur causa interdicti Ecclesiastici impositi etiam auctoritate Summi Pontificis, atque ad nutum Iudicis Monarchiæ, qui solùm procedere potest seruatis seruandis. Cùmque in hac specie Prorex ipse procedat, vt in causis merè laicalibus cum potestate absoluta, certum est præiudicium irreparabile propter exemplum, & finem, quem huiusmodi Saluæguardiæ consecuturæ sint in Sicilia in omnibus causis, quæ ab Episcopis auocari poterint de plenitudine potestatis; quemadmodum facit Summus Pontifex in Signatura Gratiæ, & idem Prorex in causis merè laicis tribunalium laicorum sub obtentu, quod ita visum est Iudici Monarchiæ, qui licèt sit clericus, & Iudex Ecclesiasticus, oeqoit tamen vllam authoritatem facere huiusmodi auocationi sine iuris Ordine seruato, & prout iuris fuerit.

Quintò ex indecentia, & modo inciuili, quo hæ Sal- 16
uæguardiæ conceduntur, præcipiendo Episcopis, ne se immisceant, & quod conijciant reos in carceres seculares, quodque significent alios, atque expectant iussa Proregis.

Ac demùm quia cum hic Legatus non sit in his causis 17
Iudex competens, quia S. Concilium Tridentinum *sess. 24. cap.20. de ref.* tribuit Ordinariis cognitionem causarum primæ instantiæ priuatiuè ad alios, cum loquatur per dictionem taxatiuam, ibi: *Coram locorum Ordinarijs dumtaxat*, quæ adimit cæteris iurisdictionem, Angel. *in l. C. vbi, & apud quem*, Felin. *in cap. Pastoralis n.2. de offic. Ordin.* apertè constat ipsum Iudicem Legatum, qui iure proprio hanc iurisdictionem non habet, non posse cognoscere, nisi per deuolutionem, per delegationem, aut per prorogationem iurisdictionis; quorum nullum in hoc casu potest habere locum.

Non quidem deuolutio, quia illa requirit formam à 18
Coocilio præscriptam *d. cap.20. §. Legati quoque*, scilicet, vt Episcopus sit reqoisitus, & neglexerit procedere; quod in hoc casu non supponitur. Non delegatio, quia hic non interuenit; & quia Episcopus non potest extra propriam diæcesim causas committere, nisi & litigantium consensus accedat, vt notat Glos. *1. & penul. in cap. vt litigantes de offic. Ordin. in 6.* quam ibi sequuntur Butr. *num.4.* Anchar. *num.1.* & alii communiter; quod maximè procedit post Concilium Tridentinum. Non denique prorogatio; quia quemadmodum Clericus subditus Episcopi non potest sine eius consensu prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici non sui, ita nec Episcopus potest Clericum subditum suum inuitum subiicere in aliqua causa iurisdictioni alterius Iudicis Ecclesiastici, nisi subditus consentiat, vt *in cap.1. de for. comp.* vbi sic firmat Ostien. *num.2.* Io. Andr. *num.11.* & latè Socin. *in 3. princip. art. in 7. quæst. num.41.* quare inter alia requisita, quæ coniunctim concurrere debent, vt validè prorogetur iurisdictio Iudicis incompetentis, est non solùm consensus partium, sed Episcopi diæcesani.

Quare, vt huiusmodi controuersiæ dirimantur, de- 19
bent Episcopi Siciliæ, cum casus iste euenerit, facere declarationem, & reuocationem huiusmodi Saluæguardiæ. Ad Regem Catholicum queremoniam deferre super hisce grauaminibus, conquerendo, quod concessio Saluaguardiarum contra exemptos à iurisdictione Episcoporum Ordinariorum sit iosolita, & mera innouatio, cum illorum discussio semper facienda sit coram Sede Apostolica. Nec mihi videtur omninò improbandum remedium scribendi per S. Congregationem Immuoitatis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ litteras circulares Episcopis super eisdem Saluisguardiis, nec non super obseruatione generali S. Concilii Tridentini, & quod Nuncius Apostolicus apud Regem Hispaniarum hanc rem in se assumat, de qua edoceri debet.

Cæte-

20 Cæterùm specimen Saluæguardiæ, cuius authographum cognoui, & huiusmodi.

21 *Philippus &c. Vicerex &c. Reu. Episcopo Catanensi, eiusque Reu. Vicario Generali, Assessori, Notario, & alys Officialibus, ac seruis diœcesis maioribus, & minoribus, præsentibus, & futuris, salutem. Siamo stati supplicati, e Noi prouisto del tenor, che siegue.*

22 *Illustr. & Eccell. Sig. I Sacerdoti N.N. & i Giurati, e Senato della Città di Catania N. N. dicono, che hauendo cominciato la lite sopra le concessioni delle Terre del Vescouato nulliter facta dal Reu. Vescouo auanti il Tribunale del Real Patrimonio &c. li scomunicò, e presentatogli dal Procuratore di detta Città l'assolutioni ottenute dalla Regia Monarchia, gli brauo, &c. Onde per li sudetti, & altri capi, de' quali V. E. è informata per lettere, i detti esponenti gli sono diuentati nimici capitali, e però non deue ingerirsi negli esponenti, suoi parenti, e familiari vsque ad quartum gradum. E perciò supplicano V. E. d'ordinare se gli spediscano Saluaguardie con ordini penali di non molestarli in amplissima forma.*

23 *Panormi 10. Ianuary 1630. Ex parte Excellentiæ suæ fiant litteræ Saluæguardiæ ad instantiam supplicantium sub visione Reu. Iudicis Regiæ Monarchiæ.*

24 *E perciò vi ordiniamo, che per l'auuenire non vogliate, nè dobbiate in modo alcuno intromettervi, nè impedirui, nè fare intromettere, nè impedire, nè permettere, che niuno de' vostri Officiali, e persone suddite alla vostra giurisditione s'ingerisca, nè intrometta in niuna delle cause così ciuili, come criminali, attiue, e passiue, mote, e mouende, nè contro i detti N.N. Giurati della detta Città di Catania, & N. N. Sindico, nè loro parenti consanguinei, e affini vsque ad secundum gradum de iure ciuili inclusiuè, e in caso che N.N. esponenti, o alcuno de sudetti loro parenti consanguinei, e affini vsque ad secundum gradum de iure ciuili, vt supra commettessero alcun delitto à relegatione sopra delle cose spettanti à noi, e alla vostra giurisdittione, o fussero presi in flagranti crimine, all'hora procederete à carceratione à nome nostro, o del Tribunale della Regia Monarchia nelle carceri del Regio Demanio, e di subito ne auuiserete del tutto, e non procederete interim ad vlteriora, in fin che sarà dato da noi l'ordine, che sarà necessario, e non essendo presi in flagranti crimine tanti per delitti à relegatione supra, quanto infra, in tal caso non procederete in cosa alcuna, ma ne darete del tutto auuiso, o aspettarete da noi l'ordine sarà conueniente, come sopra, e così eseguirete tanto ad istanza de' sudetti supplicanti, quanto di ogn'vno de' sudetti loro parenti vsque ad secundum gradum inclusiuè, seu di qualsiuoglia persona per essi, o ogn'vno di essi comparenti, etiam senza procura &c. e sotto la pena di scudi mille &c. Datum Panormi 12. Ianuary 1630.*

El Duque d'Alburquerque
Vidit Neyla Iudex R. Monarchiæ.

25 Tenor verò ac formula Osseruatoriarum Saluæguardiæ est in hæc verba. *Philippus &c. Vicerex &c. Reuerendiss. Episcopo &c.*

26 *Siamo stati supplicati &c. da N.N. che hauendo essi ottenuto Saluaguardie, e presentatelo col far molte instanze, non han potuto eseguire l'esecutione, tutto per il Vescouo contro agli esponenti la sua rabbia, e sdegno per hauerlo proseguito de' delitti in Roma, e hauendolo fatto lettere osseruatorie, nè anche sono state eseguite, hauendosi col progresso delle prosecutioni esso Monsignore dichiarato per parole, e lettere capitalissimo nimico degli esponenti. Perciò supplicano V. E. per detta prosecutione, e di far di nuouo lettere dirette à tutti gli Abbati, Priori, e Superiori de Regolari per conseguire l'esecutione, e che vadi vn Portiero della Regia Monarchia à notificare al Vicario Generale, e Mastronotaro l'emanatione, & esecutione di esse.*

27 *Del qual memoriale fatta relatione per la Regia gran Corte in Conseglio di cause fiscali tenuto à 29. Luglio, facimo in dorso di esso prouista, quod fiant litteræ sub visione Iudicis Regiæ Monarchiæ.*

28 *E perciò in esecutione vi diciamo, e ordiniamo, che vogliate eseguire, & osseruare le dette lettere di Saluaguardia ottenute de verbo ad verbum, & à prima linea vsque ad vltimam, e conforme à quel vi diciamo, & ordiniamo, che per l'auuenire non vogliate, nè dobbiate &c. così contro i detti &c. come contro &c.*

El Duque d'Alburquerque
Vidit Neyla &c.

Priusquam proferam capitula Viceregia super Regia 29
Monarchia cum nouis reformationibus, & declarationibus marginalibus transmissa à regali Curia, & Consilio suæ Maiestatis Catholicæ, referam litteras, & aliqua capitula concordata, & litteras Excellentissimi viri D. Marci Antonij Columnæ Proregis Siciliæ, quæ sunt veluti apparatus ad dicta Capitula, & ostendunt religionem innatam Domus Augustæ Austriacæ in Deum, reuerentiam, obedientiamque in Sanctam Sedem Apostolicam, obseruationem in Sacro Canones, præcipuè in S. Concilium Tridentinum, quod auspiciis dictæ Domus Augustæ inceptum, & absolutum fuit, & religiosissimè in omnibus Regnis etiam Indicis, Catholicæ Maiestati subiectis obseruatur, mandaturque obseruari, cum sit Sacrorum Canonum, sacrorumque Conciliorum, quin & totius fidei catholicæ custos, protetrix, & propagatrix, & propugnatrix, Capitula, & litteræ Columnenses sunt huiusmodi.

Molt' Illustr. e Reuerendiss. Sig.

Essendo nate alcune differenze tra il Reuerendiss. Arciue- 30
scouo di Palermo, & il M.R.D. Nicolao Stitia, come Iudice delegato della Monarchia, & hauendomi S. M. ordinato con sue lettere delli 24. di Luglio passato, che Io proueda, che il detto Molto Reu. di Stitia nel suo procedere osserui il Consiglio Tridentino, e specialmente, che non metta mano nelle prime, & seconde cause, ma quelle lasci all'Ordinarij, con quest'occasione hauendo prima inteso li sudetti Reuerendiss. Arciuescouo, & il M.R.D. Nicolao nelle loro differenze, ho preso l'appuntamenti, che vanno notati nell'allegato foglio, mi è parse mandarli à V. S. acciò possa valersene nell'occasione, pregandola ad auisarmi quello, che intorno à questo l'occorresse, & à V. S. mi profero, & raccomando. Di Palermo li 27. di Settembre 1580.

Seru. di V. S. Molto Illustr. & Reu.
Marco Antonio Colonna.

Al Molto Illust. e Reu. Mons. Arciu. di Messina.

Panormi die 26. Seprembris 9. Indict. 1580.

Per S. E. appuntati li seguenti Capitoli.

Circa le cause, che vanno via grauaminis non si facci Su- 31
persessoria, eccetto conforme al Consiglio Tridentino cap. 1. sess. 13. de ref. & c. 2. & 3. eiusdem sess. nell'atti irretrattabili, & irreparabili, nelli quali così l'Ordinario debbia soprasedere, ancorche non li venissero lettere Supersessoriali. Ben vero, che quanto alle Inuntioni fatte, o da farsi de non conuersando, non si debbiano fare Supersessorie nè l'Ordinario habbia soprasedere.

cap. 1. sess. 13. de ref. & c. 2. & 3. eiusdẽ sess.

Le prime instanze non si trattino in altra parte, che 32
auanti all'Ordinario, conforme al Consiglio Tridentino, & le seconde instanze auanti all'Arciuescouo, e se saranno commesso ad altre persone, tali commissioni non si debbiano esseguire, e s'intendano surrettitie.

Che quando l'Ordinario, & il Giudice della Monarchia 33
saranno presenti, doue sarà S. E. non si faccino lettere, che veniant alla via grauaminis, se prima non si facciano lettere all'Ordinario, che informi delle cause, per le quali si grauino. Questo però s'intenda, quando l'aggrauij sono reparabili per la diffinitiua, e l'Ordinario habbia da respondere frà tre giorni.

Che quando per lo Giudice della Monarchia sarà retrat- 34
tata alcuna sentenza, seu Interloquutoria di pena pecuniaria, la quale sarà stata assegnata dal Giudice à quo, e si faranno lettere di restituire tal somma, si debbia prima dar pleggeria de restituendo in casu succumbentiæ.

Che s'habbi auertentia alli memoriali, che si danno dalle 35
parti via grauaminis, se vsano parole impertinenti dette contro li Prelati, dalli quali appellano, e si grauano, e se ne faccia particolare relatione à S. E.

Quando le parti si grauino alla Monarchia, si debbiano 36
esprimere specialmente le cause del grauame nel memoriale dell'Instanze, acciochè dalla Monarchia si possa conoscere.

Ex

Ex libro actorum anni 9. Indict. 1580. 1581. fol. 19.

Capitoli Vicer... sopra la Regia Monarchia con le nuoue riforme, e declarationi in margine, venuti dalla Regal Corte, e Consiglio di Sua Maestà.

37 *Sogliono alle volte nel Tribunale della Regia Monarchia di questo Regno succedere controuersie sopra l'osseruanza nelle cause, che in detto Tribunale vertono, d'onde nascono diuersi abusi, per il che l'Illustr. & Eccell. S. Marco Antonio Colonna Vicere, e Capitan generale in detto Regno hà ordinato s'habbia inuiolabilmente da osseruare, come di sotto siegue.*

38 *Primo. Nella Regia Monarchia vi sia vno Auocato, & vno Procuratore fiscale, sicome è stato ordinato, acciò li negotij del fisco non patiscano.*

39 *Secondo. Si tenerà la Corte, e faranno l'atti giuditiarij, che occorreranno farsi in detta Corte il Martedì nella Casa del sudetto Giudice.*

40 *Nelle cause, che si trattaranno inanti esso Legato, e Giudice deputato si debbia osseruare la dispositione della legge Canonica, come Corte Ecclesiastica, e nell'ordinarij si guardi l'osseruanza della Regia gran Corte.*

E nel 4. V. M. guarde el Concilio, no otra cosa.

41 *Tutte le cause appartenenti al fore Ecclesiastico nella prima Instantia non si trattino in altra parte, che inanti li loro Ordinarij secondo la forma data dal Sacro Concilio Tridentino, e le seconde Instanze inanti l'Arciuescoui Metropolitani quando non parerà altrimente al Vicere in alcuno caso particolare.*

42 *In dette Cause Ecclesiastiche supplicando la parte, li Memoriali non si decretaranno Magna Curia referat, ma che il Giudice di essa Regia Monarchia referisca.*

E nel 6. pasta dicho que S.E. no se ïpache.

43 *Nelle Cause di grauamine quando le parti si grauaranno delle prouiste fatte dall'Ordinarij, tanto in Cause Criminali, quanto Ciuili, che altro si facci, si supplicarà al Vicerè, e si prouederà secondo la qualità del negotio, ò che lo Prelato informi, ò che lo Giudice proueda.*

E nel 7. no se puo empachiar el Virei, pero se si declarare por los Juez arbitrarios por suspechiosos, su M. tien ordenado, que en Palermo sia l' Arcobispo y en Messina l' Arcouisbo.

44 *Se al Giudice deputato per sua Maestà sarà sospetto, le parti recorreranno al Vicerè per prouederlo d'altro Giudice non sospetto.*

45 *Le lettere, che si faranno per detto Giudice all'Ordinarij, quando che si drizzeranno all'Arciuescoui si dia titolo di Molto Illustr. Reuerendiss. alli Vescoui d'Illustr. e Reuerendiss. all'Arcimandrita di Reuerendiss. all'Abbati, e Vicarij di Reu.*

* E nel 9. non se ha da empachar el Virei.

46 * *Le lettere, che si faranno per li Prelati, quando si transmetteranno l'atti per via di grauame, ò d'altro remedio, si habbiano da drizzare al Vicerè, e quelli, che si sottoscriuono per li Vicarij, ò d'altri officiali si drizzaranno al detto Giudice con il titolo d'Illust. e Molto Reu. e le lettere di Prelati, e di loro officiali li presentaranno al Mastro Notaro di essa Regia Monarchia.*

y lo mismo nel 10.

47 *Nelle lettere, che vengono l'atti via grauaminis non s'inferiscano li Memoriali delle parti per esteso, ma solamente si farà mentione della sostanza del fatto, e della prouista fatta per il Vicerè, e si ordinarà quelche sarà di giusto.*

48 *Nelle cause di grauame non si faccino lettere Superssessoriali, eccetto secondo la forma del Sacro Concilio Tridentino in atti irretrattabili, & irreparabili, nelle quali cosè l'Ordinario debba soprasedere, benche sopraciò non si fossero date lettere.*

49 *Ricorrendosi via grauaminis, e trattandosi de grauamine reparabile, & retrattabile, quando sarà presente l'Ordinario doue sarà S. E. con il detto Giudice non si faccino lettere, che vengano l'atti per via grauame, che prima non si facciano lettere all'Ordinario, che s'informi delle cause, per le quali si grauano, e l'Ordinario debbia respondere fra tre giorni.*

50 *Tutte le lettere della Regia Monarchia, che per ordine si fanno sotto nome del Giudice di quella, si sottoscriuano da lei, e dall'Auocato fiscale, acciò sia informato delli negotij del fisco, e delle parti, e si sigillino co'l sigillo del Giudice, ma quelli, che spettano all'Integratione di beni Ecclesiastici per conto delle visite di beneficij, che sono di Ius patronati regij, si faccino sotto nome del Vicerè, e con la sottoscrittione con la causa del Giudice, e dell'Auocato fiscale, e così alcune altre, che per più autorità, & esecutione paresse così espedirle, e queste co'l Sigillo del Vicerè.*

51 *Occorrendo concedersi lettere supersessoriali in cause delle Iniuntioni rotte, ò pleggerie de non conuersando, non s'intenda mai per ciò, che le parti prohibite possino conuersare, anzi resti l'Iniuntione, ò pleggeria nel suo vigore, ne anco che se li dicesse debbia in ciò l'Ordinario soprasedere, ma tenere la lettera per sorrettitia.*

52 *Li processi e le scritture, che verranno per via di appellatione si potrano seruata la forma del rito introdurre alla Corte della Monarchia, e se sarà bisogno si potranno mandare lettere del Giudice di drizzarsi al Giudice à quo della Introduttione del processo per citare la parte con le solite clausule, che al Giudice parerà di giustitia di fare altri atti necessarij.*

53 *Nelli memoriali, che saranno dalle parti, che appellaranno, ò si grauaranno si habbia da riconoscere per referendarij, se vi saranno parole, impertinenti dette contra Prelati, da quali appellaranno, e si grauaranno, & essendone, si faccia di ciò relatione particolare al Vicerè.*

54 *Qualunque persona per occasione di grauame, ricorrerà alla Monarchia debba nelli memoriali specificare particolarmente le cause dell'aggrauij.*

55 *Li negotij spettanti all'officio di essa Regia Monarchia, che s'haueranno da riferire al Vicerè, si referiranno al Mercordì, e Sabbato d'inanti le cause patrimoniali.*

56 *Li prosecuti, che haueranno appellato alla Monarchia staranno della maniera, che haueranno stato nel giudicio anteriore ad instantia pero del fisco di essa Regia Monarchia, facendoui instanza le parti, se ne facci nota alle carceri, e se saranno carcerati per la sola pena pecuniaria prestando pleggeria di pagare essendo condennati siano scarcerati.*

57 *Se il detto Giudice ritrattarà alcuna sentenza, ò Interlocutoria di pena pecuniaria, la quale è stata esseguita dal Giudice à quo, inanzi che si spediscano le lettere, che si restituisca la somma riscossa, si faccia dare pleggeria in forma Curiæ de restituendo in casu succumbentiæ.*

58 *Le lettere, che si dicono di Saluaguardie non si concedono per il Giudice, eccetto per il Vicerè à matura discussione, & per euidenti cause, e quando si concederanno, la forma non sarà di maniera, che parrà, che quelli che l'otterranno s'esimono in tutto dall'Ordinario, ma con dirli, che prima che proceda, il tale certifichi al Vicerè di quello che passa, e se la causa sarà graue, le ligarà a pleggeria eccetto che al Vicerè paresse altramente, e quando l'Ordinario fosse dichiarato suspetto, in tal caso si proceda secondo i termini della legge.*

59 *Nelle Cause di reintegratione de' beni Ecclesiastici resultanti delle visite delli Regij visitatori l'ordinario delle cause, mentre la causa non è terminata si spediscano per il Giudice della Monarchia, come Consultore, e per lui si proueda no l'articoli incidenti, & emergenti, senza farne relatione al Vicerè eccetto se fossero graui, e d'importanza, e quali siano questi si rimette all'arbitrio di esso, se vede male prouisione nella causa principale non si facci per modo alcuno senza farne relatione al Vicerè, e le sentenze si proferiscano sotto il nome del Vicerè, con far mentione del voto, e consiglio di esso Giudice, come consultore, e queste si faranno leggere da vn Commissario in persona di esso Giudice.*

60 *L'Emolumenti dell'officiali di essa Regia Monarchia saranno conforme alle pandette della Regia gran Corte.*

Li sopradetti ordini si haueranno da osseruare insino all'altr'ordine di Sua Maestà, e si registrino nell'officio di Protonotario. In Palazzo alli 17. di Giugno 11. Ind. 1583.

Marco Antonio Colonna.

Antonius Xibacca Prothonot.

Ex registro officij Regni Siciliæ Prothonotarij extracta est præsens copia. Coll. Sal. Ioseph Gentilis Coadiutor.

61 An autem Bulla in Cœna Domini tollat hoc priuilegium Monarchiæ Regni Siciliæ, & casus, quos priuilegiatos appellant, certant sententiæ. Hos casus priuilegiatos ponit Chassan. *super consuet. Burg. rubr. 1. tit. de iustitiis §. 5. n. 48.* Bullam Cœnæ illos non tollere tenet Bouius in *resp. ad Paulum Seruitam pro censuris Pauli V. p. 4. ad arg. 10.* Contrariam sententiam docet Binfeldius *in com. de iniur. & damn. dat. cap. 7. concl. 13.* At vsum talium priuilegiorum Regni Galliarum non audet damnare Nauarrus, & alij, quos adduxit Dian. *p. 1. resol. 6.* Et quoad

Monar-

Monarchiam Regni Siciliæ, eam acriter impugnat Hieronymus Catena in vita B. Pij V. cum Cardinali Baronio ad annum 1097. sed illam defendit Antonius Xibecca in allegationibus manuscriptis ad Marcum Antonium Columnam, Archiepiscopus Compostellanus in discursibus de origine, & vsu Monarchiæ Regni Siciliæ, hispanicè conscriptis, ac edictis Vallisoleti anno 1605. Videndus hac de re Henriquez *in sum. lib.* 10. *cap.* 28. *n.* 3. & *lib.* 2. *de Sum. Pontif. clau. cap.* 10. §. 3. Camil. Borrel. *de præstantia Regis Catholici cap* 50. Goffred. *lib.* 4. *de reb. gest. Robert. Guiscardi cap.* 29. Fasel. *lib.* 7. *poster. decad. cap.* 1. Io. Mariana *hist. Hispan. lib.* 10. *cap.* 5. Ferdinand. Matute *in responso pro imposit. gabel. contra Messanenses fol.* 24. Maurolicus *in hist. Sicil. lib.* 3. *ar.* 98. Laurent. Anania *in fabr. Mundi tr.* 1. *fol.* 129. Antonius Costa *lib.* 1. *consf.* 1. *n.* 75. & 85. Cumia *in Præl. cap. si aliquem n.* 49. & 52.

62 Mihi autem certò sic constat. Dominantibus Græcis in orientales Italiæ oras, Saracenis in Siciliam, in quam ieruperant, Gulielmus Fortebracius, vnus ex duodecim Tancredis Ducis Normandiæ filijs, tunc inter Italos agens, cum Capuano, & Salernitano Principe fœdus sanxit, in idemque Malochum Apuliæ, Calabriæque Constantinopolitanorum Cæsarum loco, pactis initis, vt Saracenis expulsis, quidquid acquireretur inter eos æquis portionibus divideretur. Nec mora in Siciliam itum. Saraceni tota fermè Insula eiecti. At Græcus, nuntio conditionibus remisso totum illud sibi, Imperatorique suo Regnum adscripsit, detinuitque. Quare Gulielmus in Italiam reuersus, vt primùm tulit occasio, in Græcos inuasit, eisque circiter annum 1040. magnam Apuliæ partem ademit. Gulielmo Draco frater successit, qui Marte secundo cum Græcis bella gessit. Draconi subijt Onfridus, Onfrido Gutifridus quartus frater. Hoc tempore Gisulphus, & ipse Normandus, Salerni Princeps Beneuento potitus est, cuius Vrbis recuperandæ gratia cum sese Leo Nonus illuc contulisset, in hostium manus incidit, à quibus tamen non tantùm libertate donatus, sed & humanitùs, officiosèquè exceptus fuit.

63 Pontificatu in Victorem Secundum collato, Rupertus Guiscardus, & ipse Tancredis in Saracenos, qui Capuam oppugnabant, arma mouit, & ab Ciuitate illa hostes propulsauit. Tum Stephani X. à nonnullis IX. nuncupati Pontificatu, Græcos ferè omnes è Calabria eiecit. Moriturus autem Gotifridus testamento hæredem Apuliæ, & Calabriæ Ballegardum, siue Bagelardum filium, nepotemue instituit. Quare indignatus Rupertus Bellegardum è ditionibus expulit, & Troiam, quæ Ciuitas Pontificibus parere consueuerat, subegit. Hanc Vrbem in Apuliæ limitibus, vt colonia, Apulorum, & Calabrorum ingenia compesceret, & Romanorum vexaret fines, Babaganus Michaelis Græci Imperatoris Dux non multò ante ædificauerat, quam ei post quartum obsidionis mensem ademptam Henricus II. Imperator Benedicto X. Pontifici donarat. Troia à Ruperto capta Nicolaus II. Pontifex in Apuliam migrauit, vbi pactis cum Ruperto initis ab eo, quidquid ad Ecclesiam spectabat, recepit. Quocirca ditis anathematis lustratum Apuliæ, & Calabriæ Ducem renunciauit, atque in vassallum, & ligium Ecclesiæ suscepit, annuo duorum boum, & duodecim denariorum censu constituto. Et hinc primùm Ecclesiæ ius anno 1062. in Neapolitano Regno ortum est, quod tempore incrementum acquisiuit.

64 Illud Iurisconsulti feudum ligium appellant, cui binæ competunt conditiones. Altera, vt sese ipsum domino vassallus obliget, bonaque omnia, ea etiam, quæ à feudalibus seiuncta sunt. Altera, vt iureiurando spondeat, se perpetuò obsequium domino præstiturum, nulla cuiusuis alterius obligationis habita ratione.

65 Rupertus dein loca multa è Græcorum manibus abstulit. Prætereà frater eius Ruggerius, Ruperto copias, opemque suggerente, in Siciliam appulsus, quæ rursus in Saracenorum potestatem delapsa erat, Messanam primò expugnauit, tum priorem Regni partem, illum ideò frater Siciliæ Comitem creauit, & nos hoc illum nomine appellamus, vt ab alijs huius gentis Ruggerijs dignoscatur. Cum verò Rupertus in Picenum irrumpere incboasset, eum Gregorius VII. iterum anathemate perculsit. Sed citò conuenere, Ruperto iterum in vassallum, & ligium Ecclesiæ recepto.

At illo è viuis erepto, in patris ditiones inuasit Ruggerius natu minor, qui Capuam, & omne solum Ecclesiastici, & Romani iuris ad Tyberim vsque occupauit. Tum Boemundus maior natu fratrem armis adoriri, nec prius abscedere, quam sibi Apuliæ portionem relaxaret; Ruggerio cum Ducis titulo cætera omnia obtinente, qui Amalphim ad Vrbanum II. transgressus sese protoligium Ecclesiæ constituit, Ducatus Apuliæ, qui tunc ad Siculum vsque mare protendebatur, accepta confirmatione. Hinc in Siciliam appulsus Siracusas primò, tum Insulam totam subegit; quod tamen ab aliquibus non huic Ruggerio, sed Ruggerio Siciliæ Comiti, Ruperti Ducis fratri adscribitur, qui ab Vrbano II. maximi beneficij loco Legatus Apostolicus ea in Insula est constitutus, qua præcellentissima iuris eminentia nunc quoque Siciliæ Reges Augustæ Domus Austriacæ fruuntur; vnde Siculæ Monarchiæ nomen emanauit. Occubuit Princeps iste anno 1101. cui Regni successores fuere filij, primò Simeon maior natu, deinde Ruggerius II. Verùm in hac re standum est authoritati Cardinalis Baronij loco superiùs allegato. 66

CONSVLTATIO XXIII.

1 *An & quatenus domus Ecclesijs coniunctæ gaudeant immunitate? In dubio, an gaudeant?*

2 *Anne ex illis extrahens confugam incurrat excommunicationem.*

AD primum non gaudent, quando sunt laicis locatæ, & habent ingressum ad viam publicam; quo in casu etiamsi ex alia parte respondeant in claustro, vel atrio Ecclesiæ dicuntur merè laicales, & non gaudent immunitate, vt in specie Apontè *dec.* 35. Sanfelic. *dec.* 136. Peregrin. *de immunit. cap.* 4. *n.* 27. & alij à me adducti in primo tomo, vbi & declarationes S. Congregationis Immunitatis, quæ etiam in Narnien. declarauit sub die 28. Februarij 1662. *apothecas sitas sub palatio Episcopali in platea Ecclesiæ Cathedralis locatas laicis, non gaudere immunitate ecclesiastica.* 1

Quanquam enim domus Ecclesiæ contiguæ, vel existentes in atrio, vel porticu Ecclesiæ, siue claustro monasterij gaudeant immunitate, id tamen procedit, si habitentur à Canonicis, vel à Clericis eiusdem Ecclesiæ, quia dicuntur de appendicibus, & accessorijs Ecclesiæ tanquam ad habitationem eius ministrorum deputatæ, vel si ad illas non potest haberi aditus, nisi per locum sacrum, & immunem. In quo casu etiamsi laici eas inhabitent, non potest fieri extractio, cum necessariò transiri debeat per locum sacrum. 2

Quod ad secundum. Posita iusta causa credendi, domus prædictas non esse immunes, non incurrit excommunicationem, si quis ab eis confugam extraxerit, licèt reuera gauderent immunitate, & extractus esset eis restituendus; quia cum excommunicatio sit pœna spiritualis grauissima, ad eam incurrendum requiritur delictum temeritatis, & mali animi inducens peccatum mortale, sine quo excommunicatio non datur. Ideòque ignorantia, quæ non sit affectata, siue alia causa probabilis excusat ab excommunicatione, vt latè per Saytum *de censur. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 1. 8. *& seqq.* & in terminis immunitatis Ecclesiasticæ tradit Farinac. *de immun. in append. n.* 328. vbi solùm reprobat Decianum, quatenus teneat iniustam causam excusare. Potest quippè simul esse, locum, vel personam esse immunem, ideòque extractum esse restituendum, & extrahentes non incurrere censuras exemplo eorum, qui in carceres conijciunt Clericos non notorios in habitu laicali incedentes. Et in hoc casu ignorantia non est iuris, sed facti, atque adeò excusatione digna, nisi probetur talis facti notorium. 3

CON-

CONSVLTATIO XXIV.

1 *An Episcopus licitè retinere possit cymbam piscatoriam pro suo, suorumque vsu, & pisces eos, qui supersunt vendere, eorumque pretium in eleemosynam, ac in stipendium piscatorum conuertere?*

2 *An pretium horum piscium sit immune à vectigalibus?*

1 AD primum affirmatiuè; tum ex iure diuino. Apostoli enim, qui & Episcopi erant cymbam piscatoriam habebant, *Ioan.* 21. vbi Chrysostomus, Augustinus, & Gregorius licitum fuisse fatentur, etiam post conuersionem. *Negotium*, ait Gregorius, *quod ante conuersionem sine peccato extitit, post conuersionem repetere culpa non fuit*, traditque Hieronymus, loquens de Monachis *ep. ad Rustic.* relatus *in can. nunquam* 33. *de consecr. d.* 5. ait: *texantur; & lina capiendis piscibus*, & Christus ipse iussit Apostolis, vt *mittant in dexteram nauigij rete*. Ergo id est licitum. Non iubet enim Deus, nisi licita.

2 Tum ex iure gentium apud quas liberum ac licitum est omnibus piscari, & ipsum mare est liberum, *instit. de rer. diuis. §. & quidem & § flumina autem*, ibi: *Ius piscandi omnibus commune est*. Quare licitum est cuique in mare piscari *l. venditor, ff. de com. præd.* cum alijs eiusmodi.

3 Tum quia piscatio nullibi iure canonico Episcopis prohibetur, ergo censetur permissa, *in can. Esau dist.* 86. in quo dicitur, non inueniri in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem, piscatores inueniri Sanctos. Cùm igitur licita sit piscatio Episcopo, multò magis erit licita eius ministris pro ipso. Cumque pisces, qui capiuntur sint sub dominio capientis, *d. instit. de rer. diuis. §. fere*, iniquum est dicere, liberum non esse homini ingenuo de rebus suis disponere, *l. non vsque adeo ff. si quis apparente*.

4 Non obstat Albericus *in l legatis seruis*, *ff. de leg.* 3. Sebast. Medic. *de venat. & piscat.* q. 59. *& seq.* quos refert Genuen. *in pr. cap.* 77. in fine, dicentes, quod piscatores, vendentes pisces dicantur negotiatores. Negotiatio autem prohibita est Clericis, *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Nam respondetur prohibitam esse Clericis negotiationem lucratiuam, non autem œconomicam.

5 Ad secundum etiam affirmatiuè; quia res Clericorum sunt immunes à vectigalibus per textum *in cap. quanquam de censib. in* 6. *cap. non minus, & cap. aduersus de imm. Eccles. l. Sancimus C. de Sacros. Eccles. & auth. Item nulla C. de Episc.* Pisces autem huiusmodi sunt Episcopi iure piscationis. Atque adeò immunes. Et quia possunt Clerici res abundè emere pro victu suo, suæque familiæ, & si quid superest, vendere, etiam cariùs, quàm emerant, neque hoc diceretur negotiatio, neque reuerentur ad vectigalia, vt docent Molin. *de iust. & iur. disp.* 342. *n.* 41. Palaus *to.* 3. *tr.* 16. *disp.* 4. *pun.* 13. §. 3. *n.* 6. & præ alijs Gabr. Pereira, Author parum beneuolus immunitatis Ecclesiasticæ *tr. de man. Reg. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 3. Nam huiusmodi piscatio non fit in fraudem, ac directè ad pisces vendendum, & ad lucrum, sed primariò per se ac sincero animo ad proprium vsum, & per accidens, ac præter intentionem eius est, quidquid superest vendi. Cumque licitò modo, & citra labem negotiationis proprium eius effectum sit, redditur immune à vectigalibus, sicut alia, quæ sunt Episcopi propria.

6 Et nihilominus in hac re mihi considerandum videtur, an id sit nouum, & contra solitum, ac præiudiciale Reipublicæ, cum hoc modo aperiretur via multis fraudibus, exemplumque præberetur alijs Ecclesiasticis, qui emendo, & ipsi huiusmodi cymbas magnum præiudicium inferrent publicis vectigalibus; quare pro quiete vtriusque Reipublicæ Ecclesiasticæ, & sæcularis, & ad obuiandum fraudibus, quæ hac piscatione, pisciumque venditione committi poterint, detracta ex captis piscibus quantitate illa, quæ copiosè sufficeret Episcopo, suæque familiæ, reliquum, quod venditur non sit immune à vectigali.

7 Atque ita etiam censuit in Pisaurensi sub die 16. Ianuarij 1652. S. Congr. Immunitatis Ecclesiasticæ, & controuersijs iurisdictionalibus præposita, nempè *Episcopum Pisaurensem gaudere debere immunitate, & exemptione à gabella piscium pro vsu suo, familiæ, & pro eleemosynis.*

CONSVLTATIO XXV.

An hodiè sit in vsu extensio priuilegij immunitatis Ecclesiæ maioris per quadraginta passus, & per triginta in minoribus?

1 PRima sententia absolutè, & indistinctè affirmat per textum *in can. Sicut antiquitus*, qui est Nicolai Papæ, *can. quisquis*, qui est Ioannis Papæ VIII. ad omnes Episcopos, *& can. definiuit*, qui est Concilij Toletani 12. omnes relati 17. q. 4. quibus in locis hoc priuilegium expressè supradictis Ecclesijs conceditur, habeturque *in l.* 3. *C. de his, qui ad Eccles. confugiunt*, ad exemplum sex Ciuitatum refugij apud Iudæos *exod.* 21. & *Num.* 35. *n.* 20. *Quod si vllo pacto exibit occisor iste termino ciuitatis &c.* Et docent Abbas, Henric. Boichius, & alii *in c. Ecclesiæ de imm. Eccles.* Syln. *in Sum. v. immunitas* 3. Boss. *in pr. crim. tit. de captura n.* 3. Clar. etiam *in pr. §. fin. q.* 30. restans, ita iussu Senatus seruatum fuisse, Oldrad. *cons.* 55. Rom. *cons.* 227. *n.* 1. *in fin.* Doctores, quos sequitur Farinac. *in pr. crim. p.* 1. *to.* 2. *q.* 28. *tit. de carcer. & carcerat. n.* 12. Remig. *de imm. ampl.* 6. *n.* 5. Felin. *in cap. Cum pro causa de sent. excom. n.* 2. Peregr. *de immun. Eccles. c.* 4. *n.* 28. Ambros. *eod. tit. c.* 10. *n.* 4. Tusch. *to.* 3. *concl.* 9. *n.* 1. *& concl.* 10. *n.* 4. *&* 5. vbi post Bartol. *in l. item apud Labionem §. cum vitium ff. de iniur.* Angel. *de malef. v. in scalis S. Petronij*, Ias. *in l. plerique col.* 2. *ff. de in ius voc.* Socin. *in tr. de citat. ar.* 17. *in* 5. *q.* Ostien. *in sum. tit. de immun. Eccles. §. in quantum*, firmans, quod captura facta in dictis quadraginta, vel triginta passus sit nulla, & quod, etiam parte non opponente, Iudex debet supplere, & captum relaxare, & *n.* 18. quod sufficit sola attestatio executoris de captura facta in Ecclesia, quia eius attestatio dicitur de actis, & facit notorium, vt in specie respondit Roman. *d. cons.* 227. *n.* 3. & Dec. *tr. crim. to.* 2. *lib.* 6. *cap.* 29. *n.* 10. Ratio autem, cur Ecclesiis hi confines fuerint tributi, multiplex est, præcipua quia nemini confugæ somnum intra templum, siue ipsum altare, vel cibum capere licet. Propkhereà enim tantam spatiis latitudinem etiam Imperatores *in d. l.* 3. Ecclesiis concesserunt, ne religio violetur, & reuerentia loci Sacri profanetur, secùs si fiat, præferenda humanitati religio est, & à diuinis ad alia loca deturbanda temeritas.

2 Hinc Dianæ Ephesinæ asyli termini sæpè mutati sunt. Alexander ad stadium extẽdit. Mitridates paululum plus addidit. M. Antonius etiam Vrbis partem comprehendit, Strab. *lib.* 14. Ab Hierocæsariensibus memorabantur Pepernæ, Isaurici, multaq; alia Imperatorũ nomina, qui non modo templo Dianæ Persicæ, sed duobus millibus passuũ eandem sanctitatẽ tribuerant, referente Tacito 3. *Annal.*

3 Non obstat contraria consuetudo. Quia quæcunque consuetudo cõtraria immunitati Ecclesiarum potius corruptela, quam consuetudo dici debet, cùm sit irrationabilis, quare ex quouis vsu induci non potest. Glos. *in c. fin. v. rationabilis de consuet.* & tradit cum alijs Thom. delbene *de immun. cap.* 16. *dub.* 24. *sect.* 5. *n.* 6. Priuilegiũ autem quadraginta, vel triginta passuum per Canonicas Sanctiones, & Summorum Pontificum decreta concessum est immunitati Ecclesiasticæ, atque adeò nulla potest contra illam induci consuetudo, vt in terminis horum passuum Tusch. *v. Immunitas concl.* 59. *à n.* 18. Diana *tract.* 1. *resol.* 2. *p.* 6. Peregr. *d. cap.* 4. *num.* 33. Quod pariter sentire videtur Farinac. *de immun. cap.* 18. *num.* 294. & Mar. *Ital. cap.* 4. §. 2. *lib.* 1. Et confirmatur ex Sac. Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 20. in quo cum innouauit omnes Sacros Canones de immunitate Ecclesiæ, ac personarum Ecclesiasticarum, abrogatam fuisse quamcunque consuetudinem illis contrariam, inferunt del Bene *d. sect.* 5. *n.* 1. *& dub.* 7. *n.* 2. Dian. *loc. cit. resol.* 29. & Donat. *de asyl. resol.* 209. *n.* 10.

4 Et quidem si huiusmodi immunitas esset per consuetudinem sublata, vel id esset per modum reuocationis interueniente scientia, & sic tacito consensu Summi Pontificis, vel per modum legitimæ præscriptionis, quæ etiam ignorante Principe aduersus legem fit. Neutrum autem dici potest. Non primum, quia

cum

cum Pontifex vbique locorum præsens non sit, non præsumitur in illo talis scientia, sed potius ignorantia, præsertim cum huiusmodi immunitatem pluribus in locis seruari in Gallijs, & Germania, probet Papiensis, quem sequitur Tusch. *d. concl.59. n.19.* vbi præ cæteris in Italia seruatam fuisse. probat ex Genuensi, & Papiensi, ac restitutum fuisse quemdam Titium imputatum de vxoricidio, quia captus fuerat in quadam domo sita intra sexdecim passus ab Ecclesia maiori, testatur Clar. *d.q.30.* quem refert Mar.Ital. *d. cap. 4. §. 6. n. 6.* vbi *n.2.* refellit dicentes hanc immunitatem abijsse in desuetudinem propter ingentem Ecclesiarum numerum.

5 Neque secundum; quia cum quæcumque consuetudo, quæ aduersatur immunitati Ecclesiasticæ, sit corruptela, manifestè sequitur, eam legitimè præscribi non posse, tanquam contraria Sacris Canonibus, & Ecclesiasticæ disciplinæ *cap. ad nostrum de consuet. cap. Cum satis de offic. Archid. can. 1. & 2. d. 11.* Burat. *dec.*800. *n.* 10.

6 Prætereà priuilegium horum passuum continet Ecclesiasticam immunitatem; igitur consuetudo huic priuilegio opposita est sublata per Constitutionem Gregorij XIV. hac de re editam. Nam in illa quamcunque consuetudinem immunitati Ecclesiasticæ contrariam per decretum irritans annullatam esse, testantur Donat. *d. resol.* 209. *n. 6. & 7.* Dian. *d. res.*29. Peregr. *de immun. cap. 2. n.* 16. Farinac. *d.q.*28. *n.*74. & Delbene *d. cap. 16. dub. 7. n. 1.*

7 Denique ad inducendam consuetudinem contra Sacros Canones requiritur necessariò scientia, & consensus Summi Pontificis, nec aliter vnquam lex canonica per contrariam consuetudinem abrogatur; quia Summus Pontifex non recipit potestatem à populo, sed immediatè à Deo, ideòque non est populus, qui inducit consuetudinem, sed authoritas Summi Pontificis permittentis, vt firmauit Rota in Treuirensi Abbatiæ 24. Ianuarij 1625. coram Coccino, quam adducit Diana *loc. cit.* vbi pluries id fuisse decisum refert.

8 Sed concedamus etiam, quod hæc immunitas in plerisque locis abrogata sit, adhuc tamen tenetur pars aduersa plenè, & in specie ostendere consuetudinem huiusmodi in loco, in quo casus contingit, fuisse legitimè præscriptam, cum certum sit consuetudinem non extendi de loco ad locum, maximè vbi iuris correctio inducitur, *l. quod vero contra*, & *l. ius singulare ff. de legib.* Seraph. *dec.* 1159. *n.6.* Mantic. *dec.* 284. *n.6.* passimque alij. Immò probanda erit consuetudo, quæ fuerit obtenta in contradictorio iudicio, Donat. *d. resol. 209. n. 7. per l. cum de consuetudine ff. de legib.* & Glos. *in cap. Abbate de ver. signif.*

9 Secunda sententia vult, gaudere hoc priuilegio Ecclesias illas, quæ sunt extra murorum ambitum, non autem Ecclesias intra muros populi continentis ex textu *in d. cap. quisquis 17. q. 4.* vbi Capellæ, quæ sunt inter ambitum murorum castellorum non ponuntur in hac triginta passuum obseruatione, & tradit Glos. *in d. can. antiquitus v. passus 17. q. 4.* Decian. *tr. crim. lib. 6. c. 25. num. 6.* Germon. *de immun. Eccles. lib. 3. c. 16. n. 40.* Farinac. *de carcer. d. q. 28. n. 12. & in append. de immun. cap. 17. n.* 281. *& c. 18. n. 290.* Ambros. *de immun. c. 10. n. 4.* & Bonac. *disp. 3. q. 7. de immun. §. 2. n. 5.* Tusch. *v. Ecclesia concl. 9. n. 5.* Suarez *lib. 3. de relig. c. 8. n. 3.* & *cap. 9. n. 9.* Sarp. *de iur. Asyl.* Delbene *d. cap. 16. dub. 11. sect. 8. n. 6.* Igneus *in l. 1. in princ. ff. ad Syllan. n.* 58. Couar. *lib. 2. var. resol. c. 20. n. 5.* Oldrad. *cons.* 55. Roch. *resp.* 31. *n. 2.* & 31. *in fine*, Merlin. Pignatel. *contr. 2. cap. 56. n. 22. & seq.* & Thorus *in comp. decis. p. 3. v. Immunitas Ecclesiastica.*

10 Tertia sententia firmat, id procedere in eo, qui iam ad Ecclesiam confugit, ex illaque progreditur per 30. vel 40. passus, secùs verò de eo, quem Ecclesia nondum recepit. Sic probat textus *in d. can. definiuit 17. q. 4.* vt constat ex verbo *progredi* ibi: *qui Ecclesias petunt per omnia licitum eis est in 30. passus ab Ecclesiæ ianuis progredi.* Et infra: *Separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant.* Deinde requiritur, vt huiusmodi progressus ad requisitum naturæ vsum sit, vt constat ex illis verbis eiusdem Canonis: *Qualiter ad requisitum naturæ vsum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserint claustris.* Hanc sustinet Io. de Vischis *de immun. Eccles. n. 12. & seq.*

11 Quarta sententia est, hos passus competere quidem Ecclesijs per circuitum earum, sed ita tamen, vt excludat circuitum non ipsius Ecclesiæ, sed domus alterius particularis, vel viæ publicæ. Si enim, inquit, domus alicuius priuati ibidem existeret, qua circuitus Ecclesiæ, eiusque territorium discontinuaretur, nullo modo priuilegio immunitatis ibidem existens gauderet, quia talis domus, & via publica dici non potest Ecclesiæ circuitus, cum Ecclesiæ non sit, ita Alberic. *in l. 2. vers. Ego credo, C. de his, qui ad Eccles. confug.* Mar.Ital. *de immun. lib. 1. c. 4. §. 2.* & *§. 6.* Farinac. *in append. de immun. d. cap. 18. n. 291.* & probat textus *in d. cap. definiuit 17. q. 4.* ibi: *In hoc triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progrediendi aditum obtinebunt.* Ex quo fit, non solùm domus laicorum, sed etiam particularium Clericorum existentes intra 30. passus Ecclesiæ hac immunitate non gaudere, sed necessariò requiri, vt domus illius Ecclesiæ sint, aliàs dici non possunt in circuitu Ecclesiæ esse. Decian. *cons. 80. n. 28. lib.* 3. Tusch. *v. Immunitas concl. 59. n. 22.* Mar.Ital. *de imm. d. cap. 10. n. 8.*

12 Neque obstat textus *in d. can. quisquis 17. q. 4.* vbi dicitur committere sacrilegium, qui infregerit Ecclesiam, vel 30. Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ fuerint, vel domus, quæ intra prædictos passus fuerint, vbi Glossa dicit, domus Clericorum, nam aliæ non debent ibi esse *can. nulla 12. q. 1.* non obstat, aio, quia inde non conuincitur, domus particularium Clericorum intra illum ambitum existentes gaudere priuilegio immunitatis, sed solùm conuincitur, sacrilegium esse domus illas diripere, vel auferre. Inquit enim textus: *Sacrilegium committitur siquis infregerit Ecclesiam, vel 30. Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ fuerint, vel domus, quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid diripiendo, vel auferendo.* Nihil ergo circa immunitatem de domibus particularium definitur.

13 Verùm istis, alijsque sententijs omissis, & quidquid sit de iure communi, & veteri, quod moribus abrogatum esse tradunt Nauar. *in man. cap. 25. n. 18.* Couar. *d. cap. 20. n. 5.* Clar. *d. q. 30. n. 1.* Vulpel. *cons.* 230. *n. 4.* Farinac. *d. q. 28. n. 12.* Ambrosin. *d. cap. 10. n. 4.* Fagundez *prac. 2. lib. 4. c. 4. n. 61.* Laym. *lib. 4. tr. 9. c. 3. num. 2.* Gauant. *in add. ad man. Episc. v. immunitas n. 5.* Villalob. *in sum. to. 2. tr.* 39. Sanchez *tom. 2. consil. moral. lib. 6. c. 1. dub. 7.* & alij apud ipsos, tenendum est, hos passus gaudere, si adsit in loco legitima consuetudo. Ita Suarez *d. lib. 3. cap. 9. n. 8.* & declarauit S. Congregatio Immunitatis tum alibi, tum præcipuè in Interamen. 17. Iulij 1663. & tradidi *tom. 1. consul.* 436. Quam quidem differentiam à iure antiquo, & immunitatem hodie hac consuetudine restrictam esse puto propter ingentem numerum Ecclesiarum, & multitudinem, ac frequentiam delinquentium. Aliàs enim facilè quilibet malefactor euaderet, nec penderet pœnas sceleris, cum nulla ferè sit via in Ciuitatibus, & Oppidis, in qua non sit vna, & quandoque etiam plures Ecclesiæ ita, vt priusquam caperetur, facillimè posset in aliquam earum se recipere, maximè oemine persequẽte. Quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesijs immunitatem hanc tribuerunt, non quidẽ, vt essent asyla delinquentium, sed & præstarent refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurrissent. De qua re nos aliàs fusè, ac seriò. Vndè hos passus non gaudere declarauit eadem S. Congregatio Immunitatis sub anno 1634. in Spoletana relata à Donato *de asyl. resolut. 43. n. 1. & 2.* Sed forsitan quia non aderat consuetudo legitima, ad cuius terminos iudicandum in hac re censeo, cum sit laudabilis, & conformis Sacris Canonibus, ideòque obseruanda.

14 Non obstat, quod immunitati Ecclesiasticæ non possit derogari per consuetudinem; nam id procedit in derogatione generali immunitatis, non autem in particulari, vt alibi etiam diximus. Quare licèt priuilegium fori sit de iure diuino *can. fin. in pr. 27. d.* vbi Glossa, Zabarel. *in Clem. perpendimus de sent. excom.* Io. Andr. & Ostien. *in cap. 2. de maior. & obed.* tamen potest Papa non in toto, sed in vno, seu in aliquibus dispensare, Zabarel. in d. Clem.

& notat Arcbid. *in can. sunt quidam 25. q. 1.* & facit *cap. vn. de Cler. coniug. in 6. & cap. Verum de for. comp. & cap. Romana §. debet de appel. in 6.* Nam prohibitio disponendi contra ius diuinum in Papa procedit in dispositione vniuersali, quæ tollit ius diuinum, non autem in particulari, quæ illud interpretatur, & ea ratione, qua dicit Zabarella, quod Papa potest subijcere vnum Clericum Iudici laico, videtur posse dici de aliquibus Clericis in quibusdam casibus respectu alicuius Principis sæcularis, sicut *in can. præter hoc 32. d.* Papa commisit duobus Ducibus causam Clericorum simoniacorum, & *in can. Mennam 2. q. 4.* Papa commisit causam spiritualem Brunichildi Reginæ Francorum. Facit *can. nos si incompetenter 2. q. 7. text. in can. illud 10. q. 3.* vbi committitur Cresconio illustri laico, ne permittat aliquem Episcoporum Siciliæ de Parochijs ad ipsos pertinentibus nomine Cathedratici amplius quàm duos solidos accipere, neque compellere presbyteros, &c. Et Glos. *in cap. Clericum nullus 11. q. 1.* quod si hoc potest facere per delegationem, non minùs id facere potest per priuilegium, ex quo Rex Galliarum dicitur habere facultatem iudicandi, ac puniendi ciuiliter Clericos in casibus, quos priuilegiatos appellant, nunquam tamen criminaliter, nisi in expressis, ergo etiam per consuetudinem, quæ habet vim priuilegij potuit derogari priuilegio horum passuum. Denique respondetur, quod non tollitur, sed restringitur per modum interpretationis. Sic quoque licèt excommunicationi mulctam nongentorum solidorum iussit Concilium Triburiense *in can. si quis contumax ead. caus. 17. q. 4. & in can. seq.* reo sacrilegij triginta libræ examinati argenti purissimi iniunguntur, quæ pecuniaria pœna quandoque maior, quandoque minor inuenitur, ideòque est arbitrio Iudicis committenda, & debet reddi illi personæ, vel loco, cui facta est iniuria *cap. Parochianos de sent. excom. cap. de hoc de sim. can. si quis in atrio 17. q. 4.* Ost. *de iur. immun. n. 14.* hæc tamen mulcta hodie non exigitur. Nam per desuetudinem perdidit Ecclesia ius eam exigendi, Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 30. n. 5.*

CONSVLTATIO XXVI.

An si is, quem satellites insequuntur, dum ad Ecclesiam confugit, eiusque ostium tangit, vel ostij vectem apprehendit, ob metum adhuc insequentium cadat propè dictum ostium sub Ecclesia stillicidijs, ibique capiatur, sit restituendus? Vbi An ad id probandum sint idonei testes amici? Et in casu dubio an extrahentes incurrant excommunicationem? & quomodo sint absoluendi?

1 ET affirmatiuè respondendum videtur, quia confugiens est iam constitutus in quasi possessione immunitatis, atque adeò si per metum iniustè illatum cadat, non potest tunc temporis capi; nam in tali casu metu interueniente moraliter non tam egredi, sed per violentiam ab Ecclesia extrahi censetur.

2 Et quamuis deprehendatur duobus, vel tribus palmis longè ab Ecclesia, nihilominùs immunitate gaudet; quia tam modica distantia illum extra limites, & situm Ecclesiæ non constituit, cum adhuc maneat sub stillicidijs, ac proinde dicitur captus in Ecclesia, cum stillicidium, quod est supra domum, ostendat quantum extendatur proprietas loci inferioris per textum *in l. fin. §. Lucius Titius ff. de seruit. vrb. præd.* ibique Florian. de S. Petr. Fulgos. Bald. Angel. alijque communiter; quod eo magis in hoc casu locum habet, cum agatur de immunitate, cuius materia est fauorabilis, & latè interpretanda, vt per Sperel. *dec. 63.* & vulgò alios.

3 Probatur autem id duobus testibus de visu, qui plenam fidem faciunt *cap. in omni negotio & cap. licèt vniuersis de testib. can. si testis §. vbi 4. q. 3. & l. vbi numerus ff. de testib.* idque etiamsi alter illorum sit confugæ amicus. Nam & si solius amici testimonium non probet, suppletur tamen ex integritate alterius contestis, contra quem nihil opponitur, Farinac. *de testib. p. 2. q. 55. inspect. 5. n. 246.* Mascard. *de probat. concl. 86. n. 9.* Angel. *cons. n. 2. & 4.* Corn. *cons. 131. n. 9. vol. 4.* Ruin. *cons. 67. n. 12. lib. 1.* & in simili de domestico *cons. 92. n. 4. d. lib. 1.* Farinac. *d. p. 2. q. 54. n. 69.* Roman. *cons. 486. in fin. & Crauet. cons. 923. n. 25.* Præcipuè si testis amicus sit vir probus, & verax apud omnes; quo casu non videtur quidquam detrahendum de eius testimonio prætextu amicitiæ, Mascard. *de probat. concl. 26. n. 5.* Io. de Amic. *cons. 120. n. 18. & seqq.* Gabr. *lib. 1. de testib. concl. 11. n. 6.* estque textus *in cap. in litteris de testib.*

4 Quod & eo minùs attendendum est, si testis arcta familiaritate confugientem non amplectatur, quemadmodum requiritur ad illum hac de causa repellendum. Glos. *in can. accusatores 1. vers. Nam non quilibet amicus 3. q. 3.* Iason. *in l. exigendi n. 6. & seq. C. de procur.* Roman. *cons. 220. num. 2. l. latè §. amicos ff. de verb. signif.* Alex. *cons. 66. num. 8. lib. 6.* Mascard. *concl. 86. num. 8.* Gabr. *d. lib. 1. de testib. concl. 11. n. 4.* & Corn. *cons. 131. n. 8. vol. 4.*

5 Vel si testes ex aduerso producti, dubij testentur, & non per certam scientiam, quo casu nihil omninò probant, Burat. *dec. 611. n. 7.* Farinac. *de testib. p. 2. q. 68. §. 1. n. 1. & seqq.* vbi innumeri. Immò stante depositionis dubitatione testimonium illorum erit accipiendum contra eum, qui illos producit, vt decidit Rota *dec. 6. de testib. in antiq.* & coram Seraph. *dec. 469. n. 5. & dec. 485. n. 2.* Vndè quamuis pro satellite adessent testes, qui per duos palmos longè à gradu Ecclesiæ capturam factam fuisse affirmarent, nihilominùs cùm agatur de immunitate Ecclesiæ præferendi sunt testes pro confugiente examinati; quia in dubio semper est fauendum immunitati, Sperell. *d. dec. 63. n. 10.* Decian. *cons. 80. n. 22. lib. 3.* & Ciarlin. *contr. for. cap. 116. n. 62.* Et in dubio potius præsumendum est, quod reus sit captus in loco sacro, quàm extra illum, vt per Farinac. *de immun. cap. 2. n. 56.*

6 Ex quibus, cùm clarè liqueat, satellites rectè declarati posse excommunicatos, tanquam læsæ immunitatis reos, non videntur absoluendi simpliciter, nisi prius captus fuerit restitutus Ecclesiæ, à qua extractus fuit, ac refecta fuerint omnia damna, quæ ex tali extractione passus est, vt per Thom. Delbene *d. cap. 16. dub. 34. n. 7.* Mat. Ital. *lib. 1. c. 6. §. 2. n. 22.* Dian. *d. p. 6. tr. 1. resol. 27.* per textum *in can. miror*, vbi Glos. *17. quæst. 4.*

7 Veruntamen in hac re ponderandum puto, quod, etsi admittatur confugientem cecidisse propter metum, nihilominùs, quia metus non cadit sub sensu corporis, atque adeò non dependet à iudicio testium, Vermigl. *cons. 382. n. 4.* debet ad hunc effectum plenè, & concludenter probari, Mar. Ital. *de immun. lib. cap. 5. §. 1. n. 124.* Cùmque casu absque violentia, dolo, aut ministerio insequentium confugiens reperiri possit extra locum immunem, licita erit captura, vt annuit Bonac. *de censur. tom. 3. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. n. 19. & seq.* ac Donat. *de asyl. resol. 39. n. 16.* etiamsi in ipso interuenerit metus, vel timor, Donat. *resol. 22. n. 3.* & latè Sanfelic. *dec. 286. num. 56. & seq. p. 2.* Si quidem captum aliquem fuisse in loco immuni ad effectum infligendi censuras, plenè, & concludenter probari debet, tum maximè si adsint depositiones satellitum, siue executorum concludentes, capturam in loco immuni non esse factam, vt per Mar. Ital. *d. cap. 6. §. 2. n. 98.* & Sperel. *dec. 149. n. 15. p. 2.* Vel si adsit depositio tantùm vnius testis, deponentis de captura in loco immuni, qui non sufficit ad relaxandum censuras, Vermigl. *cons. 122. n. 13. & cons. 123. n. 16.* Vel si testes deponentes de captura in loco immuni vincerentur à maiori numero testium contrarium probantium, qui tum ex numero, tum quia sunt ad defensionem, ac conformes præsumptioni iuris, sunt in concursu cæteris præferendi pro fisco examinatis, Vermigl. *cons. 55. n. 16.*

8 In omnem tamen euentum, quatenus ex timore, vel metu à Curia sæculari non incusso, hæc teneretur restituere carceratum Ecclesiæ, non tamen teneretur ad damna, & expensas, vt firmant Ricc. *in pr. var. resol. 328. num. 5. p. 2.* & Sanfelic. *d. dec. 286. num. 6. 8. & seq.*

9 Ideòque si post adductas hinc inde probationes res adhuc remaneat dubia, num ex timore iniustè incusso, confugiens ceciderit, censeo concedi posse absolutionem ad cautelam, quam semel concessa, nequit postea absolutus denuò reintrudi in censuras, nisi noua causa, aut contumacia superueniente, etiamsi absolutio illegitima detegeretur, vt respondit Rot. *dec.4.n.1. de sent.excom.* & Ricciul. *de iur. person. lib.4.cap.66.n.45.*

CONSVLTATIO XXVII.

An confugiens ad Ecclesiam, illamque clausam inueniens, si manibus tangat, vel amplectatur parietem, eique adhæreat, vel ostij Ecclesiæ vectem, aut catenulam apprehendat, gaudeat immunitate? Vbi quid quoque de tecto Ecclesiæ, aliorumque locorum immunium? De confugiente ad Crucem, & ad Sacerdotem deferentem Sacram Eucharistiam, vel Oleum Sanctum infirmorum, vbi non abre, an, & quatenus extremo supplicio afficiendis sit danda Eucharistia? De consuetudine, quod morte damnatis non ministratur, & de eiusmodi alijs; quidue tandem de reo comprehenso in fenestra posita in pariete communi Ecclesiæ, & domus secularis?

1 ET quidem quoad parietem Ecclesiæ, licèt negauerit Arcbid. *in c. ap. vn. de reliq. & ven. Sanct. in 6.* & Sarpus *de iur. asyl. cap.4.* Nam, inquiunt, appellatione Ecclesiæ non venit pars exterior muri Ecclesiæ, quæ viam publicam spectat; neque reus in tali casu dicitur esse in Ecclesia.

2 Affirmatiuam tamen tuentur Ricc. *in pr. tom. 3. resol. 560.n.8.* Bonac. *de legib. tom.2.disp.3.q.7. pun.4.n.5.* Diana *p.3.tr.1. resol.73.* Scipio de Rub. *in aphor. Episcop. v. immunitas n.3.* Nouar. *in sum. Bullar. de immun.n.16.* Trullench. *in decal.to.1. lib.1. cap.11. dub.1.n.4.* & Delbenè *de immun. cap.16. dub. 11. sect.8. n.15.* & declarauit sæpius S. Congregatio super Episcopis per hæc verba: *Qui elapsus è manibus satellitum confugit ad Ecclesiam, vel apprehendit parietem, aut feras ianue, gaudet immunitate die 31. Martij* 1604. *&* 18.1614. *&* 20. *Decembris* 1616. Et in Amerina 18. Februarij 1632. & in Camerinensi 13. Iulij 1638. sic: *Adhærens muro Ecclesiæ gaudet immunitate.*

3 Rationes, quas Authores supradicti ex generalibus quibusdam regulis afferunt, futiles sunt. Primò, aiunt, quia priuilegia immunitatis Ecclesiæ amplianda sunt. Secundò, quia, quæ religiosis adhærent, religiosa censentur. Tertiò, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Et quartò, quia priuilegium concessum Ecclesiæ, dicitur etiam concedi per triginta passus in eius circuitu. At mihi rationes magis idoneæ videntur primò, quod pro hac immunitate nomine Ecclesiæ, stricta etiam significatione, & in communi modo loquendi vsitata, tota eius fabrica comprebenditur; atque adeò debetur toti eius fabricæ reuerentia, maximè in causa religionis. Secundò, quia si muri Ciuitatis Sacrosancti habentur adeò, vt pœna capitis in delinquentem in eos constituta sit §. *Sancta quoque instit. de rer. diuis.* quia debent ciuibus tutum præstare receptaculum, multò magis muri Ecclesiæ asylum, & refugium ciuium, protectio, & præsidium Reipublicæ dici, ac esse debent. Tertiò, quia Constitutio Gregoriana de immunitate Ecclesiarum loquitur de confugiente *ad* Ecclesiam. Dictio autem *ad* denotat exterioritatem *arg. l. quidam Hiberus de seruit. vrb. præd.* Bart. *in l. lex Cornelia §. domum, & in l. item apud §. vitium ff. de iniur.* Et quartò, quia confugientes ad statuam Principum, illamque tangentes immunes erant, cum ex Plinij *cap. 97. lib.10.* constet adorationis etiam cultum statuis, & imaginibus Principum fuisse exhibitum, estque clarum ex *l.28. ff. de pæn. & l. vn. C. de his, qui ad stat. confug.* At seruorum ferè tantùm refugia ad statuas fuisse indè colligo, quod leges ciuiles plerumque de seruis loquantur, vt *l.1. §. 1. & §.8. ff. de offic. Præf. Vrb. l.17. §.12. ff. de ædil. edict.* vbi Iurisconsultus eũ, *qui ad statuam Cæsaris confugit, fugitiuum non esse arbitratur, quia non fugiendi animo hoc facit.* Et Tiberius tyrannus suam statuam pro asylo proposuit capitali pœna proposita ijs, qui seruum à statua detraxissent. Adduco etiam locum Senecæ *lib.1. de Clement. c.18. seruis ad statuam licet confugere, cum in seruum omnia liceant.* Et confugiens ad muros Ecclesiæ, in qua adorationis cultus veri Dei exhibetur, illosque amplectens, vel ijs adhærens non erit immunis? Facit ad rem Epistola Demetrij Regis ad Iudæos *lib. Machab. c.10. Quicumque, ait, confugerint in Templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij Regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa, quæ sunt eis in Regno meo, libera habeantur.*

Quare non excusandos esse puto impios, ac crudeles 4
Satellites, qui prætextu mandari iudicialis capiendi aliquem insolentiùs, quàm reuerentia loci postulat, se gesserint, ne videantur Christiani inferiores veri Dei cultu, & irreuerentiores ipsis Ethnicis in idolorum, & statuarum religione conseruanda.

Quod ad ostiũ, siue valuas Ecclesiæ negant Io. de Visch. 5
de immun. n.12. & Sarpus *de iur. asyl. cap.4.* Cum enim inquiunt, quæ Ecclesiæ in Ciuitatibus, & Castris finitima sunt, nihil habeant immunitatis, reliquum est, vt ea tantùm, quæ interius sunt, immunitate reos protegant; quãobrem, qui parietibus, aut valuis, aut etiam tecto innititur, nulla defenditur Sacrarum ædium immunitate, nihilque interest inter parietes, & ostium clausum, cùm pariter vtrumque sit extra Ecclesiam. Immò proprior est aræ proximus eidem paries, quàm Ecclesiæ ianua; quare si quando de ostio facta fit mentio, dum de Ecclesiarum immunitate agitur, de illis Ecclesijs tantùm sermo est, quæ extra Ciuitatis, & Castrorum mœnia positæ immunitatem ad quadraginta passuum spatium porrigunt.

Communis tamen sententia est, gaudere. Hanc se- 6
quuntur Bartol. *in l. præsenti n.2. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Angel. *de malef. v. quod fama publica n. 59. & v. in scalis n.3.* Barbat. *cons.33.n.9.* & 10. Megal. *in 3.p. lib.4. c.2. q.2.n.27.* Decian. *lib.6. cap.25.n.17.* vbi generaliter de tangente manu tãtùm locum Sacrum, vel fines ipsius Ecclesiæ, etiam quod totum corpus esset extra locum Sacrum, vel fines ipsius Ecclesiæ, & ita testatur vidisse obseruari, & obseruasse, dum erat assessor, Correa *in relect. de immun. p.2.n.16.* Suarez *tom.1. de relig. lib.3. cap.9. n.8.* Ignæus *in d. l.1. ff. ad Syllan.* affirmans sic sæpissimè Rothomagi decisum, Nauar. *in man. cap.25.n.17. in fine*, Farinac. *de carcer. q. 28. n. 24. & in append. de immun. cap. 17. n. 279.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. n. 2.* Villalob. *tom. 2. tr.39. diffic.5. n.4.* Bobadil. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 81.* Cartar. *decis. crim. 7. n. 1. & 11.* Locatel. *in breuiar. de tortur. inspect. 5. n. 163.* Dian. *p.6. tr. 1. resol. 3.* Franc. Leo *in Thes. p. 1. cap.13. num. 11.* Mar. Ital. *de immun. lib. 1. cap.4. §. 6. n. 9.* Delbenè *d. cap. 16. dub. 9. sect. 6. n. 6.* & quod mireris Couarruuias, & Gambacurta immunitatis Ecclesiasticæ haud æqui Iudices, ille *var. resol. lib. 2. cap. 20. n. 18.* inquiens id à ratione Sacrorum Canonum super hac re statutorum palam deduci, iste Couarruuiæ in omnibus sequax *lib.4. c. 2. q. 2. n. 37.*

Et sanè id palam non solùm deducitur, sed etiam 7
decernitur *in can. si quis contumax 17. quæst. 4.* ibi: *Si quis contumax &c. de atrio Ecclesiæ, vel de porticibus quolibet modo Ecclesiæ adhærentibus per vim extraxerit, &c.* Ostium autem magis adhæret Ecclesiæ, quàm porticus, vel atrium; per opportunè Carolus Magnus in suis *Capitular. tit. de ijs, quæ ad l. de Cler. occis.* statuuntur, vbi sic ait: *Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit in ipso atrio Ecclesiæ pacem habeat, nec sit necesse Ecclesiam ingredi, & nullus inde per vim eum extrahere præsumat.* Expressè ex iure ciuili *in l.3. C. de his, qui ad Eccles. confugiunt*, non autem in *d. can. si quis contumax*, vt incautè Diana, & eius assecla Delbenè locis allegatis. Ita enim constituerunt Theodosius, & Valentinianus Impp. *ne sola altaria, & oratorium Templi circumsectum, qui Ecclesias quadripartito parietum septu concludit ad tuitionem confugientium sint proposita, sed vsque ad extremas fores Ecclesiæ, quas oratum gestiens*

populus primum ingreditur confugientibus ara salutis. Et lex ipsa diuina præcipit, vt confugientes stent ante portam Ciuitatis, & loquantur Senioribus Vrbis illius ea, quæ se comprobent innocentem, sicque suscipient eos, & dabunt eis locum ad habitandum, Iosua 20. *n.* 5. quod de summaria tantùm cognitione intelligendum, Num. 17. *n.* 10. *v. cum examinatione in tempore mediocri*, vbi Glos. plenaria namque examinatio causæ fiebat in loco perpetrati homicidij, quod clarè demonstrant verba legis diuinæ *Num.* 3. *n.* 24. *& seq.*

7 Neque deest ratio, quia licèt huiusmodi confuga non sit intra Ecclesiam, est in illa magis, quàm si esset in Cæmeterio, & certò est intra concauum ipsius parietis Ecclesiæ, & ita est intra spatium eius non minus, quàm si esset in superiori cubiculo. Hinc appellatione domus venit etiam ostium *in l. si quis aquaductum C. de contrah. empt.* ergo etiam id venit appellatione Ecclesiæ, præsertim fauore religionis. Atque adeò accedens ad ostium, licèt non ingrediatur Ecclesiam, dicetur immunis, quia ingredi, & accedere in ratione immunitatis æquiparantur ita, vt qui confugit ad fores Ecclesiæ, dicatur esse in Ecclesia, cùm sacræ dicantur, & Ecclesiæ nomine ad hunc effectum contineantur. Atque ita etiam declarauit S. Congregatio Immunitatis in Ametina 28. Maij 1628. his verbis: *Innixus stipiti portæ Ecclesiæ gaudet immunitate*, & in Firmana 13. Iulij 1657. *Euadens è manibus birruariorum, & vt dicitur: si attaccè alla porta della Chiesa, gaudet immunitate.* Et in Brundusina 4. Septembris 1640. *Qui in actu carcerationis, vt vulgo dicitur: staua attaccato alla porta della Chiesa con vn piede, & vna mano, gaudet immunitate.* Et in Caputaquensi 7. Septembris 1638. *Tenens annulum portæ Ecclesiæ gaudet immunitate.* Et in Rossanensi 18. Februarij 1653. *captus à birruarijs in porta Conuentus gaudet immunitate.*

8 Ex quibus falsum est, quod asserit Sarpus, nihil interesse inter exteriorem parietem, & ostium clausum. Nam licèt vtrumque sit pars Ecclesiæ, ostium tamen est intra parietem, est magis intrinsecum Ecclesiæ, & in legibus nominatim expressum, quæ omnes Ecclesias comprehendunt, cùm id non sit eis concessum ratione passuum, sed ratione ipsarum Ecclesiarum, quæ sine valuis esse non possunt, quemadmodum possunt esse sine spatio quadraginta, vel triginta passuum.

9 Quod verò ad tectum videtur non gaudere; quia non est in Ecclesia, tanquam in loco, neque muris eius vllo modo continetur.

10 At nihilominùs tenendum est, gaudere. Id est contra Sarpum vbi supra, aduersus quem stant Villalob. *loco alleg. n.* 5. Diana *d. resol.* 3. §. *quod autem*, Castrus Palaus *tom.* 2. *tr.* 11. *disp. vn. pun.* 6. *n.* 9. Suar. *d. n.* 8. Farinac. *n.* 282. Fagundez *p.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 63. Peregr. *cap.* 4. *de immun. n.* 40. Delbenè *d. sect.* 6. *n.* 1. Mar. Ital. *n.* 24. *& seq.* Acugna *de nobil. cap.* 7. *dub.* 13. *n.* 20. Persic. *de offic. Sacerd. lib.* 1. *c.* 9. *dub.* 11. *n.* 98. Sperel. *dec.* 63. *n.* 9. vbi id ampliat ad tectum palatij Episcopalis, domorum Canonicorum, quem sequitur idem Diana, amplians, & ipse ad tectum Monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum, huiusmodi immunitate gaudentium.

11 Ratio autem est. Tum quia is re vera est in Ecclesia; nam ibi dicitur aliquis esse, vbi pedes habet, licèt à tali corpore non circumdetur. Tum quia licet is non sit intra Ecclesiam, est intra situm Ecclesiæ, & adhæret illi, atque adeò gaudet immunitate non minus, quàm qui est in Camera superiori. Is enim non tam videtur gaudere propter muros, quibus circumdatur, vel propter tectum, quo tegitur, quàm quia est supra ipsam Ecclesiam, & intra situm eius. Tum quia domus nedum ex solo, sed etiam ex tecto constat ex *l. Eum, qui in princ.* ibique Glos. *ff. de vsucap.*

12 Et quoad confugientem ad nobile asylum Crucis certum est, gaudere. Fuit quippè Crux Christi Christianis semper Sancta, & venerabilis, *l.* 26. *C. de Episcop. & Cler.* Adeòque fuit signum Christi sanctum, vt in instrumentis pro fide, & subscriptione cederet, *l. vlt. C. de iur. delib. Nouel.* Leonis 72. Et collocatione eius profana loca expiari, & Deo consecrari tolerent *l. vlt. Cod. Theod. de pag. sacris. Nouel.* 5. *&* 67. Et præferri quoque in Litanijs publicis *Nouel.* 123. Cuiac. *in pand. C. nemini licere signum Saluatoris Christi humi, vel in silice.* Doctores, quos allegat. Forst. *in tr. Iustin.* & Sanctorum Patrum testimonijs probat. Rittersh. *in sacr. lect.* Et ita quoque declarauit S. Congregatio Immunitatis in Melitensi die 7. Decembris 1638. in hæc verba: *Confugiens ad Crucem existentem in via, gaudet immunitate.*

Quod denium ad confugientem ad Sacerdotem defe- 13
rentem Sanctissimam Eucharistiam, sunt nonnulli, qui cum Glossa *in can. quæsitum* 13. *q.* 2. id negant, suntque Baiard. ad Clar. *q.* 30. *n.* 20. & Couarruuias, qui dubitat *cap.* 20. *var. n.* 6. & Bonacina *de leg. disp.* 3. *q.* 8. §. 2. *n.* 11. bis ducti rationibus. Primò, quia immunitatem hanc Canonibus statutam nullibi extra Ecclesias datam fuisse legatur. Secundò, quia communicans, & intra os habens Eucharistiam non gaudet immunitate ex communi sententia, teste Farinac. *de carcer. q.* 28. *n.* 276. Ergo multò minus confugiens ad Sacerdotem deferentem Eucharistiam. Tertiò, quia est priuilegium Ecclesiæ, atque adeò non debet trahi ad consequentiam *c. petisti* 7. *q.* 1.

At nihilominùs tenendum est absolutè cum communi 14
sententia iuris vtriusque interpretum, inter quos ex antiquioribus Archid. *in d. Can. quæsitum* Abb. *in cap. sanè de celebr. Missar.* vbi Ostiensis, ac cæteri Canonistæ, Speculat. *de immun. Eccles.* Oldrad. *cons.* 54. *num.* 5. Addit. Rainald. Cott. *tit. C.* Io. Igneus *ad d. l.* 1. *n.* 5. *ff. de S. C. Sylan.* Decian. *tr. crim. tom.* 2. *cap.* 29. *n.* 9. *lib.* 6. Mant. *cons.* 211. *n.* 22. *vol.* 1. Ioan. de Visch. *de immun. Eccles. n.* 50. Viu. *com. opin. v. condemnatus lib.* 1. *opin.* 45. vbi alios congerit, Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 37. *n.* 36. Boss. *tr. crim. tit. de Captur. n.* 29. Roman. *singul.* 335. Catel. Cott. *in dict. ratione identitas*, Albert. *in cap.* 1. *de heret. in* 6. *q.* 13. *n.* 18. Ludouic. Gomez, qui appellat communem *in* §. *pœnales de act. n.* 50. Ioan. Lup. *in rubr. de donat.* §. 38. *n.* 5. Petr. Greg. Tolos. *synt. iur. lib.* 33. *cap.* 21. *num.* 15. Bobadil. *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 86. qui in Glos. *lit. G.* citat pro hac sententia triginta Doctores, quibus Diana *p.* 1. *tr.* 1. *resol.* 28. addit tredecim alios, quibus iunge Delbenè; & quos ipse adducit *d. cap.* 16. *dub.* 9. *sect.* 16. *àn.* 1. qui non rectè id concedit, vbi adsit consuetudo. Tenendum dixi *absolutè*, immunitatem scilicet asyli personalem tribui Sacerdoti deferenti Sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus, ad quod confugiens liberatur carcere, in quem ducebatur, vel fustigationis pœna, vel morte.

Ratio, qua mouentur, est, quia maior honor exhiben- 15
dus est Eucharistiæ, quàm ipsis Ecclesijs, quibus ob ipsam Eucharistiam plura priuilegia conceduntur. Ergo multò magis debet ipsum gaudere immunitate, qua gaudent Ecclesiæ. Additque Suarez *loc. cit.* nomen Ecclesiæ non absurdè extendi ad locum illum, in quo actu est quamuis in transitu Corpus Christi. His adiungo authoritatem Euangelicam *Matth.* 9. vbi mulier, quæ patiebatur fluxum sanguinis, tangens fimbriam Domini nostri fuit salua; & ego subijcio has rationes. Si enim aræ asylum erant, multò magis, & Corporis Domini erit. Sanctificatur enim inde altare, & maius, digniusque quod sanctificat, quàm quod sanctum factum est. Porrò aræ supplices immunes præstabant, & Sacrosanctorum altarium aliquoties meminerunt Imperatores *in d. l.* 3. Et Adonias, quod timens Salomonem surrexit, & abijt in Tabernaculum, tenuitque cornu altaris 3. *Reg.* 1. *n.* 50. Idemque fecit Ioab 2. *Reg.* 2. 28.

Quod confirmo ex asylo Baptisterij Euagrij monitu, 16
qui lib 2. *cap.* 8. de Proterio Alexādrinorum Episcopo scribit: *Ipsum quo necem effugeret ad Sacrosanctissimum Baptisterium se recepisse. Quo in loco & barbaris, & cunctis ferocibus hominibus reuerentia quædam incutitur.* Vbi notandum Baptisteria apud antiquos quandoque ab Ecclesia separata esse, vt videre id est hic Romæ propè Templum S. Ioannis in Laterano, vbi Baptisterium Constantini Imperatoris, quo Sacro lauamine ablutus fuit. Vndè similiter alij ad fidem Christianam conuersi inibi baptizantur. Senis itidem Baptisterium est ad radices Templi Cathedralis D. Virgini Sacri. Florentiæ è regione Templi Cathedralis S. Mariæ Floridæ Sacellum

S. Ioan-

S. Ioannis Baptistæ, opus Vrbis antiquissimum, olim Marti dicatum, non omninò rotundum, sed potius sexangolare ex nigro, albo, viridique marmore. De quo Angel. Polit. *ep.2.* & Leo Albert. *descript. Ital. p.44. & seq.* Pisis quoque pulcherrimum est Sacellum iuxta Templum Cathedrale, in quo præter suggestum ex alabastro, & marmore artificiosissimè elaboratum, eiusdem splendoris est Baptisterium opus Baldorum.

17 Item ex asylo cadaueribus Principum olim concesso. Lepidus enim, & Marcus Antonius Triumuiri cum plus satis in eos, qui Iulij mortis conscij fuerant, sæuijssent, & totam ferè vrbem interfectorum sanguine maculassent, Iulio demum Cæsari sepulchrum construxerunt in foro, vbi eius cadauer combustum fuerat, eosque, qui ad ipsum confugerent, tutos, & inuiolatos esse voluerunt, Xiphilin. *in Augusto*, & Dio *lib. 47.* Theophylus Imperator tantum Mariæ filiæ defunctæ vxori Cæsaris Alexij honoris detulit, vt cadauer in arca argento obducta reposuerit, & cuiuscumque flagitij reis sepulchrum eius asylum constituerit, Cedrenus author. Neque tantùm sepulchra, sed etiam cœmeteria, id est dormitoria inuiolabilia sunt, vt exprimitur *in rubr. tit. 49. lib. 3. decret. de immun. Eccles. & cap. fin. cap. decet domum eod. in 6.* Panorm. *in cap. Cum Ecclesia n. 2. de imm. Eccles.* Et nos negabimus, hoc asylum concedi institutori baptismi, pani viuo Vitæ æternæ, quia extra Ecclesiam materialem?

18 Non obstat Glossa in *d. can. quæsitum*, & ex ea Couarruuias, & Bonacina; quamuis enim id non legatur expressè statutum extra Ecclesias, legitur tamen tacitè, & per consequentiam; nam si hæc immunitas conceditur Ecclesiæ propter Eucharistiam, vt ipse Couar. ait, multò magis concedi debet ipsi Eucharistiæ; & ratio cur liberetur ille, qui confugit ad Ecclesiam, & non ille, qui recipit corpus Christi, non est solùm, vt ipsa Glossa inquit, quod corpus Christi est cibus animæ, non corporis, ergo animam liberat, & non corpus; sed etiam est, quod in cōmunicante Eucharistia non se habet per modum venerationis, sed per modum Sacramenti sumpti, & consumpti. Immunitas autem conceditur propter reuerentiam, & venerationem debitam Ecclesijs; atqui reuerentia, & veneratio debetur iure diuino Corpori Christi existenti, non autem sumpti, atque adeò hæc immunitas est ei concedenda, tanquam illius fundamentum, ac ita, vtidem Couaruuias dixerit *d. cap. 20.* quod ratio concedendi Ecclesijs hanc immunitatem sit Sacrificium, vel continua Christi Sacramentalis præsentia. Ergo etiam cum Christus deferatur in Sacramento Eucharistiæ per Sacerdotem extra Ecclesiam. Facilius tamen admitto cum Claro *lib. 5. q. 3.* eo ipso die reum, qui sumpserit Eucharistiam non debere mori; quod & vsus, ait, obseruat. Ac demum dici potest, quod non liberat corpus, quia est præuentum à Curia seculari, & non inuenit liberum, secus autem si non sit præuentum, & inueniat liberum, vt de laico ordinato in fraudem aliàs dixi.

19 Minùs obstat tertia ratio. Primò quia consequentia, quæ hic fit, valdè probabilis est, quia, vt ait Suar. *loc. alleg.* corpus Christi est fundamentum Immunitatis Ecclesiæ. Secundò, quia priuilegium extendi potest vltra casum expressum ex voluntate priuilegiantis rationabiliter præsumpta, præsertim Principibus laicis consentientibus, vt per Abb. *in d. cap. sanè n. 2. de celebr. Missar.* & Delbenè *d. sect. 16. n. 6.* Hinc, quamuis in casibus exceptis non liceat argui ex ijs ad alios ex paritate, vel maioritate rationis, licet tamen in locis refugij per dictam Constitutionem Gregorianam assignatis argui ex ijs ad alia loca ex paritate, vel maioritate rationis; quia in istis est materia fauorabilis Religioni, in illis est odiosa. Præcipua verò ratio est Religio Christiana, &, vt Diana ait *loc. citato*, concors omnium Doctorum sententia, quibus omnibus addo sententiam alterius Glossæ marginalis *in d. can. quæsitum*, quæ contra Glossam supradictam ait: *Sed tu defendas, quod talis est per Ecclesiam defendendus, quia corpori Christi aliqua reo anteponi non debet can. multi 1. q. 1. can. ecce d. 95. & can. nihil de consecr. d. 5.* vt proindè communem sententiam seruandam esse in praxi censeo, & vt Ostiensis *loc. cit.* ait, tenendam esse vsque ad effusionem sanguinis.

20 Hanc assertionem extendit Diana *d. resol. 28.* ad casum, in quo reus non potest tangere Sacerdotem, sed solùm ingredi cubiculum, vbi Sacerdos Sacrum Viaticum ministrat infirmo. Item ad casum, in quo reus se immiscet inter alias personas, quæ associant per vias, & plateas Sanctissimam Eucharistiam, etiamsi non tangeret Sacerdotem, neque baldachinum; quia omnes repræsentāt vnam Ecclesiam, & ad id citat Peregrinum, & Marium Italiam, quibus adstipulatur Delbenè *loc. cit. n. 1. & seqq.*

21 Et quamquam Tholosan. *d. cap. 21. n. 15.* hoc recipiendum putet quandiù habuit locum immunitas in criminibus potissimū, quæ digna sunt misericordia, non autem in alijs, consequenter tamen ad dicta tenendum etiam est, quod reus in dictis casibus immunitate gaudeat simpliciter, vt per Doctores, quos refert, ac sequitur Delbenè *d. cap. 16. dub. 9. sect. 16. n. 7.* quod intelligo iuxta Constitutionem Gregorianam extra casus in ea exceptos.

22 Atque ita etiam declarauit S. Congregatio Immunitatis in Melitensi 28. Maij 1626. his verbis: *Carceratus sequens, & manutenens fimbriam vestis Sacerdotis redeuntis ad Ecclesiam cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento gaudet immunitate.* Et in Beneuentana 30. Septembris 1636. *Associans processionem Sanctissimi Sacramenti gaudet immunitate.*

23 Quod autem ad confugientem ad Sacerdotem deferentem Oleum Sanctum infirmorum de iure non gaudere immunitate, communis sententia est apud Gambacurt. *de immun. lib. 4. c. 6.* & Ricc. *p. 3. dec. 88. n. 5.* Delbenè, & Dianam locis superius adductis: tum quia non est ita dignum, vt est Eucharistia continens gratiam, & authorem gratiæ: tum etiam quia Oleum Sanctum non est Sacramentum, sed materia Sacramenti, quod tantùm consistit in vnctione infirmi, & in forma verborum. Vndè multò minus gaudebit confugiens ad solum ipsum Sacerdotem, quin & ad Episcopum, vel ad Sanctorum reliquias, vel imagines, quæ per plateas circumferuntur. Vt per Delbenè *n. 14.*

24 Secùs autem ex consuetudine, vt per Corream *in relect. in cap. inter alia de immun. Eccles. p. 2. num. 25.* quem sequitur Delbenè *d. n. 14.* vbi *num. 15.* adducit Locatellum *in breuiar. de tons. inspect. 5. num. 164.* cuius opinionem ait probabilem, dum docet, quod Sacerdos superpelliceo, & stola indutus extra Ecclesiam, præcedente Cruce ad efferendum verbi gratia defunctum, non possit de licentia Episcopi à satellitibus capi, & ita coram Cardinali Vicario Vrbis anno 1614. decisum fuisse testatur, ea ratione, quia Sacerdos in habitu Sacerdotali diuina ministrat, & Ecclesiastica officia exequitur, repræsentat Ecclesiam, & Christum Dominum, cuius vices gerit; quare subdit Locatellus in his casibus, si Sacerdos caperetur, & interrogaretur ab Episcopo de aliquo delicto, propter quod captus fuerat, non tenetur ad mentem illius respondere, sed potest, vtpotè illegitimè captus, capturæ nullitatem objicere.

25 Cæterùm morte ob delicta puniendis ministrandam esse Eucharistiam, si sint baptizati, & sufficienter dispositi, decernitur in *d. can. quæsitum 13. q. 2.* Et de hæreticis relapsis, qui igne comburuntur in *cap. super eo de hæret. in 6.*

26 Negant verò ministrandam esse eis ipsa die supplicij Clar. *q. 79. n. 31.* *Chartar.* de *execut. sent. contum. cap. vlt. num. 334.* Vega *p. 1. sum. c. 61. cas. 21.* Cuch. *lib. 5. instit. tit. 5. num. 107.* & Zerol. *in pr. Episcop. p. 2. v. damnats.* Quia est contra reuerentiam debitam Sacramento, quod in illa die, in qua necandi sunt, ministretur.

27 Asserunt Corset. *sing. 38. in fine*, testans de praxi, Scapp. *de iur. non script. lib. 5. cap. 210. n. 6.* Maiol. *lib. 3. de irregul. cap. 24. num. 13.* Cened. in *quæst. can. 3. n. 4.* Suarez *disp. 68. de Euch. cap. 5. n. 1.* Villalob. *p. 1. sum. tr. 7. diffic. 39. n. 1.* Laym. *lib. 5. Theol. mor. tr. 4. c. 6. num. 20.* Zambran. *in decis. c. 3. de Euchar. dub. 5. num. 6.* Syluius *3. par. q. 80. artic. 8.* Sot. *in 4. d. 12. q. 1. ar. 12.* Nauar. *cap. 25. man. num. 23.* Tolet. *lib. 2. c. 28.* Syluest. *v. Eucharistia 3. q. 5.* Angel. *eod. v. n. 27.* Victor. *in sum. num. 83.* Sà *n. 2.* Coninch. *de Sacram. q. 80. ar. 9. n. 50.* Reginald. *lib. 29. pr. for. pænit. cap.*

6. q. vlt. n. 120. Fagund. *prac. 3. Eccles. lib. 3. cap. 4. n. 3.* Io. Sanc. *in select. de Sacram. disp. 40. n.* 8. Bonac. *disp. 4. de Euch. q. 7. pun.* 1. *n. 5.* vbi alios citat. Præposit. *3. p. q. 80. ar. 11. dub. 1. n. 56. illat. 4.* Quintanaduenna *sing. 13. de Euch. n. 1.* Dicastil. *de Sacram. tr. 4. de Euch. disp. 10. dub. 2. n. 26.*

28 Hæc assertio est ad mentem Summorum Pontificum. Siquidem B. Pius V. in sua *Constit. 91.* concedit Confraternitati S. Ioannis Decollati Vrbis, vt eius Capellanos possit de nocte celebrare, ne extremo supplicio puniendi careant Eucharistia; quinimmò ministrare potest, etiam si paulò post, nempe post horam, mors sit inferenda damnatis, & dummodò non sint illicò ducendi ad patibulum, immò etiam statim, si ex vrgenti causa debeat mors inferri. Ratio autem est, quia habent ius ad Eucharistiam, & illatio mortis, cum sit actus iustitiæ vindicatiuæ, ex natura sua non continet irreuerentiam erga Sacramentum; & ideò etiam si exerceatur statim post sumptam Eucharistiam, non irrogabitur Sacramento aliqua irreuerentia.

29 Hinc tenendum est absolutè, non posse induci consuetudinem, quod morte damnatis non ministretur Eucharistia, neque inductam posse subsistere, sed omninò esse ijs ministrandam. Ita docent communiter Doctores Glos. *in Clem. 1. de pœnit.* ibique Cardinal. Ancbar. & cœteri Canonistæ, Cherubin. *in comp. Bullar. ad const. 91. B. Pij V. schol.* 2. Gomez *tom. 2. var. cap. 14. de delict. n. 6.* Hyppol. *in pr. §. vlterius n. 4.* Cosmas *pragm. sanct. tit. de excommun. non vit. §. statuit*, Aufrer. *in Clem. 1. tit. de potest. Eccles. super laic. cas. 128. de offic. Ordinar.* Cassand. *in consuet. Burg. tit. de iustices rubr. 1. §. 5. n. 12. & rubr. 2. §. 1.* Suarez *disp. 69. de Euch. sect. 3. in fine*, Martha *de iurisd. p. 2. cap. 47. n. 4.* vbi vocat talem consuetudinem crudelem, & contra omnem humanitatem, Dicastil. *de Sacram. tr. 4. de Euch. disp. 10. dub. 2. num. 26.* qui illam vocat abusum, alijque apud ipsos.

30 Probatur ex *d. Clem. 1. de pœnit.* quæ licet expressè loquatur de *Sacram. pœnitentia* procedit tamen etiam de Eucharistia, vt cum Glossa notant *ibi* Doctores; siquidem in iure nomine pœnitentiæ venit etiam Viaticum, vt decernitur *in cap. quod in te de pœnit. & remis.* ibi: *Per quod pœnitentiam morientibus non denegamus, Viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus.* Immò ab Ecclesia abrogati sunt illi Canones, quibus denegabatur aliquibus Viaticum ob certa delicta, & *in d. can. quæsitum* 13. q. 2. præcipitur dari Eucharistiam ijs, qui ob delicta morte puniuntur, & *in d. cap. super eo de heret. in 6.* statuitur dandam Eucharistiam etiam hæreticis relapsis, igne comburendis, ac B. Pius V. in suo motu proprio edito anno 1569. hanc consuetudinem improbauit, & præcepit tolli, atque ministrari Eucharistiam omnibus morte afficiendis, qua occasione in religiosissima Hispania lege Regia cautum est, quod decretum Pontificis omninò seruaretur.

31 Nam licèt contra ius Ecclesiasticum possit induci consuetudo, non tamen induci potest contra ius diuinum, quia consuetudinis vis non excedit vim legis humanæ, & solùm se habet tanquam lex non scripta, & proindè abrogat legem, tanquam altera lex, semper tamen est intra ordinem legum humanarum, & ideò tanquam inferioris ordinis non potest præualere contra ius diuinum, quod est superioris ordinis; quod autem detur Eucharistia morte plectendis est de iure diuino, quia præceptum diuinum obligat ad sumendam Eucharistiam in fine vitæ, aut saltem præceptum diuinum de sumenda Eucharistia indeterminatè est determinatum ab Ecclesia, vt obliget in fine vitæ. Vndè semper consuetudo erit contra ius diuinum.

32 Et quamuis aliquando statuerit Ecclesia in pœnam quorundam delictorum, negandam Eucharistiam in fine vitæ ijs, qui idolis sacrificassent, licèt postea pœnitentiam egissent, vt desumitur ex Concilio Elibert. *can. placuit* ex Siticio Primo *ep. ad Himerium Tarraconensem Episcopum cap. 3.* ex Concilio Sardicensi *can. 2.* ex Innocentio I. *ep. 3. ad Exuperium Episc. Tholos. §. 2.* & ex Concilio Aulatensi 1. *can. 22.* quia Christus ipse reliquit potestatem statuendi circa Sacramenta, salua eorum substantia, quæ ipsorum reuerentiæ, & fidelium vtilitati magis expedirent, vt habet Concilium Tridentinum *sess. 21. cap. 2.* vbi tamen non est talis potestas, non potest circa hoc aliquid decerni, ac proindè neque induci consuetudo. Hæc autem potestas non est apud Ecclesias particulares, & multò minùs apud laicos.

Quare ne hanc quidem quoad milites, qui more militari in exercitibus morte plectuntur, valere consuetudinem, sed esse abusum omninò euellendum, & curandum, quod ad mortem damnati ita disponantur, vt ministrari ijs possit Eucharistia, tenendum est. Nam decreta Pontificia procedunt vniuersaliter de omnibus morti addictis, & hi quoque tenentur præcepto diuino, & habent ius diuinum sibi assisteos pro obtinenda Eucharistia, & ideò quoad hos etiam consuetudo est irrationabilis. 33

Atque ex his communiter Doctores asserunt, Iudicem teneri concedere tempus damnatis ad mortem non solùm, vt possint confiteri, sed etiam vt possint sumere Eucharistiam, & si deneget, peccare mortaliter. Ij sunt Suarez *disp. 69. de Euch. sect. 3. in fine* Petr. Nauar. *lib. 2. de rest. cap. 3. n. 228.* Henriquez *lib. 8. sum. cap. 5. n. 4.* Syluest. *v. Eucharistia 3. q. 3. dict. 8.* Reginald. *lib. 29. prax. for. penit. n. 7.* Rodriq. *p. 1. sum. cap. 68. num. 1.* Bonacin. *disp. 4. de Sacram. q. 7. pun. 1. n. 6.* Ochagau. *de Sacram. tr. 2. de Euch. q. 14. n. 10.* Leand. *tom. 2. de Sacram. tr. 7. disp. 2. q. 12.* Dicastil. *de Sacram. tr. 4. de Euch. disp. 10. dub. 2. n. 28.* Elicitur *ex d. Clem. 1. de pœnit.* vbi iniungitur, quod compellantur Iudices etiam medijs censuris ad concedendum tempus damnatis ad mortem pro Sacramento pœnitentiæ, quod de iure intelligitur etiam de Eucharistia, vt supra dixi. 34

Ratio autem est, quia Ecclesia præcipit, quod damnatis ad mortem detur Eucharistia, vt *in d. can. quæsitum 13. q. 2. & in can. tanta d. 96.* & ex B. Pio V. *vbi supra.* Et vrget etiam præceptum diuinum sumendi Eucharistiam, cùm sint in fine vitæ. Atque adeò tenetur Iudex sub mortali concedere tempus, vt possint implere huiusmodi præceptum, cùm non possit ne indirectè quidem impedire, ne impleantur præcepta diuina, neque possit in re graui contrauenire dispositioni Ecclesiæ. 35

Vndè non potest Iudex negare tempus sufficiens pro sumenda Eucharistia damnato ad mortem ex eo, quod timeat recursum ad Superiorem Iudicem, non obstante quod probabiliter credat, quod Superior Iudex sit auocaturus ad se causam, & reum liberaturus; quia cum huiusmodi recursus sit licitus, sicut etiam auocatio causæ, peccaret grauiter, si, vt impediret aliquid licitum, negaret aliquid debitum. Immò ex eo etiam capite peccaret, quod impediret id, quod nequit impedire. Quamuis enim non teneatur concedere tempus, vt possit recurrere ad superiorem Iudicem, adhuc tamen nec impedire potest recursum, quia hoc esset detrahere iurisdictioni superioris Iudicis. Et ideò, si aliàs adsit tempus recurrendi, & neget hoc tempus in hunc finem, ne recurrat, impedit data opera id, quod impedire non potest. 36

Quod si damnatus ad mortem non posset ob aliquam indispositionem sumere Eucharistiam, vt esset tussis, vomitus, non teneretur Iudex differre supplicium, donec cesset indispositio, nisi fortè breui speraretur cessatura. Tunc enim esset eadem ratio de ipsis, ac de infirmis, qui ob talem indispositionem non possunt suscipere Viaticum. Vndè haberentur pro incapacibus huius sacramenti; & ideò non teneretur Iudex concedere tempus, seu expectare, quod fiant capaces. 37

Quando tamen Iudex timet, si mors differatur, quod reus eripiendus sit Curiæ, non debet statim denegare tempus pro suscipienda Eucharistia, sed debet res ita disponere, vt obuiet periculo, quoad fieri poterit; quod si ex dilatione mortis timeatur aliquod graue scandalum, aut graue damnum Reipublicæ, non tenetur Iudex concedere tempus pro sumenda Eucharistia. Nam in hoc casu concurrit vtilitas, & necessitas publica cum priuata, & ius naturale diuinum, quo tenetur Iudex procurare quietem, & vtilitatem Reipublicæ, atque adeò ius, 38

quod

quod reſpicit publicum commodum cum iure diuino, quo obligatur reus ſumere in illo caſu Euchariſtiam, atque adeò reſpiciente priuatum commodum. Ergo debet præferri publica neceſſitas, & vtilitas priuata, & ius naturale diuinum reſpiciens publicum commodum iuri tantum diuino reſpicienti priuatum commodum.

39 In caſu verò, quo Iudex timet reum eripiendum, etiamſi nullum ſcandalum, aut damnum ſit ſequuturum, non tenetur concedere tempus pro ſumenda Euchariſtia, quando aliter periculo occurri non poteſt; quia in eo caſu concorrunt publica neceſſitas, cui Iudex tenetur prouidere, & priuata neceſſitas, cum hoc tamen diſcrimine, quod ſi non ſubueniatur publicæ neceſſitati, Reſpublica poſitiuum damnum patietur, nempè læſionem iuriſdictionis, & violentiam in ſuis miniſtris; ſi verò non occurratur priuatæ neceſſitati, reus patietur tantùm damnum negatiuum, nempè ſubtractionem illius auxilij, quod præbet Euchariſtia. Atque adeò debet præferri publica neceſſitas, & illi occurri, negando damnato tempus ſumendæ Euchariſtiæ, ſi aliter occurri non poteſt.

40 Etenim Iudex tenetur ex officio prouidere indemnitati Reipublicæ, & curare, ne aliquod damnum patiatur, & proindè poteſt vti illis medijs, quæ ſunt in ipſius poteſtate, etiamſi inde proueniat alicui damnum aliquod, quia in hoc vtitur iure ſuo, & nemini iniuriam facit *l. 1. §. denique ff. de aqu. plu. arc.* & *l. flumimum §. fin. ff. de damn. infect.* & *cap. cum Eccleſ. de elect.* tunc enim alterius damnum eſt præter intentionem. Cùm ergo Iudici nullum aliud medium ſuppetat pro auertendo periculo, & damno, quod imminet Reipublicæ, poterit iuri ſuo vtens tradere reum morti quamprimum. Neque in hoc caſu periclitatur ſalus ſpiritualis proximi, quia poteſt elicere actum contritionis, & confiteri, nec ſi adeſſet aliquod periculum, eſſet notum. Vndè non conſurgit obligatio ſubueniendi proximo, præſertim cum non poſſit ſubuenire, niſi cum notabili damno.

41 Si autem damnatus ad mortem habuit ſufficiens tempus ſe præparandi, & noluit, immò adhuc perſeuerat in ſua pertinacia abſque ſpe emendationis, non tenetur Iudex concedere aliquam dilationem, quamuis, ſi concederet, rectè faceret; quia cum habuerit tempus ſufficiens ſe præparandi, ſibi debet imputare, quod non ſe præparauerit. Cumque non adſit ſpes emendationis, neque etiam adeſt motiuum differendi executionem ſententiæ.

42 At quando Iudex conceſſit debitum tempus damnato ad mortem, & reus noluit ſe præparare, ſi adſit ſpes, quod conceſſa dilatione ſe præparabit, tenetur Iudex illam concedere. Si verò confeſſus eſt, quamuis non teneatur concedere vlteriorem dilationem, vt poſſit ſumere Euchariſtiam, expediens tamen erit, quod concedat. Ità Petr. Nauar. *d. cap. 3. n. 227.* Bonac. *d. pun. 1. n. 6.* Reginal. *loc. cit. n. 70.* Quintanaduen. *d. ſingul. 15. n. 2.* & Dicaſtil. *d. dub. 2. n. 27.* Nam ratione Charitatis tenetur quiſque ſuccurrere proximo conſtituto in graui neceſſitate, præcipuè quando id præſtare poteſt abſque ſuo graui incommodo, immò etiam cum graui incommodo, quando neceſſitas eſt ſpiritualis; quia ſpiritualia proximi præferenda ſunt temporalibus proprijs iuxta communem doctrinam, quam tradit D. Thom. 2. 2. *q. 26. ar. 5.* Damnatus autem ad mortem, qui non ſe præparauit, eſt in grauiſſima neceſſitate, & poteſt ipſi ſuccurri, ſi concedatur tempus; ſi quidem adeſt ſpes, quod ſe præparabit: & ideò tenetur Iudex ratione Charitatis concedere dilationem. Cum verò ſumpſerit Sacramentum pœnitentiæ, non eſt in illa graui neceſſitate, in qua aliàs eſſet: & ſi non habet tempus ſumendi Euchariſtiam, ſibi imputare debet, quia non eſt vſus tempore conceſſo: & ideò non tenetur Iudex concedere vlteriorem dilationem. E contra verò cùm damnatus ſit dignus miſericordia, & Euchariſtia ſit illi valdè neceſſaria ad vincendum tentationes, erit valdè expediens, quod concedatur dilatio.

43 Quæ omnia ita vera ſunt, vt ne in pœnam quidem cuiuſuis delicti denegari poſſit Euchariſtia reis ad mortem damnatis; quia ius commune præcipit concedi Euchariſtiam omnibus damnatis ad mortem, quantumuis facinoroſis, vt ex *d. can. quæſitum, & d. can. Tanta*, ita, vt etiam hæreticis relapſis ſit miniſtranda *ex d. cap. ſuper eo*, & B. Pius V. præcipit abſolutè concedi tempus damnatis, vt ſumere poſſint Euchariſtiam. Ergo non relinquitur locus, vt in pœnam delicti denegari poſſit Euchariſtia. Siquidem pœna non poteſt eſſe contra Canonicas ſanctiones, quia cum ſit effectus iuſtitiæ non poteſt eſſe aliquid iniuſtum ſicuti eſſet, ſi eſſet contra Canonicas ſanctiones. Et ita docent Angles *in flor. q. 2. de Euch. ar. 9. diff. 3.* Chamerot. de Euch. *cap. 10. dub. 1.* Graff. *p. 1. deciſ. lib. 2. cap. 38. n. 28.* Suarez *d. diſp. 69. ſect. 3.* Reginaldus, Bonacina, & Quintanaduenna *locis allegatis*.

Ac ita quidem, vt nullo pacto induci poſſit conſuetudo denegandi Euchariſtiam damnatis ad mortem ex quibuſcumque delictis. Deſumitur ex Gloſſa *in d. Clem. 1. de pænit.* vbi Cardinalis, & Ancharanus, & ex Cherub. *in comp. bullar. ad d. Conſtit. 91.* B. Pij V. quatenus talem conſuetudinem appellant abuſum. Si enim eſt abuſus, eſt irrationabilis, & ideò non poteſt præualere contra ius etiam merè Eccleſiaſticum *ex cap. fin. de conſuet.* 44

Etenim conſuetudo non poteſt induci contra legem diuinam, vt communiter docent Doctores cum D. Thoma 1. 2. *q. 97. ar. 3. ad 1.* quia lex diuina dependet à voluntate diuina, contra quam nulla alia voluntas præualere poteſt, quia ſemper eſt voluntas inferioris, qui mutare non poteſt, quæ ſancita ſunt à Superioribus, *Clem. ne Romani de elect.* Vndè Chriſtus reprehendit Iudæos, quod propter ſuas conſuetudines tranſgrederentur præcepta Dei, *Matth. 5. n. 15. Tranſgredimini*, inquit, *præceptum Dei propter traditiones veſtras*. Ac proindè non poteſt induci conſuetudo præſcribens contra miniſtrandam Euchariſtiam damnatis ad mortem; quia ex præcepto diuino eſt miniſtranda. 45

Quinimmò, licèt Euchariſtia denegari debeat ijs, qui duxerunt vitam improbam, & ex circumſtantijs formatur iudicium moraliter certum, quod non ſint diſpoſiti, in dubio tamen eſt ijs adminiſtranda, etiamſi dubium ſit poſitiuum, & pro vtraque parte adſint motiua, vt per Baun. *p. 1. Theol. mor. tr. 5. de Euch. q. 26.* Cum enim quiſque habeat ius ex vi inſtitutionis Chriſti ad illam petendam, & ſumendam, non poteſt ratione cuiuſcumque dubij priuari hoc iure, nec ſuper re incerta proferri ſententia certa, quod debeant carere Euchariſtia, *can. graue 11. q. 1.* & *can. habuiſſes d. 33.* Hinc non poteſt denegari Viaticum, & multò minus conſuetudinem induci, quod denegetur recenter conuerſis ad fidem ex dubio, an ſufficienter ſciant diſcernere inter cibum, & cibum, aut an ex corde conuerſi ſint; quia ſi res relinquitur dubia, non poſſunt priuari ſuo iure, neque ipſis infligi pœna certa ex incerta cauſa. Et ſubintrat regula generalis, quod in dubio quiſque debet præſumi bonus, *l. merito ff. pro ſocio, & l. quoties §. qui dolo ff. de prob. cap. dudum, & cap. fin. de præſumpt.* 46

Poteſt inſuper miniſtrari Euchariſtia damnatis ad mortem, etiamſi non ſint ieiuni, Suarez *diſp. 66. de Euch. ſect. 5.* Nauar. *conſ. 40. in fin. de pænit. & remiſ.* Granad. *contr. 6. tr. 10. diſp. 8. n. 9.* Tanner. *tom. 4. ſum. diſp. 5. q. 8. dub. 4. n. 84.* & alij; quia præceptum de ieiunio ante Euchariſtiam non extenditur ad tempus, in quo implendum eſt præceptum diuinum de ſumptione pro extremo vitæ tempore. Cùm enim tunc non ſolùm vrgeat præceptum diuinum, ſed etiam Euchariſtia ſit maximè neceſſaria ad ſuperandas tentationes, quæ ſpeciali modo vrgere poſſunt damnatos, noluit Eccleſia ponere aliquod impedimentum, aut cauſare aliquam difficultatem in ordine ad ſumptionem, qualis naſci poſſet, ſtante tali præcepto. Et ideò non extendit ipſum ad huiuſmodi tempus, vt proindè ſit priuilegium Viatici, quod poſſit miniſtrari non ieiunis, conſequenter etiam damnatis ad mortem. 47

Neque damnati ad mortem tenentur ſeruare ieiunium, quando debent ſumere Euchariſtiam, etiamſi abſque notabili incommodo id poſſint; quia damnati ad mortem peruenerunt ad extremum, & cum maiori certitudine, quàm quilibet grauiter, & cum periculo ægrotans. 48

tans. Et ideò tenentur præcepto diuino de sumenda Eucharistia, cuius ipsi omnium maximè indigent, vtpotè expositi ratione circumstantiarum grauioribus tentationibus, ideòque à fortiori militat in ipsis ratio, ob quam Ecclesia non extendit præceptum de præmittendo ieiunio ad moribundos; & causa finalis, ob quam Ecclesia non extendit suum præceptum ad infirmos ex Concilio Constant. *sess. 13.* est, quia vult, adimpleri præceptum diuinum Sacræ communionis, quocumque modo impleri possit, & per Eucharistiam ipsis succurri. Quod autem non possit seruari regulariter ieiunium ab infirmis, nisi cum notabili incommodo, est causa impulsiua, qua cessante non cessat dispositio, quia, vt casum comprehendat, sufficit similiter eadem ratio, & causa finalis, *l. illud C. de Sacros. Eccles. & l. his solis §. satis etiam C. de reuoc. donat.* & notant Alex. *in l. peregre §. 1. ff. de acq. possess.* Ruio. *in l. 2. n. 95. ff. de leg. 1.* & Riminald. *instit. de donat. n. 227.*

49 Et non solùm licèt, sed etiam stante bona ipsorum dispositione valdè eis expedit quotidiana sumptio Eucharistiæ ab intimatione sententiæ, vt per Io. Sanc. *in select. disp. 40. n. 40.* & Quintanaduen. *singul. 14. de Euch. n. 1.* Quia tunc maximè indigent roboratione, & antidoto spirituali pro vincendis tentationibus, & præseruatione à peccatis. Vnde in die supplicij esse ministrandam, tradunt Maiol. *lib. 3. de irreg. cap. 34. n. 15.* & de praxi testatur Corsetus, & Scappus locis supracitatis. Non potest tamen pluries non ieiunis ministrari Eucharistia, nisi ex aliquo accidenti differatur supplicium vltra quatuor dies, postquam non ieiuni illam sumpserunt; quia iuxta Rituale Romanum Pauli V. *tit. de commun. infirm.* non potest Viaticum ministrari de nouo, nisi infirmus per aliquot dies superuiuat; & ideò à prima sumptione vsque ad secundam quatuor dies regulariter requiruntur. Pluralitas enim dictionis *aliquot* importat pluratiuum significati dictionis *aliquis*. Dictio autem *Aliquis* habet vim pluralem *l. si verò plures §. aut Prætor ff. de his, qui deiec.* Rot. *dec. 668. n. 5. p. 2. rec.* Vndè cum pluralis numerus saltem duo requirat *l. vbi numerus ff. de testib. & cap. pluralis de reg. iur. in 6.* deberent inter vnam, & alteram sumptionem viatici intercedere saltem duos dies. Cùm ergo dicat *si aliquot dies vixerit*, necesse erit, quod intercedant saltem quatuor dies, quia pluralis dictio *Aliquot* importat pluralem significationem dictionis *Aliquis*, atque adeò pluralitatem saltem quatuor dierum.

50 Si quis verò pridie ad supplicium sumpsit Eucharistiam, poterit in die supplicij non ieiunus communicare; nam Eucharistia per modum Viatici est ministranda de proximo morituris, & quando probabile est, quod eam amplius non sint sumpturi, vt habet Rituale Romanum Pauli V. *loc. cit.* Ergo damnatus potest differre adimpletionem præcepti ad ipsum diem mortis, & tunc potest sumere non ieiunus, cum hoc sit priuilegium Viatici; quod si damnatus ad mortem pridie ante supplicium sumpsit Eucharistiam per modum Viatici, non poterit amplius sumere die sequenti, in quo morte afficiendus est, nisi sumat ieiunus, etiamsi ex inaduertentia sumpsisset cibum; quia iam impleuit præceptum Viatici, & Eucharistia non potest ministrari per modum Viatici non ieiuno, nisi post aliquot dies iuxta Rituale Pauli V.

51 Quod demùm ad fenestram Ecclesiæ, probato quod reus comprehensus fuerit in illa, gaudebit immunitate, Donat. *de asyl. resol. 39. n. 8. & seqq.* & *resol. 59. num. 8.* Gimb. *cons. 20. n. 20. & seqq.* Mar. Ital. *de immun. Eccles. lib. 1. cap. 4. §. 9. n. 24. & seq.* Dian. *d. p. 1. tr. 1. resol. 73. & p. 6. tr. 1. resol. 3.* Trulleoch. *in decal. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 4.* Sperel. *dec. 63. n. 8. & seqq. lib. 1.* & pluries à S. Congregatione declaratum, testatur Donat. *d. resol. 59. n. 8.* Ideòque articuli ad id probandum admittendi sunt. Quinimmò ad hunc effectum sufficit sola depositio Archipresbyteri, vel alterius Sacerdotis eiusdem Ecclesiæ sic affirmantis, cui plena fides adhibenda est, cum habeat vim duorum testium Honded. *cons. 77. num. 38. vol. 1.* Menoch. *cons. 92. n. 89. lib. 1.* Roland. *cons. 24. num. 52. vol. 1.* Costa *cons. 40. n. 13.* & Rota coram Mantica *dec. 125. num. 1.*

Præsertim si examinatus sit ad instantiam fisci, & Curiæ Episcopalis, qui propterea licèt vnicus plenè probaret, Alduin. *cons. 22. n. 38.* Turrett. *cons. 72. n. 20. lib. 3.* Honded. *cons. 99. n. 17. vol. 1.* Farinac. *cons. 89. n. 11. lib. 1.* & *cons. 193. n. 50. lib. 2.* Vel si ad hunc effectum à comprehenso vocatus fuerit in testem suæ capturæ factæ in loco immuni, & sic plenius probaret, cum de facto proprio deponeret, Rota in Romana separationis bonorum 20. Aprilis 1646. coram Verospio. Accedentibus etiam depositione ipsius rei comprehensi, & alijs circumstantijs, res erit concludentissimè probata, Rot. *dec. 325. n. 4.* coram Mantica. 52

Ex quibus articuli omninò admittendi sunt, eòque facilius, si testes reperiantur in Vrbe, in qua examen passim, & facillimè admittitur, Rot. *coram Verallo dec. 47. p. 1.* & *in rec. dec. 416. n. 5. p. 5.* & in Romana census 1. Iulij 1641. coram Bichio, & super omnibus articulis, etiam quod vnus tantùm articulus releuans esset, vt latè firmat Rota in Toletana decimarum 16. Martij 1648. coram Celso. Et facilius cum omnes sint releuantes, & releuantia sit manifesta, cum tamen articuli sint absolutè admittendi, etiam quando ipsa releuantia esset dubia, vt pariter firmatum fuit in dicta Toletana decimarum *sub §. Rota enim.* 53

Quæ articulorum admissio eòque magis concedenda erit, si ageretur de præiudicio fideiussorum, quos dictus reus comprehensus de tuto carcere exhibuit. 54

Cæterùm comprehensio præsumitur ritè, ac rectè facta ita, vt contrarium asserenti incumbit onus probandi; quod dici non potest adimpleri ex probationibus summatiè, & absque S. Congregationis Immunitatis mandato factis, attenta præsertim protestatione partis, quæ est citanda iuxta textum *in cap. si Iudex laicum de sent. excom. in 6.* Gratian. *discept. 190. n. 17.* Quare probationes huiusmodi non solent referri in d. S. Congregatione, nisi factæ sint de eius mandato, & partibus auditis. 55

CONSVLTATIO XXVIII.

An Episcopus in declaratione facienda, an reus confugiens ad Ecclesiam, gaudeat immunitate, debeat procedere seruato iuris ordine?

NEgandum, ac proindè aliqualem etiam extraiudicialem informationem sufficere videtur; quæ opinio videtur magis consona verbis, ac menti Bullæ Gregorij XIV. vt per Farinac. *in appen. de immun. Eccles. cap. 9. n. 135. & cap. 22. n. 375.* & *in addit. ad cons. 168. lit. A. & B. & in cons. 211. n. 9.* Gratian. *discept. for. cap. 596. n. 22. & seqq.* Giurb. *cons. 100. n. 28.* & *cons. 50. n. 2. & 10.* Gambacurt. *de immun. Eccles. lib. 6. cap. 5. signatè n. 5. & 6.* Donat. *de asyl. resol. 188. n. 2. & 3.* Remig. *eod. tit. q. 2. n. 3.* Nouat. *in sum. Bullar. de immun. Eccles. cap. 94. n. 96. & alios.* 1

Primò quia in Constitutione Gregoriana nulla est præfinita forma, siue modus hanc rem cognoscendi ita, vt eius verba in quacumque cognitione verificentur, atque adeò non est necessaria rei confugientis citatio, neque plenaria cognitio, sed summaria tantùm, ac semiplena, & extraiudicialis. 2

Secundò, quia hæc cognitio commissa est iudicio Episcopi per hæc verba: *Si præfata delicta, eorumue aliquod iudicio suo commissa videbuntur.* Hæc autem verba boni viri arbitrium denotant, & æquiparantur verbis discretioni tuæ, vt tradunt Felin. *in cap. 1. num. 51. de constit.* Menoch. *de arb. q. 8. n. 17.* Gratian. *loc. cit. n. 29.* Giurb. *d. cons. 100. n. 28. in fine.* Quare sufficit rei gestæ examen ad institutionem tantùm Episcopi, cum præsertim in quæstionibus emergentibus non requiratur plena causæ cognitio, sed satis est cognitio extraiudicialis, Bartol. & Bald. *in l. ius alimentorum ff. vbi pupil. educ. deb.* & Gratian. *n. 25.* 3

Ac tertiò, quia immunitatis priuilegium primo, ac principaliter non est concessum reis confugientibus, sed 4

Eccle-

Ecclesijs, *cap. inter alia de immun. Eccles. & l. pateant C. de his, qui ad Eccles. confug.* Et licèt rei confugientes in hoc habere possiot commodum in coosequentiam, inde tamen non fit, vt eorum citatio requiratur, quia illi, de quorum commodo agitur in consequentiam citandi noo sunt, *l. de vnoquoque*, vbi Glossa, & Alex. *n. 17. de re iudic.*

5 Ex quibus sufficere, quod Episcopus aliqualem cognitionem pro securitate suæ conscientiæ adhibeat, etiamsi illa sit extraiudicialis, ac etiam absque processu se instruat, concludit Remigius *loc. alleg.* vbi has informationes secretò, ac sine vocatione partis sumendas esse ait, Gratian. *ibid. n. 22. & seqq.* vbi tenet, satis esse informationes à Iudice laico captas, Giurba *d. cons. 50. n. 10. & cons. 70. n. 23.* vbi præsumptiuam probationem sufficere tradit, & latios *cons. 100. n. 28.* vbi noo solùm asserit, sufficere extraiudicialem cognitionem, & informationem à Iudice laico captam, sed Farinacium, & Ambrosinum contra sentientes ineptia redarguit ipse Farinac. *in addit. ad cons.* 168. vbi ex Breue Clementis VIII. concludit contra ea, quæ non à se, sed ab alijs in præcedeoti Consilio deducta fuerunt, ac idem coofirmat *cons. 211. n. 19.* Nouat. *loc. cit.* vbi contrarijs respondet, & de praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ testatur Gambacurta eo loco, vbi tuetur non exigi rei citationem, neque cognitionem maiorem ea, quæ ante Bullam Gregorianam exigebatur. Idem firmat Donat. *vbi supra*.

6 Horum sententia confirmata videtur litteris in forma Breuis Clementis VIII. sub die 6. Februarij 1597. quibus scripsit Archiepiscopo Panormitaoo, vt super qualitatibus delictorum immunitatem Ecclesiæ excludentibus se instrueret summariè, simpliciter, & extraiudicialiter, & quantum pro suæ conscientiæ informatione sufficere ipsi visum fuerit. Vnde Farinac. *in appendic. de immun. Eccles. cap. 22. n. 375.* & in *addit. ad cons.* 168. ait iuxta hanc declarationem Clementis VIII. intelligendam esse Bullam Gregorianam, neque amplius esse quærendum; sed secundùm hanc declarationem Episcopos iudicare debere, Nonar. *ibidem cap. 94.* de quo meminit Giurb. *d. cons. 50. n. 2.* qui post dictas litteras hanc sententiam vsu receptam testatur. Et hanc eandem sententiam pluries sequuta est S. Congregatio Immunitatis, vt refert idem Donat. *d. resol. 89.* io Melitensi 9. Martij 1632. his ijsdem verbis, *Bullam Gregorianam non præscribere certam, & determinatam formam adhibendam in declaratione per Episcopum facienda, an confugiens debeat gaudere immunitate, vel ne, sed sufficere qualem qualem cognitionem, etiam extraiudicialem.*

7 At oihilominùs cootrarium tenendum est, tum ex alibi adductis, tum etiam quia, licèt non desint Doctores dicentes, quod processus fabricatus super delicto ad effectum cognoscendi de immunitate Ecclesiastica non indigeat legitimatione, moti ex eo, quod satis est causam immunitatis cognosci summariè, & sine partis citatione, vt Merlin. Pignatel. *contr. for. c. 64. n. 8.* Nam huiusmodi processus non formatur, nisi ad effectum cognoscendi de qualitate criminis, non autem condemnandi delinquentem, quæ non requirit exactam iudicij solemnitatem. Sufficit enim, quod probationes sint tales, quod ex illis tortura inferri possit, Giurba *cons. 22. n. 21.* Et ideò admitti probationem per indicia, & coniecturas, firmat Rota in Cathacen. Ecclesiæ 1. Iulij 1644. coram Coccino, & Castil. *dec. 156. n. 9.*

8 Alij tamen docent, requiri probationem plenam, ac veram, vt Bonac. *d. tom. 3. de censur. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 12. n. 8.* ac cæteri cum Vermigliolo *cons. 99. n. 2. & seqq.* ac ita, vt semiplena probatio non sufficiat, com non veniat appellatione veræ, ac plenæ probationis, *l. huius ff. de condit. & demonstr.* Glos. *in cap. statutum de rescript. Roman. in l. 1. C. de testam. milit.*

9 Quare iuxta hanc secundam opioionem dicimus, quod requiritur vera, & plena probatio, idque ex authoritate Constitutionis Gregorianæ, ibi: *Cognito prius per Episcopum, vt ipsi verè crimina superius expressa commiserint.* Quæ verba sigoificant, quod delictum exceptum sit manifestum, & clarum, non autem præsumptum, *arg. textus in l. Cum his §. modus ff. de transact.* Nam cum huiusmodi probatio sit grauis præiudicij, non sufficit præsumptiua probatio, sed requiritur plena indagatio, *auth. hodie C. de repud. l. miles, §. pen. ff. de adult.* Bald. *in l. tabularum §. si dubitetur n. 3. ff. quemadm. testam. aper.* Dum ergo requiritur, quod plenè, ac verè probetur delictum, vtique dicendum est requiri, quod testes legitimentur. Quia non dicitur verè constare de delicto, nisi legitimato processu, quia tunc dicitur constare secundùm regulas iuris iuxta ea, quæ tradit Clarus *q. 10. n. 2. & q. 45. n. 13.* Farinac. *q. 72. n. 103.* & Cabal. *cas. 279. n. 4.*

10 Neque obstat, quod ex qualitate criminis, nempè crassationis, proditionis, vel assassinij potest procedi ex abrupto, & ex solo processu informatioo, vt traduot Afflict. *dec. 301. n. 5. & 20.* Grammat. *cons. 64. n. 4. & vot. 3. n. 23. cum seqq.* Bursat. *cons. 201. n. 102. lib. 2.* Osasch. *dec. 79. n. 19.* Farinac. *q. 39. n. 31. & cons. 103. n. 5.* Et sic nulla videtur requiri legitimatio.

11 Nam quod iudicium immunitatis est potius iudicium facti ciuilis, quàm criminalis, qoia disputandum est, an reus delinquens gaudeat immunitate, nec ne, notat Anast. Germon. *tit. de immun. lib. 3. cap. 16. n. 22.* Iura enim immunitatis non admittunt hunc modum procedendi ex abrupto, cum immunitas sit priuilegium Ecclesiæ principaliter attributum, quod non est restringendum hisce modis dispensatiuis, & à naturali iure exorbitantibus. Prætereà non videretur constare, quod inquisiti verè crimina excepta commiserint, nisi testes fuerint legitimati. Nam verbum *cognito* idem est, ac legitimè cognito, adeò quod citato reo testes fuerint examinati, & sic per citationem contra eundem inquisitum executam, admonetur idem inquisitus ad præparandum suas defensiones, & fiscus ad tuendum iura Ecclesiæ, vt per Peregrin. *de immun. cap. 3. n. 11.* Bero. *cons. 168. n. 39.* apud Farinacium, ipse Farinac. *in append. ad immun. cap. vlt.* Pelliz. *in man. Regul. to. 2. tr. 8. c. 5. n. 43.* Castropal. *p. 2. tr. 11. disp. vn. pun. 13. n. 1011. ac seq.* qui contrarium oegat, esse in praxi receptum, Thom. Delbene *cap. 16. de immun. dub. 44. sect. 1.* Ciarlin. *cap. 10. n. 149.* Immò si reus oon citatus spontè compareat, & petat audiri, audiendus est, Ciarlin. *loc. cit. num. 152.* Grasset. *anot. nec. prodit. §. 29. n. 107.* ac proindè postea publicandus est ei processus, vt volunt Farinac. *in d. append. n. 376.* Vermigl. *cons. 103. n. 2.*

12 Si ergo publicandus est processus, legitimatio quoque adhibenda est; quia legitimatio est quædam solemnitas, quæ si non adsit, processus non est validus, immò non subest vlli exeeptioni, qoia non ioterest partis ratione commodi, neque ratione vindictæ per ea, quæ tradit Bald. *in d. l. Tabularum §. testamentum n. 2. ff. quemadm. testam. aper.*

13 Ad litteras Clementis VIII. respondi *to. 1. Consul. 127. à n. 11.* ac alibi, quos locos adi. Et ad declarationem S. Congregationis Immunitatis respondeo, verum esse, quod ad effectum extrahendi delinquentes non requiruntur probationes concludentes, sed pro arbitrio, & conscientia Episcopi, vt etiam declarauit eadem S. Congregatio die 15. Iunij 1638. in Meliuetana, idque tamen vt extracti in Ecclesiasticis carceribus constituantur, donec ab Episcopo cognitum fuerit, an aliquod ex criminibus exceptis commiserint: eadem S. Congregatio in Neapolitana 30. Septembris 1616. Sic etiam S. Congregatio Episcoporum negotijs præposita in Neapolitaoa 23. Aprilis 1602. & in Messinensi 4. Maij 1604. & in alia Neapolitana 1. Iulij 1622. declarauit, ad licentiam extrahendi concedendam non requiri certitudinem delicti, sed sufficere dubium, neque esse necessarium, quod talis opinio, vel dubium resultet ex notitia indiciali, sed sufficere extraiudicialem, etiam quæ resultat ex processu laici. Ad effectum verò consignandi reum Curiæ sæculari non sufficit senteotia contumacialis, sed requiritur plena probatio, eadem S. Congregatio super Episcop. in Cremonen. 24. Februarij 1612. & in Lucensi 27. Iulij 1618. Nec potest consignari reus propter solum processum factum à Iudice laico, eadem S. Congregatio Episcop. in Neapolitana 25. Iunij 1600. & in Vestana 15.

Octo-

Octobris 1613. & S. Congregatio Immunitatis declarauit die 7. Nouembris 1651. in Laudensi ad priuationem priuilegij Immunitatis requiri concludentem probationem. Et 1. Iulij 1622. eadem S. Congregatio super Episcopis in Neapolitana dixit, Decretum Clementis VIII. ad Archiepiscopum Panormitanum fuisse locale.

CONSVLTATIO XXIX.

An Clerici creditores possint tutò prouocari ad iudicium concursus vnà cum laicis creditoribus coram Magistratu sæculari, cui ex statuto laico de modo procedendi in causis decoctorum hoc munus incumbit? Vbi quid de edicto laico, vt compareat coram se, qui sua putauerit interesse in causa?

1 AFfirmant Anchar. *in cap. ea, quæ 26. n. 21. de regul. iur. in 6.* adducens exemplum Clerici authoris laudati, Aloys. de Leo *in l. cum solito n. 11. C. qui bon. ced. poss.* Viu. *dec.* 38. *n.* 8. Vrsill. *ad Afflict. dec.* 380. *n.* 7. Mattril. *dec.* 79. *n.* 5. asserentes, ita fuisse iudicatum, Anton. de Amat. *resol.* 38. *n.* 8. Ceual. *de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 72. *n.* 3. & fusè Salgad. *in laber. credit. p.* 1. *c.* 6. *n.* 8. *cum seqq.* ac Thom. Delbenè *de immun. Eccles. cap.* 9. *dub.* 12.

2 Ratio autem est primò, quia in hoc casu nulla interuenit læsio immunitatis Ecclesiasticæ; quia in hoc iudicio Ecclesiastici non sunt rei necessarij, sed actores voluntarij, dum non possident; sed prouocantur solùm ad exhibendum sua, & ideò non sunt audiendi, quatenus apponant declinatoriam. Actores autem tenentur sequi forum rei *cap. si Clericus de for. comp.* quod autem Clericus vbi non possidet, verè sit actor voluntarius prouocatus ad exhibendum sua iura, non autem reus, probat Vbert. *de cit. cap.* 5. *n.* 130. post Bald. & alios *in l. Testamenta C. de testam.*

3 Secundò, quia cum iudicium Concursus sit ex sua natura vniuersale, quia in illo agitur de toto patrimonio communis debitoris, ac de cessione omnium bonorum à communi debitore simul facta, vt post plurimos allegatos firmat idem Salgad. *d. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 12. ideòque in huiusmodi iudicio nihil aliud agatur, quàm de diuidendo inter omnes creditores patrimonio communis debitoris iuxta eorum anterioritatem, & potioritatem, est vtique iudicium indiuiduum, vt rectè idem Salgad. *d. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 4. *& seq.* Et propterea omnes creditores etiam Ecclesiastici tenentur comparere, & tanquam actores ius suum deducere coram Magistratu sæculari ad id deputato, quando introductum est in eius Tribunali iudicium vniuersale dicti concursus.

4 At nos negatiuam amplectimur cum Martha *de iurisd. par.* 4. *centur.* 2. *cas.* 123. *num.* 9. *& seq.* Duardo *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 11. *num.* 53. Diana *part.* 1. *trat.* 2. *resolut.* 22. & generaliter asserimus, Iudicem, siue Magistratum huiusmodi prouocantem ad hoc iudicium Clericos, Ecclesiasticas personas, loca pia incurrere in excommunicationem *can.* 15. *Bulla in Cœna Domini* inflictam in trahentes ad forum laicum personas Ecclesiasticas *quouis quæsito colore*. Quæ clausula roborat prohibitionem, ne prætextus, etiam beneficij ipsorum Clericorum, qui trahuntur, possit suffragari.

5 Ratio autem est, quia omnis actus iuridicus laici in Clericum etiam in fauorabilibus, cum fiat per modum superioritatis, est inualidus, & illicitus ex Doctoribus *in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.* Vndè optimè ex hac clausula adnotauit Bonacina *pun.* 5. *n.* 13. in hunc *canon.* 15. non excusari trahentem ex intentione absoluendi; quia absolutio est actus iudicij, & superioritatis; quod etiam tenet Carol. de Graff. cum alijs *effect. Cler.* 1. *n.* 257. Et ex hac ratione euertitur fundamentum Salgadi, Delbenè, & aliorum.

6 Neque obstat, quod exemptio Ecclesiastica fauore Ecclesiasticorum inducta, non debeat verti in præiudicium eorundem, vt priuentur vtilitate, quæ posset sperari ex huiusmodi iudicijs laicis. Nam fauor potior omnibus est exemptio, quæ cum sit generalis totius Ordinis Clericalis, non debet prætermitti ob priuatorum interesse. Et hanc sententiam olim sequuta est S. Congregatio Immunitatis, quæ supplici libello ab Alexandro VII. sibi transmisso pro Consulibus Mercatorum Ciuitatis Anconitanæ supplicantibus, posse prouocare Clericos in huiusmodi iudicio, respondit, *Nihil*.

Hinc Iudex laicus innodatur *d. can.* 15. tanquam indirectè trahens generaliter in aliqua causa edicens, vt compareat coram se, qui sua putauerit interesse in ea causa, si nouit, vel probabile putauit interesse tangere aliquem ex Clericis, quoties intendit inducere, etiam Clericos, vt coram se compareant; secus si de solis laicis intendat, cum Clericus suo foro relinquere mens sit; quamuis vbi Clericorum, & laicorum simul vrget interesse, & causa disiungi non potest, pertineat id ad Iudicem Ecclesiasticum, argumento, quod dignius trahit ad se minus dignum; quod si nihil de Clericis cogitarit, præsumitur ad solos laicos edictum extendi, cùm nullus præsumatur eos in ius vocare, in quos ius non habet; quare comparentem Clericum tenetur non admittere, sed remittere ad suum Iudicem. 7

Et quamuis sint, qui absolutè putent, huiusmodi edicta, etiam ad Clericos extensa nihil præiudicare Ecclesiasticæ exemptioni à foro laico; nam, inquiunt, nullus cogitur ad comparendum, cum in Clerici arbitrio sit comparere, vel non; vndè & nulla arguitur ex hac citatione superioritas in citante, argumento eorum, quæ Glossa *in cap. Cum causam, v. ad illis duobus, de offic. deleg.* & est potius monitio, quàm citatio, & ad voluntatem exequendam, non ad causam. Ideò enim citatus non comparens non dicitur contumax, quia accedit voluntarius, & voluntariè reus est quasi actor, vt post alios latè Dec. *in cap. Cum inter n.* 36. *& seq. de except.* Felin. *in cap. intelleximus de iudic.* Doctores *in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Clericus autem, vt actor, non prohibetur à iudicio laicorum, vt per Bald. Castr. & Ias. *in l. testamenta n.* 4. *C. de testam.* & alios, quos citant, & sequuntur Surd. *dec.* 26. Afflict. *dec.* 24. *&* 85. Vbi etiam Vrsillus, cùm hæc sit praxis Regni Neapolitani ex Constitutione Regni, cuius initium: *Omnis depradatio*, Roland. *cons.* 29. *col.* 2. Graff. *lib.* 4. *dec. cap.* 18. *n.* 128. loquens, dum agitur de spolio, seu manutenentia in possessorio, & alij apud Dianam *d. p.* 1. *tr.* 2. *resol.* 20. qui proponit hunc casum de citatione facienda in confectione inuentarij. 8

Horum tamen sententiam reprobo cum Martha *loc. cit.* Duardo *q.* 11. *n.* 50. Grammatico *dec.* 51. Ambrosino *de Immunit. cap.* 22. *n.* 73. & alijs. Tum quia huiusmodi citationes edictales exorbitant à iure communi, præsertim canonico, vt habetur ex *Clem.* 1. *de iudic.* & *Clem. causam de elect.* Vndè quando sumus certi de persona, vt est in hoc casu, in quo suppono esse notum Iudici, quod tangatur interesse Clericorum, citatio generalis est inualida, vt habetur ex dictis iuribus, & ex Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum n.* 16. Tum quia huiusmodi citatio est actus iurisdictionis, qui nullo modo potest exerceri in Clericum. Nam negari non potest, dum Clericus virtute huius citationis comparet, quin dicatur trahi saltem indirectè, quod tamen est *in d. can.* 15. Bullæ Cœnæ expresse inhibitum. Tum quia non comparendo, & si formaliter non damnetur de contumacia, proceditur tamen ad vlteriora in præiudicium ipsius; quamobrem dicitur cogi, in quantum si non compareret, eius interesse periclitaretur; neque est tantùm actor, qui cogitur in iudicio respondere aliorum actionibus, si aderunt, verbi gratia, quando ipse Clericus possideret, quo casu, cùm certum sit sua interesse, non potest esse reus voluntarius. 9

Si ergo fiat hæc generalis citatio ad effectum, vt Clericus compareat, innodabitur Iudex, etiamsi de facto Clericus non compareat. Non enim stante clausula, *Vel trahi procurant*, necessarium est ad hanc censuram incurrendam, quod Clericus compareat, & multò minus, quod audiatur, vel iudicetur, quidquid in contrarium 10

rinm videatur seotire Duard. *q.* 10. *n.* 4. & sentiat reuera Bonacina *d. pun.* 4. *n.* 18. *& seq.* Vbi ait, citarionem secundùm se non inducere censuram, quia simplex citatio non trahit, tunc autem inducere, si virtute illius Clericus compareat; quin addit, oec per capturam, seù mandatum illius ea secuta, induci hanc censuram, si ad actum iudicij captus non trahatur: qoæ omnia clausula dicti *canonis* 15. considerata nequeunt admitri; qoia ad minus verificatur, quod *trahi procuret* de eo, qui ad hunc effectum citat, capit, maodat, &c. Vnde sententia hæc Bonacinæ non est bona Cœnæ Domini interpres.

CONSVLTATIO XXX.

An simplex præceptum Curiæ Ecclesiasticæ sub pœna excommunicationis super excarceratione coloni partiarij modicæ quantitatis terrarum mensæ Episcopalis, à quo fuit illicò appellatum, & declaratoria censurarum intra sex horas sine citatione personali, comparente tertio, ac protestante post appellationem prolata absque citatione ad videndum iurare testes, sint valida, & iusta? Vbi quid si colonus obtinuerit inhibitionem ab Episcopo, & pro maiori parte anni viueret ex fructibus Coloniæ? quidue de conductoribus, & affictuarijs?

1 HViusmodi censoræ non solùm sunt reuocandæ, vti nullæ, & ioiustæ, declarando Iudicem sæcularem non esse illis irretitum, quia excommunicatio ootoriè nulla, est ioiusta non ligat, neque iodiget absolutione ad textum *in cap. cum contingat ibique* Abb. *n.* 2. *de offic. de leg. can. cui est illata* 46. *q.* 3. ibi: *Et se non absolui desideret, quasi nullatenus prospexit obligatus*, Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 21. Suar. *eod. tr. disp.* 4. *sect.* 7. Farinac. *in fragm. p.* 1. *lit. E. n.* 29. Sperel. *dec.* 48. *n.* 12. *tom.* 1. *& dec.* 101. *n.* 22. *tom.* 2. ac Rot. *in rec. dec.* 568. *n.* 5. *p.* 8.

2 Sed etiam Episcopus, qui nulliter, ac iniustè processit condemnandus & ad omoia damna, & interesse per textum in *cap. Sacro* 48. vbi Glos. *v. interesse*, *de sent. excom.* Sayr. *d. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 16. Vbi ait, id procedere siue nullitas processerit ex ignorantia, siue ex temeritate, siue ex oegligentia excommunicantis, Monet. *de distrib. p.* 2. *q.* 15. *n.* 45. Farinac. *loc. cit. n.* 42.

3 Nullitas resultat primò, quia præceptum huiusmodi noo continet terminum ad allegandum causas, si quas citatus haberet contra illud, neque clausulam iustificatiuam, si te senseris grauatum, sed est simpliciter præceptiuum de excarcerando, in quo casu dicitur oullum, & inconsultum, cum nemini debeat auferri defensio, atque adeò oon solum corruit ipsum præceptum, sed etiam excommunicatio illi accessoria, Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 18. *n.* 4. *in fin.* Sayr. *d. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 28. Nauar. *in Man. cap.* 27. *n.* 11. & io *cap. Cum contingat in* 8. *caus. nullit. n.* 4. *de rescript.* Secundò ex defectu citationis personalis per textum *in cap. Sacro de sent. excom.* & per alia alibi addocta. Adeòque, vt non obstet, quod citatio conualidetor per comparitionem citati; quia id potest procedere, quando citatus, vel eius legitimus procurator comparuit; secus est, quando comparet tertius, de cuius mandato procuræ non constat; quia factum non legitimi procuratoris, non potest dominum afficere, neque ei præiudicare, Bald. *in l. falsi col.* 2. *C. de furt.* Cardio. *in Clem. pastoralis §. cæterum de re iud.* Dec. *cons.* 457. *in princ.* Vant. *de nullit. ex defect. mand. n.* 60.

4 Et nihilominus, quateous comparitio esset valida, debet attendi protestatio comparentis, nec potest deueniri ad declaratoriam, si ab illo appelletur, vt mox dicetur.

Tertiò ob breuitatem termini sex horarum, qoibus Episcopus iossit excarcerationem, & sententiam excommunicationis protulit. Mooitio enim debet continere aliquod dierum ioteruallum, nec potest restringi, nisi periculum esset in mora, quod in hoc casu abest, per textum *in cap. Constitutionem in fine de sent. excom. in* 6. ibique Doctores, & tradit Couat. *in cap. alma mater p.* 1. *§.* 9. *n.* 5. *eod. tit.* Sayr. *d. cap.* 12. *n.* 32. *& seqq.* Bellet. *disq. Cler. p.* 1. *tit. de sau. Cler. can. §.* 4. *n.* 43.

Quare, stante hac imprudeoti breuitate termioi, non 5
solùm monitio, & citatio fuit nulla, neque arctauit citatum ad comparendum, vt post Bartolum, Abbatem, & alios tenet Grauat. *ad Vestr. in pr. lib.* 7. *cap. fin. n.* 29. Afflict. *dec.* 124. *n.* 3. & Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 67. verùm etiam ipsa excommunicatio, vt in terminis excommunicationis latæ post terminum sex horarum Sperel. *dec.* 48. *n.* 15. & Rota io Leodiensi Abbatiæ 6. Nouembris 1620. coram Sacrato, qoæ sic ait:

Quantum ad secundum processum factum vigore litte- 6
rarum expeditarum in forma gratiæ, videbatur aliquibus ex dominis, quod ex quo Nicolaus elegerat viam ordinariam, non potuerit postea conuolare ad viam executiuam, *Cæsar de Gras. dec.* 2. *n.* 2. *&* 3. *de sent. excom.* Rot. *dec.* 53. *n.* 6. *lib.* 3. *p.* 3. *diu. cum alijs per Gonzal. super reg.* 8. *glos.* 6. *n.* 492. *Omnes tamen amplexi fuerunt illud fundamentum, quod iste Iudex processerit nimis præcipitanter, dando scilicet solum terminum sex horarum pro tribus terminis ante incursum excommunicationis necessarijs iuxta cap. Constitutionem §. statuimus de sent. excom. in* 6. *vbi Gemin. & Franch. in princ. Couar. in cap. alma mater p.* 1. *§.* 9. *n.* 3. *Nauar. in man. cap.* 27. *n.* 11. *Est enim certum, sententiam ob nimiam præcipitantiam reddi nullam, & dari appellationem, vbi aliàs non daretur iuxta notata in cap. præterea de appel. & in can. Sciendum* 29. *d. Bartol. in l. prolatam in fin. C. de sent. Abb. cons.* 46. *n.* 1. *lib.* 2. *Alex. cons.* 123. *n.* 24. *lib.* 4. Barbat. *cons.* 1. *n.* 32. *Ideòque cum, & Vuinandus ab istis decretis præcipitantibus appellauerit; appellatio fuit iuridica ex modo dictis, atque gesta post istas appellationes fuerunt nulla, & attentata ex allegatis in principio.* Ita Rota.

Quod eo minùs fieri potest, quando citatio non est 7
personalis, prout seruatur in Curia, vbi si citatio non sit personalis, noo potest fieri ad hodie per totam, Specul. *cit. §.* 1. *§. Item quia, facta ex intra nimis angusta tempora*, Afflict. *dec.* 124. *in fin.* Cassador. *dec.* 6. *in fin. de dol. & cont.* Vant. *de nullit. ex defect. cit. n.* 67. *& seq.* Idemque dicendum, si citatio moneat excommunicandos ad comparendum in termino, exempli causa, viginti quatuor horarum sub comminatione, quod aliàs hora immediatè sequenti procederetur ad excommunicationem, & nihilominùs sententia declaratoria promulgaretur ante horam cadentis citationis. Nam hoc casu censura esset nulla Felin. *in cap. consuluit n.* 3. *&* 4. *de offic. deleg. & in cap.* 1. *n.* 22. *de iudic.* Rot. *dec.* 340. *n.* 1. *p.* 1. *rec.* Ideòque non potest reddere contumacem citatum oon comparentem, & sub hoc prætextu contumaciæ illum censuris innodare, Felin. *d. cap.* 1. *n.* 22. *de iudic.* Rot. *d. dec.* 34. *n.* 1.

Præcipuè cum Episcopus præceperit positiuè sub pœna 8
excommunicatioois, quæ verba sunt latæ sententiæ, Sayr. *d. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. Vndè multò magis apparet oullitas, & præcipitantia Iudicis; qoia com intra tam breue tempus oon potuerit Iudex adhibere causæ cognitionem, neque audire defensiones citati, sententia tam præcipiti festinatione prolata ob termini breuitatem remansit nolla, *cap. Cum ex litteris de in integr. restit. lib.* 2. *& l. fin. C. de sent. ex breuit.* Crauet. *cons.* 150. *n.* 2. *& alij*, quos sequitur Mascard. *de prob. concl.* 141. *num.* 2. *& seqq.* Rot. *dec.* 507. *n.* 5. *p.* 4. & *dec.* 570. *num.* 2. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Quartò excommunicatio fuit, & est oulla, atque 9
attentata, vti lata post interpositam appellationem à dicto præcepto comminatorio censurarum. Licèt enim à sententia excommunicationis non detur appellatio, vt declarauit sæpiùs S. Congregatio Immunitatis, & ab illius declaratoria in materia immunitatis; certum tamen est, quod datur à præcepto de aliquid faciendo sub comminatiooe excommunicationis, & excommunicatio postea lata est oulla, & attentata, neqoe ligat, siue appelletur iudicialiter, siue extraiudicialiter *cap.* 1. *de appel. cap. per tuas de sent. excom.* Franch. *in cap. Sæpè n.* 30. & *in cap. peruenit n.* 6. *de appel.* Angel. *cons.* 188. Nauar. *in cap. Cum contingat in* 14. *caus. de rescript.* Co-

uar.

uar. *in cap. alma mater p.1.§.7.n.5. de sent. excom. in 6. cap. dilecti 2.* ibique Abb. *n. 2. de appel.* Farinac. *q. tot. n. 70.* Scacc. *de appel. q. 17. limit. 22. n. 47. & n. 54.* Vbi quod taliter excommunicatus potest celebrare, exercere officia, omniaque alia, non obstante excommunicationis sententia, Borgnin. *dec. 33. n. 2. 35. 49. & seq. p. 2.* Tomat. *dec. 18. n. 1.* & Sperel. *dec. 48. n. 7.* & alij adducti à Ridolph. *in pr. p. 2. cap. 8. n. 198.* Eòque magis, si expedita fuerit, & Episcopo præsentata inhibitio Auditoris Cameræ, & S. Congregatio Immunitatis auocauerit ad se causare ad effectum illam cognoscendi, & nihilominùs Episcopus, contempta inhibitione, & Sac. Congregatione, nec expectato illius iudicio, protulerit sententiam excommunicationis, & iusserit affigi illius edictum. Nam iustitia, & æquitas non patitur, quod partes, quæ legum præsidio tuentur, decipiantur sub fide publica, & liceat partibus temerè sibi ius dicere in contemptum Supremorum Tribunalium Vrbis, vt per Vermigl. *cons. 212. n. 8. & seq.* & *cons. 246. n. 21.* ac Rotam in Viterbiensi fideicommissi, siue attentatorum 12. Maij 1645. coram Eminentiss. Cerro, his verbis: *Proinde dum vltra deducta in actis, ex quibus attentata plenissimè iustificantur, etiam possessio partis, visum fuit Dominis, non esse amplius ambigendum de eorum reuocatione, quia attentata sunt priuilegiatissima, & ante omnia reuocanda tam ratione Iudicis, cuius maiestas fuit læsa, quàm ratione præiudicij partis, quæ ab attentante fuit contra dispositionem iuris temerè sua possessione spoliata, & denique ratione publici interesse, quia publicè interest, quod iuris, & legum ordo seruetur, Iudicibus obtemperetur, & partes, quæ sub clypeo legum securè dormiunt, illæsæ remaneant text. in cap. Cordi in fin. de appell. in 6.* Franch. *in cap. benè n. 14. eod. tit.* Alex. *cons. 99. n. 9. & 10. lib. 5.* Natt. *cons. 568. n. 4.* Rot. *dec. 5. n. 2. de restit. spol. in non.*

10 Neque Episcopus se tueri poterit, si Sac. Congregatio rescribat, vt sæpè solet, ad D. Secretarium cum A. C. iuxta mentem; ex hoc enim magis resultabit eius contemptus; quia debet expectare decretum S. Congregationis, non autem facere se interpretem, & iudicem causæ, cuius cognitionem illa sibi reseruauerat, vt sæpè respondit Rota arguendo Iudices de partibus, qui volunt interpretari inhibitiones Curiæ, & facere se Iudices causarum, quarum cognitio pertinet ad suprema Tribunalia Vrbis, Ridolph. *in pr. p. 3. c. 5. n. 231. & seqq. & 261.* cum binis alijs, Rot. *diu. dec. 201. n. 1. p. 2.* & *in rec. dec. 179. n. 2. & seq. p. 7.* & coram Merlin. *dec. 152. n. 5. & 6.*

11 Ac denique obstat nullitas totius processus, quia non est facta citatio ad videndum iurare testes, vt requiritur, iuxta notata *in cap. 1. de test. l. si quando C. eod.* adeò ut testes examinati parte non citata ad videndum iurare testes, ne faciant quidem indicium, Cresc. *dec. 2. n. 6. de test.* & cessante probatione, quæ prætenditur desumi ex depositione testium, sententia declaratoriæ non iustificatur ex actis, prout requiritur, Rot. *in rec. dec. 333. n. 4.* & *dec. 346. n. 1. p. 2.* & sic remanet notoriè iniusta, Cæsar. de Grass. *dec. 2. n. 6. de solut.*

12 Iniustitia liquet, cùm lata sit sub prætextu, quod Colonus modicæ quantitatis terræ mensæ Episcopalis gaudeat priuilegio fori; nam, quidquid sit de illa quæstione, an Coloni partiarij Episcoporum gaudeant immunitate, & priuilegio fori, pro qua pugnant hinc inde sententiæ, etsi numerantur Doctores, communior opinio est negatiua, vt patet ex adductis à Ciarlin. *contr. 186.* & à Delbene *de immun. cap. 4. dub. 15. n. 27. & seqq.* vbi sub *n. 30.* ingenuè fatetur, quod consuetudo stat contra huiusmodi Colonos, de quibus nos alibi; attamen certum est in casu, quo terræ mensæ Episcopalis sint modicæ quantitatis, cessat priuilegium fori iuxta distinctionem, quam sæpiùs amplexa est tum S. Congregatio Immunitatis, tum S. Consultæ, quæ pluries declararunt, Colonum partiarium gaudere priuilegio fori, quando in alicuius integri, & magni prædij cultura toto tempore anni, vel pro maiori anni parte occupatur, secùs quando est Colonus alicuius modicæ quantitatis terræ, vt ex declaratione emissa 9. Ianuarij 1610. Et ex illa Perusina, quam refert Sperel. *dec. 128. n. 33. p. 2.* & nos alibi. Ac cessat quoque in affictuario, & conductore, qui terras conducit, conuenta mercede alicuius responsionis. Hoc enim casu, quidquid sit de exemptione à vectigalibus, de quo alibi, omnes fermè Doctores tenent, quod isti non gaudent priuilegio fori, vt Thom. Delbene *vbi supra n. 27. & seqq. & n. 31.* vbi restringit hoc priuilegium ad solos Colonos partiarios Episcoporum, Gratian. *dec. March. 235. n. 4. & 5.* vbi distinguit inter affictuarios, & Colonos partiarios, Farin. *in pr. q. 8. n. 46.* qui pariter ita distinguit, & in fortioribus Ciarlin. *contr. 20. n. 36. p. 1.* & *contr. 186. n. 35. p. 2.* & alij communiter. Declarationes verò S. Congregationis Immunitatis loquuntur de Colonis partiarijs, non autem de conductoribus, & affictuarijs, respectu quorum S. Congregatio, & omnes Curiæ seruant contrarium.

Multòque magis, si huiusmodi colonia procurata sit in fraudem iurisdictionis laicalis, vt si extorta fuerit inhibitio, nedum pro ipso Colono, sed etiam pro tota eius familia; quod de iure non procedit, cùm eiusmodi exemptiones, vbi locum habent, sint personales, & ipsorum Colonorum personas non egrediantur. Vndè tanto magis est iniusta; nam sicuti æquum est, quod immunitas Ecclesiæ intacta seruetur, ita etiam æquum est, ne sub illius prætextu, & clypeo iura alterius fraudulenter lædantur. 13

At verò si Colonus obtinuerit ab Episcopo inhibitionem super exemptione fori, vt ne alibi, quàm coram Ecclesiastico Iudice iudicari posset ad formam Sacrorum Canonum sub pœna excommunicationis, eamque præsentauerit Iudici laico, & nihilominùs in contemptum dictæ inhibitionis Colonus ex mandato eiusdem Iudicis fuerit in carcerem coniectus, factoque processu super contrauentione dictæ inhibitionis, eaque plenè probata emanauerit à Curia Ecclesiastica præceptum super excarceratione dicti Coloni cum citatione ad allegandum causam, quare declarari non debeat excommunicatus intra sex horas, prout fuit declaratus ob dictam contrauentionem, & non paritionem in excarcerando Colonum, videtur ritè ac rectè relaxatam fuisse declaratoriam excommunicationis; quia Iudex laicus non debet cognoscere de viribus actus Iudicis Ecclesiastici, ex traditis per Sperell. *dec. 9. n. 53. cum seq.* Eòque magis in casu, quo fuerit canonicè concessa Colono partiario mensæ Episcopalis, qui pro maiori parte anni incumbit culturæ, & de eius fructibus viuit, nam vti talis gaudet priuilegio fori iuxta plures declarationes S. Congregationis Immunitatis, relatas à Sperel. *dec. 42. n. 21.* & *d. dec. 128. n. 35.* à Thom. Delbene de *immun. cap. 5. dub. 28. n. 2.* & à Barbosa *in collect. Bullar. v. Colon in fine*; nec probetur, esse occupatum in cultura suorum prædiorum pro maiori parte anni, sicuti probari debet à parte, quæ se fundat in exceptione regulæ firmantis, Colonum partiarium gaudere debere priuilegio fori. 14

Neque dictus Iudex laicus debet iudicare de iustitia, vel iniustitia dictæ inhibitionis, sed tenetur illam seruare, tum ex regula, quod Iudex inferior non cognoscit de subsistentia actus superioris, tum ex eo, quod inhibitio superioris, siue iusta, siue iniusta est timenda. 15

Quare obiectum de breuitate termini non habet locum, quando in inhibitione præsentata continetur pœna censurarum, quatenus dictus Colonus vexaretur à Curia sæculari, & consequenter per illam dictus Iudex fuit monitus, vt firmat Delbene *cap. 2. n. 7.* Ea ratione quia agitur de censuris illatis à Canone contra violatores iurisdictionis Ecclesiasticæ, & contrauentores inhibitionis Episcopalis, in quibus trina monitio non requiritur, nisi ex vrbanitate. Vndè non esse reprehendendam coarctationem ad sex horas latè defendit Sperel. *dec. 48. n. 55. cum seqq.* 16

Maximè in casu, quo est resistendum executioni de facto cum periculo inflictionis pœnæ corporalis, in quo casu relaxantur censuræ, non seruatis de iure seruandis, iuxta textum in *cap. reprehensibilis*, ibique Glos. *v. proferatur de appel.* & ad fusè tradita per Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 12. n. 26.* 17

Sicut etiam Iudex Ecclesiasticus potest pro violata 18

iurisdi-

iurisdictionem sine monitione ad excommunicationem procedere per textum *in cap. dilecto de sent. excom. in 6.* & latè Sperel. *d. dec.48. num.52. & seq.* vbi quamplures congerit.

19 Cessatque nullitas, quæ infertur ex appellatione; si fuit interposita aduersus citationem legitimè transmissam à Iudice Ecclesiastico, ad quem solùm spectat cognitio, an quis sit declarandus excommunicatus, attenta dispositione S.Concilii Tridentini *sess.25. c.3. de reform.* Præsertim si Iudex laicus appellauerit sine expressione causæ, & ad protrahendam obedientiam in excarcerando Colonum, ac se fouendum in controuentione inhibitionis, in quibus casibus appellatio est reiicienda, vt dixit Rota coram Pegna *dec.* 844. *num.5.* & in specie Sperell. *d. decis.* 48. *num.* 39. *cum seq.*

20 Et quamuis aliqui firment, appellationem dari à declaratoria, hodiè tamen iuxta declarationes S.Congregationis Immunitatis non datur ad effectum suspensiuum, vt refert idem Sperel. *d.dec.48. num.42.* de quo tamen nos aliàs fusè.

21 Decisio verò Sac.Rotæ in Lendiensi coram Sacrato loquitur de excommunicatione inferenda ab homine, non autem illata à iure contra contemptores inhibitionis Iudicis Ecclesiastici, ideòque non adaptatur.

22 Et quidem perniciosi esset exempli, quod Iudex laicus posset contempta inhibitione Iudicis Ecclesiastici procedere ad carcerationem personæ gaudentis, vel gaudere prætendentis priuilegio fori. Nam certum est, hanc inspectionem competere Iudici Ecclesiastico, & interim laicum abstineri debere ab vlteriori processu, donec terminetur articulus, an talis persona, quæ habet inhibitionem Tribunalis Ecclesiastici, gaudeat, vel ne priuilegio fori, ex latè congestis à Carolo de Graff. *effect. cler. t. num.1262. & seq.* à Sperel. *dec.8. n.23.* à Thoma del Bene *de immunitate cap.1. dub.15. num.5.* à Ciarlino *contr. for. cap.164. num.13. tom.2.*

23 Quæ verò obiecta sunt ex defectu citationis, alibi examinauimus, an, & quando citatio personalis requiratur in materia huiusmodi censurarum.

CONSVLTATIO XXXI.

Reprehenditur, castigaturque negligentia Prælati Ecclesiastici, qui non tuetur immunitatem, libertatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam à potestate seculari, eiiciente ecclesiasticos à sua ditione, & imponente illis angarias, & perangarias, aliaue onera &c. & exigente census, tributa &c.

1 PLuries liquet de negligentia Ordinariorum iuxta monitum D.Gregorii, relatum à Gratiano *in can.1. & 2. d.84.* his verbis: *Nunciatum est nobis Campaniæ Episcopos ita negligentes existere, vt immemores honoris sui neque erga Ecclesias, neque erga filios suo paterna vigilantia curam exhibeant, vel monasteriorum sollicitudinem gerant, seu in oppressorum, & pauperum se tuitionem impendant.* Vbi Archid. ait; *sed non videtur esse astutus, qui in his, quæ debet agere peruigil non est, & sollicitus,* & in *d. can.2. non enim,* ait, *superintendit, qui debitam curam subditis non impendit,* vbi etiam Gemin. *non debet,* inquit, *esse desidiosus, vel negligens, sed sollicitus,* & ibid. *Episcopus debet esse intentus defensioni, & auxilio suæ, & aliarum Ecclesiarum, monasteriorum, & Clericorum, & pauperum oppressorum iurisdictioni suæ, & illos diligere, & fouere.* Ibi autem Paschasius Episcopus in duobus delinquebat, scilicet quia non curabat defendere monasteria, & pauperes oppressos.

2 Negligendo autem delinquent, si v.g. expellatur à Regno, vel ditione Principis laici clericus suæ diœcesis, & non curabunt monere expulsores pro illius redintegratione, vel si timeant Principem laicum, debent certiores facere ministros S. Sedis Apostolicæ; quod si facere omittant, nequeunt excusari à negligentia, quæ est omissio actuum rationis, qui necessarii sunt, vt opus suo tempore fiat, Less. *de iust. & iur. lib.1. cap.2. num.19.* Ventrigl. *de iurisd. Archiep. cap.4. num.7. & 8.* & clarè in *can.1. d.39. & in can. Deus ergo 3. quæst.1.* Delinquit itaque, qui non curat libertatis Ecclesiasticæ defensionem; *qui negligenter,* ait, *d. can.2. pascit dominicum gregem toties commendatum, conuincitur, summum non amare pastorem;* quod comprobat *can. nulli 4. can. violatores 5. 25. quæst.1.* vbi Archid. *num.1.* ait, *habentes decreta Romanorum Pontificum, & non obseruantes de temeritate sunt corripiendi.* Dictusque Gratianus *in can. facientis d. 86.* inquit, *facientis culpam procul dubio habet quidquid potest corrigere, negligit emendare, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes iudicantur,* & ibi: *negligere, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fauere. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum.* Et Eleutherius Papa *in can.55. 2. quæst.7.* ait, *non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare;* quod repetunt Anastasius, & Damasus, vt *in can. qui potest 8.* & ex D. Augustino in *psal.81. in can. fin. 23. quæst.3.* Ioannes VIII. *in can. præterea 12.* post multa sic ait. *Qui crimina, cum potest emendare, non corrigit, ipse committit, ead. caus.23. quæst.8.*

Et licèt laici prætexant causam iustam expulsionis, 3
atque adeò non incurri pœnas Ecclesiasticas, apud Deum tamen, & Ecclesiam incurrunt in sacras Sanctiones. Hinc Vrbanus VI. Constitutione sua tertia *in Bullar. tom.1.* in proem. sic ait: *Non attendentes, quod laicis in Clericos, & personas Ecclesiasticas, & illorum bona nulla sit tributa potestas; nihilominus ministros Ecclesiæ, etiam interdum in dignitatibus constitutos temeritate propria bannire, seu relegare, aut præscribere non verentur.* Et §. 1. *Nos aduersus temeritatem huiusmodi remedium apponere cupientes, omnes &c. qui huiusmodi sacrilegij principaliores existerent, excommunicationis sententias incurrere, nec non &c. in quibus talia fierent, Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, & alia loca Ecclesiastico interdicto subiacere volumus ipso facto.*

Hæc Vrbani VI. sacra Sanctio origenem du- 4
xit à Constitutione Imperiali Friderici II. Imperatoris, relata in Constit.I. Honorii III. eiusdem Bullarii *tom.1.* vbi damnantur omnia contra libertatem Ecclesiasticam, prohibentur laicæ potestati collectæ, exactiones, angariæ, perangariæ Ecclesiis, vel aliis piis loci, aut Ecclesiasticis personis imponere, vt in §. *Item nulla, & §. seqq.* quæ Sanctio Imperalis fuit ab eodem Honorio III. Summo Pontifice comprobata, & excommunicationis gladio munita.

Carolus IV. Imperator anno 1377. quintò Kal. Iulij 5
inter cætera decreuit §. *Item pronunciamus, & declaramus Imperiali auctoritate, quod quicunque laicus cuiuscunque status, vel conditionis existat, ausu sacrilego, & propria temeritatis audacia Sacerdotem, vel Clericum secularem, vel religiosum diffidauerit, vel capitauerit, proscripserit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem in his præstiterit, præter pœnas à Sacris Imperialibus, & canonicis Sanctionibus eis inflictas sunt ipso facto infames.*

Quam Imperialem sanctionem inhærendo Con- 5
stitutioni Honorii III. obseruari iussit sob pœna excommunicationis Bonifacius Nonus, vt in sua *Constit. 4. d. tom.1.* Viget quoque in his Constitutio 10. §. 11. Leonis Decimi *eod. tom.1.* Bullarii; quæ omnes Constitutiones robur, & ampliationem accipiunt à Bulla in Cœna Domini *can.11.* quarum amplæ formulæ regestæ reperiuntur in Constitutiones Apostolicas, præcipuè Pauli III. *Constit.10. §.11.* cum binis *seqq. tom.1.* Gregorii XIII. *Constit.81. §. 14. & seqq.*

*& seqq. tom.*2. Pauli V. *Constit.* 63. *alias* 41. *à* §. 15. *tom.* 3.

7 Ratio autem est, quia laica potestas nullam habet in Ecclesiasticos iurisdictionem, ergo multominùs coercitiuam, seu punitiuam, valdéque indecens est, atque in contumeliam ordinis Clericalis cedit, vt minus dignus iudicet, ac puniat digniorem. Episcopi autem, Sacerdotes, aliįque Clerici digniores sunt laicis, *can. duo sunt d.* 6. Quam rationem affert Leo primus *ep.* 96. *ad Episcop. & presbyt. Thraciæ*, & Gregorius VII. *lib.* 7. *& lib.* 8. *Epist.* 21. ad Hermannum Meteosem Episcopum, relata *in can.* 9. *d.* 96. & Concilium Matisconense Secundum *cap.* 9.

8 Porrò, quod Ecclesiastici quoad personas habeant plenissimum fori priuilegium, quo personæ ordine, aut professione Deo dicatæ eximuntur, & liberæ sunt à temporali iurisdictione, & laico tributo, vel onere, ac quolibet sordido opere seculari, aut profano, earum dignitati non congruente, adeóque, vt coram Iudice seculari conueniri, iudicari, aut puniri nullo modo possint, constat ex Concilio Chalcedon. *can.* 9. Mileuitano *can.* 13. Matisconense *can.* 8. Agathense *can.* 32. Carthaginense tertio *can.* 8. Toletano tertio *can.* 8. Constat item ex *cap.* 2. *de for. comp. can. iuxta Sanctionem, can. generaliter, can. placet* 16. *quæst.* 1. *can.* 1. *& seqq.* 17. *quæst.* 4. Ac etiam ex *l. vlt. C. de muner. & honor. l.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* & Caio Papa *in Epist. ad Felicem Episcop.* Marcellino Papa *in Epist.* 2. Gregorio Magno *lib.* 8. *registr. ep.* 45. *& lib.* 11. *Epist.* 54. *ad Ioannem defensorem*, Ambrosio *Ep.* 78. Hieronymo *ad cap.* 17. *Matth.* Augustino *ep.* 162. Seuero Sulpitio *lib.* 2. *sacr. hist.* Ruffino *lib.* 10. *hist. cap.* 2. & ex alijs.

9 Quare legenti ius Cæsareum, ac Pontificium manifestum est vtroque iure sancitam immunitatem, exemptionem, seu libertatem Ecclesiasticam, cuius tam multa in Scripturis sacris cum legantur exempla, non potest etiam dubium esse, quin & iuri diuino id maximè congruat, Genes. *cap.* 47. Num. 3. 1. Esdr. 7. *Psal.* 114. *Matth.* 17. Concilium Nicenum generale *in hist.* Lateranense sub Alexandro III. *in cap. non minus de immun. Eccles.* Lateranense sub Innocentio III. *in cap. nimis*, *& in cap. aduersus eod. tit.* Lateranense sub Leone X. *sess.* 9. *in Bull. reform. Curiæ*, §. *& cum à iure*, Coloniense *p.* 9. *cap.* 20. Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 20. *de ref. can. præsertim*, *can. relatum*, *& can. placuit* 11. *quæst.* 1. *cap.* 10. *& seqq. de immun. Eccles. in* 6. *cap. dudum de decim. cap. nullus Iudicum*, *d. cap. si diligenti*, *& cap. conquestus de for. comp.* Symmachus Papa *in* 3. *synodo Romana*, Ioannes VIII. *in can. Si Imperator d.* 96. Gregorius Magnus *lib.* 4. *Epist.* 75. Nicolaus primus *in Epist. ad Michaelem Imper.* Innocentius III. *in cap.* 2. *de maior. & obed.* Bonifacius VIII. *in cap. quanquam de censib. in* 6.

10 Eamdemque exemptionem Imperatores Christiani agnouerunt, & decreuerunt. Constantinus primus apud Ruffinum *d. lib.* 2. *hist. cap.* 2. vbi habetur: *Deus vos constituit Sacerdotes*, *& potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi*. *Vos verò non potestis ab hominibus iudicari*; quod dictum etiam refert Gregorius Papa *in Epist. ad Mauritium Imper. & lib.* 16. *Cod. Theodosiani lib.* 7. *de Episc. & Cler.* Idemque Constantinus decreuit, vt Clerici minimè ad Curias reuocentur, sed immunitate plenissima potiantur. Et impiè violatam à Iuliano Apostata integrè reuocarunt Theodosius, & Valentinianus Imperatores *lib.* 45. 46. *&* 47. *eiusd. Cod. Theodos. tit. eod.* Vbi manifestè ostendunt immunitatem, libertatem, & exemptionem Ecclesiasticorum, adeò omni iure diuino, & humano firmatam esse, vt sine tyrannide, & sacrilegio à Principibus laicis violari non possit.

11 Nec dissentit Iustinianus Imper. *in l. Sancimus C. de Sacrosanct. Eccles. l. nemo C. de Episcop. & Cler. & l. rescriptum. de muner. & honor. & in instit. lib.* 2. *de rer. diu.* §. *sacræ res sunt*, qui licèt postea Ecclesiasticam immunitatem non parum diminuere inceperit *Nouel.* 83. *collat.* 6. *tit.* 12. vbi decernit, quod Clerici saltem in ciuilibus criminibus, vt furto, homicidio, &c. coram seculari Iudice conueniri possint, & si reos illos esse appareat, priùsab Episcopo spolientur Sacerdotali dignitate, & ita laico Iudici subdantur; quod propter temporum illorum iniuriam Matisconense Concilium permisit; hæ tamen, multæque aliæ leges, quas Iustinianus limites suæ potestatis excedens de Ecclesiasticis causis, & personis condidit, vt *in C. de Episcop. & Cleric.* nullius roboris, & momenti sunt, ipsaque Constitutio, vt in ciuili crimine Clerici ad secularem Iudicem trahantur, correcta fuit à Friderico II. Imperatore *in auth.* vbi sic ait: *Statuimus, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contra Constitutiones Imperiales, & Canonicas Sanctiones; Quod si actor fecerit, iure suo cadat, iudicatum non teneat, & Iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur.* Cui concinit *d. c. at si Clerici, & d. cap. cum non ab homine de iudic.*

Et quidem iniuria est supremi Principis, aut Regis, eius familiam, seu bona ab inferiori, ac altero illius subdito Principe iudicari, aut disponi. Iniuria igitur etiam Dei erit si bona illius in alios, quàm diuinos, ac pios vsus conuertantur, & personæ obsequio emancipatæ diuino, alii subiectæ sint Principi, quàm Deo, aut illi, quem in rebus diuinis constituit Principem, & caput, seu Iudicem Deus. Matth. *cap.* 17. in quem locum S. Hieronymus, D. Augustinus *lib.* 1. *quæst. Euangel. q.* 23. Bellarm. *tom.* 2. *contr. lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28. 12

Et speciatim quod ad personas Ecclesiasticas spectat, ipsas naturali, ac diuino iure exemptas esse suadetur, quia superior potestas non iudicatur ab inferiori, neque oues pastores regunt, neque subditi Iudicem, aut Principem iudicant, seu puniunt, *can. lege Imperatorum, can. non licet, can. certum est, can. Constitutiones, can. Imperium, can. suscipitis, can. si non aduitorum, & can. quoniam d.* 10. *can. quis dubitet d.* 96. *can. Episcopo, can. nemo, can. aliorum, can. facta, can. ipsi sunt, & can. cuncta per mundum* 9. *quæst.* 3. Sacerdotes autem potestatem spiritualem habent, rectores, atque pastores animarum sunt, & in ijs, quæ ad salutem animarum spectant, præsunt non solùm populo, sed etiam Principibus, quos & benedicunt, superiorque non benedicitur ab inferiori. Atque adeò indignum est illos iudicari ab alio Iudice, quàm Ecclesiastico, *can. satis euidenter, can. in scripturis, d. can. quis dubitet, can. Si Imperator, can. nunquam, can. Constantinus* 1. *&* 2. *d.* 96. *cap.* 1. *& seqq. de for. comp.* Alioquin Dei ministri, quibus debetur honos, contemnerentur, nec, dum arguunt, aut corripiunt, in viamque salutis dirigunt, audirentur. Et dum contra rectam rationem operarentur Principes, vel temporales Iudices, temporali abutentes facultate contra fas, ac iustum, non possent à Sacerdotibus sublimiter corripi, si Principum secularium essent iurisdictioni subiecti. 13

Idque cum omnium Sacerdotum dignitati in foro saltem interiori competere possit, vt sint ipsi Iudices, peculiari tamen quodam iure Episcopis competit, qui sunt in Ecclesia Principes, & in vtroque foro in ijs, quæ pertinent ad conscientiam, Iudices, Sacr. Concilium Trident. *sess.* 14. *cap.* 5. *de Sacr. penit.* Malè possent suum exercere officium, si sumque mouerent, dum potestate ligandi, atque soluendi à Deo sibi tradita in exteriori foro vti vellent. Statim namque alicuius saltem colorati criminis ficta specie, à malis Principum ministris accusati, atque in carcerem detrusi, tanto & ipsi, & alij terrore afficerentur, vt rationabiliter iudicare possent, se potestate tradita frustra vti, & ab officio proprio absque conscientiæ scrupulo desistere possent. Quemadmodum ijs contingit Episcopis, qui in partibus infidelium Ecclesiæ vsu, ac dispensatione non resident; quia absque vllo fructu esset eorum residentia in ijs locis, ad quos Sedes Apostolica iudicat non decere, vt inutiliter accedant Episcopi. Igitur non est rationi consentaneum, 14

vt

vt rectores, atque pastores animarum, quales sunt Sacerdotes, & Episcopi, laico, seu temporali Principi in causis etiam ciuilibus, aut temporalibus subdantur.

15 Quod si hæc ratio in alijs Ecclesiæ Sacerdotibus, atque Episcopis valet, valebit plurimùm in Romano Pontifice, qui est Summus Sacerdos, totiùs Ecclesiæ Episcopus, cui subesse est de necessitate salutis omnibus hominibus, qui sunt de Christi grege, vel ouibus, vt ex Scripturis Concilia, Sacri Canones, & Sancti Patres docent, Deuteron. *cap.* 17. Matth. 16. Luc. *cap.* 22. Ioan. *cap.* 21. Concilium Nicen. *can.* 1. 2. *&* 39. Sardicense *cap.* 4. *&* 7. Synodus Ephesina *in epist. ad Cælestinum Papam*, Concil. Lateran. sub Leone X. *sess.* 11. *cap. pastor æternus*, Florentinum sub Eugenio IV. *in litteris vnionis*, Tridentinum *sess.* 7. *can.* 3. *de baptismo*, *sess.* 14. *cap.* 7. *de cas. reser. cap.* 3. *de extrema vnct. & sess.* 25. *cap.* 1. *&* 2. *de reform. cap. per venerabilem qui fil. sint legit. cap. antiqua de priuil. cap. vbi periculum de elect. in* 6. *cap.* 1. *de Summ. Trinit. & fid. cath. in* 6. *Clem. vn. de Sum. Trin. & Clem. de iureiur.* Bonifacius Octauus *in Extrauag. Vnam Sanctam de maior. & obed.* S. Irenæus *lib.* 3. *cap.* 3. S. Cyprianus *in lib. de dupl. martyr. ad Fortunat. in lib. de vnit. Eccles.* & *Ep.* 52. 55. *&* 67. S. Athanas. *in apolog.* 2. *contra Arianos*, & *in Epist. ad Marcum Papam*, S. Basil. Magn. *in Epist.* 52. *ad Athanas. & in Epist. data Sabino Diacono ad Pontificem Romanum*, S. Ambros. *in Epist.* 78. *ad Theophyl. & in Epist.* 81. *ad Syricium*, S. Hieronym. *in Epist.* 57. *ad Damasum*, S. Augustin. *in Epist.* 106. 157. 162. *&* 165. S. Ioan. Chrysostom. *in Epist. ad Innocentium Papam*, S. Cyril. Alex. *in Epist. ad Cælestinum Papam*, S. Leo Magn. *in serm.* 2. *de assumpt. sua ad Pontificatum*, Theodor. *in Epist. ad Leonem Papam*, Agatho Papa *Epist. ad Michaelem Imper.* S. Bernard. *lib.* 3. *de consid. cap.* 8. *in Epist.* 125. 131. 183. 190. *&* 273. *& in serm. de priuilegijs S. Ioannis Baptistæ.*

16 Qui iudicare potest, ac debet, & iudicauit etiam de legibus temporalibus, quæ, etsi politicum tantùm regimen respiciant, diuino tamen iuri, atque Ecclesiastico, quo homines in viam salutis æternæ diriguntur, repugnare non debent; quod & naturalis ratio suadet, & Ecclesia à Spiritu Sancto edocta decreuit sæpiùs, 2. *Paralip. c.* 23. *&* 26. 4. *Reg.* 11. 1. *Corinth. cap.* 6. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de ref. matr. can. quis dubitet, can. si Imperator, & seqq. d.* 96. *Can. quadam* 35. *quæst.* 3. *cap. non debet de consangu. Cap. cum secundum de secund. nupt. cap. fin. de præscript. cap. per venerabilem qui fil. sint legit. cap. ad Apostolicæ de sent. & re iud. in* 6. *cap. grandi de supplen. neglig. Præl. in* 6. Bonifac. VIII. *in d. extr. vnam Sanctam de maior. & obed.* S. Gregor. Nazianz. *in orat. ad populum*, Hugo de S. Victore *lib.* 2. *de Sacram. p.* 2. *cap.* 4. Thom. Vualden. *lib.* 2. *de doctr. fid. cap.* 78. Theodoret. *lib.* 5. *histor. cap.* 17. S. Bernard. *in lib.* 1. *&* 4. *de consid. ad Eugen.* S. Bonifacius Episcop. Moguntin. *in Ep. ad Zachariam*, Paul. Diacon. *lib.* 6. *histor. cap.* 5. Cedren. *in vit. Leonis Isauri*, Blondus *decad.* 2. *lib.* 3. *&* 6. Bellarmin. *tom.* 1. *contr. lib.* 5. *de Rom. Pontif. cap.* 6. 7. *&* 8. Suarez *lib.* 4. *de leg. cap.* 9. Azorius *p.* 1. *instit. moral. lib.* 5 *cap.* 20. *&* 21. Vt & nostri temporis, & anteacti piorum Principum, Summorumque Regum, atque Imperatorum facta declarant, legesque demonstrant, quibus naturali ratione ducti ea, quæ ad Ecclesiasticam immunitatem tuendam spectarent, sancire voluerunt *Cod. Theodosian. lib.* 16. *tit.* 2. *l.* 16. *&* 26. *l. Sancimus C. de Sacros. Eccles.* quos vicissim Deus regnorum dator, cui magnificentia debetur, felici bellorum exitu, & pacis tranquillitate reddita, prosperis euentibus cumulauit, locupletauit, auxit, sicut vindicem, ac vltorem signis, atque portentis in eos se demonstrauit, qui Christos suos tangere, eorum bona dilapidare, Ecclesiasue facinoribus polluere, atque contaminare sunt ausi; Quos si hìc non puniat, æternis reseruantur supplicijs, ni à suo peccato per pœnitentiam ad Deum conuertantur, & quæ damna, quasue iniurias in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas intulerunt, reficiant.

17 Obiiciunt præ cæteris Principes seculares. Iuris naturalis est, ne quis iure suo priuetur absque culpa. Antequam autem aliquis sit Sacris initiatus, in causis temporalibus, & in iis, quæ spectant ad ciuile, & politicum regimen, erat subditus Principi, ac seculari Iudici. Ac proinde non potest Princeps laicus in tali casu iure suo priuari.

18 Respondeo, Principes sæculi, qui immediatè expresso, aut tacito populi consensu præficiuntur, quibusque præfectis naturali, ac diuino iure debetur honor, reuerentia, subiectio, obedientia, & tributum, Exod. *cap.* 22. 1. *Reg. cap.* 10. Prouerb. 29. Sap. 6. Matth. *cap.* 17. *&* 22. Luc. 2. Ioan. 19. ad Rom. *cap.* 13. 1. Timoth. 2. ad Tit. *cap.* 3. ad Hebr. *cap.* 13. 1. Petr. *cap.* 2. S. Clemens Roman. *lib.* 4. *Constit. Apost. cap.* 12. *& lib.* 7. *cap.* 17. *& can.* 48. Apostol. S. Dionys. Areop. *cap.* 12. *de diu. nom.* S. Ignat. *in Epist. ad Smirnenses, & in Epist. ad Antiochenos*, S. Iustinus *in orat. ad Antoninum Pium*, S. Irenæus *lib.* 5. *cap.* 24. Theophyl Antioch. *in l.* 1. *&* 3. *ad Autolyc.* Origenes *lib.* 9. *in Ep. ad Roman.* Eusebius Cæsariensis *lib.* 4. *hist. Eccles. cap.* 14. S. Basilius Magnus *in moral. cap.* 79. Didymus Aleaandrin. *enar. in* 1. *Epist. S. Petri*, S. Gregorius Nyssen. *in orat. aduersus eos, qui ægre ferunt reprehensiones*, S. Chrysostomus *hom. in psal.* 148. *& hom.* 23. *ad cap.* 13. *ad Rom.* S. Cyrillus Alexandrinus *de recta in Deum fide ad Theodosium Imper.* Isidorus Pelusiota *lib.* 2. *Epist.* 216. Theodor. *ad cap.* 13. *Epist. ad Rom.* Epiphan. Constantinop. *in Ep. ad Hormisdam Papam*, Procopius Gazæus *ad cap.* 12. *Exod.* S. Maximus *serm.* 9. *de magistrat. Roman.* 13. S. Damascenus *orat.* 2. *de imagin.* Photius, & Theophylactus *ad cap.* 13. *ad Roman.* Simeon Metaphrast. *de S. Melania*, Oecumenius *ad d cap.* 13. *ad Roman.* Euthymius *ad psal.* 148. S. Martialis *in Ep. ad Tholosanos cap.* 8. Tertullianus *ad Scapul. cap.* 2. *in apolog. cap.* 30. *&* 31. *& de idolatria cap.* 15. S. Cyprianus *de baptism. Christi, & lib.* 3. *testimonior. ad Quirin. cap.* 38. S. Ambros. *ad cap.* 5. *Lucæ*, S. Hieronymus *ad cap.* 3. *Epist. ad Titum*, S. Augustinus *in ep.* 48. *&* 54. *ex Epist. ad Roman. cap.* 72. *&* 74. *& lib.* 3. *conf. cap.* 8. Innocentius I. *in Epist.* 2. *ad Exuperium cap.* 2. S. Leo Magn. *in Ep.* 82. *ad Iulianum Episcop. Coensem*, Sedulius *ad cap.* 13. *ad Roman.* S. Prosper *in epigr.* 34. Salonius *explicat. in parabol. Salom.* Symmachus Papa *in apolog. aduersus Anastasium Imper.* Hormisda Papa *in Epist.* 22. *ad Iustinum Augustum*, S. Primasius *in cap.* 13. *Epist. ad Roman.* S. Gregorius Magnus *in lib.* 1. *Reg. cap.* 10. *lib.* 4. *Epist.* 52. *& lib.* 7. *cap.* 120. Isidorus Hispalensis *lib.* 3. *de Summ. bon. cap.* 49. Beda *ad cap.* 12. *Marci*, Alcuinus *præf. in lib. de S. Trinit. ad Carolum Magn.* Haymo *ad cap.* 13. *ad Roman.* Remigius Antisiodor. *ad psal.* 88. Petrus Damiani *in Epist. ad Carolum*, S. Anselm. *ad cap.* 13. *ad Roman.* vbi etiam S. Bruno, Iuo Carnotensis *in Epist.* 214. *ad Ludouicum Francorum Regem, & in Epist.* 250. Hugo Victorinus de *Sacram. fidei lib.* 2. *Epist.* 2. *cap.* 8. *&* 9. S. Bernardus *in Epist.* 170. Petrus Blesensis *in Epist.* 80. Alensis *p.* 3. *quæst.* 137. *membr.* 3. Albertus Magnus *lib.* 2. *sent. dist.* 44. S. Thomas *lib.* 1. *de regim. Princip. cap.* 8. *& lib.* 2. *cap.* 15. S. Bonauentura *in lib. de Ecclesiastica hierarch. p.* 1. aliique innumeri, recipiunt quidem facultatem in iis, quæ ad politicum, & temporale regimen spectant, vt populi tranquillam, & quietam vitam possint agere, quæ ex discordia ciuium, seu maleficiorum, & bellis, quæ ab exteris excitantur, impediri cum possit, Principis prudentia, & virtute, vt hæc repellantur, populorum consilium, & animus fuit.

19 At non sibi auferre voluerunt, aut rationabiliter poterant gentes, potestatem, seu libertatem eligendi statum, quem magis, & ad alia bona, & ad vitam præsertim æternam conducere sibi arbitrarentur, vt per Bellarm. *tom.* 2. *contr. lib.* 1. *de Cleric. cap.* 30. post medium. Non igitur est iniuria Principis, si liberta-

te, ac facultate, quam sibi reseruarunt in electione status, vtantur, etiamsi ab eius subiectione subtrahantur; quare nullo sun proprio iure priuantur Principes, dum ij, qui sunt de populo iuxta sacras Sanctiones eligunt statum, quem sibi magis proficuum existimant.

20 Item obijciunt factum Christi Domini, qui interrogatus, *an liceret dare censum, vel tributum Cæsari*, recepto numismate, respondit: *Cuius est hæc imago?* Et cum respondissent, *Cæsaris*, dixit: *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*. In quo dicto neminem excepit à solutione census, siue tributi, quin & omnes videtur inclusisse Matth. *cap.* 22. & ad Roman. *cap.* 13. quique iussit Petro, vt solueret tributum pro se, & pro ipso.

21 Sed respondeo, Christus docuit tributum dari Cæsari ab ijs, qui debebant, sed non docuit Dei, & Ecclesiæ ministros ad id teneri, S. Hilar. in *cap.* 12. *Matth.* ad quod etiam S. Hieronymus Bellarm. *loco relato cap.* 28. Et quando dixit: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari*, docuit censum, seu tributum, quod est quid temporale, deberi Cæsari, & esse illius, quia illi debebatur solutio; non autem quod esset dominus totius signati argenti, aut æris, aliàs priuatæ personæ, cuiusque singuli omnem pecuniam Cæsari, tanquam illius, reddere tenerentur; quod nemo tamen vnquam somniauit, vt diceret priuatas personas, ac ciues nec obolum vnum, tanquam proprium possidere, & totum signatum æs, aut argentum Cæsaris esse. Ex quo sequeretur, debito iustitiæ satisfacere, quicumque res à priuatis ciuibus ablatas Principi restituerent. Nec esse ampliùs quærendum, iustæ, an iniustæ essent gabellæ, tributa, portoria, pedagia, & quæcumque aliæ fiunt decreto, atque authoritate Principis exactiones.

22 Quando verò dicitur, Christum iussisse Petro, vt solueret staterem pro se, & ipso, id fecit ad scandalum fugiendum, non quia teneretur. Nam Principes, qui in regimine politico locum Dei tenent, sicut non exigunt tributa a proprijs filijs, ita neque à filio Dei, Matth. *cap.* 17. vbi Origenes, & S. Hilarius, ac S. Hieronymus, S. Augustinus *lib.* 11. *quæst. Euangel. cap.* 23. Theophylactus, & Euthymius *in eod. cap.* 17. *Matth.* D. Thomas in 2. *d.* 44. *quæst.* 2. *ar.* 2. *ad* 1. S. Bonauentura dicta *d.* 44. *art.* 1. *quæst.* 1. *ad* 1. vbi etiam Richardus *art.* 3. *quæst.* 1. *ad* 1. Caietanus 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 6. Bellarm. *d. tom.* 2. *lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28. Azor. *p.* 1. *instit. lib.* 5. *cap.* 12. qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium, Genes. 1. *& seqq.* Deuteron. *cap.* 6. 1. *Reg. cap.* 2. Psal. 17. & 85. Sap. *cap.* 12. Isai. 43. Malach. 2. Marci *cap.* 12. ad Galat. *cap.* 3. ad Ephes. *cap.* 4. 1. Timoth. *cap.* 2. Apocal. *cap.* 17. & 19. Concil. Nicen. Constantinop. Ephesin. & Chalcedon. *in symbol.* Concil. Toletanum 1. 4. 6. 8. & 11. *in profes. fidei*, S. Dionys. *cap.* 1. *de diu. nom.* S. Cyprian. *de Idol. vanit.* Lactant. *lib.* 1. *instit. cap.* 3. S. Hilar. *com. in cap.* 1. Matth. Boet. *de consol. lib.* 3. *prof.* in. S. Gregor. Magn. *hom.* 27. *in Ezech.* Petr. Blesens. *ep.* 99. S. Thom. *p.* 1. *quæst.* 11. *art.* 3. Scot. *in* 1. *d.* 2. iure exigere potuissent, qui etiam quatenus homo ratione vnionis hypostaticæ, æterni Patris erat filius naturalis, *Psal.* 67. ex Apostolo ad Ephes. *cap.* 4. Baruch. *cap.* 3. Ioan. *cap.* 8. Actor. *cap.* 20. ad Roman. *cap.* 9. 1. Corinth. 12. & 13. *ad Hebr.* 1. & 2. Concil. Ephesin. *cap.* 4. Chalcedon. *act.* 1. & 5. Sexta Synod. *act.* 4. 11. & 18. Concil. Lateran. sub Martino I. *consult.* 5. *can.* 4. & 9. Lateranense sub Innocentio III. *cap. firmiter de Sum. Trinit. & fid. cath.* Catechism. Roman. *in explicat. art.* 2. 3. & 4. Symbol. Apostol. S. Hilar. *lib.* 9. *de Trinit.* Nazianzen. *in ep. ad Didymum*, S. Basil. *in Psal.* 48. S. Leo Magn. *in ep.* 10. 11. 83. & 97. S. Fulgent. *de fid. ad Petrum cap.* 2. Agatho Papa *in ep. ad Constantinum*, S. Thom. 3. *p. quæst.* 2. *art.* 3. *ad* 1.

23 Quare nec filios, nec qui in Dei sortem vocati sunt Sacerdotes, tributa soluere tenentur, quinimmò & Sacerdotibus non solùm de fructibus agrorum, aut pecorum, sed de labore, atque militia debentur decimæ, Genes. *cap.* 14. & 28. *Exod. cap.* 22. Leuit. *cap.* 27. Num. *cap.* 18. Deuter. *cap.* 12. 14. & 26. 2. Paralip. *cap.* 31. 2. Esdr. *cap.* 10. & 12. Tob. *cap.* 1. Malach. *cap.* 3. 1. Corinth. *cap.* 9. ad Hebr. *cap.* 7. *can. statuimus, can. reuertimini, & can. decimæ* 16. *quæst.* 1. *cap.* 1. *& seqq.* præcipuè *cap. ex parte, & cap. non est de decim.* S. Hieronym. *in cap.* 3. *Malach.* S. Augustin. *in ser.* 1. *dominicæ* 12. *post Trinit. & ser.* 119. *de temp.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 1. *& seqq.*

Ex his solui possunt, quæ ex dictis, & factis Apostoli Pauli in contrarium etiam adducuntur. Nam D. Paulus à Cæsaris ministris, à quibus iniuriam patiebatur, cum se auferre non posset, *Act. cap.* 25. & 28. Azor. *p.* 1. *instit. lib.* 5. *cap.* 12. facto ad Cæsarem appellando, ab illorum iudicio se exemit, qui si ad Petrum, ad quem de iure poterat, appellasset, risu, ac sibilo exceptus nihil profecisset, & scientiæ, prudentiæ, ac sapientiæ, quam a Deo acceperat, illique necessaria erat ab Euangelium cum fructu, & authoritate propagandum, derogasset multùm. 24

Et quando asseruit omnem animam sublimiori potestati subiectam esse, etiamsi inter sublimes potestates regiam posuerit, cui etiam Sacerdotes debent honorem, & quam contemnere magnum esset peccatum, nunquam tamen docuit, Ecclesiasticas personas in sortem Dei vocatas temporali Principi esse subiectas. Quamobrem ex eo loco colligitur tantum, vnamquanque animam, seu quemcumque hominem subiectum esse debere Superiori illi potestati, ad quam pertinet, ad *Roman. cap.* 13. 1. Petr. *cap.* 2. D. Chrysostom. Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius *in d. cap.* 13. *ad Rom.* Azor. *d. cap.* 12. & Bellarm. *d. cap.* 30. *de Cleric.* Ecclesiastici autem viri ad Ecclesiasticam potestatem cum pertineant, illi tantùm subiecti erunt. 25

Vnde minimè defendi potest, quod asserunt Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 66. Callistus Ramirez *in reg.* §. 27. *num.* 12. Ioan. de Heuia in Curia Philip. *p.* 1. §. 5. *num.* 35. Pereira *de man. reg. cap.* 12. *num.* 12. Francisc. Pradilla *p.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. Mar. Giurba *consf. crim.* 48. *num.* 16. Anton. de Ballis. *tr. var. lib.* 5. *pragm.* 1. *tit.* 10. *num.* 4. Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 25. Homada *in l.* 65. *tit.* 5. *p.* 1. *glos.* 8. Ceuallus *in tr. de cognit. per viam viol. glos.* 6. *num.* 65. Azeuedus *tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 4. *num.* 12. Cenedo *in quæst. canon.* 45. *num.* 24. Salgadus *de protect. reg. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 2. *à num.* 273. Sotomainr *de Tertijs tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 190. Cutellius *ad leg. Feder. cap.* 22. *not.* 25. *num.* 5. alijque apud ipsos, quod nimirùm Episcopi, & quicunque alij Ecclesiastici, tanquam inobedientes mandatis Principum iustis, vel ex quibusvis alijs delictis, licitè possint etiam per viam iurisdictionis contentiosæ, & iudicialis è Regno ab ipsis Principibus eijci, vel saltem per viam iurisdictionis œconomicæ, ac politicæ, quemadmodum licet, potest paterfamilias è sua domo expellere Clericum famulum, si inobediens, & perturbator sit. Non enim tenentur Principes impunè relinquere in Regnis suis Episcopos, vel alios Ecclesiasticos, si seditiosos, & pacem, ac Rempublicam perturbantes viderint, cum id tendat in damnum boni communis, cui Principes ex officio prouidere tenentur. Denique, & si Ecclesiastici nequeant eijci à Regno, possunt tamen transmitti ad Summum Pontificem, vt ab illo tanquam à legitimo Iudice plectantur per text. *in can. si filij* 26. *q.* 6. 26

Id, inquam, defendi non potest; quia licèt debeant Ecclesiastici obedire mandatis Principum iustis, & eorum leges seruare, cùm sint pars Reipublicæ, ad hoc tamen non tenentur vi coactiua, sed directiua, ideòque si ijs non obediant, non possunt licitè à Principibus puniri, & à Regno eijci, vt præ alijs docent Molina *to.* 1. *tr.* 2. *disp.* 3. *concl.* 6. Vasquez in 2. *p. tom.* 2. *disp.* 167. *cap.* 4. Becan. *in Sum. Theol. p.* 2. *tr.* 3. *cap.* 1. *sect.* 11. *num.* 11. & præter Doctores, quos refert, ac sequitur Bonacina *de legib. disp.* 1. *quæst.* 1. *pun.* 6. *num.* 29. & alios, 27

docet

docet ex ipsis Iuristis Valenzuola *in defens. monit. Pauli V. p.4. num.* 101.

28 Neque distinctio illa in iurisdictionem iudicialem, & politicam, minusque exemplum de patrefamilias hic locum habent. Siquidem *in can.* 11. *Bullæ in Cœna Domini* punitur omnis eiectio iniuriosa, & violenta, qualis censetur esse omnis facta inscio, & non assentiente Pontifice, cui non alij subduntur personæ in illo canone expressæ; Quare ad ipsum esset recurrendum, & ad alios proprios Iudices Ecclesiasticos, qui possunt iudicare personas Ecclesiasticas, & in eas delinquentes iurisdictionem exercere, causa tamen cognita, secus autem iniustitiam committerent condemnando reum inauditum, essetque etiam contra Sanctionem Friderici Imperatoris *tit.*1. §. *si Clericus de pac. tenend. in vsib. feud.* vbi sancitur coram suo Episcopo conueniendum esse Clericum violatorem pacis, & ab eodem puniendum. Facitque *cap. Olim cum* Gloss. *v. bannuerat de iniur. & damn. dat.* & sentit Alter. *cap.4. col.13. ad d. can.11. Bullæ*, citans Victoriam *relect.1. de potest. Eccles. sect.7. propos.9.*

29 Famulus autem Clericus à patrefamilias constituitur ad seruiendum domui suæ, ideòque licitè potest ab illo expelli, non solùm si inobediens, & domum eius perturbator fuerit, sed etiam si obediens, & pacificus, nullaque iniuria ipsi infertur, cum nullum ius habeat commorandi in aliena domo. At Episcopi, & Clerici constituuntur à Summo Pontifice in Regnis ad seruitium, ac regimen Ecclesiarum. Et ideò si aliquando ij delinquunt, non possunt licitè à Principibus eijci, quia habent ius commorandi in eorum Regnis, non solùm vt ciues, sed etiam vt personæ ad seruitium, ac regimen Ecclesiarum constitutæ, non solùm à Summo Pontifice, sed etiam à Deo iuxta illud *Marc.16. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*: atque adeò habent ex iure diuino, vt liberè possint vbicumque habitare, & Ecclesiastica officia exercere.

30 Quare non possunt Principes, Clericos, si quas Ecclesias in suis ditionibus à Summo Pontifice obtinuerint, ab illis eijcere, nisi de licentia eiusdem Pontificis; alioquin tum ipsi, tum mandantes ratum habentes, & auxilium, consilium, aut fauorem præstantes incurrunt in excommunicationem 11. *Bullæ Cœnæ*, vt communiter tradunt Theologi, nominatim Henriquez *lib.14. cap.12. n.6. & in Glos. lit. V.* Suarez *de censur. disp.21. sect.2. num.70.* Filiuc. *to.1. tr.16. c.9. num.247.* Reginald. *to.1. lib.9. c.20. num.*313. Scortia in *Bul. Pontif. epit. 266. theor.*420. Alter. *de censur. tom.1. disp.12. lib.5. cap.4. §. quod verum est*, Sayr. *eod. tit. lib.3. c.15. num.8.* Coriol. *in d. can.*11. vbi etiam Duard. *q.9.* & Sousa *num.3. & disp.69.* Gambacurt. *de casib. reser. c.11. num.4.* Megal. *in part. lib.3. c.11. num.4. q.1.* Nauar. *in man. cap.27. n.67.* quem sequitur ex Iuristis Martha *de iurisd. p.2. c.34. num.24.* quidquid in contrarium dicant Pereira *de man. reg. cap.12. n.12.* & Salzed. *in addit. ad pr. crim.* Diaz *cap.*102. adeò quidem, vt ex ipsis Iuristis hanc sententiam consulere non audeat Iosephus Sesse *de inhibit. cap.8. §.3. n.103. & seq.* & periculosam illam vocet Ioannes de Heuia in Curia Philip. *p.3. §.3. num.*30. quod ampliat Martha *loc. cit. p.4. cent.2. cas.140. n.8.* ad Prælatos, qui ad instantiam Principum secularium oretenus, & causa non cognita, præciperent alicui Ecclesiastico, aut illum cogerent, vt à sua diœcesi discederet ex eo, quod talis est Principis voluntas; quia cum huiusmodi præceptum, seu preces fiant ad instantiam Principis secularis, sunt illius quodammodo executores. Maximè quia in hoc casu non id faciunt, vt Episcopi, sed vt priuati.

31 Et quamuis non teneantur Principes impunè relinquere in Regnis suis Episcopos, vel alios Ecclesiasticos seditiosos, & pacem publicam turbantes, in his tamen, ac huiusmodi casibus Episcopi, ac cæteri Ecclesiastici à Summo Pontifice, & ab eius Iudicibus id poscentibus Principibus reprimi, ac puniri possunt ac debent, quin & ab ipsis Principibus è Regno eijci, de licentia tamen eiusdem Summi Pontificis; quod si Pontifex consuli nequeat, tantaque esset necessitas, quod euidenter periculum esset in mora, eo casu licebit Principi seculari in Clericos, & Episcopos per modum iustæ defensionis facere id, quod recta ratio ad impediendum damnum Reipublicæ imminens opus esse dictauerit; quia tunc præsumitur consensurus Pontifex, & ratum habiturus, ac proinde idem censetur, ac si antecedens ipsius licentia intercessisset; licèt Alterius absolutè loquens, nunquam posse eijci videatur asserere. Secùs autem si res ita se non haberet; quia quando periculum non est in mora, non habet modus locum iustæ defensionis. Nam ad iustam defensionem conditio necessaria est, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quando autem Princeps potest à Summo Pontifice, vel à Prælato Ecclesiastico defensionem petere, inculpatè se defendit. Atque ita docent Molina *d. to.1. tr.2. disp.31. concl.4.* Salas *de legib. tr.14. disp.14. sect.9. n.*111. Tanner. *in 2.2. disp.4. q.4. dub.1. num.*30. & Suarez in *Reg. Angl. lib.4. cap.34.*

Transmissio denique Ecclesiasticorum ad Summum Pontificem, vt ab eo puniantur, est quoque regulariter contra immunitatem Ecclesiasticam; quia cum non sit ex se necessaria, est quædam colorata eiectio. Hinc communiter Doctores concedunt Iudici laico, vt tantùm capere possit Clericum, quando reperitur in flagranti crimine, vel quando is probabiliter præsumitur incedere ad delinquendum, ad effectum illum præsentandi Prælato Ecclesiastico, si sit de fuga suspectus. In his enim solis casibus ex tacita voluntate Prælatorum, vel à iure censetur cuilibet capiendi Clericum facta potestas iuxta *l. raptores C. de Episc. & Cler.* non autem titulo iurisdictionis, vt *ex cap. non ab homine de iudic. & cap. si vero de sent. excom. & cap. Si Clericus de for. comp.* Et præter præsumptionem fugæ requiritur etiam, vt non potuerit à proprio Prælato impetrari mandatum, & quod statim Iudici proprio remittatur, scilicet intra spatium viginti horarum, & vt docet Palaus, breuiori tempore, si fieri potest; quia in tali casu neque Superior Ecclesiasticus præsumitur consentire, neque secularis Iudex rationabilem causam habet Clericum diutiùs retinendi, & si alij Doctores absolutè negent Iudicem laicum capere posse Clericum etiam in flagranti crimine, vt sistat illum Prælato Ecclesiastico, vt Martha *dict. part.4. cent.1. cas.42. num.17.* Megal. *in 3. p. lib.3. cap.11. num.7.* & Sousa in *Bull. Cœna cap.16. disp.82. num.8.* quod si secùs factum est, factum est de facto non autem de iure. Non enim quod factum sit, sed quid fieri debeat, spectandum est, *l. sed licet 12. de offic. Præsid. & cap. cum causam de elect.* Neque exempla, nisi bona, sequenda sunt, vt rectè ait Gell. *lib.10. noct. Attic. cap.19.* 32

Textus verò *in can. si filius 16. q.6.* non solùm non tribuit Principi laico, quod possit transmittere Episcopum ad Summum Pontificem, vt ab illo puniatur, sed tantùm permittit, quod apud eundem Pontificem instet, rogando illum, vt prouidere velit, sed per subsequentes canones est abrogatus. 33

Hoc autem subijcio, quod, si graue periculum, aut scandalum timeatur ex admissione Episcopi ad suum Episcopatum, vel aliorum Ecclesiasticorum ad suas Ecclesias, nec tunc possit admoneri Pontifex, non inducatur censura ex ea pro interim non admissione, quæ est ad maius malum vitandum. Immò Abbas, Innocentius, & alij in *cap.2. & cap. cum terra de elect.* volunt, Episcopos scandalosos, & temporalibus Principibus meritò, ac valdè suspectos posse sine aliqua pœna non admitti. 34

Quod si ad locorum possessionem, vel residentiam semel admissi, & deinde ad tempus discessi, dum redeunt, prohibeantur admitti, asseuerant aliqui absolutè non induci censuram; quod alij distinguunt. Vel enim discessus fuit dolosè affectatus ad effectum non admittendi, dum redire contigerit, & tunc volunt induci; minimè verò, 35

vero, si secus. Nam in priori casu adest vera eiectio, licet, quia subdola, & palliata, non videatur talis, id quod potius iniuriam aggrauat, quàm tolerabiliorem reddat. Præsumitur quippe ita facta, vel in fraudem dicti *can.* 31. Bullæ Cœnæ, ne dicatur quis propriè eiectus, dum tamen idem sequitur eiectionis effectus, vel quia manifesta expulsio fortè non habitura esset effectum, puta ob maiorem personæ eijciendæ potentiam, vel aliam ob causam. Vnde talis non admissio est saltem indirecta eiectio; quod sufficere ad censuram contrahendam, tradit Alter. *d.cap.4.col.* 13. Dicitur quippè eijci, qui discedit inuitus alterius machinatione, estque saltem indirecta eiectio, qua nimirùm id fit, ex quo cogitur Prælatus discedere, quæ & debet præsumi damnata. In posteriori autem casu, etiamsi sit iniuria, non tamen est aliquo modo eiectio, quod sufficit ad censuram effugiendam.

36 Porrò quod Ecclesiasticæ personæ sint immunes etiam ab angarijs, & perangarijs, vt in notatis *in l. fin. §. cursus, & §. legat. & §. fin. ff. de muner.* Glos. *in l. neminem* 11. *C. de Sacros. Eccles. l. maximarum* 12. *C. de excus. lib.* 10. *l.* 5. *C. de quib. mun. vel præstat. nem. lic. se excus. l. vlt. C. de fabricens. lib.* 11. voluit & Fridericus II. loco relato, & tradit Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 13. n. 11. &* 14. Io. Arze *de nobil. Hispan. p. 1. c. 2. n. 23. &* 26. quas iniustissimam, & grauissimam extorsionem appellat *num.* 34. *& n. 36. & 37. ac* 39. Ripol. *de regal. cap. 19. n. 1. ac* 9. vbi ait: conclusio in hac regalia hæc est, quod in casibus necessitatis vassalli teneantur operas Regi præstare tam personales, quàm cum iumentis, curribus, & alijs. A quibus omnibus non solùm exemit Fridericus II. verùm etiam & antea Magnus Constantinus, vt *in l. 2. C. de Episc. & Cler.* & Bulla in Cœna Domini *can.* 18.

37 Vnde si fuerint Ecclesiasticorum coloni grauati ad angarias, & perangarias committeretur *in can. Ecclesiarum* 69. 12. *q.* 2. vbi Archid. *n.* 1. Gemin. *num. 1. &* 2. ac docent Thom. del Bene *de immun. p. 1. c. 5. dub.* 28. vbi refert plures resolutiones S. Congregationis super Episcopis, & Immunitatis Ecclesiasticæ, Bellet. *disq. Cler. p. 1. rubr. de exempt. Cler. §. 7. num.* 1. vbi communissimam ait, Sperel. *dec. 41. num.* 52. vbi de qualitate oneris *n. 56. &* 8. Fagnan. *in cap. non minus n. 1. ac 7. de immun. Eccles.* latè Spad. *lib. 1. cons.* 131. Vbi articulum examinat, distinguit, & comprobat; vt si cogerentur ad perducendum currus sine subministratione expensarum, ac mercede iuxta explicationem Afflict. *in Constit. Regn. lib. 1. rubr.* 87. *§. omnes officiales num.* 1.

38 Quod autem Coloni Clericorum non possint grauari angarijs, & perangarijs, docent Paris. *cons. 25. num.* 10. *lib.* 1. Mandel. Alban. *cons. 441. num. 14. lib.* 3. Burtat. *cons. 25. num.* 1. vbi, quod etiam de iure communi non solum Clerici, sed etiam eorum Coloni non subeunt munera personalia, factionesue aliquas, Decian. *cons. 51. num. 42. lib.* 3. Eugen. *cons. 96. num. 8. & 13. lib.* 1. Catoc. *de locat. p. 4. tit. de collect. n* 40. cum aliis cumulatis à Lancel. Gall. *cons. 59. num.* 49. quem sequitur Sperel. *dec. 41. num. 79. &* 80. & *dec. 42. n. 1. & 13. dec. 43. n.* 45. Gambacurt. *lib. 1. de immun. cap. 2. num.* 8. & *lib. 3. cap. 1. num.* 5. Vbi latiùs explicat in quibus versatur immunitas Ecclesiastica, Flau. Pap. *de libert. Eccles. cap. 23. num.* 6. vbi ait, multos Doctores docere, Colonos Ecclesiæ esse immunes ab oneribus personalibus, atque adeò ab angariis, & perangariis, cum militet eadem in omnibus ratio. Declarationes Sacrarum Congregationum aliàs adduxi.



CONSVLTATIO XXXII.

An acta per Iudicem secularem, post allegatam à reo in suis constitutis immunitatem Ecclesiæ, ante subsequutam Iudicis Ecclesiastici declarationem, sint valida?

Respondeo negatiuè. Nam exceptione immunitatis opposita Iudex laicus remanet incompetens, & quidquid deinde agit, tanquam priuatus agere dicitur *in l. 3. ff. de offic. Præsid.* Ber. *cons. 113. n. 7. lib.* 3. Sperell. *dec. 126. num.* 38. Nec vllo vnquam tempore sanantur, quia ex Constitutionis Gregorianæ verbis *irritum, & inane decernitur, si secus scienter, vel ignoranter contigerit attentari*; quod etiam in hac specie libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ habetur *in auth. cassa C. de Sacrosanct. Eccles.* 1

Neque suffragaretur decretum Iudicis laici, si posteà mandaret certiorem reddere Iudicem Ecclesiasticum; quia certiorario post iam incursam nullitatem actorum substantialium, & decretum subsequens Iudicis Ecclesiastici non possunt conualidare acta, quæ perpetuo nulla, atque irrita sunt, teste Donato *de immunit. Eccles. resol.* 26. 2

Idque præcipuè si in carcerem secularem extractus à loco immuni coniiceretur; esset enim contra dictam constitutionem Gregorianam §. 5. vbi delinquentes laicos ad Carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi mandat, nec tradi Curiæ seculari, nisi cognito priùs per Episcopum, an delicta verè commissa sint. 3

Minùs obstarent satellitum relatio, ac depositiones, quod delinquentem comprehenderint extra locum immunem. Quoniam in iudicio formando super immunitate Ecclesiæ nulla fides satellitibus, deponentibus super exclusione immunitatis, adhibetur, vt per Mar. Ital. *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. num.* 98. Decian. *tr. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 29. n.* 10. Viu. *dec. 19. num.* 6. Sed sola comprehensi assertio sine alio documento veritatis cognitionem capturæ illicò deuoluit ad Iudicem Ecclesiasticum, & interim Iudex laicus tenetur abstinere ab vlteriori processu, quia agitur de re Ecclesiastica, & ad Ecclesiasticam immunitatem spectante, vt per Dian. *p. 3. tr. 1. resol.* 32. & Peregrin. *de immun. lib. 1. c. 6. §. 2. num. 100. & seq.* Et in dubio semper præsumitur, reum potiùs fuisse comprehensum in loco immuni, quàm extra, Donat. *d. resol.* 26. Maximè autem si accesserit depositio saltem vnius testis deponentis de visu extractionem, & alterius de auditu, quorum dicta simul iuncta sufficiunt in hac materia, nulla in contrarium existente probatione, vt aduertit Donat. *loco citato resol. 82. n.* 6. 4

CONSVLTATIO XXXIII.

An sit recedendum à declarationibus aliàs emanatis à S. Congregatione Immunitatis, quas alibi retulimus, præsertim 18. Martij, & 14. Iunij 1625. quibus firmatur, Colonos, & custodes Ecclesiasticorum damnum dantes in bonis laicorum cum animalibus eorundem Ecclesiasticorum, conueniendos esse coram Iudice Ecclesiastico?

Respondeo negatiuè, ac proinde cognitionem huiusmodi causarum spectare ad Ordinarium, non obstantibus laicorum obiectionibus. Tum quia Butr. *in cap. grauem 53. n. 18. de sent. excom.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 104. ad fin. de constit.* Grammat. *consil. ciuil.* 102. *num. 8. & seq.* cum aliis per Surdum *cons.* 301. *n. 88. lib.* 3. loquuntur in damnis datis propria culpa, & mali- 1

tia,

tia, aut negligentia custodum permittentium animalia damnum inferre; neque ea aliter attendo, ne damnum inferant, non autem in damnis datis ab animalibus non ex proposito, & ex consulto, sed fortuitò. Siquidem in hoc euentu cessat ratio prædicta, cum pœnæ in hoc casu non sit locus, sed ad damni emendationem dominus animalium teneatur, vt per ipsos Doctores laicos nominatim Luc. de Pen. *in l. 2. C. de pasc. publ.* Frec. *defend. lib. 2. tit. de aut. & potest.* Baron. *aut. 46. num. 3.* Afflict. *dec. 290. n. 5. & lib. 3. Constit. rubr. 37. n. 7.* ad fin. Quare cognitio huius controuersiæ, an damnum illatum fuerit data opera, vel casu pertinet ad ipsum Iudicem Ecclesiasticum, vt per eundem Butr. *in cap. Ceterum num. 9. de iudic.* Couar. fautor laicæ iurisdictionis *pract. qq. cap. 33. num. 1.* & Farinac. *quæst. 8. num. 33.* vbi de communi.

2 Tum etiam quia receptissima est limitatio contrariæ conclusionis, vt illa non procedat, quando indirectè resultaret præiudicium Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis, prout resultat in casu, quo bona Baronum cohærent bonis Ecclesiasticorum, vt proinde difficillimum esset ita animalia custodire, vt aliquando damnum non inferant. Vnde si coloni, & custodes possent conueniri à Iudicibus Baronum, alijsue Ministris laicis, Ecclesiastici neminem inuenirent, qui suos agros, & animalia coleret, & custodiret, vt per Federic. de Sen. *cons. 111. num. 10.* Felin. *in dict. cap. Ecclesia S. Mariæ num. 99. de constit.* Capra *regul. 96. num. 86.* Menoch. *de arbitr. cas. 552. num. 54.* Carol. de Graf. *de effect. Cler. effect. 3. num. 71.* Anton. Macerat. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 111. num. 32. & seq.* idem Sutd. *dict. consil. 301. num. 74. & seqq.* Leo *in thesaur. for. Eccles. part. 1. cap. 14. n. 6.*

3 Atque hac ratione meritò eadem S. Congregatio Immunitatis noluit attendere obiectum prætensum immemorabilis consuetudinis cognoscendi causas damnorum dictorum contra colonos, & custodes laicos damna inferentes cum animalibus ecclesiasticis. Cum enim consuetudo, vbi probaretur cum requisitis, non sit maioris potentiæ, quàm ius commune, ideò ex causa præcedentis limitationis, ne Ecclesia indirectè lædatur, recedendum est à consuetudine, sicuti receditur à iure, *l. omnes populi, ibi: legibus, vel moribus*, vbi Bartol. *num. 1. de iust. & iur.* Cavaler. *dec. 447. num. 2.*

4 Non obstat præterea declaratio eiusdem S. Congregationis, in qua declaratum esse dicitur, quod vbi coloni, ac ministri Ecclesiarum, & Clericorum damnum inferunt cum animalibus Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum, cognitionem quoad personas spectare ad laicum, quo verò ad animalia ad Curiam Ecclesiasticam. Nam præterquamquod huiusmodi diuisio fieri nequeat saltem, vbi damnum est illatum ab animalibus fortuitò, non autem consultò, cum tunc, ex quo causa respectu emendationis damni concernit interesse Ecclesiæ, debet ab Ecclesiastico Iudice cognosci tanquam digniore, ne continentiæ causarum dividantur, & in materia damni procedentis à facto indiuiduo contingat super eadem re diuersas, vel contrarias ferri sententias, *l. qui de crimine 9.* vbi Glos. *v. super vtroq. C. de accus.* Boss. *de for. comp. num. 114. ac seq.*

5 Adhuc tamen retenta dicta declaratione pro vera intelligenda videtur vbi non applicatur limitatio supradicta, secus verò vbi applicatur. Alioquin læderentur Ecclesia, & Ecclesiastici in non reperiendo colonos, & custodes ex Feder. de Sen. *d. cons. 111. num. 10.* Felino, Metodio, & Surdo locis allegatis.



CONSVLTATIO XXXIV.

An Præses Romandiolæ possit cognoscere causas appellationum ab Archiepiscopo, & Episcopis Prouinciæ ad ipsum interpositarum?

AFfirmatiuè respondendum videtur. Nam habet pro se iuris assistentiam, & est in quasi possessione immemorabili cognoscendi huiusmodi causas. Et licèt ad hunc effectum sibi sufficeret qualiber simplex 1
quasi possessio *lib. 1. §. interdictum ff. vti possid.* Rota *dec. 147. num. 1. p. 2. rec.* cum alijs passim, multò tamen magis ei prodest quasi possessio immemorabilis. Quamuis enim ex longæua possessione oriatur præsumptio tituli adeò, vt ex eo possit concedi mandatum de manutenendo, etiam inferiori aduersus Superiorem habentem assistentiam iuris, vt per Couar. *pr. quæst. cap. 17. n. 2.* vbi in terminis *cap. Cum persona de priuil. in 6.* dicit sufficere titulum præsumptum, qui oritur ex longæua possessione, Rot. *dec. 534. num. 2. & 7. & dec. 595. num. 4. p. 1. diu.* nihilominùs hæc sine dubio procedunt, quando non solùm docetur de longæua possessione, sed etiam de immemorabili; habens enim immemorabilem potest allegare meliorem titulum, & etiam priuilegium Apostolicum, Rota *in rec. dec. 11. num. 4. p. 2.* cum vulgo aliis.

Et rursus multò magis suffragatur aut simplex, aut longæua, aut immemorabilis quasi possessio, dum concurrit assistentia iuris, quinimmò ipsa sola sufficit pro habendo mandato de manutenendo *d. cap. cum persona*, Rot. *rec. dec. 332. num. 1. & dec. 491. num. 2. p. 1.* 2

Quod autem ius assistat huic Præsidi, satis, superque patet, quia est depnatus Præses cum facultatibus Legati de latere, Dec. *cons. 149. sub num. 6. in fin.* adducens textum *in cap. 2. de offic. deleg.* vbi Legatus Proconsuli adæquatur, Parif. *cons. 17. num. 4. lib. 4.* Nauar. *in cap. Cum contingat num. 2. de rescript.* vbi, quod paria sunt, quem esse Cardinalem, & Legatum de latere, & Legatum cum potestate Legati de latere. 3

Præses autem cum facultatibus Legati de latere est maior omnium in Prouincia post Romanum Pontificem Franch. *in cap. Si Abbatem num. 2. de elect. in 6.* Gambar. *de offic. legat. lib. 8. num. 110.* & potest omnia, quæ specialiter non sunt reseruata Sedi Apostolicæ in signum specialis priuilegij, Barbos. *in collect. ad cap. Quod translationem num. 7. de offic. legat.* 4

Et in specie, quod ab Episcopo, qui etiam sit Legatus natus, vt Cantuariensis, & Remensis, tenet Gamb. *loc. cit. num. 111. & 113.* dum quærit, quis cognoscat appellationem interpositam ab Episcopo ad Legatum, ad Archiepiscopum, & ad Papam, Franch. *in cap. A collatione num. 4. de appel.* dum ait, quod Archiepiscopus legatus in sua Prouincia aliquid facit, vt Archiepiscopus tunc ad eum non potest appellari, ex quo actum solum gessit; ergo si non iudicasset esse causam appellationis interpositæ ab Episcopo, cognosceret tanquam eius Superior, vt clariùs tenet Villadieg. *in tract. de Legat. p. 1. q. 8. num. 36.* inquiens, talem legatum esse Iudicem talis appellationis ab Archiepiscopo, etiam quod cognouerit solus, Scacc. *de appel. q. 8. num. 86.* Gemin. *in d. cap. A collatione num. 8.* Rot. *dec. 313.* siue *prima de suppl. neglig. Prel. in nou.* Mil. *in repert. v. appellatio* à sententia Episcopi, Villadieg. *loco allegato.* 5

Non obstat, quod iurisdictio Præsidis sit iurisdictio Iudicis temporalis. Nam etiam est Ecclesiastica; & ideò potest cognoscere de omnibus causis Ecclesiasticis, *cap. 1. de offic. deleg. in 6.* & per hunc textum Villadieg. *d. q. 8. num. 3.* etiam quod vertantur inter duos Episcopos, vt per eundem Villadieg. *ibidem num. 24.* 6

Id, quod specialiter statutum est per Constitutionem Ægydianam *lib. 6. c. 5.* quæ licèt emanauerit à Cardinali Ægydio repræsentante Principem temporalem, in ijs 7

ta-

tamen, quæ expreſsè diſponuntur de perſonis Eccleſiaſticis, eas ligat, vt de ſtatuto confirmato à Papa, eo quod dicatur Papale, Rota apud Statil. *de ſalu. dec.237. num. 3. & 2.*

8 Præterea D. Præſes circumſcripta quacumque diſpoſitione iuris communis, & ſpecialis, debet manuteneri ex ſola quaſi poſſeſſione præſcripta ex allegatis ſub initio, cum ſaltem non poſſit dubitari, quin huiuſmodi iuriſdictio non ſit præſcriptibilis, *cap. Romana §. debet de appel. in 6.*

9 At nihilominùs negatiuè reſpondendum eſſe cenſeo; nam Conſtitutio Marchiæ *lib.6. c.5.* aut non eſt valida, aut non afficit ſubditos Prouinciæ Romandiolæ. De inualidate autem conſtat ex defectu iuriſdictionis ſtatuentis per ea, quæ adducit Grammat. *dec.61. num.10.* nam Clerici, & eorum bona ſunt etiam de iure diuino exempta, & immunia à iuriſdictione Iudicis ſecularis per textum *in can. Si Imperator*, vbi Gloſ. *v. diſcuti 96. d. cap. quanquam*, ibique Gloſ. *de cenſib. in 6.* ad quos textus Doctores communiter. Ac ita, vt nequidem poſſint Clerici in illam tacitè, vel expreſsè conſentire, *cap. ſignificaſti, & cap. Si diligenti de for. comp.* quinimmò ſi forum ſeculare non declinantes in dictam ſecularem iuriſdictionem expreſsè conſentirent, deberent per Iudicem Eccleſiaſticum pœna extraordinaria puniri, vt per Grammat. *d. dec.61.* & tam Iudices, quàm notarij, & Aduocati, ac procuratores, nec non partes ipſæ inciderent in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ *can.15.*

10 Siquidem à ſententia Suffraganeorum appellatur ad Metropolitanum per textum *in d. cap. Romana de appel. in 6. can. placuit 2. q.6.* & omiſſo medio ad Sedem Apoſtolicam, *can. Siquis veſtrum, can. ad Romanam, can. arguta, & can. Si quis putauerit 2. q.6.*

11 Non obſtat, quod eiuſmodi Conſtitutio ſit confirmata à Papa; quia cum eius confirmatio ſit in forma communi, & iuris antiqui tantùm præſeruatiua, nihil de nouo tribuens, nullumque tollens obſtaculum, defectum, ſeu impedimentum, *cap.1.* vbi Gloſſ. *2. cap. cum dilecta*, & *cap. examinata de confir. vtil. vel inutil.* Caſſador. *dec. vn. eod. tit.* Præterquamquod non videtur obligare ſubditos Prouinciæ Romandiolæ, cum ſit localis, ideòque non extendenda ad alias Prouincias vltra Marchiam. Nam Conſtituens in Prouincia Romandiolæ nullam habebat iuriſdictionem, *cap. vt animarum de conſtit. in 6. l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud.* Aliter enim ſequeretur abſurdum, quod ſcilicet potentia finita produceret actus infinitos, vt in terminis docet Gail. *lib.2. obſer.124. num.5. & 6.*

12 Et in omnem euentum Ægydianæ Conſtitutiones non comprehendunt perſonas, aut bona Eccleſiaſticorum, vt ſæpius fuit deciſum à Rota Romana in deciſionibus allegatis ab Hondedeo *conſ.20. n.6. & pluribus ſeqq. vol.2.* & in Romana domus coram Coccino, vt apud Farinac. *in 2. vol. crim. dec.305.*

13 Quod autem ad prætenſam conſuetudinem, ſeu quaſi poſſeſſionem, cum illa ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, induci non potuit, neque inducta valet, *cap. at ſi Clerici*, & *cap. Clerici de iudic. can. placuit*, & *can. inoluta 11. q.1. auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric.* & magiſtraliter Rota *in antiq. tit. de conſuet. dec.840.* & omninò tollitur, & abrogatur per Bullam Cœnæ Domini *d. can.15.*



CONSVLTATIO XXXV.

De veſte, vt dicitur, virgine, nempè indumento fætus naſcentis, poſita ſub mappis ſuper lapide Sacrato altaris, eiuſque abuſu ad Sortilegia, & de probatione huiuſmodi delicti.

AD triplicem delicti ſpeciem valet hoc referri, nimirùm ad ſacrilegium hæreticale perficiendum 1
cum dicta veſte, poſtquam miſſæ ſacrificium fuiſſet ſuper ea celebratum, pacto inito cum dæmone perquirendo de eo, quod nec facere, nec cognoſcere poteſt.

Ad ſortilegium non hæreticale abſque pacto expreſſo 2
cum dæmone, id tamen quærendo, quod ille facere & cognoſcere poteſt, ſicut ex traditis à Martino Delrio *diſq. mag. lib.5. ſect.5.* tradit Farinac. *in pr. q. 20. num. 84.* & *de hæreſ. q.181. §.1. ſub n.20.* loquendo de hoſtia non conſecrata, ſuper qua fuit celebratum ſacrificium Miſſæ, quamuis contrarium ſenſerit Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 12. n. 34.* & Caren. *de mod. proced. in cauſ. offic. tit.12. §. 8. n.53.* Speciatim de cute, & veſtimento pueri naſcentis ſuppoſito, & oblato in Sacrificio Miſſæ docet Paul. Ghirland. *de ſortil. q. 3. n. 20. & 22.* exiſtimans Sacrilegium hoc caſu fieri, cooperante Sacerdote, qui Sacrificio Miſſę preces nefarias, & inhoneſtas immiſcet, de quorum Sacrilegiorum pœnis plenè agit Farinac. *d. q.181. §.1. num. 51. & ſeqq.*

Ad ſimplicem ſuperſtitionem apponentis dictam cu- 3
tem, ſeu veſtem virginem ſuper altare, inſcio ſacerdote ibi celebraturo, credendo, quod illa virtutem aſſequatur aduerſus inimicorum arma, vel ad mortem ſubitaneam euitandam, ſeu quid aliud, de quo loquitur Moronus
reſp.95. n.154. 155. & 192. 4

Ad quam autem ſpeciem ex relatis id referendum ſit, inquirendum eſt. Et in primis apponi debet corpus delicti, ſcilicet dicta cutis, ſeu veſtis ex notatis à Caren. *d. tit. 12. §.20. num.173.* Et de ipſo delicto in genere, nempè de repetitione dictæ cutis ſub mappis ſuper lapide ſacrato altaris, in quo Miſſæ ſacrificium à Sacerdotibus offertur, debent adeſſe depoſitiones teſtium, qui debent eſſe conteſtes, ac deponere, quod antequam altare fuerit inſpectum, in eo dicta cutis fuerit reperta, alioquin non iunguntur in iudicio criminali, etiam ad faciendum indicium, quod probari debet per duos conteſtes, vt inquiunt Bero. *in cap. at ſi Clerici ex n.138. de iudic.* qui articulo ad partes diſcuſſo ita diſtinguendo concludit *ſub num.139.* Marſil. *in l. de minore §. plura num.90.* aliàs *115. ff. de quæſt.* Pariſ. *conſ.154. n.26. & ſeq.* Plot. *conſ.65. num 11.* Foller. *in pr. crim.2. p.3. p. princip. v. & ſi confitebuntur num.2.* Boſſ. *tit. de indit. num.21.* Farinac. *de teſtib. q.64. num.145.* Rot. coram Puteo *dec.165. num.6. lib.2.* in correctis, Seraph. *dec.1029. num.11.* loquens de crimine ſimoniæ, quod in ciuilibus etiam ab ea ſeruari teſtantur Put. *dec.466. n.1. lib.2.* & *dec.3. de probat.* Cæſ. de Graſſ. *dec.4. n.4. de ſent. & de re iud.* Pegn. *dec.430. num. 3.* Millin. *dec.278. num.11.* Sacrat. *dec.664. num.6. p.1. rec.* Merlin. *dec.170. n.3.* cum alijs.

Et quamuis quamplures recenſeantur de auditu ab il- 5
lo, qui dictam cutim appoſuit, attamen vltra regulam, quod teſtes de auditu alieno nihil probant ex congeſtis à Farinac. *de teſtib. q.69. cap. 1. n.2. cum ſeqq.* eis oberit, ſi ſinguli audirent ab vno. Nam ad hoc, vt teſtimonium de auditu aliquam fidem mereatur, opus eſt, quod illi, à quibus teſtes audiuerunt, ſint plures, quàm vnus, aliàs nihil probant, *cap. licet quadam de teſtib.* ibi: *non vtique ab vno, cum non ſufficeret ille, ſi videret, ſed duobus ad minus*, cum notatis à Gloſs. *v. ab vno*, Innoc. *v. duobus*, Oſt. *num.6. & 11.* Io. Andr. *num.4. & 6.* Bald. *in princ.* Butr. *num.7. in 4. notab. ac n.6.* Abb. *num.8.* Imol. *num. 3.* & Io. de Anan. *num. 1.* Rip. *in l.1. num.88. in fin.* & Curt. Iun. *n.59.* vbi ait communem, *ff. ſi cert. pet.* & alij plena manu cumulati à Farinac. *d. quæſt. 99. cap.1. num.79.*

Quæ

6 Quæ fortiùs vrgerent, si quididictam eurim in altare apposuerit, non fuerit examinatus. Nam testes de auditu nullum prorsus indicium faciunt, quando illi, à quibus dicunt audiuisse, sunt in humanis, nec fuerunt examinati, Aym. *de antiq. temp. p.1. num.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cap.* 475. *num.6. & cons.98. num.54. vol.*1. & *cons.*207. *num.* 13. *vol.*3. & *cons.*410. *num.*53. *vol.* 5. Rimin. Iun. *cons.*360. *n.*55. *vol.*4. Honded. *cons.*17. *num.*46. *vol.*1. & alij, quos refert ac sequitur Farinac. *d. q.*69. *cap.*1. *num.*92.

7 Minùs attendenda depositio alterius testis de confessione extraiudiciali; nam vti vnicus nihil probat. Non enim valet consequentia: duo testes contestes de loco, tempore, & verbis plenè probant, ergo vnus testis comprobare debet semiplenè, vt per Rot. apud Puteum dixit in præcitata *dec.* 466. *ante n.* 1. *lib.* 2. & Vbald. *sen. dec.* 406. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* præcipuè si sit inimicus. Siquidem testimonium inimici non facit indicium, nec aliquam præsumptionem, vt docent Marsil. *cons.* 15. *num.* 5. & *cons.*20. *n.*29. Roland. *cons.* 95. *n.*29. *vol.*4. Burlat. *cons.* 20. *num.*34. *vol.*1. dicens communem, Bertaz. *cons. crimin.*8. *n.*43. *lib.*1. Menoch. *de arb. lib.*1. *quæst.*88. *num.*5. Farinac. *de testib. q.*53. *num.* 12. etiamsi inimicitia causata fuerit facto, & culpa illius, contra quem testis producitur, vt post alios ibidem subdit Farinac. *num.* 18.

8 Velsi esset testis olim famulus expulsus à prætenso reo. Nam obstaret dictum Baldi *in l. Lucius Titius* 90. §. *Lucius Titius de leg.* 2. quod expulsus de domo præsumitur odiosus expellenti, & ideò non potest testificari contra expellentem, & Alexandri *in addit. ad Bartol. in l.*2. *lit. B. ff. de testib.* quod præsumitur inimicus, quem expello è domo. Quod approbarunt Marsil. *in l.*1. §. *præterea num.* 22. alias 55. *ff. de quæst.* Bertaz. *cons. crimin.*283. *num.*10. *lib.* 2. & alii relati à Farinac. *quæst.*49. *num.* 81.

Cætera, quæ opponi possunt, pendent ex processu.

CONSVLTATIO XXXVI.

An, & quatenus domus, siue palatium Episcopi gaudeat immunitate? Et quid de illius pariete, tecto, ianua &c.

1 GAudere, dummodò non distat ab Ecclesia Cathedrali vltra quadraginta passus, aiunt Oldrad. *cons.* 55. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.*20. *num.* 6. Corrad. *in pr. tit. de capt. n. item* 6. Clar. *quæst.*30. *num.* 2. *in fin.* ibique Baiard. qui testantur de frequentiori opinione, & seruata praxi, Doctores relati ab Abb. *in cap. Ecclesiæ n.*9. *de immun. Eccles.* Innoc. *in cap. inter alia col.* 1. *eod. tit.* vbi etiam Butr. *num.*9. Anan. *num.*10. Turrecrem. *in can. id constituimus* 17. *q.*4. Decian. *in tr. crim. lib.*6. *cap.*25. *num.* 14. qui hanc sententiam in iure credit esse veriorem, & forensi praxi obseruatam testatur. Hunc sequi videtur Farinac. *in addit in q.* 28. *num.* 38. Doctores adducti à Tusch. *pr. concl. v. Ecclesia conclus.* 10. *n.* 7. Ambrosin. *de immun. cap.* 10. *num.* 7. Cutellius *de immun. Eccles. lib.*1. *q.*27. Bobadil. *in polit. tom.* 1. *lib.*2. *cap.*14. *num.*85. qui in Glos. *lit. C.* de communi praxi testatur, Piasec. *in pr. Episcop. p.*2. *cap.*4. *ar.*8. *n.* 2. Sarp. *de iur. asyl. cap.* 4. *Elis.* Danza *de immun. Eccles. cap.*2. *num.* 1. Bonacin. *disp.* 3. *quæst.*7. *de immun.* §. 2. *num.* 8. Rationes sunt.

2 Primò quia Palatium Episcopale non debet distare ab Ecclesia per textum *in can. Episcopus d.* 41. *& can. Episcopus de consecr. d.* 3. ideòque, si distat, cum hoc sit contra ius, non debet gaudere priuilegio immunitatis. Secundò, quia hoc priuilegium non datur personis, atque adeò neque Episcopo, vel Clericis, sed datur loco Sacro ob illius reuerentiam. Quare cum domus Episcopi non sit sacra, neque loco sacro adhæreat, non potest gaudere priuilegio immunitatis. Et tertiò quia Constitutio Gregorii XIV. de locis confugii nullam facit mentionem de palatio Episcopi. Et cum in ea reducantur omnia ad vnicam formam, non est, cur palatio Episcopi ab Ecclesia cathedrali vltra quadraginta passus distanti priuilegium immunitatis tribuatur.

Volunt alii, gaudere, quamuis distet ab Ecclesia cathedrali quadraginta passus, dummodò tamen habeat oratorium, siue Capellam, in qua diuinum celebratur Sacrificium. 3 Ita ex antiquioribus Hugo relatus à Io: Andr. *in d. cap. inter alia num.* 2. *de immun. Eccles.* vbi etiam Butr. *num.* 9. Anania *num.*10. Archid. *in d. can. id constituimus num.*3. Bellam *num.* 6. Turrecrem. *n.* 1. in quam sententiam omnes conueniunt, eamque prosequuntur Decian. *d. cap.*25. *num.*14. Farinac. *d. q.*28. *num.*38. *& in append. n.*273. Ambrosin. *loc. cit.* monens: *Ideo cauti debent esse Episcopi ad Oratoria constituendum in ædibus Episcopalibus, quando distant ab Ecclesia, in quibus per seipsos, vel per alios missam faciant, vt hanc immunitatem habeant.* Germon. *de sacror. immun. lib.*3. *c.*16. *sub n.*46. Vbi proptereà dixit, pauca, aut nulla admodum Episcopalia palatia inueniri posse, quæ careant Capella, Azor. *instit. mor. p.*2. *cap.*9. *q.*5. Guazzin. *loc. alleg. num.*23. Thom. del Bene *de immun. cap.*16. *dub.* 11. *sect.*14. *n.* 7. Ratio est vnica; quia saltem ratione Oratorii est locus sacer.

4 Communis verò sententia est, gaudere indistinctè, siue adhæreat Ecclesiæ cathedrali, siue non adhæreat, siue distet ab illa quadraginta passibus, siue non distet, verbo, vbique positum, ac siue habeat Oratorium, vel capellam, siue non habeat. Doctorum, qui eam amplectuntur, chorum ducit Gloss. *in d. c. id constituimus v. vel domus* 17. *q.*4. vbi Archid. *num.*3. qui post aliorum relatas opiniones hanc sequitur sententiam, Bellam. *n.*5. *in fine, & num.*6. Innocent. & Ostien. *in d. cap. inter alia num.* 1. *de immun. Eccles.* ibique Io. Andr. *num.*2. Zabarel. *num.*4. Abb. *in cap. Ecclesiæ n.* 9. *eod. tit.* ibique Henric. *n.* 9. Anchar. *in Clem.* 2. *n.* 4. *de pænit. & remis.* vbi quoque. Io. de Imol. *n.* 8. Barbat. *cons.*33. S. Antonin. *in sum. p.*3. *tit.* 12. §. 1. Rosell. *v. immunitas* 2. *num.* 14. Nauar. *in man. cap.*25. *num.*18. vbi de communi Clar. *quæst.*30. *num.* 10. ibique Baiard. Germon. *d. lib.* 3. *cap.* 16. *num.*45. *& seqq.* vbi testatur de communi, Tusch. *pr. concl. v. Ecclesia concl.* 9. *num.* 11. & *Concl.* 10. *num.*8. vbi aliis relatis testatur de communi, & *in v. Immunitas concl.*59. *num.* 24. vbi pariter de communi, de qua etiam testatur Couar. *d. cap.*20. *num.* 5. Azor. *instit. moral. d. p.* 1. *lib.*9. *cap.*8. *q.*5. Sylu. *v. immunitas* 3. *quæst.* 1. Suarez *de relig. lib.*3. *cap.*9. *n.* 9. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. p.*1. *c.*13. *de immun. Eccles. num.* 14. Mar. Ital. *de immun. lib.*1. *cap.*4. §. 9. *n.* 1. *& seqq.* Vbi respondet Deciano, & alii, quos refert, ac sequitur Farinac. *d. q.* 28. *num.*38. *de carcer.* & *in appendic. de immun. num.*272. vbi de veriori. Eamque admittunt Fagundez *præcept.* 2. *lib.*4. *c.*4. *nu.*60. Persic. *de offic. Sacerd. lib.*1. *cap.*9. *dub.*11. *n.* 97. Acugn. *in decret.* Gratian. *p.* 1. *d.*87. *cap.*2. *n.* 2. Correa *relect. de immun. p.*2. *num.*19. Alzed. *in prax. Episcop. p.* 1. *cap.*12. *num.*77. Peregrin. *de immun. cap.*4. *num.*69. Megal. *in* 3. *p. lib.*4. *cap.*2. *q.*7. *num.* 36. Villadieg. *in polit. cap.*4. *n.* 101. Gambacurt. *de immun. lib.*4. *cap.*3. *num.* 7. Dian. *p.* 1. *tr.* 1. *resol.*27. Castropal. *p.*2. *de reu. deb. loc. sacr. disp. vn. p.* 6. *num.*20. Giurb. *cons.*10. *num.* 13. Nonar. *in sum. Bullar. tit. de immun. Eccles. num.* 10. Belliet. *p.* 1. *tit. de fauor. Cler. real.* §. 4. *num.* 35. Ciarlin. *contr. for. cap.* 116. *num.*4. Gauant. *in manual. Episcop. v. Immunitas num.* 4. Tasson. *in pragm. de antifat. ver.*13. *obser.*3. *num.*3. Thomas del Bene *d. sect.*14. *num.*7. Genuens. *in prax. cap.*22. *num.* 10. Guazzin. *d. cap.*27. *n.* 20. Fagnan. *in d. cap. Ecclesia de immun. Eccles. n.*29. aliique.

5 Rationes, quas adducit Abbas *loco relato*, quasque omnes alij sequuntur, sunt huiusmodi. Prima, quod textus in *d. can. id statuimus* loquitur indistinctè. Secunda, quod in re simili familia Episcopi licèt sit secularis, gaudet priuilegio sui. Tertia, quod cum materia ista sit fauorabilis, non debet restringi, sed potius ampliari. Quarta ratio est Ostiensis *in d. cap. inter alia in princ.* quod aliàs palatium Episcopi nullum priuilegium haberet; nam & domus, quæ intra prædictos fines existunt, hoc priuilegio gaudent indistinctè, vt *can. quisquis* 17. *quæst.*4. Quinta est Peregrini, Dianæ, Thomæ del Bene, & aliorum *locis allegatis*, quod hoc priuilegium non

solùm

solùm de iure est concessum Ecclesiæ, sed etiam sponsæ Ecclesiæ ratione eius dignitatis. Ideòque dato, quod palatium Episcopi sit extra spatium priuilegiatom Ecclesiæ, & quod non habeat Oratorium, gaudet immunitate.

6 Ad rationem oppositam respondent, quod licèt congruum sit, vt palatium Episcopi sit propè Ecclesiam, tamen verum non est, quod de iure ad præsens non teneatur Episcopus ibi habitare, quia illa iura per cootrariam consuetudinem, sciente Summo Pontifice, sunt abrogata. Nec, quia distat ab Ecclesia vltra quadraginta passus contra iura antiqua, priuari debet immunitate, cum non quidquid fit contra ius, tollit immunitatem à iure concessam. Et Caoones illi editi fuerunt, quando Clerici habitabant simul cum Episcopo, & ideò præcipiebant, quod palatium Episcopi non abesset ab Ecclesia maiori; quod, cum hodiè non obseruetur, locum noo habent. Et quod ad Constitutionem Gregorianam licèt illa mentionem non fecerit de palatio Episcopi, fecit tamen de loco sacro, & religioso ibi: *super adducendis, vel extrahendis ab Ecclesia, monasterijs, sacellis, domibus secularibus, & regularibus, locis sacris, vel religiosis, alias quam, &c.* Appellatione autem loci sacri, vel religiosi venit, vtpotè locus pius, Palatium Episcopale, etiamsi Capellam, vel oratorium non habeat; quod inde patet, quia pœnæ, & eleemosynæ pro pijs operibus relictæ possunt pro fabrica palatij Episcopalis applicari, vt docent Doctores, quos sequitur Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 30. num. 19.* Et hanc senteotiam sequitur S. Congregatio Immunitatis, quæ sæpiùs declarauit, *palatium Episcopi quamuis locatum gaudere immunitate Ecclesiastica*, vt in Aquioatensi die 16. Decembris 1666. Et in Ceruiensi 17. Septembris 1658. *Executiones non possunt fieri in palatio Episcopi.* Alias declarationes alibi adduxi. Idem declarauit de domo parochiali, vt in subiectis declaratiooibus. *Domus parochialis gaudet immunitate ecclesiastica* 18. Febr. 1631. in Mutinensi. *Gaudet immunitate etiam respectu bonorum ibi existentium* 19. Augusti 1630. io Nullius Castri Duranti.

7 *Gaudet immunitate etiam pro ciuili* 3. Maij 1661. in Ariminensi.

8 *Gaudet immunitate, etiam si distet ab Ecclesia, & non sit locata laicis* 18. Nouembris 1653. in Cæsenatensi.

9 *Delinquens in domo parochiali gaudet immunitate* 4. Maij 1626. in Nepesina.

10 *Domus Ecclesiæ contigua gaudet immunitate ecclesiastica* 17 Nouembris 1654. in Oppidensi.

11 *Domus contigua Ecclesiæ confraternitatis gaudet immunitate* 23. Iulij 1652. in Ciuitatis Castelli; quæ omnia multò magis locum habent in palatio, & domo Episcopali.

12 Hæc sunt, quæ ex aliorum sententia producere potui; quod si & meam quæsiueris, licèt hanc communem opinionem propter Scriptorum coosensum non impugoem, rationes tamen eorum mihi noo placent; sunt veluti monetæ Caracallæ, pro aureis auratæ. Censeo igitur, de iure veram esse seotentiam illam, quæ requirit, palatium Episcopi ad hoc, vt gaudeat priuilegio immunitatis, non distare ab Ecclesia Cathedrali vltra quadraginta passus, de consuetudine verò, & ex communi praxi gaudere, etiamsi distet vltra dictos passus, etiamsi non habeat Oratorium, siue Capellam. Adducor *ex d. can. id constituimus 17. quæst. 4.* qui est Concilij Aurelianensis celebrati anno 508. vel vt placet Baronio 507. vel vt alijs 512. in quo ita decernitur. *Id constituimus obseruandum, quod Ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat.* Ecclesiastici autem Canones decreuerunt, & lex Romana constituit *in can. Sicut antiquitus ead. caus. & q.* per hæc verba: *Sicut antiquitus à sanctis Patribus statutum est, statuimus, vt maior Ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, Capella vero, vel minores Ecclesiæ triginta. Qui autem confinia eorum confringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro erit, quousque emendet, & nisi, quod rapuerit, reddat, excommunicetur.* Et licèt hic canon adscribatur Nicolao Papæ, qui vixit anno 858. atqoe adeò post Concilium Aurelianense, ille tamen noo fuit illius author, sed promulgator, vt liquet ex verbis Canonis, quibus statuitur, quod à Sanctis Patribus antiquitus statutum est. Item Ecclesiastici Caoones decreuerunt, & lex Romaoa constituit io Concilio Carthaginensi quarto sub anno 398. relato *in can. Episcopus d. 41.* in hunc modum: *Episcopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ authoritatem fidei, & vitæ meritis quærat. Hospitium quoque non longè ab Ecclesia habeat.* Ergo, vt palatium Episcopale gaudeat immunitate, est obseruandum, quod obseruari constituit *d. can. Id constituimus:* Ac proinde, quod domus Episcopalis non distet ab Ecclesia maiori vltra quadtaginta passus, neque habeat Episcopus hospitium longè ab Ecclesia. Notanda insuper est dictio illa, *vel*, quæ legitur *in d. can. Id constituimus*, ibi: *vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi.* Hæc enim dictio *hic* significat idem, quod *idest.* Dictio autem *idest* habet vim restringendi, *l. 1. ff. ad leg. Aquil.* cum similibus, atque adeò restringit domum Episcopi ad atrium Ecclesiæ, quod proximum ianuæ esse debet ex Vitruuio.

13 Confirmo id ex illa summa ratione, qua constitutum legimus ab Eugenio Papa, *can. necessaria 12. quæst. 1.* vt Clerici, ac Sacerdotes domicilia propè Ecclesias haberent. Olim enim canonicis in claustris iuxta Ecclesiam erat communitas vitæ, atque victus, *can. in omnibus de consecr. d. 5.* Iuo *p. 7. cap. 402.* In Coocilio Maldensi apud Iuonem *p. 6. cap. 184.* presbyteri assidui esse in Ecclesia iubentur, nec alibi habitare permittuntur. Hæc verò non solùm vim obtinent in presbyteris, sed in Episcopo, qui in Ecclesia sua sacerdotali more assiduus esse debet, *can. peruenit 7. quæst. 1.* qua ratione dicto Concilio Carthaginensi constitutum fuit, ne Episcopus hospitium habeat procul ab Ecclesia, *d. can. Episcopus vilem d. 41.* Neque aduersatur, quod ex dicto Concilio Aurelianensi primo *can. Episcopus de consecr. d. 1.* Episcopus iubetur adesse Ecclesiæ diebus tantùm dominicis. Concilium enim minimè indulget Episcopum alijs diebus, quàm dominicis abesse ab Ecclesia, verùm diebus dominicis Episcopum adesse arctiùs, & accuratius adstringit. Neque enim permittit abesse diebus dominicis, nisi premat infirmitas, quasi illis diebus nulla alia excusatio accipienda sit. Sanè, sicut & Episcopus alios superat honore ordinis, ita, inquit Gregorius *in past. p. 2. cap. 1.* omnibus deuocior, & humilior esse debet, Hieronym. *in Leuit. Siquis*, ait, *vult Pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quod non discedunt de tabernaculo Domini.* Et postea: *Oret ergo, & Sacerdos Ecclesia indeficienter can. Siquis d. 36.* Causa igitur finalis, quod domus Episcopalis gaudeat immunitate est Ecclesiarum assidua religio, & veneratio per Episcopi habitationem propè illas.

14 Non obstant Doctores, qui indistinctè hoc priuilegium admittunt; quia aliqui loquuntur de consuetudine, non autem de iure, vt del Bene. Aliqui fueruot coacti caoere palinodiam, vt Farinacius, qui se retractauit in appendice *ad Immunit. Eccles. in multis*, quæ liberè scripserat *in d. q. 28. num. 38.* In ista enim scripsit, quæ voluit, in illa, quæ noluit. Præclarè Quintil. *declam. 7. Genus seruitutis est coacta libertas, & eadem iniquitas, quidquid de homine inuito facias.* Alii responderunt rationibus Abbatis, vt Decianus.

15 Et quidem facillimè rationes adductæ euertuntur. Prima: quia falsum est, textum *in d. can. Id constituimus* loqui indistinctè, sed tantùm relatiuè ad canones Ecclesiasticos, & ad legem Romanam, qui canones, quæue lex decreuerunt, & coostituunt immunitatem Ecclesiæ per circuitum quadraginta passus, & hospitium Episcopi non longè ab Ecclesia abesse. Secunda, similitudo non habet locum, quia hic agitur de immunitate locali iuxta caoones antiquos, & legem Romanam, illic de priuilegio fori personali, quod absolutè, ac indistinctè conceditur familiæ etiam seculari Episcopi, vt *in cap. fin. de Offic. Archid.* Tertia: toties repetita, est sanè fauorabilis Episcopo, sed præiudicialis iurisdictioni laicæ, ideòque seruandum est, quod *d. can. Id constitui-*

mus

mus obseruandum constituit. Quarta: Falsum item est, quod domus, quæ intra triginta Ecclesiasticos passus existunt, gaudeant indistinctè hoc priuilegio. Nam secundum Glos. *in d. can. Quisquis 17. quæst.4.* domus Clericorum tantùm hoc gaudent priuilegio, atque adeò domus Episcopi, cum aliæ domus non debent esse intra ambitum Ecclesiæ, vt *in can. nulla* 12. *quæst.*1. & Glossa ibidem. Adde, quod hi passus competunt Ecclesijs per circuitum earum, & excluditur circuitus non ipsius Ecclesiæ, sed alterius particularis, vel viæ publicæ. Si enim domus alicuius priuati ibidem existeret, qua circuitus Ecclesiæ, eiusque territorium discontiouaretur, nullo modo priuilegio immuoitatis ibidem existens gauderet; quia talis domus, & via publica dici non potest Ecclesiæ circuitus, cum Ecclesiæ noo sit, Alberic. *in l.2. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Mat. Ital. *de imm. lib.* 1. *cap.*4. §.2. *& 6.* Fatin. *in append. de immun. cap.*18. *num.*291. & probat textus *in can. definiunt ead. caus.*17. *quæst.*4. ibi: *In hac triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progrediendi aditum obtinebunt*. Ex quo fit, non solùm domos laicorum, sed etiam particulariom Clericorum existentes intra triginta passus Ecclesiæ hac immonitate non gaudere, sed necessariò requiri, vt domus illius Ecclesiæ sint, aliàs dici non possunt io circuitu Ecclesiæ esse. Cùm ergo palatium Episcopale sit Ecclesiæ, vt existat iotra ambitum Ecclesiæ, vtique gaudebit hoc priuilegio, quo aliorum priuatæ domus noo gaudent, etiamsi intra dictum spatium siot. Præterea *in d. can. quisquis* non est sermo de immonitate quoad personas, sed quoad bona. Neque ex eu teatu conuincitur, domus particularium Clericornm intra illum ambitum existentes gaudere priuilegio immunitatis, sed solùm conuincitur sacrilegium esse, domus illas dirípere, vel ab eis aliquid auferte. Quinta: nullibi reperitur, quod hoc priuilegium, etiam de iure concessum sit Episcopo, vti sponso Ecclesiæ ob suam digoitatem, sed tantùm Ecclesiæ, illiusque spatio assignato. Vltima de Oratorio diluitor, quia est Oratorium priuatum, atque adeò oon gaudet, vt commuoiter Doctores, & io hac specie Thomas del Bene *d. cap.16. dub.9. sect.*14. *num.*10. & Castropal. *p.2. de vener. deb. loc. sacr. disp. vn. pun.* 6. *num.*22. Immunitas verò conceditur ob locum publicum Sacrum, qui est Ecclesia. Domus autem Episcopi vltra quadraginta passus existens, neque est Ecclesia, neque illius confinis; quod autem palatio Episcopi applicentur eleemosynæ, atque adeò sit locus sacer, non rectè infertur; nam etiam eleemosynæ applicaotur carceri Episcopali. Ergo carcer est locus sacer. Pernego consequens.

16 Secùs autem dixi de consuetudine. Cùm enim ampliùs presbyteri simul cum Episcopis vitam non ducant communem, noo est oecessarium, quod habeant domum, siue palatium propè Ecclesiam, sed satis est, quod munia Episcopalia exerceant in Ecclesia cathedrali, & ad præscriptum Sacrorum Canonum, & S. Concilij Tridentioi ita, vt antiquorum Canonum mens adimpleatur qooad religionem, & venerationem Ecclesiarum, atque adeò locum habet priuilegiom immuoitatis palatij Episcopalis vbicumque positi; quæ quidem consuetudo cum iuri sit consona, sitque laudabilis, obseruanda est; quod verò ad contrariam praxim, quam asserit Couaruuias; illa quateous extet, restringi debet ad consuetudinem Hispaniarum, in qua erat versatus, vt respondet Farinac. *d. quæst.*28. *num.*28. Et licèt Baiardus ad Clar. *d. quæst.*30. *num.*10. affirmet, se vidisse aliquando capi reos in palatio Episcoporum, id tameo credit euenisse de Episcoporum licentia. Ideòque religiosè seruanda sunt decreta S. Congregationis superiùs adducta.

17 Extenditur hæc immunitas, etiamsi Episcopus abesse contigerit à suo palatio, ac etiam Sede vacante; quia per absentiam, & per obitum Episcopi non desinit eius palatium esse, quod fuerat; etiamsi illud sit extra propriam diæcesim, vt declarauit eadem S. Coogregatio Immunitas in Castren, de qua *tom.*3. quod est contra Peregrin. *d. cap.4. num.*73. Mar. Ital. & alios.

18 Habetque locum non solùm quoad partes interiores palatij, sed etiam quoad totam superficiem, & partes exteriores fabricæ, nempè tectum, parietes, ianuam, scalam, & alia huiusmodi, vt in specie Bonacin. *in* 1. *præc. decal. disp.3. quæst.7. punct.4. prop.*1. Sperel. *dec.*63. *num.*8. *& 9. tom.* 1. Diana *p.6. tr.*1. *resol.*3. del Bene *d. dub.9. sect.6. num.9.* Cùm enim sint partes integrales palatij, non debent diuerso iure censeri, *l. eum, qui ædes, ff. de vsucap.* Accedente præsertim consuetudine, quæ sola sufficit ad tribuendam iurisdictionem, *cap. cum contingat de for. comp.* Ambrosin. *de immun. cap.*14. *num.*1. adeò, vt transgressor huius consuetudinis puniri debeat, sicut transgressor legis, vt latè Sperel. *dec.*73. *num.* 3. *& 4. p.* 1.

19 Quare, constito de extractione ab huiusmodi palatio, eiusqoe partibus, debet extractus ad illud remitti, vel saltem ad carceres Ecclesiasticos pro custodia, donec cognoscatur, an gaudeat immunitate, ne interim violata remaneat, vt post multos tradit Ambrosin. *d. cap.* 10. *num.*2. Guazzio. *cap.*31. *num.6. defens.*1. & Giurb. *d. cons.*20. *num.*23.

CONSVLTATIO XXXVII.

An habens vtramque iurisdictionem cognoscendi, ac puniendi tum delicta laicorum, tum Ecclesiasticorum, in puniendo inquisitum, comprehensum, & existimatum, vt laicum, & in suo constituto dicentem se esse Clericum, teneatur procedere secundùm ius Pontificium?

1 AFfirmo per textum *in cap. quod Clericus de for comp.* Torrectem. *in can. continua* 11. *quæst.*1. *num.*2. *in can. inter hæc* 33. *quæst.*2. & *in can. lege Imperatorum d.*10. & tradit Marth. *de iurisd. p* 4. *cas.*50. *num.*1. Cartar. *dec.* 1. *num.*74. *&* 223. Vnde debet habere diuersos Iudices, vt certus esse possit de sua iurisdictione, Rot. *dec.*21. *de concess. præb. in nou.* & *dec.*143 *p.*2. *rec. & dec.*265. *num.*3. *p.7.* & certus de conditione illius, quem præcipit pœna capitali puniri *ex l. qui cum alio ff. de reg. iur.* quæ locum etiam babent in criminalibus, & io delictis, Bartol. *in l. per alios in fin. ff. de adult.* Alex. *cons.*77. *num.6. lib.*3. Cartar. *de capt. bannit. cap. fin. num.*26. & successiuè, an vti Iudex Ecclesiasticus procedat, & procedere debeat, an verò vti secularis ex traditis à Felino, Gigante, & alijs apud Sperel. *dec.*133. *num.* 48. quòd si vtramque potestatem non exerceat, sed temporalem tantùm, debet statim, ostensis litteris clericatus inqoisiti, ab vlteriùs procedendo in causa abstinere, vt obseruant omnia Tribunalia verè Catbolicorum, præcipuè nostri Religiosissimi Regni Neapolitani, noo obstaote titu antiquissimo Magnæ Curiæ Vicariæ, vt ex Vincent. de Franch. *dec.*329. *n.* 1. *& seqq.* Merlin. Pignatel. *cent.*1. *cap.*49. *num.*22. Campan. *in prax. forond. resol.*4. *num.*2. & Guazzin. *defens.*12. *cap. vn. num.*49.

2 Productis igitur litteris Clericatus erit procedendum contra citatum, vti Clericum, non vti laicum, licèt prætenderetur, non habere Sac. Coocilii Tridentini requisita, atque adeò, quod priuilegio foti non gaudeat ea illius dispositione *sess.*23. *cap.6. de reform.* quia non idcircò priuilegio Canonis priuatur, vt per Bonacin. *de legib. disp.*20. *quæst.*2. *pun.*1. §.4. *num.*20. Dian. *p.*1. *tr.* 2. *resol.*36. Squillant. *de priuil. Cler. cap.*12. *dub.*1. Sanfelic. *dec.*2. *num.*4. de Marin. *var. resol. lib.*1. *cap.*47. *num.* 73. Comitol. *respons. moral. lib.6. quæst.*20. quod etiam in Clerico, qui in fraodem clericatum assumpsit, locum habere ait Sanfelic. *d. dec.*2. *num.*24.

3 Vel si in contumacia Iudex laicus procedat, tunc enim visis litteris Clericatus debet supersedere absque alia requisitorum probatione, vt etiam obseruant ipsi Iudices laici, & Sacrum Concilium Neapolitanum, cum multa in facto deduci possint, vel ad excusationem requisitorum Tridentini Concilii, vel ad illorum probationem, oec interim procedi debet ad condemnationem, Merlinus, & de Franchis *locis assignatis*.

4 Vel quia resumptio habitus etiam in fraudem, suffra-

fragatur Clerico, vt priuilegio fori Ecclesiastici gaudeat, saltem quoad districtionem personalem, Marth. *de iurisd. p.4. cent.2. cas.*121. *à num.* 10. Ricc. *dec.* 357. *p.* 4. Dian. *d. resol.*26. Carleual. *de iudic. disp.* 2. *num.* 448. & 909. Squillant. *de priuil. Cler. cap.* 7. *num.* 33. de Marin. *cap.*48. *num.*6. & *cap.* 50. *num.* 9. & 10. Barbos. *ad d. cap.*6. *sess.*23. *num.* 31. Giurb. *cons.* 15. *num.* 34. Sanfelic. *dec.*2. *num.*23. *& seqq.* Cartar. *dec.*17. *num.*25. & 26. aliique ab eo relati, & ita declarauit S. Congregatio Concilij in Consentina 26. Septembris 1630. in Firmana 7. Augusti 1640. in nullius S. Laurentii in Campo 17. Decembris 1630. passimque alias.

5 Vel demum quia coram Iudice vtramque iurisdictionem laicam, & Ecclesiasticam exercente non exiguntur requisita Concilij Tridentini, cùm semper possit Episcopus suum subditum punire, iudicare, & cognoscere, donec trina monitione præmissa eum fori priuilegio non priuauerit, Sperellus *dec.* 17. *num.* 33. del Bene *de immun. cap.*4. *disp.*8. *num.*42. cum in præiudicium ipsius Clerici, non autem Episcopi dispositio Concilij locum habeat.

6 Nec videretur admittenda declaratio Iudicis Ecclesiastici in præiudicium Ordinis clericalis, declarando, huiusmodi Clericum priuilegio fori non gaudere; tum quia saltem gauderet priuilegio canonis, quo impeditur Iudex laicus, in Clericum manum inijcere, vt per Sanfelic *d. dec.*2. *num.*24. Barbos. *in l. Si quis posteaquam num.* 233. *ff. de inof. testam.* & Cartar. *d. dec.*27. *num.* 27. tum quia falsa est opinio Thomæ del Bene, & aliorum, qui volunt, Clericatu non obstante procedi posse à Iudice seculari contra Clericum etiam ad districtionem personalem, si post inquisitionem præsumatur in fraudem suscepisse Clericatum, vt latè nas alibi.

7 Minùsque obstaret renunciatio beneficij ab ipso Clerico antea facta, sed potiùs illi suffragaretur, cum beneficium Ecclesiasticum iam obtinuerit iuxta *d. cap.*6. Concilij Tridentini, cùm semper remaneant vestigia. Neque ex eo, quod beneficium renunciauerit, renunciasse censetur & Clericatum, neque post Clericatus renunciationem impeditur habitum resumere, atque adeò Clericatus priuilegio gaudere, nisi renunciatio in manibus Episcopi fieret, & pœna amissionis priuilegij apponatur in casu resumptionis, vt refert decisum de Marinis *lib.*1. *cap.*49. *num.*4. & 5. &, me teste, quoties hic casus contigit in Tribunali Illustrissimi Gubernatoris Vrbis, qui vtramque iurisdictionem exercet, ita iudicatum fuisse, & monitorium emanatum in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, moderatum in pœnam triremium. Et inte quidem, ne ex facto subdiri præiudicium fiat Episcopo, Superiori Ecclesiastico, iuri pontificio, ac toti ordini clericali. Referam haud prorsus inopportunè resolutionem Gregorij XIII. & S. Congregationis super Episcopis de commissionibus causarum feudalium Episcoporum sub die 3. Iulij 1582. *Che i Vescoui possano deputare chi par loro per giudicare nelle cause sudette frà meri laici, e ancora tra Ecclesiastici, e laici, quando il Chierico sarà attore, ma non già quando fusse reo, nel qual caso il Giudice dee essere persona Ecclesiastica. E che pur'anche nelle sudette cause, acciochè apparisca chiaramente, che i Vescoui sono padroni della sudetta giurisdittione, si mutino qualche volta quest. Giudici, ouero Commissary, e che i Vescoui medesimi, o loro Vicary decidano qualche causa particolare tra laici, e ne deleghino alcune a' Giudici chierici, e anche ad altri laici della Città, e Diocese.*

CONSVLTATIO XXXVIII.

An, & quatenus domus Collegij scholarium, quam ingreditur per atrium, quod conducit ad Oratorium publicum dicti Collegij, gaudeat immunitate?

1 Affirmatiuè respondendum est; quia cum huiusmodi domus sit contigua, & cohærens Ecclesiæ, siue Oratorio publico dicti Collegij, quinimmò per eandem ianuam pateat ingressus in dictam domum, sicut in Ecclesiam, siue Oratorium, sequitur, quod gaudeat immunitate, cum confugiens ad ambitum, vel septa Ecclesiæ non minùs illius immunitate gauderet, ac si ad ipsam Ecclesiam confugeret, vt latè per Farinacium, qui pluribus comprobat, Ecclesiæ ambitu, vel septis intelligi tota fabrica, *de immun. Eccles. cap.*17. *num.*268.

2 Idque præsertim, si in dicta Ecclesia celebretur publicè Missæ Sacrificium, aliaque diuina officia, si habeat Campanile cum campana pulsari solita, adsint presbyteri ad diuinorum celebrationem deputati, vt benè Eugen. *cons.*88. *n.*45. *& seqq. lib.*2.

3 Eòque faciliùs, si dictum Collegium fuerit erectum authoritate Apostolica, vel ordinaria. Nam sicut propterea totus locus reputatur religiosus, *cap. fin.* ibique Canonistæ *de cens. cap.*3. *de relig. dom.* cum alijs per Eugen. *d. cons.*88. *num.*1. & 43. ita præfata domus gaudere debet priuilegio immunitatis, tum ex iuris communis dispositione per Abb. *in cap. Ecclesia num.*7. *de immun. Eccles.* Felin. *in cap. de quarta num.* 3. *de præscript.* Angel. de Castr. cum Paulo eius genitore inter consilia Castri *cons.*458. *num.*1. *lib.* 2. Decian. *tr. crim. lib.*6. *cap.* 24. *num.* 32. Bellenz. *de remed. subsid. quæst.*38. *num.* 11. Farinac. *d. cap.*17. *num.*251. Eugen. *loc. cit. num.*6. tum ex Constitutione Gregorij XIV. quæ expressè loquitur de locis sacris, & religiosis, vt latè per eundem Farinac. *d. cap.*17. *num.* 252. Et vbi etiam res dubia remaneret, adhuc fauendum est immunitati, & pro ea pronunciandum, vt per Decian. *cons.*80. *num.* 22. *lib.*3.

4 Secùs autem dicendum est, si locus non est sacer, neque religiosus. Non sacer, quia ab Episcopo non fuit consecratus, *cap. nemo de consecr. d.*1. Non religiosus, quia in illo non humantur mortui §. *relig. instit. de rer. diuis.* neque inhabitant Religiosi, aut personæ Ecclesiasticæ, sed iuuenes seculares, *cap. ad hæc de relig. dom.* Decian. *in cap. quanto num.*51. *de iudic.* Non pius, si non est institutus ad opera pietatis, siue religionis, sed tanquam Collegium adolescentium, quod non est locus pius, Capr. *cons.*54. *num.*10. & Gabr. *tit. de pia caus. concl.*1. *num.*29. vbi alij.

5 Nec oratorium, siue Capella in eo existens reddit huiusmodi locum sacrum, siue religiosum; quia Capellæ, siue Oratoria laicorum non faciunt locum religiosum, vel sacrum ex Abb. *in cap. fin. col.*1. *de censib.* & *in cap. patentibus de priuil.* Calder. *cons.* 4. *tit. de relig. dom.* Paris. *cons.*34. *lib.*4. Becc. *cons.* 148. *num.* 1. & de istis Collegijs laicorum Capr. *d. cons.* 54. *num.* 9. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 29. & hanc esse communem post Remig. *de immun.* testatur Clar. *in §. fin. quæst.* 3. *vers. sed quid dicendum.*

6 Neque obstat, si in dicta Cappella celebrentur missa, & alia diuina officia, quia non idcircò illa gaudet immunitate iuxta communem opinionem, de qua Clar. *loc. cit.* Nam istæ Capellæ, siue Oratoria sunt loca priuata, quæ ad dominorum voluntatem destrui possunt, etiam quod in eis celebretur missa, vt docet Henriq. Boich. *d. cap. Ecclesia num.* 1. *de immun.* Suar. *de relig. tom.*1. *lib.*3. *cap.*9. *num.* 10. Farinac. *de carcer. quæst.*28. *num.*71. & declarauit semel, ac iterum S. Congregatio super Episcopis per hæc verba: *al Vescouo di*

Mersi

Marsi essendo state riferito nella Sac. Congregatione il caso di quel laico, che trouandosi carcerato nella Cappella della medesima Rocca, e pretendendo di godere l'immunità Ecclesiastica questi Illustrissimi miei Signori à relatione del Sig. Cardinal Lanti mi hanno ordinate di scriuere à V. Sig. che non impedisca l'estrattione del sudette laico, stante che le Cappelle de' Palazzi priuati non godono il priuilegio dell'immunità Ecclesiastica. Di Roma li 17. di Nouembre 1617.

7 Minúsque Campana facit locum religiosum, si non est apposita ad vocandum populum, sed scholares, seu familiares Collegij, quemadmodum fit in palatijs Em. Cardinalium, Decian. *d. cap.* 25. Tusch. *lit. B. concl.* 59. *num.* 24. vbi de communi, & Decian. *d. cons.* 148. *n.* 1.

8 Authoritas verò Pontificia, vel ordinaria non facit locum sacrum, religiosum, vel pium, nisi quando ab ipso Pontifice, vel Ordinario consecratur, vel ad vsum pium, siue religiosum destinatur, vt docet Capr. *d. cap.* 54. & Farinac. *de immun. Eccles. d. cap.* 17. *n.* 255. *&* 258. non autem quando ab eis conceduntur aliqua priuilegia, quæ respiciunt gubernium, & præeminentiam Officialium, & alia huiusmodi, quæ non faciunt locum Ecclesiasticum, siue immunem, vt de Collegio adolescentium, Petr. de Perus. *in tr. de canon. port. q.* 14. *n.* 24. Roch. *de iurepatr. v. in Ecclesia q.* 5. quos sequitur Gabr. *loc. alleg. concl.* 1. *n.* 19.

9 Præcipuè verò si huiusmodi Collegium coactum fuerit ad soluendum vectigalia laicorum, si gubernetur à laicis, iusque in eo reddunt illius gubernatores laici, non autem Iudices Ecclesiastici. Hæc enim, & id genus alia faciunt, quod locus sit laicalis, & non Ecclesiasticus, etiamsi aliquando ab Episcopo fuisset visitatus iuxta ea, quæ tradit Decian. *d. cons.* 148. *num.* 1.

CONSVLTATIO XXXIX.

CVm *in can.* 11. *Bullæ in Cœna Domini* feratur excommunicatio in interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos, vt prospiciatur indemnitati, ac dignitati Episcoporum, quos sæpè hostiliter insequuntur Barones, quæritur,

Quid comprehendatur nomine eiusmodi hostilis insecutionis? An comprehendantur verba iniuriosa, insultus, an requiratur effectus, & quod Episcopus fugiat, & alius eum insequatur hostiliter?

1 NEgatiuè respondendum videtur; quia huiusmodi excommunicatio non incurritur propter verba iniuriosa, aut insultum, sed requiritur effectus, & actus realis, vt per Archid. *in cap. Felicis n.* 10. Io. Andr. *n.* 1. Gemin. *n.* 5. *&* 6. Anchar. *n.* 1. Franch. *n.* 5. & alij *de pæn. in* 6.

2 Et requiritur, quod Episcopus fugiat, & alius insequatur hostiliter, vt denotant illa verba, *insequatur hostiliter* ad tradita per Archid. Io. Andr. Gemin. & alios *in d. cap. Felicis*, & in terminis huius Canonis Bullæ Cœnæ. Nauar. *cons.* 32. *vers.* 5. *de sent. excom.* Suar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 3. *vers. tertia excommunicatio*, Duard. *in com. ad d. Can.* 11. *q.* 5. Alter. *disp.* 12. *lib.* 5. *cap.* 4. *lit. C. tom.* 1.

3 Non obstat Bulla B. Pij V. cuius meminit Nauarrus; quia ipse non allegat, quæ nam sit ista Bulla, nec ea reperitur, & contrarium tenuit ipsemet Nauarrus *d. cons.* 32. Neque obstat distinctio inter proprium, & alienum Episcopum; quia sufficit dicere, quod iure non probatur, nec alia allegatur excommunicatio in Bulla Cœnæ. Denique non potest prætendi excommunicatio *in can. Siquis suadente* 17. *q.* 4. quia requiritur actualis percussio, Syluest. *v. excommunicatio* 7. *n.* 23. & Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. *vers. quarto loco*.

At nihilominùs, cùm hæc materia frequens sit, operæ pretium est, illam accuratè discutere, vt Episcopi, & 4
Barones inuicem se honorent, se diligant propter Christum, cuius munus exercent, illi ob finem Beatitudinis supernaturalis, isti ob finem felicitatis politicæ ordinatæ ad supernaturalem.

Est igitur hostilis insecutio persecutio omnis persona- 5
lis manifesta, animo quomodocumque offendendi in vita, honore aut in rebus, etiamsi offensio non deueniat ad effectum.

Dicitur persecutio personalis, seu corporalis primò 6
ad excludendam eam, quæ fraudibus, dolis, aut calomnijs fit. Quare qui his vtitur, non irretitur, quia sicuti aliæ actiones damnatæ sunt personales, idest inter personas lædentis, & læsi immediatè consistentes, ita etiam eiusdem generis censeri debet esse hæc hostilis insecutio.

Et ideò licèt diximus insecutionem esse, etiamsi fiat 7
animo offendendi in rebus, nolumus tamen comprehendi sub censura rapinam rerum Prælatorum huiusmodi, sed tantùm illam insecutionem, quæ, licèt vltimò tendat ad rapinam, est personalis, dum scilicet quis insequitur personam, vt rebus potiatur, quod grassatorum, seu latronum viarum proprium est, Filiuc. *in Bull. Cœna num.* 246. Vndè qui insequitur tantùm subdolè, & sine aperta persecutione, vt nacta occasione occultè furetur, & sine vi, non innodatur.

Secundò persecutio personalis dicitur ad excluden- 8
dam persecutionem, quæ verbis tantùm contumeliosis fit cum Vgolino *ad d. can.* 11. *num.* 6. Alterio *cap.* 4. *vol.* 7. *&* 8. Duardo *d. quæst.* 5. *num.* 3. *& quæst.* 22. *num.* 10. Scortia *Theor.* 156. *in fine*, Bonacina *pun.* 1. *num.* 6. in eundem *Can.* Non enim est hæc persecutio physica, & realis, sed impropria, & moralis, & ideò non inducens censuram. Quidquid in contrarium dicat Io. de Anan. *in cap.* 1. *de maled.* & Felin. *in cap. non dubium de sent. excom.* sentientes afficientem conuitijs & contumelijs Cardinales, saltem tanquam percussorem reum esse, *d. cap. felicis de pæn. in* 6. ducti tum authoritate Bartoli, qui *in l. aut facta in princ. ff. de pæn.* dixerit, sub percussione comprehendi aliquando percussionem verbalem, tum ex eo, quod dispositio *d. cap. felicis*, vt fauorabilis Ecclesiæ, latè est extendenda.

Negant tamen prædicto capite excommunicationem 9
contrahi Couar. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 11. *n.* 5. Diaz. *pr. crim. cap.* 66. & ad eum Salzed. *v. protulerit*, alios citans, estque communis sententia *ad d. can. Si quis suadente* non dici Clericis inferre vim, aut percutere, qui tantùm verbis eos afficit iniuriosis. Ad fundamenta autem contrarium opinantium, quæ pluribus optimè insequitur Couarruuias, respondetur ob rigorem, qui in pœnalibus attenditur, non satis esse in præsenti, quod aliquando sumpta percussio in latissima, & impropria significatione comprehendat etiam verbalem iniuriam. Atque ita vel eadem de causa, quia scilicet canon magis interpretandus est, vt pœnalis, quàm vt fauorem inducens, vel etiam quia admisso tanquam priuilegio verba non debent vsque ad sensum omninò improprium extendi, ruit alterum argumentum.

Aduertendum autem est, non esse necessarium, 10
quod personalis hæc insecutio fiat per motum localem, aut progressiuum, quo scilicet vno fugiente, vt manus insequentis euadat, alter à tergo insectatur, & vrget, vt loquuntur Graff. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 116. Filiuc. *loc. cit. num.* 246. Bonac. *eod. num.* 6. & videtur sententia Syluestr. *in sum. d. verb. Excommunicatio* 7. *n.* 23. Nauar. *d. cons.* 32. *num.* 4. D. Antonini 3. *p. tit.* 24. *cap.* 2. Fuitque opinio Geminiani referentis Archidiaconum *in d. cap. felicis num.* 6. Ancharani *num.* 1. Franchi *num.* 5. & aliorum *de pæn. in* 6. Licèt aliqui quoad capturam loquantur, non solùm sistendo in sola hostili insecutione, vt Archidiaconus, qui nititur testimonio Innocentij *ad cap. nuper de sent. excom.* Innocentius autem præcessit tempus edicti *cap. felicis*, vbi primùm hostilis insecutio damnatur.

Dicuntur autem huius esse sententiæ, quatenus, vel dicunt, insecutionem debere esse publicam, & manifestam, idest notam insecuto, vel quatenus volunt, obsidentem in domu, & insultantem non innodari, eo quod obsessus non fugiat, nec de facto personalem patiatur iniuriam. Fundantur, qui insecutionem in tali motu consistere dicunt, in vi grammaticali verbi compositi ab *in* & *sequor*, motum sequentis post fugientem indicantis.

11 Sed videtur certè minuta hæc consideratio, dum aliàs verè dicitur hostilem pati persecutionem, qui malo animo personaliter expetitur, etiamsi ipse non fugiat, vel quia non aduertat, vel quia non timeat, vel quia sit in loco tuto. Negatur autem primu, eam esse ita propriam verbi vim, vt ampliora comprehendere non possit. Est enim idem, quod *insector*, seu *persequor*, quod etiamsi sit à *sequor*, persecutio inde deriuata iniustam omnem offensam significat. Deinde, data etiam vi eius verbi secundùm communem sensum, qui in legibus interpretandis est attendendus, nomine hostilis insecutionis comprehẽdi omnem actum, vel conatum hostilitatis, etiamsi non intercedat motus vnius post alium fugientem.

12 Vndè patet similiter non esse insecutorem, & innodari, qui domum, in quam aliquis ex Prælatis expressis in Canone se receperit, adit cum animo obsidendi ad iniuriam inferendam, si daretur ingressus, vel Prælatus exiret; interuenit enim vera hostilis persecutio, non minus, quàm si Prælatus in via esset & fugeret. Ita Alterius *cap. 4. col.* 5. qui id pluribus probat, licèt non cuncta conuincat.

13 Patet etiam cum eodem Alterio contra Bonacinam, *cit. n. 6.* Filiucium *n.* 245. & Sayrum *n. 6.* eum dici insequi, & innodari, qui domum circuit hostili modo, & animo non ad inferendam corporalem læsionem, sed tantùm ad ignominia, dedecoreue afficiendum media illa actione. Nam huiusmodi impetuosa, & violenta accessio ad domum habet omnes ex parte persequentis conditiones hostilitatis. Subdolas autem calumnias, & verba contumeliosa exclusimus à censura, non quia persecutionis, & hostilitatis rationem habere nequeant, sed quia non dicuntur iniuriæ personales, vt supra explicatum est. Illud tamen crediderim probabile, non incurrere hos ita obsidentes domom, statim ac incipiunt accedere animo prædicto, sed postquam actualiter peruenerint, simulque conati fuerint offendere, aut id fecerint, ex quo dedecus & ignominia obsessi consequitur.

14 Distinguendum autem est inter eam iniuriam realem, & insultum in facto consistentem ad inferendum dedecus, seu ignominiam ordinatum, ac inter verba contumeliosa, quæ similiter in dedecus redundant. Aliqui enim, vt Duardus, & Bonacina vtrumque confundentes supponunt Alterium, quem nos sequimur, vtrumque voluisse sub excommunicatione esse contentum, cum tamen ipse Alterius *col. 8. vers. Itaque respondentes*, apertè dicat, verba contumeliosa non puniri censura *& col. 6. vers. quarta ratio*, asserat puniri eum, qui Præsulem à domo, vel castro exire non permittit, etiamsi non agat, vt illum sub custodia retineat, sed tantùm, vt pudore, & verecundia afficiat.

15 Insecutio autem debet esse manifesta non quidem, vt necessarium sit notam esse insecuto, vt volunt Graffius, Filiucius, Syluester, Nauarrus, D. Antoninus, Geminianus, Archidiaconus, Ancharanus, & Franchus supra relati, sed vt excludatur latens, & subdola insecutio, quæ fieret sine aperto impetu, ac vi. Hæc enim, etiamsi fieret ad læsionem personalem inferendam, si non sequatur effectus, non inducit censuram, quia more hostium, & belli manifesta videbere iniuriam fieri, significatur verbo illo *hostiliter*. Et ita loquitur Syluester *loc. cit.* Duard. ea *q. 5. num.* 2. Bonacin. *d. num. 6.* & alij communiter. Nec tamen addidi, insecutionem debere esse publicam, vt prædicti Auctores addunt, quia nullam video rationem, cur insecutio, quæ fit in priuato, aut paucis inspicientibus, non sit subijcienda censuræ.

16 Neque necessarium est, quod aliqua actualis læsio facto ipso sequatur, sed sufficit conatus. Ita Glos. *in d. cap. felicis v. insecutionem*, Ancharan. *ibidem*, Syluest. *loc. cit.* Bonac. & Duard. *vbi supra.* Alter. *d. cap. 4. col.* 8. Vgolinus referens Decium, & Nauarrum §. 1. Vndè siquis Cardinalem, aut Episcopum persequens telum in eos torserit, aut lapidem iniecerit, vel aliud simile conatus fuerit, irretitur, etiamsi non vulnerauerit, aut percusserit, aut aliquid damni sequutum fuerit. Ad hunc enim effectum principaliter videtur apposita hæc ratio, vt includat eos, qui attentantes in persecutione aliquam ex superioribus actionibus nequiuerint perpetrare. Vndè non habet hic locum regula, quod lex excommunicans præsertim non punit conatum, sed actiones consuetas. Nam apertè conatus exprimitur, alioquin redundaret hæc actio, & consequenter lex satis ostendit suam intentionem. Præterquam quod hæc hostilis insecutio non habet solam rationem conatus, sed participat per se conditiones particularis actionis. Ille autem diceretur tantùm fuisse conatus, nec innodaretur, qui parasset arma ad alia necessaria ad insequendum, vel etiam iter suscepisset ad hunc finem, sed tamen non peruenisset ad Prælatum, realemque actum insequendi illum, vel impotentia fuisset deterritus, vt per Vgolin. *n. 4.* & Alter. *col. 9.*

17 Et quia in nostra sententia non est necessarius actualis motus, seu cursus post inuisum Episcopum, consequenter aduertimus, non declinare censuram, qui sine præuio cursu conaretur lædere, puta iaciens telum, vel lapidem, etiamsi ictus vel inanis fuerit, vel declinatus. Id quod tenentur admittere plerique etiam aduersæ sententiæ, qui tamen non inficiantur, esse locum excommunicationi, quando quis domui Episcopi assistit animo interficiendi, vel vulnerandi, si per occasionem quamlibet dabitur facultas, vt tenet in specie Vgolin. *d. num.* 4. citans ad idem Gemin. *in d. cap. felicis.* Cùm ergo id fieri possit sine fuga, & cursu, non erit defectu huius excusandus à censura, qui telum, aut quid simile sine alia præuia insecutione, contorquet, dummodò intersit aperta vis, & non tantùm subdolum quid, & occultum, vt supra dictum est.

18 Ille verò non est censendus innodari, qui sine animo directè ipsos offendendi, sed aliundè inductus, obsideret Castrum, vel locum, in quo detineretur Episcopus ad Castro potiendum. Alterius, Duardus & Bonacina *pun. 3. num.* 4. Et quidem si bellum, vel obsessio sit iusta, nullum dubium esse potest; quia præter voluntatem vis redundat in Episcopum, nec censetur canon ius suum ab aliquo auferre. Lis est aliqua, quando bellum esset iniustum; qui affirmant excommunicationi esse locum, suadentur, quia illicita est hæc vis, sicuti illicita res, cui datur opera; qui negant, mouentur ex eo, quod animus offendendi Episcopum desideratur. Vtraque sententia probabilis est. Ego tamen censeo, quod animus si non formalis, virtualis esse possit.

19 Videtur etiam & ille excusandus, qui insequeretur non ad realiter offendendum, sed tantùm ad incutiendum timorem, vel verbis contumeliosis afficiendum, dummodò non sit expressus animus in cogendo ad fugam, aut conuiciorum prolatione ignominiam, & dedecus afferendi, vt supradictum est. Quia læsio honoris attenditur, quando personaliter lædens facit insultum. Vndè aliud est simpliciter verba contumeliosa proferre, aliud eo animo, & circumstantijs, quo manifestum dedecus inferatur, & hoc quidem videtur censuræ subijci, illud autem minimè. Si quis tamen persequendo ad incutiendum timorem esset proxima causa alicuius alterius inhibitæ actionis, puta mortis, vt siquis exploderet manuale tormentum ad timorem, Episcopus autem improuiso timore correptus exanimaretur, tunc incurreretur censura, vt probabile videtur. Quia tenebatur præcauere periculum, in quod illicito opere incidit. Vndè est vera causa mortis, vt in simili docet Bonac. *tom. 3. disp. 2. quæst. 3. pun. 6. sect. 1. §. 2. num.* 13.

20 Minùsque est necessarium, vt aliqui volunt, & præ-

præcipuè Duard. *loc. cit.* ex Geminiano *in d. cap. felicis*, quod in insequente sit animus grauiter offendendi, & tanquam capitalem hostem. Hostium enim, inquiunt, esse persequi capitaliter. Et ratio, cur id non admittimus, est, quia videtur nimia verborum restrictio, si Bulla ab ijs tantum insecutoribus protegat, qui ad instar hostium ad mortem expetunt, cum aliundè etiam simpliciter percutientes innodet. Nobiscum Sayrus *num. 7.* & fortè nullus discrepat, si capitale odium, & hostile dicamus, non esse illud solum, quoad mortem expetit, sed etiam ad alias iniurias. Nam ipse Duardus fatetur disertè, eum incurrere, qui animo tantùm percutiendi insequitur.

21 An autem protegatur hoc Canone etiam familia Episcoporum, affirmat Alter. *vbi supra col. 4.* Ego nego, nisi fortè ad effectum familiæ commodiùs lædendæ, ipse Episcopus hostiliter haberetur.

CONSVLTATIO XL.

An committens homicidium, vel mutilationem in viridario Conuentus, vel Hospitalis, alijsue in locis Ecclesiæ adhærentibus gaudeat immunitate?

1 IVre asylorum gaudere Monasteria certum est; verum authoritate priuilegiorum omnibus Ecclesijs concessorum, an ex speciali quandoque gratia, dubitatur. Non nescio quidem Monasteria cum alijs Ecclesijs, & locis pijs pari iure censeri, vt patet ex *nou.* 120. Immò expressè Monasteria nominantur in iure canonico, & *in can. quisquis 17. q. 4.* vbi dicitur: *Si quis Monasteria, & loca Deo dicata, & Ecclesias infringunt, & deposita, vel alia qualibet exinde abstrahunt, damnum nouies componant, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegi canonica sententia subigantur*, & notat Archid. *in can. diffinivit num. 1. v. in loco sancto ead. c. & q.* vbi dicit nec de hospitali, nec de domo religiosa quem extrahi debere, vt docent Io. de Visch. *de immun. Eccles. num.* 48. Doctores, quos citant, & sequuntur Sanchez *de matr. l. 9. disp. 15. n. 42.* & Farinac. *in append. de immun. c. 17. n.* 268. Palaus *to. 2. tr. 11. disp. vn. pun. 6. n.* 18. Peregr. *de imm. cap. 4. n.* 58. Raphael de la Torre *tom. 2. in 2. 2. D. Thom. q. 99. ar. 7. disp. 7.* Nauar. *cap. 25. n. 17.* Correa *in relect. de immun. p. 2. n. 2. & seq.* Portell. *in dub. Regul. v. Ecclesia, immunitas*, Lezana *in sum. eod. v. n. 3.* Bonac. *tom. 2. disp. 3. q. 7. pun. 4. n.* 10. Rodriq. *tom. 2. quæst. regul. 75. ar. 2.* Villal. *in sum. tom. 2. tr. 39. diff. 5. n. 6.* Diana *p. 6. tr. 1. resol. 6.* del Bene *de immun. cap. 16. dub. 9. sect. 11. àn. 1.* Qui id extendunt etiam ad Grancias Religiosorum, id est ad paruas domos Religiosorum, quæ sunt veluti spatia ipsorum, & membra Monasterij, quæ subduntur potestati, & iurisdictioni Superioris Monasterij, cuius sunt Granciæ, quamuis contrarium sentiat Trullench. *to. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 6.* ego tamen censeo quoad dictas Grancias gaudere, si sint locus sacer, siue religiosus, hoc est, si in eis adsit Capella, in qua publicè missa celebretur. Atque ita decernitur in Constitutione 7. Gregorij XIV. §. 2. his verbis: *Ab Eccleijs, Monasterijs, sacellis, domibus regularibus, locisue sacris, aut religiosis.*

2 Et licèt aliqui querantur, res venum exponi prohibitas, in Monasterijs detineri, & si emptor reperiatur, indè peti solere; quod quid aliud, aiunt, est, quàm immunitatibus, atque priuilegijs suis ad malitiam abuti? sub pietatis velo authoritatem Magistratus politici eludere, & subditos ad inobedientiam, atque rebellionem animare? Meminerint tales illius dicti Quintiliani: *dum proximos existimat transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur*, hoc natura similes esse ait, facere scelus, & probare. Audiant Marcianum Iurisconsultum *in l. 1. ff. de rapt. Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest*, & præcipitur, *vt perinde puniantur atque latrones*, in pari causa habendi sunt; quia cùm apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte, dimiserunt. Hæc tamen non loci sacri, aut religiosi, sed hominum improborum sunt, & abusus immunitatis, quem nos non tuemur, si fortè detur, quod non credimus.

Hospitale etiam gaudere immunitate habetur ex 3
Glos. *in l. 17. §. 12. ff. de ed. edict.* Panorm. *in cap. Cum Ecclesia n. 6. de immun. Eccles.* Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap.* 3. quo de decimis agit, laudans Lasartem in tractatione illius quæstionis. Sanè pari cum Ecclesijs iure censeri Xenodochia, Orphanotrophia, Gerontocomia, Ptochotrophia, Nosocomia, Brephotrophia, quæ vulgò Hospitalia audiunt, manifestum est *ex l. 12. l. 13. l. 15. l. 17. l. 19. l. 22. C. de sacror. Eccles.* Et tradunt Abb. *in cap. Ecclesiæ n. 6. de immun. Eccles.* Archid. *in d. can. diffinivit n. 1. per auth. de Eccles. tit. in princ. & §. ad hoc.* Quod tamen intelligendum est, si authoritate Episcopi sit constructum, aliàs secus, vt notat Innoc. *in cap. cum inter dilectos n. 4. de donat.* Abb. *in d. cap. Ecclesia num. 7. & in cap. vlt. num. 4. de censib.* Io. de Visch. *d. num.* 48. Fagnan. *in d. cap. Ecclesia n. 27.* Decian. *lib. 6. cap. 25. num.* 18. Syluest. *v. immunitas 3. num. 1.* Nauar. *d. cap. 25. num. 17. &* 18. Lezan. *eodem v. num. 2.* Tusch. *v. Ecclesia concl. 10. num. 2.* Scott. *Theor.* 385. Raph. de la Tor. *d. to. 2. in 2. 2. q. 99. ar. 3.* Layman *lib. 4. tr. 9. c. 5. n. 3.* Palaus *to. 2. tr. 11. disp. vn. pun. 6. num.* 17. Farinac. *q. 28. n. 36. & seq. & in app. num. 285. &* 266. Sayr. *lib. 3. de censur. c. 29. num.* 16. Gambacurt. *de immun. lib. 4. c. 4.* Filiuc. *tr. 15. c. 6. q. 5. num.* 150. Mar. Ital. *lib. 1. c. 4. §. 8.* Couar. *lib. 2. var. resol. c. 20. n. 4.* Suar. *lib. 3. de relig. tom. 3. c. 9. n. 3. & 9.* Sanchez *d. lib. 9. disp. 15. n. 39. & in opusc. to. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2.* Megal. *in 3. p. lib. 4. cons. 2. q. 2. n. 37.* Villalob. *in sum. to. 2. tr. 39. dif. 5. n. 2.* Spetel. *dec. 55. num.* 19. Ciarlin. *discept. for. cap. 116. num. 7.* Diana *d. p. 6. tr. 1. resol. 6.* Persic. *de offic. Sacerd. lib. 1. c. 9. dub. 11. num. 97.* Peregr. *de immun. c. 4. num. 69.* vbi ex Paulo de Castro *cons. 458. lib. 2.* & ex Tuscho satis probabiliter subdit, id verum esse, etiamsi in hospitali authoritate Episcopi erecto altare non sit, nec campanile, neque Ecclesia, si tamen ex alijs signis colligitur, authoritate Episcopi esse erectum, vt si institutum sit sub nomine alicuius Sancti, & visitetur ab Episcopo, del Bene *d. dub. 9. sect.* 10.

At verò, an Hospitalia, vel Oratoria in dubio censeantur publica, atque adeò gaudeant immunitate, vel priuata, cùm non appareat, an authoritate Episcopi sint constructa, si ibi est campana eleuata, quæ publicè pulsatur, signum est ea esse publica, & Episcopo subiecta, & idem dicitur, si ibi celebratur. Sunt enim ista signa loci publici, *arg. can. vnicuique, & can. seq. de consecr. d. 1.* & notat Archid. *in can. nemo n. 3. ead. d.* & plenius idem Abb. *in d. cap. inter dilectos n. 1.* & latè consuluit Feder. de Sen. *cons.* 130. Et aduertendum, quod actus solius celebrationis missæ necessariò non concludit, locum esse publicum, vt probat textus *in cap. vlt. de censib.* vbi dicitur in Oratorijs priuatis interdum celebrari, & sic non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *cap. 2. de translat. Episc. & l. neque natales C. de prob.* Quod notandum ait Abb. *in d. cap. vlt. n. 1.* Tunc ergo celebratio Missæ signum est loci publici, & sacri, si actus celebrationis sit publicus ita, vt omnes indifferenter admittantur, prout intelligunt Archid. *in d. Can. Nemo num.* 3. & declarant Butr. *in d. cap. vlt. in 3. notab.* & Abb. *num. 1. de censib.* & nos alibi, & Sac. Congregatio super Episcopis declarauit in Ianuensi 7. Iunij 1605. *quod in dubio censetur Oratorium publicum authoritate Episcopi constructum, si publicè campanam habeat, aut si publicè, & in quibusuis anni solemnitatibus in eo celebretur.* Nam in altari Oratorij priuati solet ex priuilegio Apostolico concedi celebratio missæ, exceptis solemnioribus festis, nempè Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, & Assumptione B. Virginis, festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & omnium

Sanctorum , eadem S. Congregatio super Episcop. 17.
Nouembris 1607. & hoc modo intelligenda est declara-
tio S. Congregationis immuoitatis, qua declarauit, ho-
spitale vti Ecclesiasticum, hoc est, erectum authoritate
Episcopi, gaudet immunitate Ecclesiastica, 8. Aprilis
1631. io Ciuitatis Castellanæ.

5 Atque adeò gaudere quoque eorum hortos, certum
etiam est ex constitutione Theodosij, & Valentini Impp.
in l. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug. ibi: *Vt inter tem-
pla, quod parietum descripsimus cinctu , & post loca pu-
blica, & ianuas primas Ecclesiæ, quicquid fuerit interia-
cens siue in cellulis, siue in domibus, hortulis , balneis ,
areis , atque porticibus confugas interioris templi vice
tueantur*; & in casu homicidij commissi, vel io ostio ,
vel in scalis, vel in atrio, vel in alio quouis loco Eccle-
siæ adhærente , communiter affirmant Merlin. Pigna-
tel. *controu. for.* 55. *n.* 25. *& seqq. cent.* 2. Carol. Marant.
resp. 36. *à num.* 1. de Mario. *quotid. resol. cap.* 170. *n.* 12.
Diana *p.* 1. *tr.* 1. *resol.* 7. Viscont. *in addit. ad Franch. dec.*
704. Ricc. *dec.* 250. *n.* 1. *p.* 3. Mastril. *dec.* 22. *à num.* 5.
lib. 1. Sperel. *dec.* 60. signatè *num.* 14. *lib.* 1. & nos ali-
bi, & declarauit sæpius Sac. Congregatio Immunitatis
apud Marantam *in fine resp.* 45. *tom.* 2. & in Barensi die
8. Iunij 1658. per hæc verba: *Viridarium Ecclesiæ gau-
det immunitate Ecclesiastica*. Quod etiam seqoota sunt
alia totius Orbis Tribunalia, præsertim Regni Neapo-
litani, & Siculi, vt testantur idem Merlinus, qui plu-
rimas resolutiones recenset *d. contr.* 55. *num.* 31. *& seqq.*
Marant. *d. resp.* 36. *n.* 16. *& resp.* 46. *n. item* 16. de
Marin. *loc. cit. lib.* 1. *cap.* 170. *num.* 11. Viscont. *ad dec.
Franch.* 709. Thot. *in comp. dec. par.* 1. *v. Immuni-
tas*, Ricc. *dec.* 250. *sub init. lib.* 3. Mastril. *d. dec.* 22.
num. 5. *in fine lib.* 1. malè reclamante Sarpo *de iur.
asyl. cap.* 4. & Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 2. *c.* 3.
num. 73.

6 Ratio desumitur ex Constitutione Gregoriana de
immun. Eccles. quæ expresè loquitur de occidente, vel
motilante io Ecclesijs, vel Cæmeterijs. Homicidium
autem , vel mutilatio commissa in viridario Ecclesiæ
propioquo non dicitur commissa in Ecclesia, cùm di-
ctio *in* denotet intrinsicitatem, & restriogatur ad homi-
cidium, vel mutilationem intus Ecclesiam patratum ,
vt comprobat Bero. *cons.* 177. *n.* 16. cum pluribus *seqq.
vol.* 3. Marant. *d. resp.* 36. *n.* 5. *& resp.* 45. *n.* 12. Mar.
Ital. *de immun. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 20. Sperel. *d. dec.* 60. *n.* 9. *lib.*
1. & Mastril. *dec.* 22. *n.* 9. Et, vt clarius restrictionem
ostenderet, addidit aliam dictionem restrictiuam ,
nempè *ipsis* ibi : *in ipsis Ecclesijs* . Quod etiam aduer-
tunt Marant. *d. resp.* 36 *num.* 8. *& resp.* 4. *num.* 13. *num.*
2. Sperel. *d. dec.* 60. *num.* 11. *lib.* 1. & Ricc. *d. dec.*
250. *p.* 3.

7 Neque obstant Doctores affirmantes, etiam virida-
ria, claustra, & alias partes Ecclesijs adhærentes in ma-
teria immunitatis Ecclesiæ comprehendi. Nam lo-
quontur in casu, io quo agitur de fauore immunitatis,
non autem de excludenda immunitate, & sic de mate-
ria pœnali, & odiosa, vt distingunt Bellet. *disq. Cler.
p.* 1. §. 2. *n.* 34. Marant. *resp.* 36. *n.* 20. *tom.* 2. Sperel.
d. dec. 60. *n.* 27. & Mastril. *ea dec.* 22. *n.* 7. *lib.* 1. At ego
percipere non possum, cur viridarium, cella vinaria .
& alia loca huiusmodi, quæ adhærent Ecclesiæ, debeant
esse magis priuilegiata, qoàm ipsa Ecclesia; quod si sunt
Ecclesiæ accessoria, dum committens in illa, quæ prin-
cipalis est, homicidium, vel mutilationem, non gau-
det, multò minos gaudere debent accessoria, quæ ob re-
uerentiam Ecclesiæ principali debitam, immunitate
gaudent. Ducor tamen magis authoritate Doctorum ,
quàm ratione ad seqoendom hanc opioionem, io qua
declarationem Pootificiam desidero.

8 Minùs obstat, si dicator pro excludenda immunitate
esse in Viridario Cœmeterium, quod excipit homici-
dium, & mutilationem; quooiam hæc qualitas, super
qua fuodatur exclusio immunitatis, à parte opponente
probari debet, vt firmat Cattar. *dec. crim.* 46. *num.* 56.
ac ita, vt non sufficiaot præsumptiones, & coniectu-
ræ, sed pleniffimè ac omninò concludenter probanda
est, vt per Farinac. *cons.* 76. *n.* 3. *& seqq. lib.* 1. *& cons.*
168. *à n.* 1. *lib.* 2. *& de immun. cap.* 22. *n.* 374. Vermi-
gliol. *cons.* 105. *n.* 1. Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *c.* 6. §. 1. *n.*
80. *& seqq.* Quæ probatio desumi non potest ex processu
Iudicis secularis, sed ex solo processu Iudicis Ecclesiastici
competentis , vt in specie comprobant Vermigliol. *d.
cons.* 105. *n.* 2. Farinac. *d. cons.* 67. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. *&
cons.* 168. *n.* 26. *& seqq. ac de immun. Eccles. n.* 367. *&
seqq.* Mar. Ital. *de immun. lib.* 5. *cap.* 6. §. 1. *num.* 79.

Vt aotem probetur, quod in Viridario sit Cœmete- 9
rium , debet constare, quod fuerit deputatum , siue
benedictum authoritate Episcopi ad sepeliendum mor-
tuos, Sperel. *dec.* 62. *num.* 13. quod adsint Crux mar-
morea, vel lignea, vas aquæ benedictæ cum aspersorio,
& alia requisita à Synodis, vt per Mar. Ital. *de immun. lib.*
1. *cap.* 4. §. 7. *n.* 33.

Eoque magis gaudent viridariom , atrium, scalæ , 10
& alia generis huiusmodi, si homicidium, vel mutila-
tio ex pura, & subita rixa sequatur, in qoo casu etiamsi
id eueniat io ipsa Ecclesia, occidens, vel mutilans gau-
det, vt communiter tenent Doctores, nominatim Ver-
migl. *cons.* 103. *n.* 5. *& cons.* 104. *num.* 9. Merlin. Pigna-
tel, *d. contr.* 55. *n.* 31. *& seqq. tom.* 2. Gutier. *pract. q.*
1. *lib.* 3. *num.* 10. Azeoed. *lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 26.
tom. 1. Farinac. *de immun. cap.* 16. *n.* 238. *&* 240. Dian.
d. p. 1. *tr.* 1. *resol.* 11. *& p.* 4. *resol.* 107. *& p.* 6. *tr.* 1. *resol.*
7. Cattar. *dec. crim.* 74. *num.* 12. Tusch. *v. Ecclesia concl.*
11. *n.* 13. *&* 14. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *c.* 9. *q.* 9. Sesse *dec.* 141.
n. 8. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de immun. n.* 58. Zambel.
in repert. mor. v. Ecclesia quoad eius immun. n. 13. Sperel.
dec. 59. *num.* 36. Mar. Ital. *de immun. d. lib.* 1. c. 5. §. 3.
num. 1. *& seqq.* Moueotur ex *cap. inter alia de immun.
Eccles.* Ratio vera est, quia in hoc casu prouocatus in
rixa, si per modum defensionis cum moderamine incul-
patæ totelæ occiderit, vel mutilauerit, non delinquit,
cùm de iure naturæ vim vi repellere liceat; quod est con-
tra Abb. *in d. cap. inter alia*, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 20.
n. 15. Nauar. *cap.* 25. *num.* 20. Suar. *de relig. lib.* 3. *c.* 11.
num. 6. *in fin.* Clar. *pr.* §. *fin. q.* 30. Farinac. *de carc. q.* 28.
n. 54. Laym. *lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 3. *n.* 6. Peregr. *de immun. cap.* 6.
n. 15. Gambacurt. *lib.* 5. *c.* 23. Decian. *lib.* 6. *c.* 28. *n.* 5.
Germoo. *de sacr. imm. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 79. Bonac. *disp.* 3. *q.
de immun.* 7. §. 4. *n.* 7. & Cuttel. *de immun. Eccles. lib.* 1.
quæst. 11.

Præcipuè si rixa cæpta fuerit longè ab Ecclesia, aut 11
viridario, scalis &c. & mors sequuta in Ecclesia . Ac
præsertim si quis non occiderit, neque mutilauerit, sed
tantùm fuerit socius occidentis, vel mutilantis, cùm
dicta Constitutio Gregoriana priuet duntaxat occiden-
tem, & mutilantem, vt io specie tradit Gambacurt. *de
immun. lib.* 5. *cap.* 34. *n.* 14.

CONSVLTATIO XLI.

An ob penuriam Ministrorum, qui haberi non possunt feria 5. Cœnæ Domini pro consecrandis Oleis eo die, concedi possit facultas illa consecrandi Dominica in Albis, vel alio die commodiori? Vbi quinam sint ritus, qui à recta fidei regula discrepant, ita vt tolerari non possint plura disquiruntur, discutiunturque?

FAbianus Martyr., & Pontifex *Epist.* 2. quæ habetur 1
in *can. litteris de consecrat. dist.* 3. seuerè scribit Epi-
scopis Orieotalibus in hæc verba . *Litteris vestris meni-
mus, quosdam Religiosos vestræ Episcopos à vestro, no-
stroque ordine discrepare, & non per singulos annos in Cœ-
na Domini Chrisma conficere. Errant verò qui talia ex-
cogitant , & mente vesana potius quàm recta sentientes
hoc facere audent . Sicut enim ipsius diei solemnitas
per singulos annos est celebranda , ita ipsius Chris-
matis sancti confectio per singulos annos est agenda ,
& de anno in annum renouanda, & fidelibus est tra-
denda . Quia nouum Sacramentum est , & per sin-
gulos annos in iam dicta die innouandum , & ve-
tus in sanctis Ecclesijs est cremandum* . Additque :

ista

ista à sanctis Apostolis, & à successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus..

2 Ex hac constitutione disertè constitutum est, singulis annis Chrismatis confectionem instaurandam, & renouandam in die Cœnæ Domini, vetusque Chrisma cremandum. Idque Romanam, Antiochenam, Ierosolymitanam, Ephesinam Ecclesias à temporibus Apostolorum custodire; quodque consecratio Chrismatis fieri debeat in die Cœnæ Domini, Missam celebrando, habetur ex *cap. Te referente de celebr. Missar.* Vel quia, vt ait S. Eligius Nouionensis Episcopus *homil. 8. in die Cœna Domini ad Cler. & pleb. Eodem denique die Cœna Domini proinde sanctum Chrisma conficitur, quia ante biduum Paschæ Maria caput Domini, ac pedes vnguento perfudisse perhibetur, vel quia,* vt inquit idem Fabianus *loco cit. in illa die Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes, sicut à Sanctis Apostolis Prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrismaconficere docuit.* Quare Suarez *disp. 32. sect. 2. in 3. par. D. Thom. q. 72. ar. 2.* videtur sentire, hunc ritum pertinere ad substantiam huius Sacramenti.

3 Atque hinc Episcopis Clerum perpaucum habentibus, præsertim in partibus infidelium existentibus, concedi solet, vt sacra Olea feria quinta in Cœna Domini consecrare possint cum minori numero assistentium. Extra verò diem Cœnæ non inuenio concessum à S. Congregatione de propaganda fide, nisi semel Archiepiscopo Antiborensi 2. Augusti 1625. idque sub conditione, si Sanctissimo placuerit.

4 Petente verò Episcopo Tinensi facultatem consecrandi Oleum in die Cœnæ Domini cum Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis, quos poterit habere, attenta penuria Ministrorum Ecclesiasticorum, eadem S. Congregatio de propaganda fide censuit posse dispensari, sicut factum est cum alijs Episcopis 4. Februarij 1625. Idemque obtinuerat tempore Clementis VIII. ex Congregatione super Episcop. 7. Nouembris 1601.

5 Quare censeo in præsenti casu dispensandum potius esse, vt oleum conficiatur cum eo tantùm ministrorum numero, qui haberi poterit, quàm vt conficiatur extra diem Cœnæ Domini. Nec suffragatur consuetudo illud conficiendi in Dominica in Albis, quia à Fabiano, vbi supra, vocatur error.

6 Et nihilominùs, quoniam Suarez loco allegato intelligit Sacramenti Chrismatis institutionem potius inchoatam, quàm perfectam esse in nocte Cœnæ, seù in futurum potius traditam per instructionem, quàm de præsenti per facultatem, & efficaciam datam; nam soli Episcopi habent potestatem administrandi hoc Sacramentum. Apostoli autem, licèt in nocte Cœnæ fuerint ordinati Sacerdotes, non tamen Episcopi, vt probabilius creditur, vsque ad Christi resurrectionem, & ideò in nocte Cœnæ non fuit hoc Sacramentum in eo statu constitutum, in quo posset & administrari, & recipi, & hac ratione dicit, non fuisse tunc plenè institutum, sed quando *Ioan. 20.* Christus dixit Apostolis. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* quatenus tunc Christus fecit Episcopos suos Apostolos, atque ita dedit illis potestatem conficiendi hoc Sacramentum, supposita instructione præcepti, & promissione, quæ prius in nocte Cœnæ eisdem tradiderat.

7 Ac quoniam Apostolorum instituta, decreta, & ritus non ijdem fuere apud omnes. Nam licèt Apostolorum sanctiones aliquæ hinc fuerint editæ, vt ab omnibus Christi fidelibus pariter seruarentur, vt puta symbolum Apostolicum; aliæ tamen pro ratione loci, & temporis sic ab illis sunt statutæ, vt non omnes ijsdem legibus, ac ritibus adstringi voluerint, quos alicuius priuatæ causæ occasione cæteris locis præscripserint, vt de Idolothytis, de quibus Apostoli, & cum ipsis Paulus, diuersa dederunt præcepta Syriæ, ac Ciliciæ populis, vt constat *Act. 15. & 16.* diuersa verò Paulus Corinthijs, vt patet 1. *Corinth.* 8. Neque vel in minimo lædi fidem varijs Ecclesiarum consuetudinibus Sancti Patres tradiderunt, in primis S. Augustinus ad Ianuar. *Epist. 118. Hæc est commendata regula, vt facias vnusquisque, quod in ea Ecclesia, in qua reperitur, inuenerit.* Et ad eundem *Ep. 119. miror sanè, quod ita volueris, vt de his, quæ variè per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & vna in his saluberrima regula retinenda sit, vt quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solùm non improbemus, sed etiam laudanda, & imitanda sectemur, si quorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum sit.* Gregorius *lib. 1. Epist. 4.* item hæc ad Leandrum Episcopum Hispalensem in eandem sententiam scribit: *In vna fide nihil officit Sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa.*

8 Quare licèt apud Græcos, & Orientalium nationes plures sint ritus, atque diuersi inter Cophtos, Syros, Maronitas, Æthiopes, Armenos, atque inter Christianos alios, quos prudenter ratione diuersarum gentium Apostoli instituerunt, non ob id Religio Christiana læditur, si diuersi ritus in Oriente, atque in Occidente retineantur. Circundata est enim Ecclesia Dei mira varietate quæ potius eius pulchritudinem ornat, & auget, quàm orthodoxæ fidei contrarietur. Hinc mos est Catholicæ Ecclesiæ ab Apostolorum tempore inductus, vt vnaquæque Prouincia seruet ea, quæ à suis Apostolis, & à legitimis successoribus accepit, vt proindè admoneat D. Hieronymus *Epist. 28. ad fin.* traditiones Ecclesiasticas præsertim, quæ fidei non officiunt, ita esse obseruandas, qualiter à maioribus traditæ essent, & aliorum consuetudinem contrario more non subuerti, addens: *Ita vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, vt præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur.* Vndè rectè consueuit Ecclesia hæreticorum, Schismaticorum, aut etiam Gentilium ritus tolerare, qui cum ratione, aut fide diuina non pugnant.

9 Nec solùm Ecclesias, quos à diuersis Apostolis ritus, moresque imbiberant, retinuisse comperimus, sed etiam quæ apud Gentes superstitioso cultu impiè agebantur, eadem expiata sacro ritu ad pietatem transtulisse. Inter alios Gregorius Thaumaturgus, vt auctor est Gregorius Nyssenus *orat. de eius vit.* Gentilium ferias superstitionibus cumulatas in festa, ac celebritates Sanctorum Martyrum commutanit. In eodemque sensu Theodoretus de Gentilium ferijs in honorem Martyrum piè, sanctèque translatis multa disserit.

10 Qui verò sint ritus, qui à recta fidei regula discrepant, vel à ratione dissentiunt tam in Schismaticis, siue hæreticis, quàm in alijs infidelibus, etiam Ethnicis, non facilè erit vnicuique discernere. Et vt rei ita graui, & difficili lucem aliquam afferamus, oportebit speciatim præcepta aliqua tradere, siue talia demonstrare principia, quibus apertè dignosci possit, qui ritus cùm naturali ratione, aut fide diuina non conueniant, aut qui ab his dissentiant, ac proinde qui tolerandi, qui verò omninò reijciendi, & extirpandi sint.

11 Ea igitur est potissimùm pro ritibus discernendis regula, vt quando id commodè fieri potest, Apostolica sedes consulatur, maximè si subsit iusta, & rationabilis dubitandi occasio. Si tamen Romanus Pontifex non ita facilè adiri possit, tunc ex sequentibus capitibus de rituum puritate tàm inter Ethinicos, quàm inter Schismaticos ad Ecclesiam venientes erit iudicandum.

12 Si ille ritus nationibus alijs, siue Ecclesijs, quæ communionem retinent cum Catholica Ecclesia, sit ab eadem permissus.

13 Si ritus ille non pugnet cum naturali, & recta ratione. præseferens inhumanitatem, (qualis erat olim Romanorum, quo damnatos feris obijciebant) inhonestatem, vt totius corporis nuditas, vel si alij actus inhonesti, & turpes, etiam inter coniuges publicè fierent. Ac demum ea omnia, quæ humanæ vitæ politiam offendunt, abolenda, & exterminanda sunt, & cogendi Barbari, vt non belluino, sed humano more viuant.

14 Ritus omnes instituti ad protestandum aliquod dogma fidei contrarium omninò sunt delendi; ita Armeni, vt profiteantur Dioscori errorem vnam tantùm naturam in Christo asserentis, cùm celebrant, vino aquam non immiscent. Et idem etiam censendum erit de quocumque alio signo, siue nomine cuiuslibet erroris protestatiuo, vt Monophysitæ cognomen, de quo hæretici olim gloriabantur, vt etiam nomine ipso vnius in Christo naturæ post vnionem assertores viderentur, vt refert Prateolus verbo *Monophysita*, qui etiam de Monothelytis asserit, hanc eos sibi appellationem vsurpasse ab vna tantùm voluntate, & actione Diuina, quam ipsi Christo temerè tribuebant. Nec solùm cognomina, à re ipsa, siue à dogmate hæretico deriuata supprimenda sunt, sed etiam ea omnia, quæ ab Hæresiarchis, quorum se profitentur sectatores, descenderunt; sicut & Iacobitarum, & Seuerianorum, aliorumque similium, qui à Iacobo, & Seuero hæretico denominationem acceperunt; quare cùm multi ex Nestorianis Catholicæ Ecclesiæ adiungantur, anathematizatis Nestorij nomine, & erroribus, Chaldæi Orientales appellati sunt.

15 Ritus omnes, & Legalia veteris legis si eo fine retineantur, vt lex vetus obseruetur, omninò damnanda sunt; nam de fide est, omnia veteris Testamenti Legalia, & cæremonias post Euangelij promulgationem omninò extincta esse, & non solùm mortua, sed & obseruantibus fore mortifera, vt definitum est in Concilio Florentino. Dixi si eo fine Legalia retineantur, vt lex vetus obseruetur, quia, licèt hac ratione damnata sit Legalium obseruatio, tamen si non eo fine, & respectu obseruentur, sed tantùm materialiter, vt dici solet, licita est, & permissa aliquorum veteris testamenti Legalium, non vt Legalia sunt, obseruatio. Ex his fit olim, apud Orientis Ecclesias non immeritò fuisse in vsu ritum Sabbathum obseruandi, & hodie etiam apud Græcos, & Ruthenos illicitum reputatur Sabbatho, ac Dominico die ieiunare; quod apertè colligitur ex Epistola D. Ignatij *ad Philippenses*, & ex Concilio Gangrensi, atque Apostolorum canonibus. Ille tamen ritus, vel obseruandi Sabbathum, vel non ieiunandi in Orientali Ecclesia inductus est ob hæreticos Simoniacos in Oriente ortos, qui mundum, à cuius creatione Deus Sabbatho requieuit, opus eius esse negabant. Tum quia diuinitùs afflati Apostoli prænoscebant futuros quoque hæreticos in Oriente Manichæos, Eustachianos, Marcionistas, Lampetianos, & Messalianos, qui in Paphlagonia apparuerant, qui quidem Sabbatho simulatè ieiunabant in contumeliam resurrectionis Christi, cui resurrectioni à vespere Sabbathi, vt ait Magnus Leo Pontifex *in Epist.* 81. *cap.* 1. initium constat adscribi. Porrò quia in Occidente eadem causa non erat, nec illa hæresis vigebat, prohibitum non est, quin ipsa die Sabbathi alium ad finem ieiunare, laborare, siue à carnibus abstinere cum laude possent. Videndus Turrianus *lib.* 7. *in Canon, Apostol.* & Baronius *tom.* 1. *Annal. ad an. Christi* 57.

16 Hodie verò ritus colendi Sabbathum tanquam diem festum manet apud Abyssinos, apud Græcos, & alios Orientales, licèt sabbathum non obseruent, in eo tamen, sicut nec in Dominica die nefas dicunt ieiunare.

17 Deinde apud Orientales Ecclesias mos est, & ritus consuetudine receptissimus, quem veluti præceptum strictissimè obseruant, non vt à lege veteri dimanantem, sed ex Apostolorum decreto, quo ipsi ignorantia ducti existimant ad hanc etiam teneri obseruationem, non considerantes id aduersus idolorum cultores latum fuisse, qui immolatum, & idolothestum edebant, aut Calicem, quem Apostolus vocat Dæmoniorum, bibebant seruandum autem esse sicut & à Catholicis seruatur, decretum illud vbicumque inter gentes, quæ idola adorant, immolatitia sint. Porrò eo decreto immolatitia, non autem reliqua fuisse prohibita grauissimi testes sunt Patres quamplurimi Orientalis Ecclesiæ. Quare hæc obseruatio nec Græcis, neque Ruthenis interdicitur.

18 Ritus, & consuetudines circa Sacramentorum administrationem examinandi sunt. Primò an peccent in substantia, idest circa illa substantialia requisita ad conficiendum Sacramentum, scilicet materia, forma, ministro, intentione. Deinde an contraria sint præceptis Diuinis à Sacra scriptura, vel à traditionibus Ecclesiæ emanatis circa eorum administrationem. Tunc enim similes ritus omninò erunt extirpandi; tolerandi verò si tantùm præceptis, ac sanctionibus iuris positiui, & Canonici prohibeantur; qui verò speciatim abrogandi, & qui permittendi, faciliùs constabit, si breuiter per Sacramenta singula discurramus.

19 De Baptismo. Quod ad Baptismum attinet, Græci vtuntur hac forma: *Baptizetur seruus Christi, &c.* quæ approbata est ab Ecclesia Catholica in Concilio Florentino in vnione Græcorum. Si tamen hac forma Græci schismatici vtantur, existimantes formam apud nos vsitatam non esse validam, in hoc à Catholica, & Orthodoxa fide dissentiunt. Deindè ritus, qui apud Græcos etiam, & Ruthenos, aliasque nationes seruatur, vt Baptismus fiat integra corporis immersione, Baptismi substantiam non variat. Siue enim immergendo semel, aut bis, aut tantùm capitis perfusione, vt in Occidentali Ecclesia, aut tantùm aspersione Baptizetur quis, parùm interest, quia vtrobique re idem est.

20 Apud Cophtos ritus est praxi vsurpatus, vt etiam ratum non habeant hoc Sacramentum, ne quidem in extrema necessitate, si ab alio, quàm à Sacerdote conferatur, idque præcisè in Ecclesia, etiam si Baptizandus periclitetur. Sed mos hic expressè pugnat cum decreto Concilij Florentini, actum Ecclesiæ antiqua traditione, quibus cauetur hoc Sacramentum administrari posse à Laico, siue viro, siue fœmina tempore necessitatis, quamcumque Sectam illi profiteantur, siue Gentiles, Iudæi, aut hæretici sint, modò habeant propositum faciendi, quod Ecclesia Catholica in administratione Baptismi facit, & vtantur forma, & materia, qua ipsa Ecclesia vtitur, quocumque loco, siue in Ecclesia, siue extra illam conferatur.

21 Mos est etiam apud ipsos, vt paruulis etiam in vitæ periculis existentibus, nulla ratione ante quadragenarium diem Baptismi Sacramentum conferatur. Immò & aliquando ad annum, & vltra soleat differri, qui etiam intolerabilis est. Quia præceptum Diuinum suscipiendi, aut conferendi Baptismum maximè obligat necessitatis tempore, ac necessitate seclusa irrationabilis est consuetudo Baptismi tempus vltra annum tam in pueris, quàm in adultis prorogare; seclusa tamen necessitate iure Diuino non est præfixum tempus paruulorum Baptismo.

22 Cophtorum quoque, & aliorum Orientalium mos est, statim à Baptismo paruulos chrismare, oleoque sancto vngere in fronte, in pectore, in iuncturis, & in renibus; qui ritus laudabilis est, & antiqua Ecclesiæ cæremonia ita tamen, vt non credant Chrismatis vsum esse de substantia Baptismi, vt falsò sentiunt Armeni apud Alphonsum à Castro *v. Baptismus*. Sine huiusmodi enim vnctione consistit vera Baptismi ratio, vt constat *Ioan.* 3. illis verbis. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c.* Vndè & vsus Ecclesiæ obtinuit, vt in casu necessitatis Baptismus administretur sine vnctione, & absque alijs cæremonijs.

23 Pueris statim ac Sacro Baptismate abluuntur, Eucharistia ferè apud Orientales omnes confertur; sed in hoc retinent antiquum Ecclesiæ vsum approbatum à S. Synodo Tridentina *sess.* 21. *cap.* 4. quod si existimant Eucharistiæ Sacramentum necessariò paruulis statim post Baptismum conferendum, turpiter errant contra prædictam Synodum Tridentinam; & ideò in hac parte corrigendi, & instruendi erunt.

24 Iacobitæ, immò & alij ex Orientalibus ferro candenti figuram Crucis in fronte Baptizatis imprimunt. At si ipsi hoc ritu, & cæremonia loco aquæ in Baptismo vtantur, vt refert Bernardus Luxeburgensis, existimantes verba illa Ioannis Baptistæ apud Matth. *cap.* 3. *Ego Baptizo vos in aqua, ille autem vos Baptizabit in Spiritu Sancto, & igne*, accipienda esse de igne materiali, pessimè errant cum hæreticis Manichæis, & Seleucianis, vt auctor est D. Augustinus *lib. de hæres. cap.* 59. Si verò post

ablu-

ablutionem aquæ, ac pôst alia ad substantiam Baptismi requisita Baptizati Crucis imagine in fronte, vt omnibus constet de Religione, quam profitentur, siue alio honesto fine signentur, consuetudo potius laude, quàm vituperio digna videtur.

25 Denique circa Baptismi ritus illud se offert memorandum apud Abyssinos, dum in festo Epiphaniæ, vt latiùs refert Franciscus Aluaresius, benedicto prius aquarum stagno, trina immersione tam mares, quàm fœminæ præmissa forma Baptismi quotannis rebaptizantur. Qui ritus in vsu est, vt Posseuinus tradit *in Commentario de rebus Moscouiticis*, ad Religionem spectandam apud Græcos Orientales. Error tamen hic, quantum conijci potest, à Nouatianorum hæresi ortum habuit, qui falsò existimantes, non esse in Ecclesia potestatem reconciliandi lapsos, vt illi sine spe non remanerent, alterum Baptismum Abyssini admisere, vt ex eodem Aluaresio non obscurè colligitur.

26 At non desunt, qui Abyssinos excusandos credant, quia id non tam rebaptizandi gratia, quàm in honorem Christi Domini Baptizatis faciunt. Ita Romæ interrogati aliqui ex Abyssinis ipsis responderunt.

27 Circumcidunt etiam pueros Baptismi tempore tam Abyssini, quàm Cophti; qua in re duo sunt examinanda. Primùm, an Abyssini, & Cophti seruent Circumcisionem, vt Legalem, vel vt figuralem, quia neutro modo sine manifesta hæresi licet. An verò tantùm materialiter hoc abotantur ritu. Secundum, an supposito, quod excusentur à culpa, an ratione circumstantiæ scandali aliarum Ecclesiarum sit ab Ecclesia Romana tolerandus huiusmodi abusus.

28 Prima quæstio partim pendet à facto, nempè quo fine circumcidantur. Nam in hoc non est vna sententia illorū Authorum, qui Abyssinæ gentis ritus, moresque referūt. Alij namque more Hebræorum affirmant circūcidi. Alij ob Christi imitationem. Alij denique, vt profiteantur se à Iudaica prosapia originem ducere. Tamen quicquid sit de opinionum diuersitate circa finem, primum constituo si Abyssini circumcisionem obseruent, vt Legalem, vel figuralem, eos errare cum hæreticis Ebionitis, qui temerè legem veterem cùm noua obseruandam existimabant. Secundum deindè assero: Circumcisio, si ab Abyssinis non Religionis, sed honoris causa obseruetur, nempè vt profiteantur se à Dauidica prosapia ducere originem, non ob id erunt damnandi; quia Circumcisione tantùm materialiter vtuntur. Vndè optimè Gulielmus Reginaldus in *suo Caluino Turcismo lib. 2. cap. 9. Abyssini*, inquit, *Christianè quidem, & cum vera Christianorum fide infantes baptizant, & circumcidunt, nobilitatis antiquissimæ nullo meriti, aut Iudaica fiducia respectu. Quo posito nollem eos propter Circumcisionem magis damnare, quàm si propter Medicinæ causam abstinerent à carne porcina, quam tamen lex Mosaica prohibebat.*

29 Solùm ergo est difficultas, an si circumcidantur ad imitationem Christi Domini, sit licita Circumcisio? Caietanus *in 3. p. q. 37. ar. 1.* tenet partem affirmatiuam, cui adhæret Medina 1. 2. q. 103. Contrariam sententiam tenet Sotus *lib. 2. de iust. q. 5. ar. 4.* qui expressè huius gentis de Circumcisione ritum damnat; & Sotum sequuntur Suarez *in 3. p. d. q. 37. ar. 1.* & Valentia 1. 2. *disp. 7. q. 7. pun. 7.* ea potissimum ratione, quia Christus seruauit Circumcisionem, vt Legalem, sed Abyssini seruant Circumcisionem ad imitationem Christi. Igitur videntur seruare vt Legalem; quod fieri non potest sine errore. Quæ sententia probabilior, & certior apparet, quam eruditè confirmat Valentia *loco citato*.

30 Secunda difficultas est, an dato, quod circumcisio in sensu præfato in illis gentibus excusetur à culpa, an ob scandalum aliarum Ecclesiarum sit permittenda? Caietanus in affirmatiuam partem manifestè inclinat, quamuis tandem, vt potè in re grauissima, Ecclesiæ iudicium desideret his verbis. *Ego verò tam in hac difficultate, an oporteat Ecclesiam Romanam in illis gentibus circumcisionem approbare, vel saltem permittere, libentius ipsam Ecclesiam, quàm alios audirem auctores.* At ego censeo, quod hunc ritum, quantumuis ipsi non tam Religionis, quàm honoris causa facere contendant, ob aliarum tamen Ecclesiarum scandalum minimè tolerari debet.

De ritibus circa confirmationis Sacramentum, aliqui ex Ecclesia Orientali simul cum Baptismo Sacramentum Confirmationis conferunt, vt de Abyssinis affirmat Zagizabus illius gentis Episcopus in libello, quem in Lusitania de fide, ac religione Abyssinorum edidit. Diuus quoque Augustinus *in quæst. nou. Test. q. 42.* grauiter queritur de corrupta Ægyptiorum, & Alexandrinorum consuetudine, quorum Sacerdotem audebant Confirmationis Sacramentum administrare. Sed nunc examinandi sunt ritus, qui Baptismi tempore adhibentur, an sufficiant ad conficiendum hoc Sacramentum. 31

Primum constans est apud Catholicos de fide tenenda sententia, ad Confirmationis Sacramentum de necessitate Sacramenti, saltem requiri, vt Chrisma sit ex oleo Oliuarum, quod apud nos solùm Episcopi Consecratione conficitur, quamuis non defuerint graues Auctores, qui etiam necessitate Sacramenti, vt Balsamo esset admistum, requirerent. Quod verò oleum sit consecratum ab Episcopo, vt probabilis tenet opinio, non requiritur necessitate Sacramenti. 32

Forma verò substantialis his verbis definitur. *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Ad formam etiam reducitur, quod confirmandus Chrismate in fronte signetur, quamuis Romanus Cathechismus hoc ad cæremonias extrinsecas, & quasi de præcepto tantùm necessarias referre videatur. 33

Minister huius Sacramenti Ordinarius est Episcopus, extraordinarius verò, & tempore necessitatis ex commissione tamen Summi Pontificis, est quilibet simplex Sacerdos. Ita colligitur ex Concilio Florentino, à quo etiam ex Summi Pontificis delegatione Chrisma potest consecrari. 34

Cætera verò, vt quod confirmandus manu in maxilla ab Episcopo cædatur, quod fiat hoc Sacramentum in die Pentecostes, ceremoniæ sunt, quæ non ad substantiam Sacramenti spectant. 35

His igitur stabilitis facilè erit iudicare, an ritus, qui post Baptismum celebratum interueniunt, sufficienter materiam, formam, & ministrum huius Sacramenti saltem necessitate, quam vocamus Sacramenti, contineant; nam tunc non erit Sacramentum confirmationis iterandum. 36

Ex quibus apertum fit, Sacramentum Confirmationis à Presbytero collatum irritum esse; quare Gregorius XIII. Pontifex Maximus in quadam Synodo suo tempore apud Maronitas celebrata, ei, qui Synodo præsidebat, iniunxit, vt qui in illis Regionibus à simplici Sacerdote erant confirmati, si vellent, possent iterum ab Episcopo chrismari. Si tamen scandalum timeretur, non oportere confirmationem reiterari; & si nullum esset Sacramentum, tamen cum non sit de necessitate salutis, ob scandalum securè prætermittendum. Eamque Summu Pontifex reddit rationem, quia & si Florentinum in vnione Armenorum doceat, posse Presbyterum ex Papæ dispensatione confirmare, quod Ecclesiæ Calaritanæ concessit D. Gregorius *lib. 3. Registr. ep. 26.* hanc tamen Apostolicam dispensationem non legimus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, cui Maronitæ subsunt, collatam esse; idcircò à Presbytero Chrisma collatum irritum est. 37

De Sacramento Eucharistiæ. Iacobitæ, & aliæ nationes Orientales sæpè Eucharistiam impuberibus maximè altari ministrantibus absque præuia confessione conferunt, qui ritus irrationabilis est, & non tolerandus in ijs, qui consciētiam alicuius culpæ lethalis habent. Ita colligitur ex Tridentina Synodo *sess. 13. cap. 7. & 11.* Quare vera sententia Theologorum tenet, esse de iure diuino præceptum confitendi ante Eucharistiæ sumptionem, nisi aliàs Sacerdoti celebranti desit copia confessoris, quo in casu tenetur conteri, & post celebrationem quamprimum confiteri. 38

Sunt & alij ritus circa Sanctissimæ Eucharistiæ ministerium in vsu apud Orientales, qui, si attentè considerentur, omnes ferè ab Apostolorum doctrina, vel traditione in illas emanarunt nationes. 39

40 In primis Ecclesiæ primitiuæ vsus de quotidiana communione vsque adhuc in multis Orientalium seruatur nationibus, quæ vtinam æquè, & antiquam Christianorum consuetudinem, & eorum circa hoc Sacramentum reuerentiam, & feruorem imitarentur.

41 Deindè omnibus etiam laicis non solùm apud Orientales, sed & apud Græcas nationes Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie confertur, quàm fuisse olim in Ecclesia receptam consuetudinem luculenter docet Concilium Constantiense *sess.* 13. Et, quamuis similis ritus illis iamdiù permissus sit ab Ecclesia, in Ecclesia tamen Latina iustissimis de causis laicis prohibitus est communicandi ritus sub vtraque specie; quare nationes Orientales, quæ Ecclesiæ Catholicæ manus, obedientiamque dederunt, pedetentim arcendæ sunt à communione sub vtraque specie, cum id tanti faciat Tridentina Synodus *sess.* 21. *cap.* 1. Quod si id fieri nequeat, est hic ritus eis tolerandus, dummodò tamen credant in vnaquaque specie integrum esse Corpus Christi. Verissimum namque est tantundem sub alterutra specie, atque sub vtraque contineri; totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte. Totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit, vt definitur in Trident. Concilio *sess.* 13. *cap.* 3. *&* *can.* 3.

42 Tertiò vetus mos erat illius primitiuæ Ecclesiæ, quo Christianis permittebatur Eucharistiam proprijs manibus acceptam vel in Ecclesia statim sumere, aut illam domum asportare, sumptionemque in aliud tempus opportunum differre. Illud tamen erat discriminis inter viros, ac fœminas, quod illis nuda manu Eucharistiam tangere erat permissum, his verò prohibitum erat manu nuda, sed linteamine nitido vtebantur, quod Dominicale vocabatur, vt in Concilio Autisiodorensi expressè legitur *can.* 36. *&* 39.

43 Ritus verò iste Eucharistiam propria manu domum asportandi, teste Baronio *tom.* 1. *Annal. an. Christi* 57. ideò fuit potissimùm introductus, quia cùm olim minus liceret ad sacras synaxes tempore persecutionis Christianos in vnum coire, vt qui quotidiè de vita periclitarentur, quotidiè Eucharistiam sumerent, secundùm quod ait Cyprianus *ep.* 56. *considerantes se quotidie calicem Sanguinis Christi bibere, vt possint, & ipsi propter Christum sanguinem fundere, ideo fuit concessum, vt cum in Ecclesia, vel alijs locis abditis Missæ peragerentur, fideles non solùm ibi communicarentur, sed Eucharistiæ particulas à Sacerdote acceptas domum ferendas sumerent, quas reuerenter asseruatas singulis diebus summo mane ieiuni participabant*. Hæc autem consuetudo teste eodem Baronio, cum communis fuerit & Orientali, & Occidentali Ecclesiæ, in Occidentali vsque ad Concilium Cæsaraugustanum perdurauit, in quo *can.* 3. in Hispania hæc consuetudo abrogata fuit. In eo enim Canone legitur, Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in Ecclesia, anathema sit in perpetuum. In Orientali verò Ecclesia etiam post dicta tempora adhuc eiusmodi consuetudinem viguisse, plura exempla declarant, quæ in Prato spirituali habentur descripta.

44 Quartò in itinere etiam secum Eucharistiam ferre aliquando concessum fuisse (tanta enim erat tunc Christi fidelium pietas) Sanctus Ambrosius *in orat. funer. fratris sui* scribit, vbi de Satyro fratre agens id manifestè significat. Testatur idipsum D. Gregorius *dialog. lib.* 3. *cap.* 36. de Maximiano Episcopo Syracusæ, & eius socijs Eucharistiam secum portantibus, dum mare Adriaticum nauigarent. Eam quidem consuetudinem apud Ecclesiam Orientalem alicubi etiam viguisse temporibus Alexandri Papæ III. acta S. Laurentij Episcopi Dublinensis in vita S. Laurentij Episcopi *cap.* 8. apud Surium *tom.* 6. *die* 14. *Nouembris* testantur, in quibus hæc leguntur: *Quatuor Sacerdotes cum magna turba hominum transire comperiunt, qui Eucharistiam, sicut tunc moris erat pluribus, secum pro tuto viatico, ac securo duce itineris publicè deferebant.*

45 Hic etiam mos perseuerasse videtur inter Orientales vsque ad nostra tempora. Hic autem ritus in Occidentali Ecclesia solùm remansit apud summum Pontificem, qui in itinere Eucharistiam publicè, atque honorificentissimè ante se gestat; ea verò fuit causa, vt olim tam Clerici, quàm laici in itinere Eucharistiam secum deferrent, quia cùm hoc Sacramentum viaticum sit, ac hominibus quibuscumque in mortis articulo necessarium, prudenter olim fiebat, vt tàm Clerici, quàm laici ob mortis pericula, quæ in itinere se offerebant, maximè persecutionis tempore, secum in itinere conficiendo deferrent, ne, si illis mori contingeret, viatico priuarentur; & quamuis hæc consuetudo ob maioris huius Sacramenti reuerentiam hodie tantùm apud summos Pontifices fuerit conseruata, apud Orientales tamen non video alicubi fuisse damnatam, nec auderem Euangelij ministros in illis Regionibus, aut alijs infidelium prouincijs conuersantes, si imminente mortis periculo secum viaticum occultè tamen deferrent, condemnare.

Quintò, Eucharistiam quoque absentibus deferri mos 46
fuit apud antiquos, qui etiam hodie manet apud Orientales aliquos. S. Ireneus *ep. ad Victorem Papam* apud Eusebium *lib.* 5. *hist. Eccles. cap.* 24. testatur moris fuisse, Papam mittere alijs Episcopis Eucharistiam in signum pacis, & communionis. Dionysius etiam Alexandrinus *in Epist. ad Fabium* apud eundem Eusebium *lib.* 6. *histor. cap.* 36. ait, Serapionem in extremis agentem accepisse Eucharistiam missam per puerum à Sacerdote tunc domi ægrotante.

Sextò, ritus Græcorum consecrandi in fermentato 47
approbatus etiam est ab Ecclesia, ita tamen vt potior sit in Azymo, vt fit in Ecclesia Latina.

Septimò Armeni, & Orientales alij non miscent in 48
sacrificio Missæ aquam vino; quod si hoc faciant, vt profiteantur Eutychetis hæresim, vnam tantum naturam in Christo agnoscentis, manifestus est, & intolerabilis error. Si verò hoc fiat, vel quia non existimant esse de necessitate Sacramenti, vel in significationem alicuius Christi Mysterij, fortè tolerabilis esset consuetudo; quia hæc aquæ mistio, vt optimè probat Suarez 3. *tom. in* 3. *p. D. Thomæ disp.* 45. *sect.* 2. tantùm est de necessitate præcepti humani; quare cùm hæc cæremonia non pertineat ad Sacramenti substantiam, posset ab Ecclesia dispensari. Tamen vrgendi sunt Armeni, vt præcipit Concilium Florentinum, vt se se cum vniuerso Orbe conforment.

Octauò, mustum ex vuis maturis expressum in rigore 49
est sufficiens materia consecrationis Calicis; Ita tenet cum D. Thom. 3. *p. q.* 74. *ar.* 8. communis Doctorum sententia, & colligitur *ex ca. Cum omne crimen de consecrat. d.* 2. vbi dicitur, si necesse fuerit, posse botrum in Calice exprimi, & aqua misceri, & ita confici. Vndè Aristoteles 4. *meteor. cap.* 10. mustum vocat vinum recens, licèt non sit purum, & satis coctum, quia nondum separatus aqueus humor, flos, & fex, quæ per decoctionem vini secerni solent. Idem etiam censeo de musto expresso ex vuis passis, vt moris est apud Abyssinos; quare in huiusmodi musto conficientes non peccant; quod si ab hoc ritu, tanquam minus conuenienti, siue potius indecoro, retardati nequeant, ferendi sunt, si aliter fieri non possit.

De Sacramento Ordinis. Primò ritus apud Orienta- 50
les nationes vsitatus Ordinandi pueros ante rationis vsum, licèt non sit contra fidem, imprimatque characterem Ordinis sacri etiam in hac ætate, irrationabilis tamen valdè est, atque adeò extirpandus, si ferat illarum nationum conditio.

Deinde ordines collari absque eo, quod suscipientes 51
materiam cuiusque Ordinis propriam tangant, vt verior sententia tenet, irriti sunt, nulliusque valoris, aut effectus; quare sic ordinati iterum saltem sub conditione debent ordinari. Ita Romæ fuit decretum, ac executioni mandatum cum fratre Tecla Abyssino, & Monacho S. Antonij anno 1594.

Cum Stephanus Papa *in can. aliter dist.* 31. tradat 52
Orientalium veterum esse traditionem, vt eorum Sacerdotes matrimonio copulati sint, eumque id illis nunquam interdixerit Ecclesia, nulla ratione id interdicendum videtur, dummodò ante Sacerdotium matrimonium contrahatur. Nam contractum post Sacerdotium

est

est irritum, vt nos aliàs fusè; lex enim cœlibatus semper grauis visa est Græcis, & Orientalibus alijs, propterea coniugium permissum est illis ab Ecclesia.

53 De matrimonio. Primò ritus, siue consuetudo contrahendi in aliquibus gradibus sine Summi Pontificis, aut Episcopi dispensatione iure diuino non est prohibitus, quales sunt omnes alij, vltra primum in linea transuersali, vt verior sententia docet, & in linea recta omnes in infinitum.

54 Mos, qui communissimus est inter Schismaticas nationes, quo permittitur ob fornicationem matrimonium dissolui, est contra fidem, & ob id non tolerandus.

55 Hæc sunt, quæ exempli gratia à nobis interim sunt allata. Adijciam nihilominùs interrogationes Patriarchæ Maronitarum, & responsa Summi Pontificis Gregorij XIII. super fide, ac ritibus Catholicis, manifestata in Synodo, quæ celebrata fuit circa festum Paschatis anno 1579.

56 Interrogationes de Baptismo; quantum ad Sacramentum Baptismatis. *Primò*, nos benedicimus, & consecramus aquam, quoties volumus baptizare, non autem consecramus in Sabbacto sancto secundùm ritum Ecclesiæ Romanæ. *Secundo*, non simul baptizamus masculos, & fœminas, credentes hoc pacto affinitatem contrahi. *Tertiò*, ordo etiam Baptismatis nostri diuersus est ab Ecclesia Romana, quanquam forma sit eadem. *Quartò*, item quia gens nationis nostræ habitat mista Schismaticis, hinc quandoque fit, vt nostrorum filij ipsorum ritu baptizentur.

57 Responsio. Ad primum, laudabile est benedici fontem Baptismi in Sabbatho sancto, idque paulatim in Ecclesiam Maronitarum esset introducendum, quia, vt patet *de consecrat. dist.* 4. antiquissimus fuit omnium Ecclesiarum vsus ab Apostolis acceptus, in Paschate & in Pentecoste conferre Baptismum, in Paschate præcipuè quia propriè inquit Leo Papa *can. propriè ead. dist.* in morte Crucifixi, & in Resurrectione ex mortuis potentia Baptismi nouam creaturam condidit ex veteri, vt in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente Apostolo: *An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus; consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Immò Syricius Papa *ead. dist. can. non ratione*, temeritatis arguit Claraconensem Episcopum, quod extra hæc duo tempora baptizaret. Qui mos licèt modò non seruetur, quod ea tempora adultis essent attributa, qui nunc rarò veniunt ad Baptismum, decet tamen retinere Consuetudinem sub ipsum Pascha benedicendi fontem Baptismi, & sine vllo scandalo videtur id introduci posse apud Maronitas.

58 Ad secundum. Huiusmodi affinitas nulla est, cùm veteres Canones, scilicet *can. Pyctatum* 30. *q.* 3. & in *lib. 6. de cognat. spirit.* non aliam agnoscant affinitatem ex Baptismo, nisi paternitatem, compaternitatem, & fraternitatem, quæ sit inter regeneratum, & liberos tum regenerantis, tum susceptoris. Immò Tridentinum Concilium *sess.* 24. *cap.* 2. *de matrim.* statuit, vt inter susceptores, & Baptizatum, & illius patrem, & matrem, nec non inter Baptizantem, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem tantùm spiritualis cognatio contrahatur.

59 Ad tertium. Cùm Florentinum Concilium suas Græcis cæremonias reliquerit, possunt & suæ permitti Maronitis in Baptismo, dummodò per viros doctos ab omni superstitionis, aut erroris specie expurgentur.

60 Ad quartum. Licèt permittendum non sit, vt Catholicorum filij à Schismaticis baptizentur, valet tamen eorum Baptismus, vt habetur *de consecrat. dist.* 4. *can. si non sanctificatus, can. Romanos, can. à quodam Iudæo*, & in Concilio Florentino *in vnione Armenorum*, si tamen debita forma, & materia adhibita sit cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, dummodò non intendat Baptizans profiteri, vel inducere suum errorem, vel hæresim, addendo formæ aliqua verba orthodoxæ fidei repugnantia; quapropter seruandum est, quod statuitur in Concilio Arelatensi relato *in can. de Arianis de consecr. dist.* 4. vt videlicet ab Hæreticis Baptizati interrogentur, qua forma fuerint baptizati. Nam si constabit ritè baptizatos, nihil agendum est; si irritè, simpliciter baptizentur; si probabiliter dubitetur, baptizentur sub conditione.

Interrogationes de Chrismate; quantum ad sacramentum Confirmationis attinet. *Primò*, quia Chrisma nostrum hoc anno præsenti antiquo ritu consecrauimus, offenderetur populus noster, si ex propria mea authoritate id ipsum igne absumerem. Idem dico de Chrismate, quod, diuina fauente gratia, hoc die Iouis sancto secundum ritum Ecclesiæ Romanæ, & Pontificis sum consecraturus, quod seruatum velim pro aliquo anno eandem ob causam. *Insuper* non ita facile hic reperitur Balsamum. In posterum Chrismate sancto pueros vngemus circa annum ætatis eorundem octauum. *Scire* etiam aueo, quid statuendum sit circa nostrates antiquo nostro ritu Chrismate inunctos, idque à Sacerdote, & tempore Baptismi. 61

Responsio. *Ad primum*. Per hæc initia liberandi à Chrismatis annua combustione ob populorum offensionem, & inopiam Balsami, modò moneantur, vt pedetentim studeant hortari populos ad recipiendum hunc Ecclesiæ Romanæ ritum, de quo Fabianus Papa Martyr. *de consecrat. dist.* 3. *can. litteris*. 62

Ad *secundum*. Concilium Aurelianense, relatum *de consecr. dist.* 5. *can. vt ieiuni* sancire videtur, ne ante vsum rationis pueri chrismentur; sic enim ait, *vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionem facere prius, &c.* Nec immeritò; hac enim de causa dum quis confirmatur, alapa cæditur, vt admoneatur, quemadmodum iuxta verbum Euangelicum ante Reges, & Præsides flagella pro fide æquanimiter ferre debeat, & mortem. Pueri autem ante vsum rationis tam ad pugnam, quàm ad huiusmodi cæremonias inepti sunt. Cæterum, quoniam id solo Ecclesiæ vsu tenetur, non malè sentit Sotus *in 4. sent. dist. 7. q. vn. ar.* 8. si aliquibus nationibus vsus esset confirmare infantes, retineri posse, cum id etiam factitarit Ecclesia primitiua, vt ex Dionysij *cap.* 2. *Ecclesiast. Hierarch.* colligitur. 63

Ad *idem secundum*. Sacramentum à Presbytero collatum irritum est, vt ait Eusebius Papa *de consecrat. dist.* 5. *can. manus*. Id, quod Innocentius Primus Epistola ad Eugubinum Episcopum *cap.* 3. docet, non solùm consuetudine Ecclesiastica demonstrari, sed etiam actis Apostolicis, quæ asserunt, Petrum, & Ioannem esse missos, qui Baptizatis traderent Spiritum Sanctum, tametsi, vt Florentinum Concilium in vnione Armenorum docet, possit Presbyter ex Papæ dispensatione confirmare, quod Ecclesiæ Calaritanæ concessit D. Gregorius *lib.* 3. *registr. Ep.* 26. quam dispensationem Apostolicam, quia Hierosolymitanæ Ecclesiæ collatam esse non legimus, idcircò, si qui à Presbyteris Chrismati vellent iterum ab Episcopo chrismari, possent chrismari, cùm cæteris verò, qui sine scandalo eius rei nequeunt admoneri, dissimulandum est, cùm non sit Sacramentum necessarium saluti. 64

Interrogationes de Eucharistia. De Sanctissimo Sacramento Missæ. *Primò*, nos missam celebramus in solo azymo, laici verò nostri sub vtraque specie communicant. *Secundò*, neque pluries, quàm semel vno, eodemque die super eodem, & vno Altari celebramus. *Tertiò*, itidem apud nos mos obtinet, quod vno Sacerdote celebrante missam, quotquot alij præsentes sunt Presbyteri, habitu tamen dicentium Missam carentes, neque etiam consecrantes, communicantes tamen, omni onere, atque obligatione tam pro viuis, quàm defunctis, eleemosynisque eam ob causam acceptis, Missam celebrandi, absoluti, & satisfecisse censeantur. *Quartò*, diebus verò ieiunis circa Vesperam, immò quandòque exacto die solemus missam celebrare. *Quinto*, communicantibus autem administratur particula de ipsamet hostia maiori, sub qua celebratur, etiam si magnus foret communicantium numerus sub hisce verbis Christi: *benedixit, fregit, deditque &c. Sextò*. Timore infidelium non asseruatur Sacramentum Eucharistiæ, neque, vbi pro infirmis conseruatur, lampas vlla accensa prependitur.

Respon-

Responsio *ad primum*. Si volunt in azymis consecrare, non videntur prohibendi, laici verò à communione sub vtraque specie pedetentim atcendi sunt, cum id tanti faciat Tridentinum Concilium *sess. 21. cap. 2.* Totus enim Christus in vna specie continetur, & in vsu Calicis magnum est periculum effusionis.

66 *Ad Secundum*. Non peccatur sæpiùs vna die in eodem altari celebrandn, tametsi ea consuetudo mala non sit.

67 *Ad tertium*. Non satisfaciunt eleemosynis pro missa collatis, nisi qui sigillatim ritè celebrant, & consecrant, tametsi dissimulandum non est quod afferunt Palud. *in 4. dist. 45. q. 2.* D. Antonin. *par. 1. tit. 10. cap. 2. §. 4.* & Syluest. *v. Missa t. q. 10.* videlicet, Sacerdotem posse vna missa satisfacere multis, quibus missam promisit ob acceptas diuersas eleemosinas, si ipsi id sciunt, vel scire tenentur, quia scienti, & volenti non fit iniuria. Hæc illi. Quæ sententia, quia probabilis est, tolerari posset mos Sacerdotum Maronitarum, si inter se conueniant, vt Missa, quæ in communi dicitur, aut legitur à multis, applicetur ijs, qui eleemosynas contulerunt, cum ipsis ea consuetudo Sacerdotum perspecta iam sit, vt probabile est.

68 *Ad quartum*. Huiusmodi mos mutandus non videtur, nam antiquus fuit in Ecclesia, cùm Concilium Cabilonense, relatum *de consecrat. dist. 1. can. solent: præcipiat in ieiunijs quatuor temporum circa vespertinas horas, in Sabbatho verò sancto circa noctis initium Missarum solemnia celebrari*. Id, quod licèt iandiù Latinis Ecclesia remiserit, nostræ consulens imbecillitati, vbi tamen seruari potest, non modò tollendum non videtur, sed collandandum etiam, quo diutius protrahatur ieiunantibus hora comedendi, quàm non nisi Vespertinam olim fuisse tota Quadragesima, idem Concilium declarat; quæ consuetudo ad tempus vsque D. Thomæ Aquinatis ferè perdurauit, quia, vt ipse restatur 2. 2. q. 147. *ar. 7.* suo tempore ieiunabatur vsque ad horam nonam, quæ vt ibidem annotat Caietanus, est hora tertia post meridiem, vt nempè ieiunantes Christo compaterentur vsque ad horam nonam, qua expirauit; qua item hora quia peractum est cruentum sacrificium, non indecorè in eandem horam deferunt incruentum. Quoad tamen fieri potest, seruanda est Rubrica Missalis Romani.

69 *Ad quintum*. Non damnandus videtur is ritus, si non ex superstitione fiat, sed ex pio affectu in ea Euangelij verba: *Benedixit, fregit, deditque*. Et dummodò talis consuetudo sit antiqua.

70 *Ad sextum*. Seruetur quod in ipsorum *Synodo* 12. constitutione decernitur, & quod necessitas iubet.

71 Interrogationes de confessione; quoad confessionem attinet. *Primò* ob raritatem Sacerdotum peritorum singulis terris, & oppidis, villisque proprio Pastori constituendo non sufficit eorum numerus, hinc ad diuersa loca diuersi Sacerdotes confessiones excepturi mittuntur, sic vt ouilia Pastore priuata quandoque remanere cogantur. *Secundò*. Et quia hactenus authoritatem à Sancta Sede Apostolica mihi particulariter concessam ignoro, etiam me latet, quousque in alios eadem extendenda sit; quapropter Sanctitas vestra hac in re mihi limites præscribere non dedignetur. *Tertiò*. Insuper informatum me velim Breui Sanctitatis vestræ, quod & alijs ostendere possem num antiquæ pœnitentiæ obseruandæ sint, num verò arbitrariæ imponendæ.

72 Responsio. *Ad primum*. Propter magnam ex propriorum Pastorum in suis Ecclesijs residentia vtilitatem, grauissimè in Sacris Canonibus, & Tridentino Concilio commendatam, magnoperè conandum esset, vt quoad eius fieri poterit, proprij Pastores singulis parœcijs, oppidisue deputentur. Et per hæc initia Summo Pontifici supplicandum esset, vt aliquos eò Sacramentorum idoneos ministros mitteret, qui & præsentem ministrorum paucitatem subleuarent, & alios subinde alerent, ac docerent, qui sibi deinceps succederent.

73 *Ad secundum*. Huic Patriarchæ concedenda videntur priscorum Patriarchatum priuilegia, quæ habentur *de priuil. & excess. priuileg. cap. antiqua* cum expositione Doctorum. Nec deneganda facultas absoluendi in omnibus censuris, & casibus propter molestiam transmarinæ nauigationis euitandam. Atque hæc concessio quò fuerit amplior, eò minus ipsis videbitur laboriosus, & grauis, nouus ad Ecclesiam Romanam reditus, ac subiectio.

Ad tertium. Arbitrariæ pœnitentiæ concedendæ videntur, commendandæ tamen antiquæ, & ad eas populus suauiter inducendus, cùm experiamur, rigidarum pœnarum relaxatio ad quantum licentiæ in peccando Christianum populum deduxerit, dummodò illorum antiquæ pœnitentiæ recognoscantur, & si oportuerit, expurgentur. 74

Interrogationes de matrimonio; quantum ad matrimonium attinet. *Primò*. Gens nostræ nationis induci non potest ad intelligendum illicitam esse repudiationem vxorum, etiam in adulterio repertarum, quas ita repudiatas rursus matrimonio associari posse, existimant. *Secundò*, quomodo cùm vtriusque sexus hominibus taliter repudiatis postmodum de nouo matrimonio copulatis sit disponendum? *Tertiò*. Et num eorum proles legitima sit, & in Clerum admittenda, nec ne? *Quartò*. Item credimus, viros ad quartas nuptias, fœminasque ad easdem non esse admittendos. *Quintò*. Itidem num licitum sit Catholicis cum Schismaticis matrimonium contrahere, quod proh dolor! sæpè fit, aut non? *Sextò*. Scire etiam desidero quousque mihi liceat matrimonium dispensare? *Septimò*, de impedimento publicæ honestatis non cognoscimus, quod tamen quandoque incurritur, desideroque cum talibus dispensari. *Octauo* credimus etiam illicitum esse patrem, & filium cum matre, & filia, duosue fratres cum duabus sororibus matrimonio posse copulari. 75

Responsio *ad primum*. Constat diuortio ob fornicationem habito matrimonij vinculum non solui; sed quia affirmat Patriarcha id suæ nationi incredibile videri, percommodum esse hanc Catholicam veritatem illis promulgare certissimis scripturarum, Patrumque authoritatibus, & rationibus communitam. 76

Ad secundum. Quia prioris matrimonij vinculum adhuc durat, faciendum est, quod Apostolus præcipit 1. *Corinth. 7. Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari*. Separandum itaque est secundum matrimonium, & redeundum ad primum, si ambo coniuges viuant, alioquin manere possunt cum ijs, quibus iam innecti sunt, dummodo denuò sponte contrahant, perinde ac si nihil ante contraxissent. 77

Ad tertium. Liberi ex huiusmodi matrimonijs, quæ vera putabantur, cùm non essent suscepti, vt in Clerum recipi possint, auctoritate Apostolica legitimi declarentur, cùm legitimi filij in iure censeantur nati ex matrimonio, quod vel legitimum erat, vel legitimum putabatur, vt colligitur ex *cap. Cum inter, & cap. ex tenore, qui fil. sint legit.* 78

Ad quartum. Hic vsus est contra illud Hieronymi, relatum *in can. Aperiant* 31. q. 1. *Non damno*, inquit, *bigamos, immo nec trigamos, & si dici potest octogamos*. Et infra: *Ego nunc voce proclamo libera, non damnari in Ecclesia bigamiam, nec trigamiam, & ita licere quinto, & sexto, & vltra, quomodo & secundo marito rectè nubere*. Ratio autem in promptu est; quia ex nuptijs quotiescunque repetitis existunt & bonum prolis, & remedium concupiscentiæ. Catholicè itaque non sentit, qui id licere negat. 79

Ad quintum. Non licèt contrahere cum Schismaticis, & Hæreticis, cùm id prohibeatur 28. *quæst. 1. can. Caue* ex D. Ambrosio, *& can. non oportet* ex Concilio Agathensi, item *can.* 13. Concilij Chalcedonensis, Hoc tamen impedimentum non dirimit contractum, tenet enim matrimonium ratione characteris baptismalis ex D. Thoma *in 4. d. 39. quæst. 1. ar. 1. ad 5.* & ex communi Doctorum sententia; quoad habitationem 80

tamen

tamen separandi essent, si fidei periculum Catholicis immineret, *cap. quæsiuit de diuort.*

82 Ad *sextum*. Idem videtur dicendum, quod supra ad ad secundum de confessione.

83 Ad *septimum*. Libera est Summo Pontifici dispensatio in hoc impedimento, cum nihil habeat diuini iuris.

84 Ad *octauum*. Putandum non est, non licere contrahere duos fratres simul cum duabus sororibus, aut patrem cum matre, & vnius filium cum filia alterius. Affinitas enim non est in cognatos contrahentium, sed inter vnum contrahentem, & cognatos alterius contrahentis *ex cap. Quod super his de consangu. & affinit.*

85 Interrogationes de Ordine. Quantum ad sacramentum Ordinis attinet. *Primò* in nostro Pontificali conferuntur Ordines sine forma per modum precationis dicendo: *Vt eligas hunc in Diaconum, Presbyterum, &c.* Et si quid in hoc sit dubij, nobis insinuare dignemini, quamquam in posterum secundùm Pontificale Romanum, quod modò de nouo à Legatis sanctitatis vestræ in linguam nostram vulgatem est traductum, illos conferemus. *Secundò*, creamus insuper pueros quinque, vel sex annorum subdiaconos sine obligatione legendi horas Canonicas. *Tertiò*, neque etiam confertur apud nos Diaconatus, vel Sacerdotalis dignitas, nisi his, qui prius contra tamen vsu Ecclesiæ Romanæ, cùm Virgine contraxerint; cum vidua, vel corrupta non item, quibus tamen secundæ nuptiæ sunt interdictæ. *Quarto* dubium insuper nobis est, an ijs, qui ordinati sunt sine auctoritate, vel literis dimissorialibus Patriarchæ, vel proprij Episcopi, in tali sint ordine vel suspensi, vel irregulares, similiterque Episcopi sine ordine, authoritateque Patriarchæ?

86 Responsio *ad primum* Posthac iuxta Pontificalis Romani ritus habeantur ordinationes; quæ verò antehac præter illud factæ sunt, quales fuerint, iudicari certò non potest, nisi huc mittant illi suum Pontificale, vt eius ritibus, & cæremonijs perspectis faciliùs de re tota statuatur.

87 Ad *secundum*. Sapienter Ecclesia *dist. 77. & 78.* in ordinandis non solùm vsum rationis requirit, sed perfectam plus, minusue ætatem pro ordinum varietate, idque tum ratione characteris, qui cùm sit potestas exercendi, conferendique, quæ ad Dei cultum pertinent, tradi non debet, nisi in ea ætate, quæ huius potestatis exercendæ sit capax, tùm ratione annexi voti castitatis, quo nullus, nisi sciens, & volens debet obstringi. Itaque in sexta Synodo Constantinopolitana *can. 14. & 15.* statuitur, ne Diaconus ante 25. annum creetur, nec Subdiaconus ante 20. nec Presbyter ante 30. quæ tempora licèt variè mutata sint, inducendi tamen sunt Maronitæ, vt Tridentini Concilij tempora obseruent *sess. 23. cap. 12.* dummodò intelligatur Ordinea ante vsum rationis collatos valere ex communi sententia Theologorum *in 4. dist. 25.* Tenentur etiam omnes ordinati ad horas Canonicas saltem illi nationi consuetas, & à viris doctis recognitas, non solùm beneficiati, sed etiam qui sunt in sacris sine beneficio ex D. Thoma 6. *quodlib. & in 4. ead. d.* ex Panorm. *in cap. 1. de celebrat. Missar.* & Cardinal. *in Clem. 1. eod. tit.* & communi sententia.

88 Ad *tertium*. Cùm Stephanus Papa *can. aliter dist. 31.* tradat Orientalium veterem esse traditionem, vt eorum Sacerdotes matrimonio copulati sint, cumque id illis nunquam interdixerit Ecclesia, nec videtur interdicendum Maronitis. Sic enim scribit Clemens Tertius *in cap. quæsitum de pœnitent. & remiss. Sacerdotibus Græcis legitimo matrimonio licet vti*. Et clariùs Innocentius Tertius *in cap. cum olim de Cler. coniug. Orientalis Ecclesia votum continentiæ non admisit, quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in sacris vtuntur matrimonio iam contracto*. Permittendum id itaque videtur Maronitis, dummodò ad matrimonium non compellantur, qui cœlibes esse vellent; sed ad id potius pijs hortationibus inducantur.

89 Ad *quartum*. Benè se res habet, sed admonendi sunt, quod illi Episcopi, qui ante ordinationem non sunt à Patriarcha legitimè electi, etiamsi consecrarentur, vel, vt ipsi dicunt, ordinarentur, sunt suspensi ab executione ordinationis Episcopatus.

90 Interrogationes de Concilijs. De sacris verò Concilijs nullam aliam notitiam habemus, quàm de quatuor generalibus. Hinc quid alia Concilia generalia circa consuetudines innouauerint, vel abrogarint, prorsus ignoramus.

91 Responsio; quoniam quatuor tantum Concilia generalia habent, & postulant de reliquis edoceri, necessarium videtur ad tantæ rerum diuinarum ignorationi consulendum iussu Summi Pontificis ab aliquot Theologis colligi in libellum omnes Catholicas, & Orthodoxas propositiones à cæteris Concilijs sancitas, tametsi Concilium Tridentinum totum posset ad eos mitti in Arabicam linguam conuertendum; idem de Cathechismo ad Parochos.

92 Interrogationes de varijs rebus. Quoad diuersas verò res alias attinet, *primò* quæro, quid statuendum mihi erit circa certum populum diœcesis nostræ vulgariter Bianchi nominatum, metu tributorum, seu mortis, Mahometicæ legis ritus externos obeuntem, qui tamen nostro ritu baptizatur, & ieiunat, confessionem, sacramque communionem maximè exoptans. *Secundò*. Item num modus noster ieiunandi sit validus, qui sic instituitur, vt toto die in ieiunio transacto, vesperi tamen interruptam cœnam in dormiendi vsque tempus protrahamus. *Tertio*, Cauetur insuper exactissimè, ne mulieribus menstruum patientibus sacra Synaxis, vel Oleum sanctum administrentur, multoque minus in Ecclesiam intromittantur. *Quarto*; lapides altarium nostrorum sacri Oleo Chrismatis vncti sunt, non adhibitis sacris Sanctorum reliquijs, super quibus num rectè celebretur, nec ne? *Quinto*; ornatus itidem Ecclesiarum nostrarum, velaminaque alba altarium bombycina sunt propter lini penuriam. *Sextò*, Prætetea cum Pontificale Romanum statuat, iubeatque singulos Episcopos Vltramarinos omni triennio Romam venire de Ecclesiarum ipsorum statu deposituros, num & nostri ad idem teneantur nec ne, sufficiatque propter itineris difficultates, Turcarumque pericula quempiam eorum nomine delegare?

93 Responsio *ad primum*. D. Thomas, & Caietanus 2. 2. *quæst.* 3. docent aliud esse occultare suam fidem in Christum, aliud profiteri religionem falsam. Illud non semper malum; non enim necessaria confessio fidei, nisi cum interrogamur, vel vrget necessitas proximorum, vel scandalum. Hoc verò nunquam licet, nec verbo, nec facto, cum vtroque modo Christus æquè negetur, etiamsi corde credatur. Inde qui in tormentis Christum negant, quamuis animo fidem retineant, damnantur in *can. existimat* 11. *quæst.* 3. à Hieronymo, *in can. non solùm* ab Augustino, *in can. nolite* à Chrysostomo, & credere id licere pertinet ad hæresim Elcesaitarum, de quibus Eusebius *lib. 6. cap.* 28. contra quos Origenes *in psal.* 82. scribit. *Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Cœlis est*. Ex quo patet hos populos Alborum in statu damnationis esse, si metu tributorum, seù mortis, vel obeunt externos ritus Mahometicæ legis, vel habitum aliquem gerunt per se institutum ad eam profitendam, vt disertè Caietanus *ibidem*, ac Syluester *v. fides* §. 5. alijque.

94 Ad *secundum*. Conandum est, vt ieiunium non multis interruptis commestionibus fiat, sed vnica tantùm. Id enim Ecclesiastico ieiunio necessarium esse, asserit D. Thomas 2.2. *q. 147. ar. 6.* & Theologi reliqui *in 4. dist.* 25.

95 Ad *tertium*. Menstruatis nec Eucharistia, nec Oleum sanctum, nec Ecclesiæ ingressus inhibendus, nisi ipsæ ex deuotione abstineant; sic enim de eis D. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo scribit *can. ad eius dist.*

5. *Mu-*

5. Mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet; quia eis natura superfluitas in culpam reputari non debet, & pro hoc, quod inuita patitur, iniustum est, vt Ecclesiæ ingressu priuetur. Nouimus namque quod mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti eius fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit vestimentum Domini tangere, cur etiam quæ menstrua patitur sanguinis, ei non liceat Ecclesiam intrare? Si enim ea benè præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? sanctæ quoque communionis misterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumpserit, laudanda est; sed si susceperit, non est iudicanda.

96 Ad *quartum* dispensari posset, donec mittantur commodè reliquiæ, quæ portatili altari inserantur.

97 Ad *quintum* concedendum videtur, vt vtantur in Ecclesia ornamentis telis bombycinis ob lini penuriam.

98 Ad *sextum* ob magnam locorum intercapedinem denegandum non videtur, quod petuot, vt satis sit vnoquoque triennio vnum Episcopum omnium nomine Romam destinari.

CONSVLTATIO XLII.

An à sententia fauore libertatis in materia S. Officij Inquisitionis detur appellatio, & ad quem effectum,

1 Censeo affirmatiuè respondendum, idque saltem quoad effectum deuolutiuum; quia si in eodem crimine hæresis sententia absolutoria ad fauorem rei inquisiti, etiam vt innocentis lata, & sic diffinitiua, nunquam transit in iudicatum, & propterea sic absolutus potest iterum de eadem hæresi inquiri, & molestari, nouis superuenientibus indicijs, vt ex relatis à Farinac. *de hæres. q.* 185. §. 13. *n.* 197. multò magis ab ea sententia admitti poterit appellatio, vt cognoscatur, an reus odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtenti ab Inquisitoribus damnatus, vel liberatus sit iuxta Clem. *multorum de hæret.*

2 Ad summùm autem dicendum in hac re videtur, quod licèt in ijs casibus appellatio denegari videatur, Iudicis tamen officium potest implorari, & ita per viam querelæ quis comparere coram Iudice superiore, vt rescindatur sententia, vt per Io: à Royas *de hæret. singul.* 19. *n.* 7. Lex enim, aut statutum excludens appellationem non videtur excludere officium Iudicis, Royas *loc. cit. num.* 8. Præsertim si aliquo modo constiterit, vel probabiliter dubitetur de iniustitia sententiæ, vt per Felin. *in cap. ad abolendam n.* 3. *in fin. de hæret.* & Farinac. *d. q.* 85. §. 15. *num.* 233.



CONSVLTATIO XLIII.

Quidam Regularis professus procurauit irritari suam professionem probando falsis testibus illam emisisse per vim, ac metum, & deinde vxorem duxit. Post aliquod tempus comparens sponte in S. Officio confessus est, se validè professum fuisse, falsumque esse, quod de vi, ac metu per testes probauerat; quare commissa causa principali de validitate, vel nullitate matrimonij ad Sacr. Congregationem Concilij, ista censuit, præuia separatione Coniugum, vtatur suo iure coram Ordinario. Verum quia ex falsis testibus vnus tantùm viuit, qui noluit se retractare, ideòque nequit probare huiusmodi falsitatem, supplicat propterea sibi concedi, vel vt conuiuat cum dicta vxore, vel vt illa liberetur à vinculo matrimoniali, nulla facta mentione de muliere, cùm non sit complex falsitatis, & concedere eidem Regulari reditum ad suam Religionem.
Quæritur an sit annuendum?

In huiusmodi casibus magna cum circumspectione procedendum est; ego autem censeo, nullo modo huic spontè comparenti inhibendam esse cohabitationem cum sua coniuge, sed conuiuere debet cum ipsa, donec probetur iudicialiter validitas professionis, atque nullitas matrimonij; quia pœnitentis confessio valet contra se ipsom, non verò contra tertium, *cap.* 1. *de confes.* Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 50. solùmque obtinet, vt euitentur pœnæ contra reos S. Officij ex iure inflictæ, non autem, vt euitentur probationes iudiciales criminum; neque propriæ confessioni credendum est in alterius possessionis præiudicium, vt colligitur *ex cap. vidua de regul.* Hæc autem mulier est in possessione matrimonij, supponitur enim bona fide cum viro soluto illud contraxisse, ac proinde non debet ex sola ipsius spontè comparentis confessione eo spoliari. Ac insuper quia ad dissoluendum matrimonium non est standum coniugum confessioni, *cap. super eo de eo, qui cogn. consangu.* & redditur ibi ratio; *quia sæpè aduersus matrimonium, vt illud dirimatur, coniuges inter se colluderent.* Quod in hoc casu valdè suspicor interuenire. Porrò si ad solam separationem thori requiruntur plenæ probationes ex Rota *dec.* 815. coram Burat. multò magis requiruntur ad dissolutionem matrimonij. 1

Quare ita in hoc casu procedendum esse arbitror. Recepta iudicialiter spontanea professi confessione, nec circa ipsum, neque eius circa vxorem quicquam decernendum est, sed procedendum ad capiendam informationem validitatis professionis, & interim prohibere ipsi professo, ne debitum matrimoniale petat, sed tantùm reddat, quia mulier habet ius ad illud petendum, donec non constiterit de nullitate sui matrimonij ex *cap. laudabilem vt lit. pend.* quemadmodum cum polygamis spontè comparentibus agendum esse docent Caten. *p.* 2. *tit.* 18. §. 3. *n.* 16. & Garxia in *prax. Hispan. S. Offic. fol.* 7. his verbis: *contra las personas, que se casan dos, ò mas vezes, &c. aunque ella mismas espontaneamente se vengan à denunciar, y confessar su delitto, nò si puede mi debe proceder sin primero verificar todos los matrimonios.* Constita tandem validitate professionis, tunc procedendum ad declarationem nullitatis matrimonij, ad pœnitentiam salutarem ipsi spontè comparenti arbitrio Inquisitorum, & ad illius reditum ad Religionem. 2



CON-

CONSVLTATIO XLIV.

1 *An de erroribus falsitatis, vel huiusmodi, qui committuntur in examine testium pro statu libero contrahere matrimonium volentium, examinatorum coram Camerario Cleri, vel alio ad id deputato, teneatur Notarius, qui scribit, an Camerarius, vel deputatus, qui assistit, an vterque?*

2 *An cognitio testium, qui examinantur, pertineat ad solum Notarium? & omittens Notarius clausulam, mihi cognitus, vel saltem cognitus ab alia persona, ipsi Notario cognita, qua pœna puniri possit iuxta dispositionem iuris communis, præter pœnam arbitrariam, impositam in Instructione pro huiusmodi testibus recipiendis à S. Officio Inquisitionis?*

3 *An fides, aliaque documenta, quæ producuntur pro statu libero probando, nempè obitus, matrimonij alterius coniugis defuncti, attestationes ordinariorum super statu libero examinari debeant à solo Notario, an etiam à Camerario Cleri, vel alio deputato? cumque sint ex vitio visibili falsæ, quisnam sit censendus reus, & qua pœna puniendus.*

4 *An dictæ fides, quæ mittuntur ex partibus, sint recognoscendæ à testibus, licèt sint legalitate munitæ, & ad quemnam spectet facere hanc recognitionem?*

5 *Si testes, qui asseruntur à Notario, recognouisse huiusmodi fides, & attestationes, negent recognouisse, cuinam credendum sit? Num Notario, an testibus, maximè si testes sint personæ ciuiles, & qua pœna puniendus sit Notarius, vel testis?*

1 AD primum. Tenetur vterque ex Instructione S. Officij §. *Pro testibus*, vbi vtrique præcipitur, quod intersint examini huiusmodi testium. Quamobrem prouidè, cautèque à iure statutum est, vt in causis arduis, & criminalibus, cuiusmodi videntur esse, quæ spectant ad S. Officium, non committant Iudices testium examen tabellionibus, sed vt præsentes sint huic examini, per text. *in Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instr. & in auth. de testibus §. hac omnia*. Quidquid sit in ciuilibus, de quo Couar. *l. 2. var. cap. 13. n. 10.*

2 Ad 2. spectare ad solum Notarium ex *d. Instruct. §. cit.* Cumque ipse omiserit hanc solemnitatem à d. Instructione, à iure, & à consuetudine requisitam; puniendus est ex iure communi de falso, nec auditur aliquo modo probare volens errorem. Nam eo ipso, quod omittit debitam, & consuetam solemnitatem, præsumptio iuris, & de iure est, quod scienter commiserit falsum. Casus est in *l. Iubemus in fin. C. de testam.* & ibi Glos. *vlt.* Estque communis opinio, quam tamen cum Menochio *lib. 2. de arb. cas. 370. num. 4. & seqq.* intelligerem, *non quod ordinaria falsi pœna, sed extraordinaria, siue arbitraria puniatur*, ex quo saltem sit in dolo præsumpto commissi falsi, qui pœnam ordinariam non meretur.

3 Ad 3. Huiusmodi fides, aliaque documenta recognosci debent à Deputato, & à Notario, non autem à Camerario, qui solùm assistere debet examini testium, ad quod deputatus dumtaxat deputatur. Deputatus verò, & Notarius pro recognoscendis aliis documentis ad statum liberum probandum necessariis, vt ex d. Instruct. §. *fides aliaque documenta, quæ producuntur à partibus, non admittantur, nisi sint munita &c.* Deputatus autem, & Notarius huiusmodi fides, & documenta admittunt, non autem Camerarius, ideòque ij censendi sunt rei, ac puniendi pœna arbitraria.

4 Ad 4. Affirmatiuè ex *cit. Instruct. d. §. fides*, vbi id expressis verbis præcipitur; spectatque id munus ad d. Deputatum, & Notarium, qui eas admittere debent *ex d. §. fides*.

Ad 5. Si Notarius sit non admodum probus, sed suspectus, testes verò contra deponentes sint omni exceptione maiores, tunc potiùs testibus habebitur fides secundum Bart. *in l. 1. §. 1. ff. quemadmodum testam. aper.* Menoch. *de arb. cas. 105. num. 42.* Myling. *cent. 4. obs. 39.* Zasium *lib. 2. sing. resp. cap. 23. per tot.* Couar. *pract. 9. cap. 20. num. 6. & lib. 2. var. resol. c. 13. num. 11.* Grauat. *ad Vestr. lib. 6. cap. 1. num. 23.* Ideòque hoc iudicium arbitrio Iudicis relinqui, docet Menoch. *loc. cit.* ac rei puniendi de falso, pœna tamen extraordinaria, siue arbitraria, vt supra dictum est ad 2. Censeoque, vt in posterum testes, qui recognoscunt huiusmodi fides, & documenta, debere illas manu sua subscribere, quod si nesciant scribere, recipiatur recognitio coram testibus. 5

Non omittendum putarim decretum Sacr. Inquisitionis, quod est huiusmodi. Testes, qui inducuntur ad probandum aliquem esse solutum ad effectum contrahendi matrimonium, non examinentur per Notarios Vrbis Vicarij solos, sed cum interuentu Iudicis, & per Vicesgerentem considerentur depositiones testium, an concludenter probent 12. Ianuarij 1602. fol. 20. 6

CONSVLTATIO XLV.

Quidnam Monachus Basilianus Græcus Schismaticus ad triremes damnatus in ditione Latinorum Catholicorum in articulo mortis communicauit in fermento, quod penes se conseruabat, alium pariter schismaticum concaptiuum in eadem trireme suis præcisis verbis: N. Mangia il corpo, & il sangue di Christo. Quæritur, an talis communio sit delictum? Et dato quod sit delictum, an spectet ad S. Officium, & qua pœna puniendum?

RESpondeo, id totum pendere ab intentione ministrantis huiusmodi communionem. Ideòque primò interrogandus est, vnde habuerit sacram Eucharistiam, an ipse, an ne alius ritè illam confecerit, & ad quem finem apud se illam conseruabat? Si respondebit, illam retinuisse ad malum finem, puniendus est pœna contra abutentes vsu Sacramentorum, nempè contra hæreticos; abuti enim sacramentis sapit hæresim. Quare Inquisitor potest punire tales abutentes, quando abutuntur Sacramento Altaris ad sortilegia, vt dicitur in Glos. *v. saperent §. sane cap. accusatus de heret. in 6.* & habetur per Panorm. *in glos. fin. cap. 1. de sortileg.* Oldrad. *cons. 210.* & Gemin. *cons. 54.* Si verò respondebit, licere in itinere Eucharistiam ferre pro viatico: id aliquando concessum fuit. Cuius rei extat testimonium D. Gregorij *Dial. lib. 3. cap. 36. de Maximiano Episcopo Syracusa, & eius socijs Eucharistiam secum portantibus, dum mare Adriaticum nauigarent*. Hanc quidem consuetudinem apud Ecclesiam Orientalem alicubi etiam viguisse temporibus Alexandri Papæ Tertii alibi diximus. 1

Non videtur obstare quod dictus minister versetur in ditione Latinorum, quia cum ipse sit Græcus, debet vti ritu Græco, atque adeò in fermentato, vt iubet B. Pius V. & Concilium Florentinum in literis vnionis. 2

An autem id fateri debeat in tortura, quod scilicet non ad malum finem, sed ad seruandam consuetudinem Orientalium Eucharistiam in fermento secum detulerit pro viatico, arbitrio Inquisitorum remittitur, attentis circumstantijs personæ, & responsionibus super interrogatorijs de intentione supradicta. 3

Pariter interrogandus est super verbis illis, *N. mangia il corpo, & il sangue di Christo*, an scilicet credat, esse de necessitate salutis vsus calicis, nempe 4

Dicuntur autem huius esse sententiæ, quatenus, vel dicunt, insecutionem debere esse publicam, & manifestam, idest notam insecuto, vel quatenus volunt, obsidentem in domo, & insultantem non innodari, eo quod obsessus non fugiat, nec de facto personalem patiatur iniuriam. Fundantur, qui insecutionem in tali motu consistere dicunt, in vi grammaticali verbi compositi ab *in* & *sequor*, motum sequentis post fugientem indicantis.

11 Sed videtur certè minuta hæc consideratio, dum aliàs verè dicitur hostilem pati persecutionem, qui malo animo personaliter expetitur, etiamsi ipse non fugiat, vel quia non aduertat, vel quia non timeat, vel quia sit in loco tuto. Negatur autem primo, eam esse ita propriam verbi vim, vt ampliora comprehendere non possit. Est enim idem, quod *insector*, seu *persequor*, quod etiamsi sit à *sequor*, persecutio inde deriuata iniustam omnem offensam significat. Deinde, data etiam vi eius verbi secundùm communem sensum, qui in legibus interpretandis est attendendus, nomine hostilis insecutionis comprehẽdi omnem actum, vel conatum hostilitatis, etiamsi non intercedat motus vnius post alium fugientem.

12 Vndè patet similiter non esse insecutorem, & innodari, qui domum, in quam aliquis ex Prælatis expressis in Canone se receperit, adit cum animo obsidendi ad iniuriam inferendam, si daretur ingressus, vel Prælatus exiret; interuenit enim vera hostilis persecutio, non minus, quàm si Prælatus in via esset & fugeret. Ita Alterius *cap. 4. col.* 5. qui id pluribus probat, licèt non cuncta conuincat.

13 Patet etiam cum eodem Alterio contra Bonacinam, *cit. n. 6.* Filiucium *n.* 245. & Saytum *n.* 6. eum dici insequi, & innodari, qui domum circuit hostili modo, & animo non ad inferendam corporalem læsionem, sed tantùm ad ignominia, dedecoreue afficiendum media illa actione. Nam huiusmodi impetuosa, & violenta accessio ad domum habet omnes ex parte persequentis conditiones hostilitatis. Subdolas autem calumnias, & verba contumeliosa exclusimus à censura, non quia persecutionis, & hostilitatis rationem habere nequeant, sed quia non dicuntur iniuriæ personales, vt supra explicatum est. Illud tamen crediderim probabile, non incurrere hos ita obsidentes domum, statim ac incipiunt accedere animo prædicto, sed postquam actualiter peruenerint, simulque conati fuerint offendere, aut id fecerint, ex quo dedecus & ignominia obsessi consequitur.

14 Distinguendum autem est inter eam iniuriam realem, & insultum in facto consistentem ad inferendum dedecus, seu ignominiam ordinatum, ac inter verba contumeliosa, quæ similiter in dedecus redundant. Aliqui enim, vt Duardus, & Bonacina vtrumque confundentes supponunt Alterium, quem nos sequimur, vtrumque voluisse sub excommunicatione esse contentum, cum tamen ipse Alterius *col.* 8. *vers. Itaque respondentes*, apertè dicat, verba contumeliosa non puniri censura *& col. 6. vers. quarta ratio*, asserat puniri eum, qui Præsulem à domo, vel castro exire non permittit, etiamsi non agat, vt illum sub custodia retineat, sed tantùm, vt pudore, & verecundia afficiat.

15 Insecutio autem debet esse manifesta non quidem, vt necessarium sit notam esse insecuto, vt volunt Graffius, Filiucius, Syluester, Nauarrus, D. Antoninus, Geminianus, Archidiaconus, Ancharanus, & Francbus supra relati, sed vt excludatur latens, & subdola insecutio, quæ fieret sine aperto impetu, ac vi. Hæc enim, etiamsi fieret ad læsionem personalem inferendam, si non sequatur effectus, non inducit censuram, quia more hostium, & belli manifesta vi debere iniuriam fieri, significatur verbo illo *hostiliter*. Et ita loquitur Syluester *loc. cit.* Duard. ea *q. 5. num.* 2. Bonacin. *d. num.* 6. & alij communiter. Nec tamen addidi, insecutionem debere esse publicam, vt prædicti Auctores addunt, quia nullam video rationem, cur insecutio, quæ fit in priuato, aut paucis inspicientibus, non sit subijcienda censuræ.

16 Neque necessarium est, quod aliqua actualis læsio facto ipso sequatur, sed sufficit conatus. Ita Glos. *in d. cap. felicis v. insecutionem*, Ancharan. *ibidem*, Syluest. *loc. cit.* Bonac. & Duard. *vbi supra.* Alter. *d. cap. 4. col.* 8. Vgolinus referens Decium, & Nauarrum §. 1. Vndè siquis Cardinalem, aut Episcopum persequens telum in eos torserit, aut lapidem iniecerit, vel aliud simile conatus fuerit, irretitur, etiamsi non vulnerauerit, aut percusserit, aut aliquid damni sequutum fuerit. Ad hunc enim effectum principaliter videtur apposita hæc ratio, vt includat eos, qui attentantes in persecutione aliquam ex superioribus actionibus nequiuerint perpetrare. Vndè non habet hìc locum regula, quod lex excommunicans præsertim non punit conatum, sed actiones consuetas. Nam apertè conatus exprimitur, alioqnin redundaret hæc actio, & consequenter lex satis ostendit suam intentionem. Præterquam quod hæc hostilis insecutio non habet solam rationem conatus, sed participat per se conditiones particularis actionis. Ille autem diceretur tantùm fuisse conatus, nec innodaretur, qui parasset arma ad alia necessaria ad insequendum, vel etiam iter suscepisset ad hunc finem, sed tamen non peruenisset ad Prælatum, realemque actum insequendi illum, vel impotentia fuisset deterritus, vt per Vgolin. *n.* 4. & Alter. *col.* 9.

Et quia in nostra sententia non est necessarius actualis motus, seu cursus post inuisum Episcopum, consequenter aduertimus, non declinare censuram, qui sine præuio cursu conaretur lædere, puta iaciens telum, vel lapidem, etiamsi ictus vel inanis fuerit, vel declinatus. Id quod tenentur admittere plerique etiam aduersæ sententiæ, qui tamen non inficiantur, esse locum excommunicationi, quando quis domui Episcopi assistit animo interficiendi, vel vulnerandi, si per occasionem quamlibet dabitur facultas, vt tenet in specie Vgolin. *d. num.* 4. citans ad idem Gemin. *in d. cap. felicis*. Cùm ergo id fieri possit sine fuga, & cursu, non erit defectu huius excusandus à censura, qui telum, aut quid simile sine alia præuia insecutione, contorquet, dummodò intersit aperta vis, & non tantùm subdolum quid, & occultum, vt supra dictum est. 17

Ille verò non est censendus innodari, qui sine animo directè ipsos offendendi, sed aliundè inductus, obsideret Castrum, vel locum, in quo detineretur Episcopus ad Castro potiendum. Alterius, Duardus & Bonacina *pun. 3. num.* 4. Et quidem si bellum, vel obsessio sit iusta, nullum dubium esse potest; quin præter voluntatem vis redundat in Episcopum, nec censetur canon ius suum ab aliquo auferre. Lis est aliqua, quando bellum esset iniustum; qui affirmant excommunicationi esse locum, suadentur, quia illicita est hæc vis, sicuti illicita res, cui datur opera; qui negant, mouentur ex eo, quod animus offendendi Episcopum desideratur. Vtraque sententia probabilis est. Ego tamen censeo, quod animus si non formalis, virtualis esse possit. 18

Videtur etiam & ille excusandus, qui insequeretur non ad realiter offendendum, sed tantùm ad incutiendum timorem, vel verbis contumeliosis afficiendum, dummodò non sit expressus animus in cogendo ad fugam, aut conuiciorum prolatione ignominiam, & dedecus afferendi, vt supradictum est. Quia læsio honoris attenditur, quando personaliter lædens facit insultum. Vndè aliud est simpliciter verba contumeliosa proferre, aliud eo animo, & circumstantijs, quo manifestum dedecus inferatur, & hoc quidem videtur censuræ subijci, illud autem minimè. Si quis tamen persequendo ad incutiendum timorem esset proxima causa alicuius alterius inhibitæ actionis, puta mortis, vt si quia exploderet manuale tormentum ad timorem, Episcopus autem improuiso timore correptus exanimaretur, tunc induceretur censura, vt probabile videtur. Quia tenebatur præcauere periculum, in quod illicito opere incidit. Vndè est vera causa mortis, vt in simili docet Bonac. *tom. 3. disp. 2. quæst. 3. pun. 6. sect. 1. §. 2. num.* 13. 19

Minùsque est necessarium, vt aliqui volunt, & 20

præ-

præcipuè Duard. loc. cit. ex Geminiano in d. cap. felicis, quod in insequente sit animus grauiter offendendi, & tanquam capitalem hostem. Hostium enim, inquiunt, esse persequi capitaliter. Et ratio, cur id non admittimus, est, quia videtur nimia verborum restrictio, si Bulla ab ijs tantum insecutoribus protegat, qui ad instar hostium ad mortem expetunt, cum aliundè etiam simpliciter percutientes innodet. Nobiscum Sayrus num. 7. & fortè nullus discrepat, si capitale odium, & hostile dicamus, non esse illud solum, quoad mortem expetit, sed etiam ad alias iniurias. Nam ipse Duardus fatetur disertè, eum incurrere, qui animo tantùm percutiendi insequitur.

21 An autem protegatur hoc Canone etiam familia Episcoporum, affirmat Alter. vbi supra col. 4. Ego nego, nisi fortè ad effectum familiæ commodiùs lædendæ, ipse Episcopus hostiliter haberetur.

CONSVLTATIO XL.

An committens homicidium, vel mutilationem in viridario Conuentus, vel Hospitalis, alijsue in locis Ecclesiæ adhærentibus gaudeat immunitate?

1 IVre asylorum gaudere Monasteria certum est; vtrum authoritate priuilegiorum omnibus Ecclesijs concessorum, an ex speciali quandoque gratia, dubitatur. Non nescio quidem Monasteria cum alijs Ecclesijs, & locis pijs pari iure censeri, vt patet ex nou. 120. Immò expressè Monasteria nominantur in iure canonico, & in can. quisquis 17. q. 4. vbi dicitur: Si qui Monasteria, & loca Deo dicata, & Ecclesias infringunt, & deposita, vel alia qualibet exinde abstrahunt, damnum nouies componant, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegi canonica sententia subigantur, & notat Archid. in can. diffiniuit num. 1. v. in loco sancto ead. c. & q. vbi dicit nec de hospitali, nec de domo religiosa quem extrahi debere, vt docent Io. de Visch. de immun. Eccles. num. 48. Doctores, quos citant, & sequuntur Sanchez de matr. l. 9. disp. 15. n. 42. & Farinac. in append. de immun. c. 17. n. 268. Palaus to. 2. tr. 11. disp. vn. pun. 6. n. 18. Peregr. de imm. cap. 4. n. 58. Raphael de la Torre tom. 2. in 2. 2. D. Thom. q. 99. ar. 7. disp. 7. Nauar. cap. 25. n. 17. Correa in relect. de immun. p. 2. n. 2. & seq. Portell. in dub. Regul. v. Ecclesia, immunitas, Lezana in sum. eod. v. n. 3. Bonac. tom. 2. disp. 3. q. 7. pun. 4. n. 10. Rodriq. tom. 2. quest. regul. 75. ar. 2. Villal. in sum. tom. 2. tr. 39. diff. 5. n. 6. Diana p. 6. tr. 1. resol. 6. del Bene de immun. cap. 16. dub. 9. sect. 11. à n. 1. Qui id extendunt etiam ad Grancias Religiosorum, id est ad paruas domos Religiosorum, quæ sunt veluti spatia ipsorum, & membra Monasterij, quæ subduntur potestati, & iurisdictioni Superioris Monasterij, cuius sunt Granciæ, quamuis contrarium sentiat Trullench. to. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 6. ego tamen censeo quoad dictas Grancias gaudere, si sint locus sacer, siue religiosus, hoc est, si in eis adsit Capella, in qua publicè missa celebretur. Atque ita decernitur in Constitutione 7. Gregorij XIV. §. 2. his verbis: Ab Ecclesijs, Monasterijs, sacellis, domibus regularibus, locisue sacris, aut religiosis.

2 Et licèt aliqui querantur, res venum exponi prohibitas, in Monasterijs detineri, & si emptor reperiatur, indè peti solere; quod quid aliud, aiunt, est, quàm immunitatibus, atque priuilegijs suis ad malitiam abuti? sub pietatis velo authoritatem Magistratus politici eludere, & subditos ad inobedientiam, atque rebellionem animare? Meminerint tales illius dicti Quintiliani: dum proximos existimat transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur, hoc natura similes esse ait, facere scelus, & probare. Audiant Marcianum Iurisconsultum in l. 1. ff. de rapt. Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest, & præcipitur, vt perinde puniantur atque latrones, in pari causa habendi sunt; quia cùm apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte, dimiserunt. Hæc tamen non loci sacri, aut religiosi, sed hominum improborum sunt, & abusus immunitatis, quem nos non tuemur, si fortè detur, quod non credimus.

Hospitale etiam gaudere immunitate habetur ex Glos. in l. 17. §. 12. ff. de æd. edict. Panorm. in cap. Cum Ecclesia n. 6. de immun. Eccles. Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. quo de decimis agit, laudans Lasartem in tractatione illius quæstionis. Sanè pari cum Ecclesijs iure censeri Xenodochia, Orphanotrophia, Gerontocomia, Ptochotrophia, Nosocomia, Brephotrophia, quæ vulgò Hospitalia audiunt, manifestum est ex l. 12. l. 13. l. 15. l. 17. l. 19. l. 22. C. de sacror. Eccles. Et tradunt Abb. in cap. Ecclesiæ n. 6. de immun. Eccles. Archid. in d. can. diffiniuit n. 1. per auth. de Eccles. tit. in princ. & §. ad hæc. Quod tamen intelligendum est, si authoritate Episcopi sit constructum, aliàs secus, vt notat Innoc. in cap. cum inter dilectos n. 4. de donat. Abb. in d. cap. Ecclesia num. 7. & in cap. vlt. num. 4. de censib. Io. de Visch. d. num. 48. Fagnan. in d. cap. Ecclesia n. 27. Decian. lib. 6. cap. 25. num. 18. Syluest. v. immunitas 3. num. 1. Nauar. d. cap. 25. num. 17. & 18. Lezan. eodem v. num. 2. Tusch. v. Ecclesia concl. 10. num. 2. Scott. Theor. 385. Raph. de la Tor. d. to. 2. in 2. 2. q. 99. ar. 3. Layman lib. 4. tr. 9. c. 5. n. 3. Palaus to. 2. tr. 11. disp. vn. pun. 6. num. 17. Farinac. q. 28. n. 36. & seq. & in app. num. 285. & 266. Sayr. lib. 3. de censur. c. 29. num. 16. Gambacurt. de immun. lib. 4. c. 4. Filiuc. tr. 15. c. 6. q. 5. num. 150. Mar. Ital. lib. 1. c. 4. §. 8. Couar. lib. 2. var. resol. c. 20. n. 4. Suar. lib. 3. de relig. tom. 3. c. 9. n. 3. & 9. Sanchez d. lib. 9. disp. 15. n. 39. & in opusc. to. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2. Megal. in 3. p. lib. 4. cons. 2. q. 2. n. 37. Villalob. in sum. to. 2. tr. 39. dif. 5. n. 2. Sperel. dec. 55. num. 19. Ciarlin. discept. for. cap. 116. num. 7. Diana d. p. 6. tr. 1. resol. 6. Persic. de offic. Sacerd. lib. 1. c. 9. dub. 11. num. 97. Peregr. de immun. c. 4. num. 69. vbi ex Paulo de Castro cons. 458. lib. 2. & ex Tuscho satis probabiliter subdit, id verum esse, etiamsi in hospitali authoritate Episcopi erecto altare non sit, nec campanile, neque Ecclesia, si tamen ex alijs signis colligitur, authoritate Episcopi esse erectum, vt si institutum sit sub nomine alicuius Sancti, & visitetur ab Episcopo, del Bene d. dub. 9. sect. 10. 3

At verò, an Hospitalia, vel Oratoria in dubio censeantur publica, atque adeò gaudeant immunitate, vel priuata, cùm non appareat, an authoritate Episcopi sint constructa, si ibi est campana eleuata, quæ publicè pulsatur, signum est ea esse publica, & Episcopo subiecta, & idem dicitur, si ibi celebratur. Sunt enim ista signa loci publici, arg. can. vnicuique, & can. seq. de consecr. d. 1. & notat Archid. in can. nemo n. 3. ead. d. & plenius idem Abb. in d. cap. inter dilectos n. 1. & latè consuluit Feder. de Sen. cons. 130. Et aduertendum, quod actus solius celebrationis missæ necessariò non concludit, locum esse publicum, vt probat textus in cap. vlt. de censib. vbi dicitur in Oratorijs priuatis interdum celebrari, & sic non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, cap. 2. de translat. Episc. & l. neque natales C. de prob. Quod notandum ait Abb. in d. cap. vlt. n. 1. Tunc ergo celebratio Missæ signum est loci publici, & sacri, si actus celebrationis sit publicus ita, vt omnes indifferenter admittantur, prout intelligunt Archid. in d. Can. Nemo num. 3. & declarant Butr. in d. cap. vlt. in 3. notab. & Abb. num. 1. de censib. & nos alibi, & Sac. Congregatio super Episcopis declarauit in Ianuensi 7. Iunij 1605. quod in dubio censetur Oratorium publicum authoritate Episcopi constructum, si publicè campanam habeat, aut si publicè, & in quibusuis anni solemnitatibus in eo celebretur. Nam in altari Oratorij priuati solet ex priuilegio Apostolico concedi celebratio missæ, exceptis solemnioribus festis, nempè Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, & Assumptione B. Virginis, festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & omnium 4

Sanctorum, eadem S. Congregatio super Episcop. 17. Nouembris 1607. & hoc modo intelligenda est declaratio S. Congregationis immunitatis, qua declarauit, hospitale vti Ecclesiasticum, hoc est, erectum authoritate Episcopi, gaudet immunitate Ecclesiastica, 8. Aprilis 1631. in Ciuitatis Castellanæ.

5 Atque adeò gaudere quoque eorum hortos, certum etiam est ex constitutione Theodosij, & Valentini Impp. *in l. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug.* ibi: *Vt inter templa, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica, & ianuas primas Ecclesiæ, quicquid fuerit interiacens siue in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus confugas interioris templi vice tueantur*; & in casu homicidij commissi, vel in ostio, vel in scalis, vel in atrio, vel in alio quouis loco Ecclesiæ adhærente, communiter affirmant Merlin. Pignatel. *controu. for.* 55. *n.* 25. *& seqq. cent.* 2. Carol. Marant. *resp.* 36. *à num.* 1. de Marin. *quotid. resol. cap.* 170. *n.* 12. Diana *p.* 1. *tr.* 1. *resol.* 7. Viscont. *in addit. ad Franch. dec.* 704. Ricc. *dec.* 250. *n.* 1. *p.* 3. Mastril. *dec.* 22. *à num.* 5. *lib.* 1. Sperel. *dec.* 60. signatè *num.* 14. *lib.* 1. & nos alibi, & declarauit sæpius Sac. Congregatio Immunitatis apud Marantam *in fine resp.* 45. *tom.* 2. & in Barensi die 8. Iunij 1658. per hæc verba: *Viridarium Ecclesiæ gaudet immunitate Ecclesiastica*. Quod etiam sequuta sunt alia totius Orbis Tribunalia, præsertim Regni Neapolitani, & Siculi, vt testantur idem Merlinus, qui plurimas resolutiones recenset *d. contr.* 55. *num.* 31. *& seqq.* Marant. *d. resp.* 36. *n.* 16. *& resp.* 46. *n. item* 16. de Marin. *loc. cit. lib.* 1. *cap.* 170. *num.* 11. Viscont. *ad dec. Franch.* 709. Thor. *in comp. dec. par.* 1. *v. immunitas*, Ricc. *dec.* 250. *sub init. lib.* 3. Mastril. *d. dec.* 22. *num.* 5. *in fine lib.* 1. malè reclamante Sarpo *de iur. asyl. cap.* 4. & Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 73.

6 Ratio desumitur ex Constitutione Gregoriana de *immun. Eccles.* quæ expressè loquitur de occidente, vel mutilante in Ecclesijs, vel Cæmeterijs. Homicidium autem, vel mutilatio commissa in viridario Ecclesiæ propinquo non dicitur commissa in Ecclesia, cùm dictio *in* denotet intrinsicitatem, & restringatur ad homicidium, vel mutilationem intus Ecclesiam patratum, vt comprobat Bero. *cons.* 177. *n.* 16. cum pluribus *seqq. vol.* 3. Marant. *d. resp.* 36. *n.* 5. *& resp.* 45. *n.* 12. Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 20. Sperel. *d. dec.* 60. *n.* 9. *lib.* 1. & Mastril. *dec.* 22. *n.* 9. Et, vt clarius restrictionem ostenderet, addidit aliam dictionem restrictiuam, nempè *ipsis* ibi: *in ipsis Ecclesijs*. Quod etiam aduertunt Marant. *d. resp.* 36 *num.* 8. *& resp.* 4. *num.* 13. *num.* 2. Sperel. *d. dec.* 60. *num.* 11. *lib.* 1. & Ricc. *d. dec.* 250. *p.* 3.

7 Neque obstant Doctores affirmantes, etiam viridaria, claustra, & alias partes Ecclesijs adhærentes in materia immunitatis Ecclesiæ comprehendi. Nam loquuntur in casu, in quo agitur de fauore immunitatis, non autem de excludenda immunitate, & sic de materia pœnali, & odiosa, vt distinguit Bellet. *disq. Cler. p.* 1. §. 2. *n.* 34. Marant. *resp.* 36. *n.* 20. *tom.* 2. Sperel. *d. dec.* 60. *n.* 27. & Mastril. *ea dec.* 22. *n.* 7. *lib.* 1. At ego percipere non possum, cur viridarium, cella vinaria, & alia loca huiusmodi, quæ adhærent Ecclesiæ, debeant esse magis priuilegiata, quàm ipsa Ecclesia; quod si sunt Ecclesiæ accessoria, dum committens in illa, quæ principalis est, homicidium, vel mutilationem, non gaudet, multò minus gaudere debent accessoria, quæ ob reuerentiam Ecclesiæ principali debitam, immunitate gaudent. Ducor tamen magis authoritate Doctorum, quàm ratione ad sequendum hanc opinionem, in qua declarationem Pontificiam desidero.

8 Minùs obstat, si dicatur pro excludenda immunitate esse in Viridario Cœmeterium, quod excipit homicidium, & mutilationem; quoniam hæc qualitas, super qua fundatur exclusio immunitatis, à parte opponente probari debet, vt firmat Carrat. *dec. crim.* 46. *num.* 56. ac ita, vt non sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, sed plenissimè ac omninò concludenter probanda est, vt per Farinac. *cons.* 76. *n.* 3. *& seqq. lib.* 1. *& cons.* 168. *à n.* 1. *lib.* 2. *& de immun. cap.* 22. *n.* 374. Vermigliol. *cons.* 105. *n.* 1. Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *c.* 6. §. 1. *n.* 80. *& seqq.* Quæ probatio desumi non potest ex processu Iudicis secularis, sed ex solo processu Iudicis Ecclesiastici competentis, vt in specie comprobant Vermigliol. *d. cons.* 105. *n.* 2. Farinac. *d. cons.* 67. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. *& cons.* 168. *n.* 26. *& seqq. ac de immun. Eccles. n.* 367. *& seqq.* Mar. Ital. *de immun. lib.* 5. *cap.* 6. §. 1. *num.* 79.

Vt autem probetur, quod in Viridario sit Cœmeterium, debet constare, quod fuerit deputatum, siue benedictum authoritate Episcopi ad sepeliendum mortuos, Sperel. *dec.* 62. *num.* 13. quod adsint Crux marmorea, vel lignea, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, & alia requisita à Synodis, vt per Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *cap.* 4. §. 7. *n.* 33. 9

Eòque magis gaudent viridarium, atrium, scalæ, & alia generis huiusmodi, si homicidium, vel mutilatio ex pura, & subita rixa sequatur, in quo casu etiamsi id eueniat in ipsa Ecclesia, occidens, vel mutilans gaudet, vt communiter tenent Doctores, nominatim Vermigl. *cons.* 103. *n.* 5. *& cons.* 104. *num.* 9. Merlin. Pignatel. *d. contr.* 55. *n.* 31. *& seqq. tom.* 2. Gutier. *pract. q.* 1. *lib.* 3. *num.* 10. Azeued. *lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 26. *tom.* 1. Farinac. *de immun. cap.* 16. *n.* 238. *&* 240. Dian. *d. p.* 1. *tr.* 1. *resol.* 11. *& p.* 4. *resol.* 107. *& p.* 6. *tr.* 1. *resol.* 7. Carrat. *dec. crim.* 74. *num.* 12. Tusch. *v. Ecclesia concl.* 11. *n.* 13. *&* 14. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *c.* 9. *q.* 9. Sesse *dec.* 141. *n.* 8. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de immun. n.* 58. Zambel. *in repert. mor. v. Ecclesia quoad eius immun. n.* 13. Sperel. *dec.* 59. *num.* 36. Mar. Ital. *de immun. d. lib.* 1. *c.* 5. §. 3. *num.* 1. *& seqq.* Mouentur ex *cap. inter alia de immun. Eccles.* Ratio vera est, quia in hoc casu prouocatus in rixa, si per modum defensionis cum moderamine inculpatæ tutelæ occiderit, vel mutilauerit, non delinquit, cùm de iure naturæ vim vi repellere liceat; quod est contra Abb. *in d. cap. inter alia*, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 15. Nauar. *cap.* 25. *num.* 20. Suar. *de relig. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 6. *in fin.* Clar. *pr.* §. *fin. q.* 30. Farinac. *de carc. q.* 28. *n.* 54. Laym. *lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 3. *n.* 6. Peregr. *de immun. cap.* 6. *n.* 15. Gambacurt. *lib.* 5. *c.* 23. Decian. *lib.* 6. *c.* 28. *n.* 5. Germon. *de sacr. imm. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 79. Bonac. *disp.* 3. *q. de immun.* 7. §. 4. *n.* 7. & Cuttel. *de immun. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 11. 10

Præcipuè si rixa cæpta fuerit longè ab Ecclesia, aut viridario, scalis &c. & mors sequuta in Ecclesia. Ac præsertim si quis non occiderit, neque mutilauerit, sed tantùm fuerit socius occidentis, vel mutilantis, cùm dicta Constitutio Gregoriana priuet duntaxat occidentem, & mutilantem, vt in specie tradit Gambacurt. *de immun. lib.* 5. *cap.* 34. *n.* 14. 11

CONSVLTATIO XLI.

An ob penuriam Ministrorum, qui haberi non possunt feria 5. Cœna Domini pro consecrandis Oleis eo die, concedi possit facultas illa consecrandi Dominica in Albis, vel alio die commodiori? Vbi quinam sint ritus, qui à recta fidei regula discrepant, ita vt tolerari non possint plura disquiruntur, discutiunturque?

FAbianus Martyr., & Pontifex *Epist.* 2. quæ habetur in *can. litteris de consecrat. dist.* 3. seuerè scribit Episcopis Orientalibus in hæc verba. *Litteris vestris inuenimus, quosdam Religiones vestræ Episcopos à vestro, nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in Cœna Domini Chrisma conficere. Errant verò qui talia excogitant, & mente vesana potius quàm recta sentientes hoc facere audent. Sicut enim ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius Chrismatis sancti confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda, & fidelibus est tradenda. Quia nouum Sacramentum est, & per singulos annos in iam dicta die innouandum, & vetus in sanctis Ecclesijs est cremandum.* Additque: 1

ista

ista à sanctis Apostolis, & à successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus.

2 Ex hac constitutione disertè constitutum est, singulis aonis Chrismatis confectionem instaurandam, & renouandam in die Cœnæ Domini, vetusque Chrisma cremandum. Idque Romanam, Antiochenam, Ierosolymitanam, Ephesinam Ecclesias à temporibus Apostolorum custodire; quodque consecratio Chrismatis fieri debeat in die Cœnæ Domini, Missam celebrando, habetur ex *cap. Te referente de celebr. Missar.* Vel quia, vt ait S. Eligius Nouiooensis Episcopus *homil. 8. in die Cœna Domini ad Cler. & pleb. Eodem denique die Cœna Domini proinde sanctum Chrisma conficitur, quia ante biduum Pascha Maria caput Domini, ac pedes vnguento perfudisse perhibetur, vel quia,* vt inquit idem Fabianus *loco cit. in illa die Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes, sicut à Sanctis Apostolis Prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit.* Quare Suarez *disp. 32. sect. 2. in 3. par. D. Thom. q. 72. ar. 2.* videtur sentire, hunc ritum pertinere ad substantiam huius Sacramenti.

3 Atque hinc Episcopis Clerum perpaucum habentibus, præsertim in partibus infidelium existentibus, concedi solet, vt sacra Olea feria qointa in Cœna Domini consecrare possint cum minori numero assistentium. Extra verò diem Cœnæ non inuenio concessum à S. Congregatione de propaganda fide, nisi semel Archiepiscopo Antibotensi 2. Augusti 1625. idque sub conditione, si Sanctissimo placuerit.

4 Petente verò Episcopo Tinensi facultatem consecraodi Oleum in die Cœnæ Domini cum Sacerdotibus, Diacoois, & Subdiaconis, quos poterit habere, attenta peouria Mioistrorum Ecclesiasticorum, eadem S. Congregatio de propaganda fide censuit posse dispensari, sicut factum est cum alijs Episcopis 4. Februarij 1625. Idemque obtinuerat tempore Clemeotis VIII. ex Congregatione super Episcop. 7. Nouembris 1601.

5 Quare censeo io præsenti casu dispensandum potius esse, vt oleum conficiatur cum eo tantùm ministrorum numero, qui haberi poterit, quàm vt conficiatur extra diem Cœnæ Domini. Nec suffragatur consuetudo illud conficiendi in Dominica in Albis, quia à Fabiano, vbi supra, vocatur ettor.

6 Et nihilominùs, quoniam Suarez loco allegato intelligit Sacramenti Chrismatis institutionem potins inchoatam, quàm perfectam esse in nocte Cœnæ, seù in futurum potius traditam per instructionem, quàm de præsenti per facultatem, & efficaciam datam; nam soli Episcopi habent potestatem administrandi hoc Sacramentum. Apostoli autem, licèt in oocte Cœnæ fuerint ordinati Sacerdotes, non tamen Episcopi, vt probabilius creditur, vsque ad Christi resurrectionem, & ideò in nocte Cœnæ non fuit hoc Sacramentum in eo statu constitutum, in quo posset & administrari, & recipi, & hac ratione dicit, non fuisse tunc plenè institutum, sed quando *Ioan. 20.* Christus dixit Apostolis. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* quatenus tunc Christus fecit Episcopos suos Apostolos, atque ita dedit illis potestatem conficiendi hoc Sacramentum, supposita instructione præcepti, & promissione, quæ prius in nocte Cœoæ eisdem tradiderat.

7 Ac quoniam Apostolorum instituta, decreta, & ritus noo ijdem fuere apud omnes. Nam licèt Apostolorum sanctiones aliquæ hinc fuerint editæ, vt ab omnibus Christi fidelibus pariter seruarentur, vt puta symbolum Apostolicum; aliæ tamen pro ratione loci, & temporis sic ab illis sunt statutæ, vt non omnes ijsdem legibus, ac ritibus adstringi voluerint, quos alicuius priuatæ causæ occasione cæteris locis præscripserint, vt de Idolothytis, de quibus Apostoli, & cum ipsis Paulus, diuersa dederunt præcepta Syriæ, ac Ciliciæ populis, vt constat *Act. 15. & 16.* diuersa verò Paulus Corinthijs, vt patet 1. *Corinth. 8.* Neque vel in minimo lædi fidem varijs Ecclesiarum consuetudinibus Sancti Patres tradiderunt, io primis S. Augustinus ad Ianuar. *Epist. 118. Hæc est commendata regula, vt faciat vnusquisque, quod in ea Ecclesia, in qua reperitur, inuenerit.* Et ad eundem *Ep. 119. miror sanè, quod ita volueris, vt de his, quæ variè per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & vna in his saluberrima regula retinenda sit, vt quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solùm non improbemus, sed etiam laudanda, & imitanda sectemur, si quorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum sit.* Gregorius *lib. 1. Epist. 4.* item hæc ad Leandrum Episcopum Hispalensem in eandem sententiam scribit: *In vna fide nihil officit Sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa.*

8 Quare licèt apud Græcos, & Orientalium nationes plures siot ritus, atque diuersi inter Cophtos, Syros, Maronitas, Æthiopes, Armenos, atque inter Christianos alios, quos prudenter ratione diuersarum gentium Apostoli instituerunt, non ob id Religio Christiana læditur, si diuersi ritus in Oriente, atque in Occidente retineantur. Circundata est enim Ecclesia Dei mira varietate quæ potius eius pulchritudinem ornat, & auget, quàm orthodoxæ fidei contrarietur. Hinc mos est Catholicæ Ecclesiæ ab Apostolorum tempore inductus, vt vnaquæque Prouincia seruet ea, quæ à suis Apostolis, & à legitimis successoribus accepit, vt proindè admoneat D. Hieronymus *Epist. 28. ad fin.* traditiones Ecclesiasticas præsertim, quæ fidei non officiunt, ita esse obseruandas, qualiter à maioribus traditæ essent, & aliorum consuetudinem contrario more non subuerti, addens: *Ita vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, vt præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur.* Vndè rectè consueuit Ecclesia hæreticorum, Schismaticorum, aut etiam Gentilium ritus tolerare, qui cum ratione, aut fide diuina non pugnant.

9 Nec solùm Ecclesias, quos à diuersis Apostolis ritus, moresque imbiberant, retinuisse comperimus, sed etiam quæ apud Gentes superstitioso cultu impiè agebantur, eadem expiata sacro ritu ad pietatem transtulisse. Inter alios Gregorius Thaumaturgus, vt auctor est Gregorius Nyssenus *orat. de eius vit.* Gentilium ferias superstitionibus cumulatas in festa, ac celebritates Sanctorum Martyrum commutauit, In eodemque sensu Theodoretus de Gentilium ferijs in honorem Martyrum piè, sanctèque translatis multa differit.

10 Qui verò sint ritus, qui à recta fidei regula discrepant, vel à ratione dissentiunt tam in Schismaticis, siue hæreticis, quàm in alijs infidelibus, etiam Ethnicis, non facilè erit vnicuique discernere. Et vt rei ita graui, & difficili lucem aliquam afferamus, oportebit speciatim præcepta aliqua tradere, siue talia demonstrare principia, quibus apertè dignosci possit, qui ritus cùm naturali ratione, aut fide diuina noo conueniant, aut qui ab his dissentiant, ac proinde qui tolerandi, qui verò omninò reijciendi, & extirpandi siot.

11 Ea igitur est potissimùm pro ritibus discernendis regula, vt quando id commodè fieri potest, Apostolica sedes coosulatur, maximè si subsit iusta, & rationabilis dubitandi occasio. Si tamen Romanus Pontifex non ita facilè adiri possit, tunc ex sequentibus capitibus de rituum puritate tàm inter Ethnicos, quàm inter Schismaticos ad Ecclesiam venientes erit iudicaodum.

12 Si ille ritus nationibus alijs, siue Ecclesijs, quæ communionem retineot cum Catholica Ecclesia, sit ab eadem permissus.

13 Si ritus ille noo pugnet cum naturali, & recta ratione. præseferens inhumanitatem, (qualis erat olim Romanorum, quo damnatos feris objiciebant) inhonestatem, vt totius corporis nuditas, vel si alij actus inhonesti, & turpes, etiam inter coniuges publicè fierent. Ac demum ea omnia, quæ humanæ vitæ politiam offendunt, abolenda, & exterminanda sunt, & cogendi Barbari, vt non belluino, sed humano more viuant.

14 Ritus omnes instituti ad protestandum aliquod dogma fidei contrarium omninò sunt delendi; ita Armeni, vt profiteantur Dioscori errorem vnam tantùm naturam in Christo asserentis, cùm celebrant, vino aquam non immiscent. Et idem etiam censendum erit de quocumque alio signo, siue nomine cuiuslibet erroris protestatiuo, vt Monophysitæ cognomen, de quo hæretici olim gloriabantur, vt etiam nomine ipso vnius in Christo naturæ post vnionem assertores viderentur, vt refert Prateolus verbo *Monophysitæ*, qui etiam de Monothelytis asserit, hanc eos sibi appellationem vsurpasse ab vna tantùm voluntate, & actione Diuina, quam ipsi Christo temerè tribuebant, Nec solùm cognomina, à re ipsa, siue à dogmate hæretico deriuata supprimenda sunt, sed etiam ea omnia, quæ ab Hæresiarchis, quorum se profitentur sectatores, descenderunt; sicut & Iacobitarum, & Seuerianorum, aliorumque similium, qui à Iacobo, & Seuero hæretico denominationem acceperunt; quare cùm multi ex Nestorianis Catholicæ Ecclesiæ adiungantur, anathematizatis Nestorij nomine, & erroribus, Chaldæi Orientales appellati sunt.

15 Ritus omnes, & Legalia veteris legis si eo fine retineantur, vt lex vetus obseruetur, omninò damnanda sunt; nam de fide est, omnia veteris Testamenti Legalia, & cæremonias post Euangelij promulgationem omninò extincta esse, & non solùm mortua, sed & obseruantibus fore mortifera, vt definitum est in Concilio Florentino. Dixi si eo fine Legalia retineantur, vt lex vetus obseruetur, quia, licèt hac ratione damnata sit Legalium obseruatio, tamen si non eo fine, & respectu obseruentor, sed tantùm materialiter, vt dici solet, licita est, & permissa aliquorum veteris testamenti Legalium, non vt Legalia sunt, obseruatio. Ex his fit olim, apud Orientis Ecclesias non immeritò fuisse in vsu ritum Sabbathum obseruandi, & hodie etiam apud Græcos, & Ruthenos illicitum reputatur Sabbatho, ac Dominica die ieiunare; quod apertè colligitur ex Epistola D. Ignatij *ad Philippenses*, & ex Concilio Gangrensi, atque Apostolorum canonibus. Ille tamen ritus, vel obseruandi Sabbathum, vel non ieiunandi in Orientali Ecclesia inductus est ob hæreticos Simoniacos in Oriente ortos, qui mundum, à cuius creatione Deus Sabbatho requieuit, opus eius esse negabant. Tum quia diuinitùs afflati Apostoli prænoscebant futuros quoque hæreticos in Oriente Manichæos, Eustacbianos, Marcionistas, Lampetianos, & Messalianos, qui in Paphlagonia apparuerant, qui quidem Sabbatho simulatè ieiunabant in contumeliam resurrectionis Christi, cui resurrectioni à vespere Sabbathi, vt ait Magnus Leo Pontifex *in Epist. 81. cap.* 1. initium constat adscribi. Porrò quia in Occidente eadem causa non erat, nec illa hæresis vigebat, prohibitum non est, quin ipsa die Sabbathi alium ad finem ieiunare, laborare, siue à carnibus abstinere cum laude possent. Videndus Turrianus *lib. 7. in Canon. Apostol.* & Baronius *tom. 1. Annal. ad an. Christi* 57.

16 Hodie verò ritus colendi Sabbathum tanquam diem festum manet apud Abyssinos, apud Græcos, & alios Orientales, licèt sabbathum non obseruent, in eo tamen, sicut nec in Dominica die nefas dicunt ieiunare.

17 Deinde apud Orientales Ecclesias mos est, & ritus consuetudine receptissimus, quem veluti præceptum strictissimè obseruant, non vt à lege veteri dimanantem, sed ex Apostolorum decreto, quo ipsi ignorantia ducti existimant ad hanc etiam teneri obseruationem, non considerantes id aduersos idolorum cultores latum fuisse, qui immolatum, & idolothestum edebant, aut Calicem, quem Apostolus vocat Dæmoniorum, bibebant seruandum autem esse sicut & à Catholicis seruatur, decretum illud vbicumque inter gentes, quæ idola adorant, immolatitia sint. Porrò eo decreto immolatitia, non autem reliqua fuisse prohibita grauissimi testes sunt Patres quamplurimi Orientalis Ecclesiæ. Quare hæc obseruatio nec Græcis, neque Ruthenis interdicitur.

18 Ritus, & consuetudines circa Sacramentorum administrationem examinandi sunt. Primò an peccent in substantia, idest circa illa substantialia requisita ad conficiendum Sacramentum, scilicet materia, forma, ministro, intentione. Deinde an contraria sint præceptis Diuinis à Sacra scriptura, vel à traditionibus Ecclesiæ emanatis circa eorum administrationem. Tunc enim similes ritus omninò erunt extirpandi; tolerandi verò si tantùm præceptis, ac sanctionibus iuris positiui, & Canonici prohibeantur; qui verò speciatim abrogandi, & qui permittendi, faciliùs constabit, si breuiter per Sacramenta singula discurramus.

19 De Baptismo. Quod ad Baptismum attinet, Græci vtuntur hac forma: *Baptizetur seruus Christi, &c.* quæ approbata est ab Ecclesia Catholica in Concilio Florentino in vnione Græcorum. Si tamen hac forma Græci schismatici vtantur, existimantes formam apud nos vsitatam non esse validam, in hoc à Catholica, & Orthodoxa fide dissentiunt. Deindè ritus, qui apud Græcos etiam, & Ruthenos, aliasque nationes seruatur, vt Baptismus fiat integra corporis immersione, Baptismi substantiam non variat. Siue enim immergendo semel, aut bis, aut tantùm capitis perfusione, vt in Occidentali Ecclesia, aut tantùm aspersione Baptizetur quis, parùm interest, quia vtrobique re idem est.

20 Apud Cophtos ritus est praxi vsurpatus, vt etiam ratum non habeant hoc Sacramentum, ne quidem in extrema necessitate, si ab alio, quàm à Sacerdote conferatur, idque præcisè in Ecclesia, etiamsi Baptizandus periclitetur. Sed mos hic expressè pugnat cum decreto Concilij Florentini, actum Ecclesiæ antiqua traditione, quibus cauetur hoc Sacramentum administrari posse à Laico, siue viro, siue fœmina tempore necessitatis, quamcumque Sectam illi profiteantur, siue Gentiles, Iudæi, aut hæretici sint, modò habeant propositum faciendi, quod Ecclesia Catholica in administratione Baptismi facit, & vtantur forma, & materia, qua ipsa Ecclesia vtitur, quocumque loco, siue in Ecclesia, siue extra illam conferatur.

21 Mos est etiam apud ipsos, vt paruulis etiam in vitæ periculis existentibus, nulla ratione ante quadragenarium diem Baptismi Sacramentum conferatur. Immò & aliquando ad annum, & vltra soleat differri, qui etiam intolerabilis est. Quia præceptum Diuinum suscipiendi, aut conferendi Baptismum maximè obligat necessitatis tempore, ac necessitate seclusa irrationabilis est consuetudo Baptismi tempus vltra annum tam in pueris, quàm in adultis prorogare; seclusa tamen necessitate iure Diuino non est præfixum tempus paruulorum Baptismo.

22 Cophtorum quoque, & aliorum Orientalium mos est, statim à Baptismo paruulos chrismare, oleoque sancto vngere in fronte, in pectore, in iuncturis, & in renibus; qui ritus laudabilis est, & antiqua Ecclesiæ cæremonia ita tamen, vt non credant Chrismatis vsum esse de substantia Baptismi, vt falsò sentiunt Armeni apud Alphonsum à Castro *v. Baptismus*. Sine huiusmodi enim vnctione consistit vera Baptismi ratio, vt constat *Ioan.* 3. illis verbis. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c.* Vndè & vsus Ecclesiæ obtinuit, vt in casu necessitatis Baptismus administretur sine vnctione, & absque alijs cæremonijs.

23 Pueris statim ac Sacro Baptismate abluuntur, Eucharistia ferè apud Orientales omnes confertur; sed in hoc retinent antiquum Ecclesiæ vsum approbatum à S. Synodo Tridentina *sess. 21. cap. 4.* quod si existimant Eucharistiæ Sacramentum necessariò paruulis statim post Baptismum conferendum, turpiter errant contra prædictam Synodum Tridentinam; & ideò in hac parte corrigendi, & instruendi erunt.

24 Iacobitæ, immò & alij ex Orientalibus fero candenti figuram Crucis in fronte Baptizatis imprimunt. At si ipsi hoc ritu, & cæremonia loco aquæ in Baptismo vtantur, vt refert Bernardus Luxeburgensis, existimantes verba illa Ioannis Baptistæ apud Matth. *cap. 3.* *Ego Baptizo vos in aqua, ille autem vos Baptizabit in Spiritu Sancto, & igne*, accipienda esse de igne materiali, pessimè errant cum hæreticis Manichæis, & Seleucianis, vt auctor est D. Augustinus *lib. de hæres. cap. 59.* Si verò post

ablu-

ablutiooem aquæ, ac pòst alia ad substantiam Baptismi requisita Baptizari Crucis imagine io fronte, vt omnibus coostet de Religione, quam profitentur, siue alio honesto fine signentur, consuetudo potius laude, quàm vituperio digna videtur.

25 Denique circa Baptismi ritus illud se offert memorandum apud Abyssinos, dum in festo Epiphaniæ, vt latiùs refert Franciscus Aluaresius, benedicto prius aquarum stagno, trina immersione tam mares, quàm fœminæ præmissa forma Baptismi quotannis rebaptizantur. Qui ritos in vsu est, vt Posseuinus tradit *in Commentario de rebus Mosconiticis*, ad Religionem spectandam apud Græcos Orientales. Error tamen hic, quantum conijci potest, à Nouatianorum hæresi ortum habuit, qui falsò existimantes, non esse io Ecclesia potestatem reconciliandi lapsos, vt illi sine spe non remanerent, alterum Baptismum Abyssini admisere, vt ex eodem Aluaresio non obscurè colligitur.

26 At non desoot, qui Abyssinos excusandos credant, quia id non tam rebaptizandi gratia, quàm in honorem Christi Domini Baptizatis faciunt. Ita Romæ interrogati aliqui ex Abyssinis ipsis respooderunt.

27 Circumcidunt etiam pueros Baptismi tempore tam Abyssioi, quàm Cophti; qua in re duo sunt examinanda. Primùm, an Abyssini, & Cophti seruent Circumcisionem, vt Legalem, vel vt figuralem, quia neutro modo sine manifesta hæresi licet. An verò tantùm materialiter hoc abutantur ritu. Secundum, an supposito, quod excusentur à culpa, an ratinoe circumstantiæ scandali aliarum Ecclesiarum sit ab Ecclesia Romana toleraodus huiusmodi abusus.

28 Prima quæstio partim pendet à facto, nempè quo fine circumcidantur. Nam io hoc ooo est vna sententia illorũ Authorum, qui Abyssinæ gentis ritus, moresque referũt. Alij namque more Hebræorum affirmant circũcidi. Alij ob Christi imitationem. Alij denique, vt profiteantur se à Iudaica prosapia originem ducere. Tamen quicquid sit de opinionum diuersitate circa finem, primum constituo si Abyssini circumcisiooem obseruent, vt Legalem, vel figuralem, eos errare cum hæreticis Ebionitis, qui temerè legem veterem cùm noua obseruandam existimabant. Secundum deindè assero: Circumcisio, si ab Abyssinis non Religionis, sed honoris causa obseruetur, nempè vt profiteantur se à Dauidica prosapia ducere originem, non ob id erunt damnandi; quia Circumcisione tantùm materialiter vtuntur. Vodè optimè Gulielmus Reginaldus in *suo Caluino Turcismo lib. 2. cap. 9. Abyssini*, inquit, *Christianè quidem, & cum vera Christianorum fide infantes baptizant, & circumcidunt, nobilitatis antiquissimæ nullo meriti, aut Iudaicæ fiduciæ respectu. Quo posito nollem eos propter Circumcisionem magis damnare, quàm si propter Medicinæ causam abstinerent à carne porcina, quam tamen lex Mosaica prohibebat.*

29 Solùm ergo est difficultas, an si circumcidantur ad imitationem Christi Domini, sit licita Circumcisio? Caietanus *in 3. p. q. 37. ar. 1.* tenet partem affirmatiuam, cui adhæret Medina 1. 2. q. 103. Contrariam sententiam tenet Sotus *lib. 2. de iust. q. 5. ar. 4.* qui expressè huius gentis de Circumcisione ritum damnat; & Sotum sequuntur Suarez *in 3. p. d. q. 37. ar. 1.* & Valentia t. 2. *disp. 7. q. 7. pun. 7.* ea potissimum ratione, quia Christus seruauit Circumcisionem, vt Legalem, sed Abyssini seruant Circumcisionem ad imitationem Christi. Igitur videntur seruare vt Legalem; quod fieri non potest sine errore. Quæ sententia probabilior, & certior apparet, quam eruditè confirmat Valentia *loco citato*.

30 Secunda difficultas est, an dato, quod circumcisio in sensu præfato in illis gentibus excusetur à culpa, an ob scandalum aliarum Ecclesiarum sit permittenda? Caietanus in affirmatiuam partem manifestè inclinat, quamuis tandem, vt potè in re grauissima, Ecclesiæ iudicium desideret his verbis. *Ego verò tam in hac difficultate, an oporteat Ecclesiam Romanam in illis gentibus circumcisionem approbare, vel saltem permittere, libentius ipsam Ecclesiam, quàm alios audirem auctores.* At ego censeo, quod hunc ritum, quantumuis ipsi non tam Religionis, qoàm honoris causa facere cootendant, ob aliarum tamen Ecclesiarum scandalum minimè tolerari debet.

De ritibus circa confirmationis Sacramentum, ali- 31
qui ex Ecclesia Orientali simul cum Baptismo Sacramentum Confirmationis cooferunt, vt de Abyssiois affirmat Zagizabus illius gentis Episcopus in libello, quem in Lusitania de fide, ac religione Abyssinorum edidit. Diuus quoque Augustinos *in quæst. nou. Test. q. 42.* grauiter queritur de corrupta Ægyptiorum, & Alexandrinorum consuetudine, quorum Sacerdotem audebant Confirmationis Sacramentum administrare. Sed nunc examinandi sunt ritus, qui Baptismi tempore adhibentur, an sufficiant ad conficiendum hoc Sacramentum.

Primum constans est apud Catholicos de fide tenenda 32
sententia, ad Confirmationis Sacramentum de necessitate Sacramenti, saltem requiri, vt Chrisma sit ex oleo Oliuarum, quod apud nos solùm Episcopi Consecratione conficitur, quamuis non defuerint graues Auctores, qui etiam necessitate Sacramenti, vt Balsamo esset admistum, requirerent. Quod verò oleum sit consecratum ab Episcopo, vt probabilis tenet opinio, non requiritur necessitate Sacramenti.

Forma verò substantialis his verbis definitur. *Signo te* 33
signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ad formam etiam reducitur, quod confirmandus Chrismate in fronte signetur, quamuis Romanus Cathechismus hoc ad cæremonias extrinsecas, & quasi de præcepto tantùm necessarias referre videatur.

Minister huius Sacramenti Ordinarius est Episcopus, 34
extraordinarius verò, & tempore necessitatis ex commissione tamen Summi Pontificis, est quilibet simplex Sacerdos. Ita colligitur ex Concilio Florentino, à quo etiam ex Summi Pontificis delegatione Chrisma potest consecrari.

Cætera verò, vt quod confirmandus mano in maxilla 35
ab Episcopo cædatur, quod fiat hoc Sacramentum in die Pentecostes, ceremoniæ sunt, quæ non ad substaotiam Sacramenti spectant.

Hia igitur stabilitis facilè erit iudicare, an ritus, qui 36
post Baptismum celebratum interueniunt, sufficienter materiam, formam, & ministrum huius Sacramenti saltem necessitate, quam vocamus Sacramenti, contineant; nam tunc non erit Sacramentum coofirmationis iterandum.

Ex quibus apertum fit, Sacramentum Confirmatio- 37
nis à Presbytero collatum irritum esse; quare Gregorius XIII. Pontifex Maximus in quadam Synodo suo tempore apud Maronitas celebrata, ei, qui Synodo præsidebat, iniunxit, vt qui in illis Regionibus à simplici Sacerdote erant confirmati, si vellent, posseot iterum ab Episcopo chrismari. Si tamen scandalum timeretur, non oportere coofirmationem reiterari; & si nullum esset Sacramentum, tamen cum non sit de necessitate salutis, ob scandalum securè prætermittendum. Eamque Summus Pontifex reddit rationem, quia & si Florentinum in vnione Armenorum doceat, posse Presbyterum ex Papæ dispensatione confirmare, quod Ecclesiæ Calaritanæ concessit D. Gregorius *lib. 3. Registr. ep. 26.* hanc tamen Apostolicam dispensationem non legimus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, cui Maronitæ subsunt, collatam esse; idcircò à Presbytero Chrisma collatum irritum est.

De Sacramento Eucharistiæ. Iacobitæ, & aliæ natio- 38
nes Orientales sæpè Eucharistiam impuberibus maximè altari ministrantibus absque præuia confessione conferunt, qui ritus irrationabilis est, & non tolerandus in ijs, qui consciẽtiam alicuius culpæ lethalis habent. Ita colligitur ex Tridentina Synodo *sess. 13. cap. 7. & 11.* Quare vera sententia Theologorum tenet, esse de iure diuino præceptum coofitendi aote Eucharistiæ sumptionem, nisi aliàs Sacerdoti celebranti desit copia confessoris, quo in casu tenetur conteri, & post celebrationem quamprimum confiteri.

Sunt & alij ritus circa Sanctissimæ Eucharistiæ mini- 39
sterium in vsu apud Orientales, qui, si attentè considerentur, omnes ferè ab Apostolorum doctrina, vel traditione in illas emanarunt nationes.

40 In primis Ecclesiæ primitiuæ vsus de quotidiana communione vsque adhuc in multis Orientalium seruatur nationibus, quæ vtinam æquè, & aotiquam Christianorum consuetudinem, & eorum circa boc Sacramentum reuerentiam, & feruorem imitarentur.

41 Deindè omnibus etiam laicis non solùm apud Orientales, sed & apud Græcas oationes Eucbaristiæ Sacramentum sub vtraque specie confertur, quàm fuisse olim in Ecclesia receptam consuetudinem luculenter docet Concilium Constantiense *sess.* 13. Et, quamuis similis ritus illis iamdiù permissus sit ab Ecclesia, in Ecclesia tamen Latina iustissimis de causis laicis prohibitus est communicandi ritus sub vtraque specie; quare oationes Orientales, quæ Ecclesiæ Catbolicæ manus, obedientiamque dederunt, pedetentim arcendæ sunt à communione sub vtraque specie, cum id tanti faciat Tridentina Synodus *sess.* 21. *cap.* 1. Quod si id fieri nequeat, est hic ritus eis tolerandus, dummodò tamen credant in vnaquaque specie integrum esse Corpus Christi. Verissimum oamque est tantundem sub alterutra specie, atque sub vtraque contineri; totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte. Totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit, vt definitur in Trident. Concilio *sess.* 13. *cap.* 3. *& can.* 3.

42 Tertiò vetus mos erat illius primitiuæ Ecclesiæ, qoo Christianis permittebatur Eucharistiam proprijs manibus acceptam vel in Ecclesia statim sumere, aut illam domum asportare, sumptionemque in aliud tempus opportunum differre. Illud tamen erat discriminis inter viros, ac fœminas, quod illis ouda manu Eucharistiam tangere erat permissum, his verò probibitum erat manu nuda, sed linteamine nitido vtebantur, quod Dominicale vocabatur, vt in Concilio Antisiodorensi expressè legitur *can.* 36. *&* 39.

43 Ritus verò iste Eucharistiam propria manu domum asportandi, teste Baronio *tom.* 1. *Annal. an. Christi* 57. ideò fuit potissimùm introductus, quia cùm olim minus liceret ad sacras synaxes tempore persecutionis Christianos in vnum coire, vt qui quotidiè de vita periclitarentur, quotidiè Eucharistiam sumerent, secundùm quod ait Cyprianus *ep.* 56. *considerantes se quotidie calicem Sanguinis Christi bibere, vt possint, & ipsi propter Christum sanguinem fundere, ideo fuit concessum, vt cum in Ecclesia, vel alijs locis abditis Missæ peragerentur, fideles non solum ibi communicarentur, sed Eucharistia particulas à Sacerdote acceptas domum ferendas sumerent, quas reuerenter asseruatas singulis diebus summo man: ieiuni participabant.* Hæc autem consuetudo teste eodem Baronio, cum communis fuerit & Orientali, & Occidentali Ecclesiæ, in Occidentali vsque ad Concilium Cæsaraugustanum perdurauit, in quo *can.* 3. in Hispania hæc consuetudo abrogata fuit. In eo enim Canooe legitur, Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in Ecclesia, anathema sit io perpetuum. In Orientali verò Ecclesia etiam post dicta tempora adhuc eiusmodi consuetudinem viguisse, plura exempla declarant, quæ in Prato spirituali habentor descripta.

44 Quartò in itinere etiam secum Eucharistiam ferre aliquando concessum fuisse (tanta enim erat tunc Christi fidelium pietas) Sanctus Ambrosius *in orat. funer. fratris sui* scribit, vbi de Satyro fratre agens id manifestè significat. Testatur idipsum D. Gregorius *dialog. lib.* 3. *cap.* 36. de Maximiano Episcopo Syracusæ, & eius socijs Eucharistiam secum portantibus, dum mare Adriaticum nauigareot. Eam quidem consuetudinem apud Ecclesiam Orientalem alicubi etiam viguisse temporibus Alexandri Papæ III. acta S. Laurentij Episcopi Dublinensis in vita S. Laurentij Episcopi *cap.* 8. apud Surium *tom.* 6. *die* 14. *Nouembris* testantur, in quibus hæc leguotur: *Quatuor Sacerdotes cum magna turba hominum transire comperiunt, qui Eucharistiam, sicut tunc moris erat pluribus, secum pro tuto viatico, ac securo duce itineris publicè deferebant.*

45 Hic etiam mos perseuerasso videtur inter Orientales vsque ad nostra tempora. Hic autem ritus in Occidentali Ecclesia solùm remansit apud summum Pontificem, qui in itinere Eucharistiam publicè, atque honorificentissimè ante se gestat; ea verò fuit causa, vt olim tam Clerici, quàm laici in itinere Eocharistiam secum deferrent, quia cùm boc Sacramentum viaticum sit, ac hominibus quibuscumque in mortis articulo necessarium, prudenter olim fiebat, vt tàm Clerici, quàm laici ob mortis pericula, quæ in itinere se offerebant, maximè persecutionis tempore, secum in itinere conficiendo deferrent, ne, si illis mori contiogeret, viatico priuarentur; & quamuis hæc consuetudo ob maioris huios Sacramenti reuerentiam hodie tantùm apud summos Pontifices fuerit conseruata, apud Orieotales tamen non video alicubi fuisse damnatam, nec auderem Euaogelij ministros in illis Regionibus, aut alijs infidelium prouincijs conuersantes, si immineote mortis periculo secum viaticum occultè tamen deferrent, condemnare.

Quintò, Eucharistiam quoque absentibus deferri mos 46
fuit apud antiquos, qui etiam hodie manet apud Orientales aliquos. S. Ireneus *ep. ad Victorem Papam* apud Eusebium *lib.* 5. *hist. Eccles. cap.* 24. testatur moris fuisse, Papam mittere alijs Episcopis Eucharistiam in signum pacis, & communionis. Dionysius etiam Alexandrinus *in Epist. ad Fabium* apud eundem Eusebium *lib.* 6. *histor. cap.* 36. ait, Serapionem in extremis agentem accepisse Eucharistiam missam per puerum à Sacerdote tunc domi ægrotante.

Sextò, ritus Græcorum consecrandi in fermeotato 47
approbatus etiam est ab Ecclesia, ita tamen vt potior sit in Azymo, vt fit io Ecclesia Latina.

Septimò Armeni, & Orientales alij non miscent in 48
sacrificio Missæ aquam vino; quod si hoc faciaot, vt profiteantur Eutycbetis bæresim, vnam tantùm naturam in Christo agnoscentis, manifestus est, & intolerabilis error. Si verò hoc fiat, vel quia non existimant esse de necessitate Sacramenti, vel in significationem alicuius Christi Mysterij, fortè tolerabilis esset consuetudo; quia hæc aquæ mistio, vt optimè probat Suarez 3. *tom. in* 3. *p. D. Thomæ disp.* 45. *sect.* 2. tantùm est de necessitate præcepti humani; quare cùm hæc cæremonia non pertineat ad Sacramenti substantiam, posset ab Ecclesia dispensari. Tamen vrgendi sunt Armeni, vt præcipit Coocilium Florentinum, vt se se cum vniuerso Orbe conforment.

Octauò, mustum ex vuis maturis expressum in rigore 49
est sufficiens materia consecrationis Calicis; Ita tenet cum D. Thom. 3. *p. q.* 74. *ar.* 8. commoois Doctorum sententia, & colligitur *ex ca. Cum omne crimen de consecrat. d.* 2. vbi dicitur, si necesse fuerit, posse botrum in Calice exprimi, & aqua misceri, & ita confici. Vndè Aristoteles 4. *meteor. cap.* 10. mustum vocat vioum recens, licèt non sit purum, & satis coctum, quia nondum separatus aqueus bumor, flos, & fex, quæ per decoctionem vini secerni solent. Idem etiam censeo de musto expresso ex vuis passis, vt moris est apud Abyssinos; quare in buiusmodi musto conficientes non peccaot; quod si ab boc ritu, tanquam minus conuenienti, siue potius in decoro, retardari nequeant, ferendi sunt, si aliter fieri non possit.

De Sacramento Ordinis. Primò ritus apud Orienta- 50
les nationes vsitatus Ordinandi pueros ante rationis vsum, licèt oon sit contra fidem, imprimatque characterem Ordinis sacri etiam in hac ætate, irrationabilis tamen valdè est, atque adeò extirpandus, si ferat illarum nationum conditio.

Deinde ordines collati absque eo, quod suscipientes 51
materiam cuiusque Ordinis propriam tangant, vt verior sententia tenet, irriti sunt, nulliusque valoris, aut effectus; quare sic ordinati iterum saltem sub conditione debeot ordinari. Ita Romæ fuit decretum, ac executioni mandatum cum fratre Tecla Abyssino, & Monacho S. Antonij anoo 1594.

Cum Stephanus Papa *in can. aliter dist.* 31. tradat 52
Orientalium veterum esse traditionem, vt cotum Sacerdotes matrimonio copulati sint, cumque id illis nunquam interdixerit Ecclesia, nulla ratione id interdicendum videtur, dummodò ante Sacerdotium matrimonium contrahatur. Nam contractum post Sacerdotium

est

est irritum, vt nos aliàs fusè; lex enim cœlibatus semper grauis visa est Græcis, & Orientalibus alijs, propterea coniugium permissum est illis ab Ecclesia.

53 De matrimonio. Primò ritus, siue consuetudo contrahendi in aliquibus gradibus sine Summi Pontificis, aut Episcopi dispensatione iure diuino non est prohibitus, quales sunt omnes alij, vltra primum in linea transuersali, vt verior sententia docet, & in linea recta omnes in infinitum.

54 Mos, qui communissimus est inter Schismaticas nationes, quo permittitur ob fornicationem matrimonium dissolui, est contra fidem, & ob id non tolerandus.

55 Hæc sunt, quæ exempli gratia à nobis interim sunt allata. Adijciam nihilominùs interrogationes Patriarchæ Maronitarum, & responsa Summi Pontificis Gregorij XIII. super fide, ac ritibus Catholicis, manifestata in Synodo, quæ celebrata fuit circa festum Paschatis anno 1579.

56 Interrogationes de Baptismo; quantum ad Sacramentum Baptismatis. *Primò*, nos benedicimus, & consecramus aquam, quoties volumus baptizare, non autem consecramus in Sabbacto sancto secundùm ritum Ecclesiæ Romanæ. *Secundo*, non simul baptizamus masculos, & fœminas, credentes hoc pacto affinitatem contrahi. *Tertio*, ordo etiam Baptismatis nostri diuersus est ab Ecclesia Romana, quanquam forma sit eadem. *Quarto*, item quia gens nationis nostræ habitat mista Schismaticis, hinc quandoque fit, vt nostrorum filij ipsorum ritu baptizentur.

57 Responsio. Ad primum, laudabile est benedici fontem Baptismi in Sabbatho sancto, idque paulatim in Ecclesiam Maronitarum esset introducendum, quia, vt patet *de consecrat. dist.* 4. antiquissimus fuit omnium Ecclesiarum vsus ab Apostolis acceptus, in Paschate & in Pentecoste conferre Baptismum, in Paschate præcipuè quia propriè inquit Leo Papa *can. propriè ead. dist.* in morte Crucifixi, & in Resurrectione ex mortuis potentia Baptismi nouam creaturam condidit ex veteri, vt in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente Apostolo: *An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus; consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*. Immò Syricius Papa *ead. dist. can. non ratione*, temeritatis arguit Claraconensem Episcopum, quod extra hæc duo tempora baptizaret. Qui mos licèt modò non seruetur, quod ea tempora adultis essent attributa, qui nunc raò veniunt ab Baptismum, decet tamen retinere Consuetudinem sub ipsum Pascha benedicendi fontem Baptismi, & sine vllo scandalo videtur id introduci posse apud Maronitas.

58 Ad secundum. Huiusmodi affinitas nulla est, cùm veteres Canones, scilicet *can. Pyctatium* 30. *q.* 3. & in *lib. 6. de cognat. spirit.* non aliam agnoscant affinitatem ex Baptismo, nisi paternitatem, compaternitatem, & fraternitatem, quæ fit inter regeneratum, & liberos tum regenerantis, tum susceptoris. Immò Tridentinum Concilium *sess. 24. cap. 2. de matrim.* statuit, vt inter susceptores, & Baptizatum, & illius patrem, & matrem, nec non inter Baptizantem, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem tantùm spiritualis cognatio contrahatur.

59 Ad tertium. Cùm Florentinum Concilium suas Græcis cæremonias reliquerit, possunt & suæ permitti Maronitis in Baptismo, dummodò per viros doctos ab omni superstitionis, aut erroris specie expurgentur.

60 Ad quartum. Licèt permittendum non sit, vt Catholicorum filij à Schismaticis baptizentur, valet tamen eorum Baptismus, vt habetur *de consecrat. dist. 4. can. si non sanctificatus, can. Romanos, can. à quodam Iudæo*, & in Concilio Florentino *in vnione Armenorum*, si tamen debita forma, & materia adhibita sit cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, dummodò non intendat Baptizans profiteri, vel inducere suum errorem, vel hæresim, addendo formæ aliqua verba orthodoxæ fidei repugnantia; quapropter seruandum est, quod statuitur in Concilio Arelatensi relato *in can. de Arianis de consecr. dist.* 4. vt videlicet ab Hæreticis Baptizati interrogentur, qua forma fuerint baptizati. Nam si constabit ritè baptizatos, nihil agendum est; si irritè, simpliciter baptizentur; si probabiliter dubitetur, baptizentur sub conditione.

61 Interrogationes de Chrismate; quantum ad sacramentum Confirmationis attinet. *Primo*, quia Chrisma nostrum hoc anno præsenti antiquo ritu consecrauimus, offenderetur populus noster, si ex propria mea authoritate id ipsum igne absumerem. Idem dico de Chrismate, quod, diuina fauente gratia, hoc die Iouis sancto secundum ritum Ecclesiæ Romanæ, & Pontificis sum consecraturus, quod seruatum velim pro aliquo anno eandem ob causam. *Insuper* non ita facile hic reperitur Balsamum. In posterum Chrismate sancto pueros vngemus circa annum ætatis eorundem octauum. *Scire* etiam aueo, quid statuendum sit circa nostrates antiquo nostro ritu Chrismate inunctos, idquè à Sacerdote, & tempore Baptismi.

62 Responsio. *Ad primum*. Per hæc initia liberandi à Chrismatis annua combustione ob populorum offensionem, & inopiam Balsami, modò moneantur, vt pedetentim studeant hortari populos ad recipiendum hunc Ecclesiæ Romanæ ritum, de quo Fabianus Papa Martyr. *de consecrat. dist. 3. can. litteris*.

63 Ad *secundum*. Concilium Aurelianense, relatum *de consecr. dist. 5. can. vt ieiuni* sancire videtur, ne ante vsum rationis pueri chrismentur; sic enim ait, *vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionem facere prius, &c.* Nec immeritò; hac enim de causa dum quis confirmatur, alapa cæditur, vt admoneatur, quemadmodum iuxta verbum Euangelicum ante Reges, & Præsides flagella pro fide æquanimiter ferre debeat, & mortem. Pueri autem ante vsum rationis tam ad pugnam, quàm ad huiusmodi cæremonias inepti sunt. Cæterum, quoniam id solo Ecclesiæ vsu tenetur, non malè sentit Sotus *in 4. sent. dist. 7. q. vn. ar. 8.* si aliquibus nationibus vsus esset confirmare infantes, retineri posse, cum id etiam factitarit Ecclesia primitiua, vt ex Dionysij *cap. 2. Ecclesiast. Hierarch.* colligitur.

64 Ad *idem secundum*. Sacramentum à Presbytero collatum irritum est, vt ait Eusebius Papa *de consecrat. dist. 5. can. manus*. Id, quod Innocentius Primus Epistola ad Eugubinum Episcopum *cap.* 3. docet, non solùm consuetudine Ecclesiastica demonstrari, sed etiam actis Apostolicis, quæ asserunt, Petrum, & Ioannem esse missos, qui Baptizatis traderent Spiritum Sanctum, tametsi, vt Florentinum Concilium in vnione Armenorum docet, possit Presbyter ex Papæ dispensatione confirmare, quod Ecclesiæ Calaritanæ concessit D. Gregorius *lib. 3. registr. Ep. 26.* quam dispensationem Apostolicam, quia Hierosolymitanæ Ecclesiæ collatam esse non legimus, idcircò, si qui à Presbyteris Chrismati vellent iterum ab Episcopo chrismari, possent chrismari, cùm cæteris verò, qui sine scandalo eius rei nequeunt admoneri, dissimulandum est, cùm non sit Sacramentum necessarium saluti.

Interrogationes de Eucharistia. De Sanctissimo Sacramento Missæ. *Primò*, nos missam celebramus in solo azymo, laici verò nostri sub vtraque specie communicant. *Secundò*, neque pluries, quàm semel vno, eodemque die super eodem, & vno Altari celebramus. *Tertiò*, itidem apud nos mos obtinet, quod vno Sacerdote celebrante missam, quotquot alij præsentes sunt Presbyteri, habitu tamen dicentium Missam carentes, neque etiam consecrantes, communicantes tamen, omni onere, atque obligatione tam pro viuis, quàm defunctis, eleemosynisque eam ob causam acceptis, Missam celebrandi, absoluti, & satisfecisse censeantur. *Quartò*, diebus verò ieiunis circa Vesperam, immò quandòque exacto die solemus missam celebrare. *Quinto*, communicantibus autem administratur particula de ipsamet hostia maiori, sub qua celebratur, etiam si magnus foret communicantium numerus sub hisce verbis Christi: *benedixit, fregit, deditque &c. Sextò*. Timore infidelium non asseruatur Sacramentum Eucharistiæ, neque, vbi pro infirmis conseruatur, lampas vlla accensa præpenditur.

Respon-

Responsio *ad primum*. Si volunt in azymis consecrare, non videntur prohibendi, laici verò à communione sub vtraque specie pedetentim arcendi sunt, cum id tanti faciat Tridentinum Concilium *sess. 21. cap. 2.* Totus enim Christus in vna specie continetur, & in vsu Calicis magnum est periculum effusionis.

66 *Ad Secundum*. Non peccatur sæpiùs vna die in eodem altari celebrando, tametsi ea consuetudo mala non sit.

67 *Ad tertium*. Non satisfaciunt eleemosynis pro missa collatis, nisi qui sigillatim ritè celebrant, & consecrant, tametsi dissimulandum non est quod asserunt Palud. *in 4. dist. 45. q. 2.* D. Antonin. *par. 1. tit. 10. cap. 2. §. 4.* & Syluest. *v. Missa 1. q. 10.* videlicet, Sacerdotem posse vna missa satisfacere multis, quibus missam promisit ob acceptas diuersas eleemosinas, si ipsi id sciunt, vel scire tenentur, quia scienti, & volenti non fit iniuria. Hæc illi. Quæ sententia, quia probabilis est, tolerari posset mos Sacerdotum Maronitarum, si inter se conueniant, vt Missa, quæ in communi dicitur, aut legitur à multis, applicetur ijs, qui eleemosynas contulerunt, cum ipsis ea consuetudo Sacerdotum perspecta iam sit, vt probabile est.

68 *Ad quartum*. Huiusmodi mos mutandus non videtur, nam antiquus fuit in Ecclesia, cùm Concilium Cabilonense, relatum *de consecrat. dist. 1. can. solent: praecipiat in ieiunijs quatuor temporum circa vespertinas horas, in Sabbatho vero sancto circa noctis initium Missarum solemnia celebrari*. Id, quod licèt iandiù Latinis Ecclesia remiserit, nostræ consulens imbecillitati, vbi tamen seruari potest, non modò tollendum non videtur, sed collaudandum etiam, quo diutius protrahatur ieiunantibus hora comedendi, quàm non nisi Vespertinam olim fuisse tota Quadragesima, idem Concilium declarat; quæ consuetudo ad tempus vsque D. Thomæ Aquinatis ferè perdurauit, quia, vt ipse testatur 2. 2. *q.* 147. *ar.* 7. suo tempore ieiunabatur vsque ad horam nonam, quæ vt ibidem annotat Caietanus, est hora tertia post meridiem, vt nempè ieiunantes Christo compaterentur vsque ad horam nonam, qua expirauit; qua item hora quia peractum est cruentum sacrificium, non indecorè in eandem horam defertur incruentum. Quoad tamen fieri potest, seruanda est Rubrica Missalis Romani.

69 *Ad quintum*. Non damnandus videtur is ritus, si non ex superstitione fiat, sed ex pio affectu in ea Euangelij verba: *Benedixit, fregit, deditque*. Et dummodò talis consuetudo sit antiqua.

70 *Ad sextum*. Seruetur quod in ipsorum *Synodo* 12. constitutione decernitur, & quod necessitas iubet.

71 Interrogationes de confessione; quoad confessionem attinet. *Primò* ob raritatem Sacerdotum peritorum singulis terris, & oppidis, villisque proprio Pastori constituendo non sufficit eorum numerus, hinc ad diuersa loca diuersi Sacerdotes confessiones excepturi mittuntur, sic vt ouilia Pastore priuata quandoque remanere cogantur. *Secundo*. Et quia hactenus authoritatem à Sancta Sede Apostolica mihi particulariter concessam ignoro, etiam me latet, quousque in alios eadem extendenda sit; quapropter Sanctitas vestra hac in re mihi limites præscribere non dedignetur. *Tertiò*. Insuper informatum me velim Breui Sanctitatis vestræ, quod & alijs ostendere possem num antiquæ pœnitentiæ obseruandæ sint, num verò arbitrariæ imponendæ.

72 Responsio. *Ad primum*. Propter magnam ex propriorum Pastorum in suis Ecclesijs residentia vtilitatem, grauissimè in Sacris Canonibus, & Tridentino Concilio commendatam, magnoperè conandum esset, vt quoad eius fieri poterit, proprij Pastores singulis parœcijs, oppidisue deputentur. Et per hæc initia Summo Pontifici supplicandum esset, vt aliquos eò Sacramentorum idoneos ministros mitteret, qui & præsentem ministrorum paucitatem sublenarent, & alios subinde alerent, ac docerent, qui sibi deinceps succederent.

73 *Ad secundum*. Huic Patriarchæ concedenda videntur priscorum Patriarcharum priuilegia, quæ habentur *de priuil. & excess. priuileg. cap. antiqua* cum expositione Doctorum. Nec deneganda facultas absoluendi in omnibus censuris, & casibus propter molestiam transmarinæ nauigationis euitandam. Atque hæc concessio quò fuerit amplior, eò minus ipsis videbitur laboriosus, & grauis, nouus ad Ecclesiam Romanam reditus, ac subiectio.

74 *Ad tertium*. Arbitrariæ pœnitentiæ concedendæ videntur, commendandæ tamen antiquæ, & ad eas populus suauiter inducendus, cùm experiamur, rigidarum pœnarum relaxatio ad quantum licentiæ in peccando Christianum populum deduxerit, dummodò illorum antiquæ pœnitentiæ recognoscantur, & si oportuerit, expurgentur.

75 Interrogationes de matrimonio; quantum ad matrimonium attinet. *Primò*. Gens nostræ nationis induci non potest ad intelligendum illicitam esse repudiationem vxorum, etiam in adulterio repertarum, quas ita repudiatas rursus matrimonio associari posse, existimant. *Secundò*, quomodo cùm vtriusque sexus hominibus taliter repudiatis postmodum de nouo matrimonio copulatis sit disponendum? *Tertiò*. Et num eorum proles legitima sit, & in Clerum admittenda, nec ne? *Quartò*. Item credimus, viros ad quartas nuptias, fœminasque ad easdem non esse admittendos. *Quintò*. Itidem num licitum sit Catholicis cum Schismaticis matrimonium contrahere, quod proh dolor! sæpè fit, aut non? *Sextò*. Scire etiam desidero quousque mihi liceat matrimonium dispensare? *Septimò*, de impedimento publicæ honestatis non cognoscimus, quod tamen quandoque incurritur, desideroque cum talibus dispensari. *Octauo* credimus etiam illicitum esse patrem, & filium cum matre, & filia, duosue fratres cum duabus sororibus matrimonio posse copulari.

76 Responsio *ad primum*. Constat diuortio ob fornicationem habito matrimonij vinculum non solui; sed quia affirmat Patriarcha id suæ nationi incredibile videri, percommodum esse hanc Catholicam veritatem illis promulgare certissimis scripturarum, Patrumque authoritatibus, & rationibus communitam.

77 *Ad secundum*. Quia prioris matrimonij vinculum adhuc durat, faciendum est, quod Apostolus præcipit 1. *Corinth.* 7. *Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari*. Separandum itaque est secundum matrimonium, & redeundum ad primum, si ambo coniuges viuant, alioquin manere possunt cum ijs, quibus iam iuncti sunt, dummodo denuò sponte contrahant, perinde ac si nihil ante contraxissent.

78 *Ad tertium*. Liberi ex huiusmodi matrimonijs, quæ vera putabantur, cùm non essent suscepti, vt in Clerum recipi possint, auctoritate Apostolica legitimi declarentur, cùm legitimi filij in iure censeantur nati ex matrimonio, quod vel legitimum erat, vel legitimum putabatur, vt colligitur ex *cap. Cum inter, & cap. ex tenore, qui fil. sint legit.*

79 *Ad quartum*. Hic vsus est contra illud Hieronymi, relatum *in can. Aperiant* 31. *q.* 1. *Non damno*, inquit, *bigamos, immo nec trigamos, & si dici potest octogamos*. Et infra: *Ego nunc voce proclamo libera, non damnari in Ecclesia bigamiam, nec trigamiam, & ita licere quinto, & sexto, & vltra, quomodo & secundo marito rectè nubere*. Ratio autem in promptu est; quia ex nuptijs quotiescunque repetitis existunt & bonum prolis, & remedium concupiscentiæ. Catholicè itaque non sentit, qui id licere negat.

80 *Ad quintum*. Non licèt contrahere cum Schismaticis, & Hæreticis, cùm id prohibeatur 28. *quæst. 1. can. Caue* ex D. Ambrosio, *& can. non oportet* ex Concilio Agathensi, item *can.* 13. Concilij Chalcedonensis, Hoc tamen impedimentum non dirimit contractum, tenet enim matrimonium ratione characteris baptismalis ex D. Thoma *in 4. d. 39. quæst. 1. ar. 1. ad 5.* & ex communi Doctorum sententia; quoad habitationem

tamen

tamen separandi essent, si fidei periculum Catbolicis immineret, *cap. quæsiuit de diuort.*

82 Ad *sextum*. Idem videtur dicendum, quod supra ad ad secundum de confessione.

83 Ad *septimum*. Libera est Summo Pontifici dispensatio in hoc impedimento, cum nihil habeat diuini iuris.

84 Ad *octauum*. Putandum non est, non licere contrahere duos fratres simul cum duabus sororibus, aut patrem cum matre, & vnius filium cum filia alterius. Affinitas enim non est in cognatos contrahentium, sed inter vnum contrahentem, & cognatos alterius contrahentis *ex cap. Quod super his de consangu. & affinit.*

85 Interrogationes de Ordine. Quantum ad sacramentum Ordinis attinet. *Primò* in nostro Pontificali conferuntur Ordines sine forma per modum precationis dicendo: *Vt eligas hunc in Diaconum, Presbyterum, &c.* Et si quid in hoc sit dubij, nobis insinuare dignemini, quamquam in posterum secundùm Pontificale Romanum, quod modò de nouo à Legatis sanctitatis vestræ in linguam nostram vulgarem est traductum, illos conferemus. *Secundò*, creamus insuper pueros quinque, vel sex annorum subdiaconos sine obligatione legendi horas Canonicas. *Tertiò*, neque etiam confertur apud nos Diaconatus, vel Sacerdotalis dignitas, nisi his, qui prius contra tamen vsu Ecclesiæ Romanæ, cùm Virgine contraxerint; cum vidua, vel corrupta non item, quibus tamen secundæ nuptiæ sunt interdictæ. *Quarto* dubium insuper nobis est, an ijs, qui ordinati sunt sine auctoritate, vel literis dimissorialibus Patriarchæ, vel proprij Episcopi, in tali sint ordine vel suspensi, vel irregulares, similiterque Episcopi sine ordine, authoritateque Patriarchæ?

86 Responsio *ad primum* Postbac iuxta Pontificalis Romani ritus habeantur ordinationes; quæ verò ante hac præter illud factæ sunt, quales fuerint, iudicari certò non potest, nisi huc mittant illi suum Pontificale, vt eius ritibus, & cæremonijs perspectis faciliùs de re tota statuatur.

87 Ad *secundum*. Sapienter Ecclesia *dist. 77. & 78.* in ordinandis non solùm vsum rationis requirit, sed perfectam plus, minusue ætatem pro ordinum varietate, idque tùm ratione characteris, qui cùm sit potestas exercendi, conferendique, quæ ad Dei cultum pertinent, tradi non debet, nisi in ea ætate, quæ huius potestatis exercendæ sit capax, tùm ratione annexi voti castitatis, quo nullus, nisi sciens, & volens debet obstringi. Itaque in sexta Synodo Constantinopolitana *can. 14. & 15.* statuitur, ne Diaconus ante 25. annum creetur, nec Subdiaconus ante 20. nec Presbyter ante 30. quæ tempora licèt variè mutata sint, inducendi tamen sunt Maronitæ, vt Tridentini Concilij tempora obseruent *sess. 23. cap. 15.* dummodò intelligatur Ordines ante vsum rationis collatos valere ex communi sententia Theologorum *in 4. dist. 55.* Tenentur etiam omnes ordinati ad horas Canonicas saltem illi nationi consuetas, & à viris doctis recognitas, non solùm beneficiati, sed etiam qui sunt in sacris sine beneficio ex D. Thoma 6. *quodlib. & in 4. ead. d.* ex Panorm. *in cap. 1. de celebrat. Missar.* & Cardinal. *in Clem. 1. eod. tit.* & communi sententia.

88 Ad *tertium*. Cùm Stephanus Papa *can. aliter dist. 31.* tradat Orientalium veterem esse traditionem, vt eorum Sacerdotes matrimonio copulati sint, cumque id illis nunquam interdixerit Ecclesia, nec videtur interdicendum Maronitis. Sic enim scribit Clemens Tertius *in cap. quæsitum de pœnitent. & remiss. Sacerdotibus Græcis legitimo matrimonio licet vti*. Et clariùs Innocentius Tertius *in cap. cum olim de Cler. coniug. Orientalis Ecclesia votum continentiæ non admisit, quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in sacris vtuntur matrimonio iam contracto*. Permittendum id itaque videtur Maronitis, dummodò ad matrimonium non compellantur, qui cœlibes esse vellent; sed ad id potius pijs hortationibus inducantur.

Ad *quartum*. Benè se res habet, sed admonendi sunt, quod illi Episcopi, qui ante ordinationem non sunt à Patriarcha legitimè electi, etiamsi consecrarentur, vel, vt ipsi dicunt, ordinarentur, sunt suspensi ab executione ordinationis Episcopatus. 89

Interrogationes de Concilijs. De sacris verò Concilijs nullam aliam notitiam habemus, quàm de quatuor generalibus. Hinc quid alia Concilia generalia circa consuetudines innouauerint, vel abrogarint, prorsus ignoramus. 90

Responsio; quoniam quatuor tantum Concilia generalia habent, & postulant de reliquis edoceri, necessarium videtur ad tantæ rerum diuinarum ignorationi consulendum iussu Summi Pontificis ab aliquot Theologis colligi in libellum omnes Catholicas, & Orthodoxas propositiones à cæteris Concilijs sancitas, tametsi Concilium Tridentinum totum posset ad eos mitti in Arabicam linguam conuertendum; idem de Cathechismo ad Parochos. 91

Interrogationes de varijs rebus. Quoad diuersas verò res alias attinet, *primò* quæro, quid statuendum mihi erit circa certum populum diœcesis nostræ vulgariter Bianchi nominatum, metu tributorum, seu mortis, Mahumeticæ legis ritus externos obeuntem, qui tamen nostro ritu baptizatur, & ieiunat, confessionem, sacramque communionem maximè exoptans. *Secundò*. Item num modus noster ieiunandi sit validus, qui sic instituitur, vt toto die in ieiunio transacto, vesperi tamen interruptam cœnam in dormiendi vsque tempus protrahamus. *Tertiò*, Cauetur insuper exactissimè, ne mulieribus menstruum patientibus sacra Synaxis, vel Oleum sanctum administrentur, multoque minus in Ecclesiam intromittantur. *Quartò*; lapides altarium nostrorum sacri Oleo Chrismatis vncti sunt, non adhibitis sacris Sanctorum reliquijs, super quibus num rectè celebretur, nec ne? *Quintò*; ornatus itidem Ecclesiarum nostrarum, velaminaque alba altarium bombycina sunt propter lini penuriam. *Sextò*, Præterea cum Pontificale Romanum statuat, iubeatque singulos Episcopos Vltramarinos omni triennio Romam venire de Ecclesiarum ipsorum statu deposituros, num & nostri ad idem teneantur nec ne, sufficiatque propter itineris difficultates, Turcarumque pericula quempiam eorum nomine delegare? 92

Responsio *ad primum*. D. Thomas, & Caietanus 2. 2. *quæst. 3.* docent aliud esse occultare suam fidem in Christum, aliud profiteri religionem falsam. Illud non semper malum; non enim necessaria confessio fidei, nisi cum interrogamur, vel vrget necessitas proximorum, vel scandalum. Hoc verò nunquam licet, nec verbo, nec facto, cum vtroque modo Christus æquè negetur, etiamsi corde credatur. Inde qui in tormentis Christum negant, quamuis animo fidem retineant, damnantur in *can. existimat 11. quæst. 3.* à Hieronymo, *in can. non solùm* ab Augustino, *in can. nolite* à Chrysostomo.; & credere id licere pertinet ad hæresim Elcesaitarum, de quibus Eusebius *lib. 6. cap. 28.* contra quos Origenes *in psal. 82.* scribit. *Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est*. Ex quo patet hos populos Alborum in statu damnationis esse, si metu tributorum, seù mortis, vel obeunt externos ritus Mahometicæ legis, vel habitum aliquem gerunt per se institutum ad eam profitendam, vt disertè Caietanus *ibidem*, ac Syluester *v. fides* §. 5. alijque. 93

Ad *secundum*. Conandum est, vt ieiunium non multis interruptis commestionibus fiat, sed vnica tantùm. Id enim Ecclesiastico ieiunio necessarium esse, asserit D. Thomas 2. 2. *q. 147. ar. 6.* & Theologi reliqui *in 4. dist. 55.* 94

Ad *tertium*. Menstruatis nec Eucharistia, nec Oleum sanctum, nec Ecclesiæ ingressus inhibendus, nisi ipsæ ex deuotione abstineant; sic enim de eis D. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo scribit *can. ad eius dist.* 95

5. Mu-

5. *Mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet; quia ei naturæ superfluitas in culpam reputari non debet, & pro hoc, quod inuita patitur, iniustum est, vt Ecclesiæ ingressu priuetur. Nouimus namque quod mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti eius fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit vestimentum Domini tangere, cur etiam quæ menstrua patitur sanguinis, ei non liceat Ecclesiam intrare? Si enim ea benè præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? sancta quoque communionis ministerium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumpserit, laudanda est; sed si susceperit, non est iudicanda.*

96 Ad *quartum* dispensari posset, donec mittantur commodè reliquiæ, quæ portatili altari inserantur.

97 Ad *quintum* concedendum videtur, vt vtantur in Ecclesia ornamentis telis bombycinis ob lini penuriam.

98 Ad *sextum* ob magnam locorum intercapedinem denegandum non videtur, quod petunt, vt satis sit vnoquoque triennio vnum Episcopum omnium nomine Romam destinari.

CONSVLTATIO XLII.

An à sententia fauore libertatis in materia S. Officij Inquisitionis detur appellatio, & ad quem effectum.

1 CEnseo affirmatiuè respondendum, idque saltem quoad effectum deuolutiuum; quia si in eodem crimine hæresis sententia absolutoria ad fauorem rei inquisiti, etiam vt innocentis lata, & sic diffinitiua, nunquam transit in iudicatum, & propterea sic absolutus potest iterum de eadem hæresi inquiri, & molestari, nouis superuenientibus indicijs, vt ex relatis à Farinac. *de hæres. q.* 185. §. 13. *n.* 197. multò magis ab ea sententia admitti poterit appellatio, vt cognoscatur, an reus odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtenti ab Inquisitoribus damnatus, vel liberatus sit iuxta Clem. *multorum de hæret.*

2 Ad summùm autem dicendum in hac re videtur, quod licèt in ijs casibus appellatio denegari videatur, Iudicis tamen officium potest implorari, & ita per viam querelæ quis comparere coram Iudice superiore, vt rescindatur sententia, vt per Io: à Royas *de hæret. singul.* 19. *n.* 7. Lex enim, aut statutum excludens appellationem non videtur excludere officium Iudicis, Royas *loc. cit. num.* 8. Præsertim si aliquo modo constiterit, vel probabiliter dubitetur de iniustitia sententiæ, vt per Felin. *in cap. ad abolendam n.* 3. *in fin. de hæret.* & Farinac. *d. q.* 85. §. 15. *num.* 233.



CONSVLTATIO XLIII.

Quidam Regularis professus procurauit irritari suam professionem probando falsis testibus illam emisisse per vim, ac metum, & deinde vxorem duxit. Post aliquod tempus comparens sponte in S. Officio confessus est, se validè professum fuisse, falsumque esse, quod de vi, ac metu per testes probauerat; quare commissa causa principali de validitate, vel nullitate matrimonij ad Sacr. Congregationem Concilij, ista censuit, præuia separatione Coniugum, vtatur suo iure coram Ordinario. Verùm quia ex falsis testibus vnus tantùm viuit, qui nolit se retractare, ideòque nequit probare huiusmodi falsitatem, supplicat propterea sibi concedi, vel vt conuiuat cum dicta vxore, vel vt illa liberetur à vinculo matrimoniali, nulla facta mentione de muliere, cùm non sit complex falsitatis, & concedere eidem Regulari reditum ad suam Religionem.
Quæritur an sit annuendum?

IN huiusmodi casibus magna cum circumspectione procedendum est; ego autem censeo, nullo modo huic spontè comparenti inhibendam esse cohabitationem cum sua coniuge, sed conuiuere debet cum ipsa, donec probetur iudicialiter validitas professionis, atque nullitas matrimonij; quia pœnitentis confessio valet contra se ipsum, non verò contra tertium, *cap.* 1. *de confes.* Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 50. solùmque obtinet, vt euitentur pœnæ contra reos S. Officij ex iure inflictæ, non autem, vt euitentur probationes iudiciales criminum; neque propriæ confessioni credendum est in alterius possessionis præiudicium, vt colligitur *ex cap. vidua de regul.* Hæc autem mulier est in possessione matrimonij, supponitur enim bona fide cum viro soluto illud contraxisse, ac proinde non debet ex sola ipsius spontè comparentis confessione eo spoliari. Ac insuper quia ad dissoluendum matrimonium non est standum coniugum confessioni, *cap. super eo de eo, qui cogn. consangu.* & redditur ibi ratio; *quia sæpè aduersus matrimonium, vt illud dirimatur, coniuges inter se colluderent.* Quod in hoc casu valdè suspicor interuenire. Porrò si ad solam separationem thori requiruntur plenæ probationes ex Rota *dec.* 815. coram Burat. multò magis requiruntur ad dissolutionem matrimonij. 1

Quare ita in hoc casu procedendum esse arbitror. Recepta iudicialiter spontanea professi confessione, nec circa ipsum, neque eius circa vxorem quicquam decernendum est, sed procedendum ad capiendam informationem validitatis professionis, & interim prohibere ipsi professo, ne debitum matrimoniale petat, sed tantùm reddat, quia mulier habet ius ad illud petendum, donec non constiterit de nullitate sui matrimonij ex *cap. laudabilem vt lit. pend.* quemadmodum cum polygamis spontè comparentibus agendum esse docent Caren. *p.* 2. *tit.* 18. §. 3. *n.* 16. & Garzia in *prax. Hispan. S. Offic. fol.* 7. his verbis: *contra las personas, que se casan dos, ò mas vezes, &c. aunque ellas mismas espontaneamente se vengan à denunciar, y confessar su delitto, no si puede ni debe proceder sin primero verificar todos los matrimonios.* Constita tandem validitate professionis, tunc procedendum ad declarationem nullitatis matrimonij, ad pœnitentiam saluratem ipsi spontè comparenti arbitrio Inquisitorum, & ad illius reditum ad Religionem. 2



CONSVLTATIO XLIV.

1 *An de erroribus falsitatis, vel huiusmodi, qui committuntur in examine testium pro statu libero contrahere matrimonium volentium, examinatorum coram Camerario Cleri, vel alio ad id deputato, teneatur Notarius, qui scribit, an Camerarius, vel deputatus, qui assistit, an vterque?*

2 *An cognitio testium, qui examinantur, pertineat ad solum Notarium? & omittens Notarius clausulam, mihi cognitus, vel saltem cognitus ab alia persona, ipsi Notario cognita, qua pœna puniri possit iuxta dispositionem iuris communis, præter pœnam arbitrariam, impositam in Instructione pro huiusmodi testibus recipiendis à S. Officio Inquisitionis?*

3 *An fides, aliaque documenta, quæ producuntur pro statu libero probando, nempè obitus, matrimonij alterius coniugis defuncti, attestationes ordinariorum super statu libero examinari debeant à solo Notario, an etiam à Camerario Cleri, vel alio deputato? cumque sint ex vitio visibili falsæ, quisnam sit censendus reus, & qua pœna puniendus.*

4 *An dictæ fides, quæ mittuntur ex partibus, sint recognoscendæ à testibus, licèt sint legalitate munitæ, & ad quemnam spectet facere hanc recognitionem?*

5 *Si testes, qui asseruntur à Notario, recognouisse huiusmodi fides, & attestationes, negent recognouisse, cuinam credendum sit? Num Notario, an testibus, maximè si testes sint personæ ciuiles, & qua pœna puniendus sit Notarius, vel testis?*

1 AD primum. Tenetur vterque ex Instructione S. Officij §. *Pro testibus*, vbi vtrique præcipitur, quod intersint examini huiusmodi testium. Quamobrem prouidè, cautèque à iure statutum est, vt in causis arduis, & criminalibus, cuiusmodi videntur esse, quæ spectant ad S. Officium, non committant Iudices testium examen tabellionibus, sed vt præsentes sint huic examini, per text. *in Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instr. & in auth. de testibus §. hæc omnia*. Quidquid sit in ciuilibus, de quo Couar. *l. 2. var. cap. 13. n. 10.*

2 Ad 2. spectare ad solum Notarium ex *d. Instruct. §. cit.* Cumque ipse omiserit hanc solemnitatem à d. Instructione, à iure, & à consuetudine requisitam; puniendus est ex iure communi de falso, nec auditur aliquo modo probare volens errorem. Nam eo ipso, quod omittit debitam, & consuetam solemnitatem, præsumptio iuris, & de iure est, quod scienter commiserit falsum. Casus est in *l. Iubemus in fin. C. de testam.* & ibi Glos. *vlt.* Estque communis opinio, quam tamen cum Menochio *lib. 2. de arb. cas. 370. num. 4. & seqq.* intelligerem, *non quod ordinaria falsi pœna, sed extraordinaria, siue arbitraria puniatur*, ex quo saltem sit in dolo præsumpto commissi falsi, qui pœnam ordinariam non meretur.

3 Ad 3. Huiusmodi fides, aliaque documenta recognosci debent à Deputato, & à Notario, non autem à Camerario, qui solùm assistere debet examini testium, ad quod deputatus dumtaxat deputatur. Deputatus verò, & Notarius pro recognoscendis aliis documentis ad statum liberum probandum necessariis, vt ex d. Instruct. §. *fides aliaque documenta, quæ producuntur à partibus, non admittantur, nisi sint munita &c.* Deputatus autem, & Notarius huiusmodi fides, & documenta admittunt, non autem Camerarius, ideòque ij censendi sunt rei, ac puniendi pœna arbitraria.

4 Ad 4. Affirmatiuè *ex cit. Instruct. d. §. fides*, vbi id expressis verbis præcipitur; spectatque id munus ad d. Deputatum, & Notarium, qui eas admittere debent *ex d. §. fides*.

Ad 5. Si Notarius sit non admodum probus, sed suspectus, testes verò contra deponentes sint omni exceptione maiores, tunc potiùs testibus habebitur fides secundum Bart. *in l. 1. §. 1. ff. quemadmodum testam. aper.* Menoch. *de arb. cas. 105. num. 42.* Mysing. *cent. 4. obs. 39.* Zasium *lib. 2. sing. resp. cap. 23. per tot.* Couar. *pract. 9. cap. 20. num. 6. & lib. 2. var. resol. c. 13. num. 11.* Grauat. *ad Vestr. lib. 6. cap. 1. num. 23.* Ideòque hoc iudicium arbitrio Iudicis relinqui, docet Menoch. *loc. cit.* ac rei puniendi de falso, pœna tamen extraordinaria, siue arbitraria, vt supra dictum est ad 2. Censeoque, vt in posterum testes, qui recognoscunt huiusmodi fides, & documenta, debere illas manu sua sobscribere, quod si nesciant scribere, recipiatur recognitio coram testibus. 5

Non omittendum putarim decretum Sacr. Inquisitionis, quod est huiusmodi. Testes, qui inducuntur ad probandum aliquem esse solutum ad effectum contrahendi matrimonium, non examinentur per Notarios Vrbis Vicarij solos, sed cum interuentu Iudicis, & per Vicesgerentem considerentur depositiones testium, an concludenter probent 12. Ianuarij 1602. fol. 20. 6

CONSVLTATIO XLV.

Quidam Monachus Basilianus Græcus Schismaticus ad triremes damnatus in ditione Latinorum Catholicorum in articulo mortis communicauit in fermento, quod penes se conseruabat, alium pariter schismaticum concaptiuum in eadem trireme suis præcisis verbis: N. Mangia il corpo, & il sangue di Christo. Quæritur, an talis communio sit delictum? Et dato quod sit delictum, an spectet ad S. Officium, & qua pœna puniendum?

RESpondeo, id totum pendere ab intentione ministrantis huiusmodi communionem, Ideòque primò interrogandus est, vnde habuerit sacram Eucharistiam, an ipse, an ue alius ritè illam confecerit, & ad quem finem apud se illam conseruabat? Si respondebit, illam retinuisse ad malum finem, puniendus est pœna contra abutentes vsu Sacramentorum, nempè contra hæreticos; abuti enim sacramentis sapit hæresim. Quare Inquisitor potest punire tales abutentes, quando abutuntur Sacramento Altaris ad sortilegia, vt dicitur in Glos. *v. saperent §. sane cap. accusatus de heret. in 6.* & habetur per Panorm. *in glos. fin. cap. 1. de sortileg.* Oldrad. *cons. 210.* & Gemin. *cons. 54.* Si verò respondebit, licere in itinere Eucharistiam ferre pro viatico: id aliquando concessum fuit. Cuius rei extat testimonium D. Gregorij *Dial. lib. 3. cap. 36. de Maximiano Episcopo Syracusæ, & eius socijs Eucharistiam secum portantibus, dum mare Adriaticum nauigarent*. Hanc quidem consuetudinem apud Ecclesiam Orientalem alicubi etiam viguisse temporibus Alexandri Papæ Tertii alibi diximus. 1

Non videtur obstare quod dictus minister versetur in ditione Latinorum, quia cum ipse sit Græcus, debet vti ritu Græco, atque adeò in fermentato, vt iubet B. Pius V. & Concilium Florentinum in literis vnionis. 2

An autem id fateri debeat in tortura, quod scilicet non ad malum finem, sed ad seruandam consuetudinem Orientalium Eucharistiam in fermento secum detulerit pro viatico, arbitrio Inquisitorum remittitur, attentis circumstantijs personæ, & responsionibus super interrogatorijs de intentione supradicta. 3

Pariter interrogandus est super verbis illis, *N. mangia il corpo, & il sangue di Christo*, an scilicet credat, esse de necessitate salutis vsus calicis, nempe 4

Sanguinis Christi, & non sufficere solum corpus, in quo totus Christus continetur. Si rectè non responderit, est tanquam hæreticus puniendus ex Trid. *sess.* 21. *cap.* 1. *& can.* 1. verbum *mangia* tolerari potest ex institutione Christi, qui eodem est vsus verbo, cum Apostolos communicauit, dicens: *accipite, & comedite, Matth. cap.* 26.

5 Denique interrogandus est, cur schismatico impœnitenti Eucharistiam administrauerit? Si malè responderit, vel malè credat de potestate Ecclesiæ, ac vsu clauium, & quod liceat etiam schismaticis impœnitentibus Eucharistiam in articulo mortis præbere, est puniendus tanquam hæreticus. Secùs autem si contrarium responderit, & credat, *ex cap. super ee de heret. in* 6. quem textum ad omnes pœnitentes ex identitate rationis extendunt communiter Doctores, quos sequitur Suarez *de fid. disp.* 23. *sect.* 2. *num.* 12. Simaocha *tit.* 63. *num.* 7.

6 Atque ex his patet, hanc rem spectare ad Sac. Officium, saltem vt cognoscat de intentione huius schismatici, & iuxta eius responsiones se ingerat in causam.

CONSVLTATIO XLVI.

Canonicus quidam Cathedralis Germaniæ, in qua iuxta concordata pacis Monasteriensis vna pars Canonicorum est Catholica, alia est hæretica, cùm fuerit Canonicus Lutheranus, & modò ad fidem Catholicam secretò conuersus, sitque dominus Territorij, & nobilis, magnæque authoritatis apud Principem hæreticum Lutheranum, vnde si sciretur, quod ad fidem Catholicam sit conuersus, magnum damnum ipsi, alijsque Canonicis Catholicis inferretur, supplicat.

Primò, quod cùm non benè calleat linguam latinam, & ne obseruetur in recitando Diuino Officio, ac Horis Canonicis, cum eo dispensare possit Confessarius ad psalmos tantùm pœnitentiales, Rosarium, vel huiusmodi aliud.

Secundò, vt promoueri possit secretò ad primam tonsuram, quæ ipsi collata non fuit.

Tertiò, vt absolui possit a Simonia ob pecuniam acceptam pro suo suffragio ad Canonicatum Lutheranum dato, & ab obligatione illam restituendi. Quæritur, an sit indulgendum?

1 AD 1. non posse cum beneficiato, siue Canonico in hoc dispensari, asseruerunt aliqui antiquiores, quia existimarunt obligationem beneficiatorum ad persoluendum officium diuinum esse de iure naturali, in quo Pontifex non potest dispensare. Ita Angel. *in sum. v. Hora quæst.* 6. Rosel. *eod. v. num.* 13. Abb. *in cap.* 1. *de celebr. miss.* & Turrecrem. *in can. Eleutherius d.* 91. *quæst.* 5.

2 At verò certum est, existente hac iusta causa, posse Summum Pontificem cum hoc Canonico dispensare; quia certum pariter est, obligationem beneficiati ad soluendum officium esse etiam de iure Ecclesiastico, vt per Bellarm. *lib.* 1. *de bon. oper. cap.* 19. atque adeò potest in eo Pontifex dispensare, vt ex communi testantur Suarez, Bonacina, Barthol. de S. Fausto; quos sequitur Leander. *par.* 1. *in precept. decal. tract.* 8. *de hor. Canon. disp.* 5. *quæst.* 65. Et obseruatur in praxi.

3 Immò in hac specie non est necessaria hæc dispensatio; quia Officij Diuini præceptum non obligat, quando illud recitans magnam timet iacturam bonorum, vitæ, vel honoris, vt in hoc casu. Non enim obligat eum tanto incommodo, vt loquendo de alijs Ecclesiæ præceptis, docent Theologi, & in specie firmat Tambur. *lib.* 2. *in decal. cap.* 5. §. 8. *n.* 2. qui rectè ad rem notat, quod licèt id rarò inter Catholicos euenire soleat, solet tamen contingere in locis hæreticorum, vel infidelium, etiam præscindendo à contemptu Religionis, & ante ipsum tradiderat Suar. *lib.* 4. *de hor. cap.* 28. *n.* 30. & alij apud Leandrum *loc. cit. quæst.* 63.

Quare facta priùs hæresis abiuratione saltem in foro conscientiæ potest cum illo dispensari. 4

Ad 2. Pariter, præmissa absolutione à suspensione, & dispensatione ab irregularitate, quatenus in suspensione ordines exercuerit, qua de causa effectus fuit irregularis, potest Summus Pontifex cum illo dispensare, vt per Borgas. *de irreg. p.* 6. *tit. de Cler. per salt. promot. num.* 7. & Sayr. *de Censur. lib.* 7. *c.* 10. *num.* 39. quam suspensionem, & irregularitatem, si ministrauerit, etiam incurrit recipiens ordines, omissa prima tonsura, vt per Sayr. *loc. alleg. lib.* 4. *c.* 14. *num.* 26. vbi refert, ita declarasse Sac. Congregationem Concilij Trid. quia satis dicitur per saltum promoueri, cum à statu laicali immediatè ad ordinem clericalem transeat, quod valdè abhorret Ecclesia, vt per Thesaur. *in prax. Ecclesiast. v. ordo cap.* 13. *vbi* §. *fin.* aduertit, quod cum promoto per saltum Sacra Pœnitentiaria non dispensat, nisi quando in occultis periculum adesset grauium scandalorum, nisi dispensaret, & tunc concedit literas ad effectum omissum Ordinem recipiendi à quocunque Catholico Antistite &c. etiam extra tempora, etiam non seruatis interstitijs, & absque dimissorijs proprij diœcesani; quod periculum cum in hoc casu probabiliter timeatur, ideò dispensandum. 5

Ad 3. Licèt dispensatione super Simonia remittantur ad S. Pœnitentiariam, non autem ad S. Officium, vt declarauit S. Congregatio eiusdem S. Officij sub anno 1642. Nihilominùs facta priùs restitutione Ecclesiæ, vel pauperibus, vt per *cap. de hoc, & c. audiuimus de Simon.* vel quatenus ipse Canonicus sit pauper, facta eidem per Summum Pontificem applicatione pecuniæ acceptæ per modum eleemosynæ, vel erogata per eum parte aliqua eiusdem pecuniæ pauperibus arbitrio Confessarij, potest absolui ab excommunicatione ob hanc rem incursa, per *Extr. cum detestabile* §. *Statuentes de Simon.* & Bull. B. Pij V. *incip. Cum primum* §. 8. ac etiam dispensari ab irregularitate, quam si ministrauerit, contraxit per *text. in cap.* 1. *de sent. & re iud. in* 6. *& cap.* 15. *cui de sent. excom.* pariter *in* 6. & *tot. tit. de Cler. excom. ministr.* ibique Canonistæ communiter. 6

CONSVLTATIO XLVII.

An decreto Concilij Trid. sess. 24. cap. 10. de reform. matr. prohibeatur sub peccato mortali Sponsæ traductio solemnis, an etiam non solemnis ad domum Sponsi, & carnalis copula? Hinc rationes ad vtramque partem.

DIsputant hac de re variè Theologi, Canonistæ, & qui eos sequuntur. Equidem D. Prosper Fagnanus in affirmatiua defendenda valdè laborat *in cap. Capellanus de fer. à num.* 8. vbi asserit, traditionem quoque vxoris ad domum viri his temporibus esse interdictam, satisque liquere ex *can. Nec vxorem* 33. *quæst.* 4. explicans verba illa textus *nec vxorem ducere*, idest, *traducere* cum Abbate, & Syluestro. Ac sequutus rationem, quam reddit D. Thomas *in* 4. *dist.* 32. *quæst.* 1. *ar.* 5. *quæstiunc.* 4. his verbis: *Quia quando nouæ Sponsæ traducuntur, animus coniugum magis ex ipsa nouitate ad curam carnalium occupatur, & ideo in nuptijs consueuerunt signa multa lætitiæ dissoluta ostendi. Et propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipuè debent se ad spiritualia eleuare, prohibitum est nuptias celebrari,* tenet, quamcumque traductionem vxoris ad domum viri esse prohibitam. Tum quia textus *in dict.* 1

can.

can. Nec vxorem simpliciter dicit , *vxorem ducere*, atque ita interdicitur ibi non tantùm solemnitas , sed etiam traductio ; tum quia etiam cessantibus conuiuijs , & alijs solemnitatibus militat ratio D. Thomæ, quod ex ipsa nouitate traductionis animus circa carnalia , & voluptuosa occupetur ; tum denique quia cum feriarum tempore prohibita sit copula carnalis , est etiam prohibita traductio priuata , per quam ad carnalem copulam peruenitur . Confirmat hanc opinionem declaratione Sac. Congregationis Concilij , & decreto Concilij Prouincialis Mediolanensis, atque authoritate Syluestri, Rosellæ, & aliorum, quos citat Sanchez *de matrim. disp.7. num.14.* & ante eos Cardinalis *in d. cap. Capellanus n.2.*

a Affirmat id similiter idem D. Fagnanus quod copulam carnalem , appellans contrarias rationes valdè infirmas , & rationem D. Thomæ superiùs adductam , ne statis temporibus animus coniugum circa carnalia , & voluptuosa occupetur , potissimùm vigere in consummatione matrimonij . Quare contra opinionis contrariæ authores ait , stare communem Canonistarum ferè omnium sententiam , adducitque Glossam *in dict. cap. Capellanus*, Petrum de Samps , & post eum Abbatem antiquum , Io. Andream , Baldum , Butrium , Cardinalem, Ancharanum, Imolam, Ananianm, Abbatem Siculum . Idemque firmare inquit , Glossam , Raymundum , Ferrariensem , Ostiensem , Henricum Boich , Stephanum de Gaeta, concludens , hanc esse vnanimem Canonistarum sententiam, quam etiam tenuerunt ex Theologis Paludanus, Caietanus , S. Antoninus, Syluester, & alij, relati à Sanchez , eamque probauit S. Congregatio Concilij , cuius declarationes licèt ipse non adducat, eas tamen ego referam, quæ sunt huiusmodi.

3 *In Interamnensi 27. Martij 1591. S. Congregatio Concilij censuit quocunque tempore posse denunciationes fieri , & matrimonium contrahi coram Parocho, sed nuptiarum solemnitates , conuiuia, traductiones ad domum, & carnalis copula prohiberi decreto Concilij cap.10. sess.24. de refor. matr. lib.7. decretor. pag.6.*

4 *In Mantuana 31. Ianuarij 1597. Præterea ab Aduentu Domini Nostri Iesu Christi vsque ad diem Epiphaniæ , & à feria quarta Cinerum vsque ad Octauam Paschalis conuiuia , nuptiarum solemnitates , traductiones ad domum , & carnalem copulam decreto Concilij cap.10. sess. 24. de refor. matr. prohiberi , sed matrimonium coram Parocho, & testibus, etiam dicto tempore contrahi posse lib.9. decret. pag.18.*

5 Clarissimè in Leodiensi 17. Augusti 1600. *Ad primum S. Congregatio Concilij sæpius respondit decreto dicti cap. vlt. intelligi prohibitam etiam huiusmodi traductionem non solemnem lib.9. decret. pag.97.*

6 Die 8. Ianuarij 1619. *An matrimonium coram Parocho quocumque tempore contrahi possit? S. Congregatio Concilij censuit , posse quocunque tempore matrimonium contrahi , sed temporibus comprehensis in cap.10. de reform. matrim. sess.24. nuptiarum solemnitates, conuiuia, traductiones ad domum , & carnalem copulam prohiberi lib.12. decret. pag.4.*

7 In Veronensi ; *quocumque tempore potest matrimonium contrahi coram Parocho, sed nuptiarum solemnitates, conuiuia, traductiones ad domum, & carnalis consumatio certis temporibus prohibentur.*

8 Tandem adducit Fagnanus Concilium Toleranum celebratum anno 1473. sub Sixto IV. *tom.4. Concil. par. 1. vol.1.* cuius verba refert, quibus prohibet, ne fiant nuptiæ, nec carnales commixtiones , nec solemnitates tempore iure vetito .

9 At negatiuam sententiam quod ad primam partem dubii defendunt ex Canonistis Goffredus, Ostiensis referens Tancredum, Hugo, Archidiaconus, Turrecremata, Rebuffus, Nauarrus, Caieta, & Caualcanus . Ex Theologis autem Gabriel , Astensis, Paludanus , Angelus, Armilla , Eman. Sà , Petr. de Ledesma , Graffius, Alexander Philiarcus , Bellarminus, Ludouicus Lopez , Manuel Vega, quos refert , ac sequitur Sanchez *d. lib.7. cap.7. num.16.* illam existimans veriorem , quatenus docent solam solemnem traductionem sponsæ in sponsi domum prohiberi ; quibus addo Poncium *de matr. lib.6. cap.8. num.8.* vbi firmat à tempore S. Concilii Trid. non solùm consuetudine id receptum , sed etiam ipso iure Tridentini decreti , in quo planè indicatur antiquas prohibitiones tantùm quoad solemnitatem nuptiarum in suo robore permanere . Dicit enim antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones seruandas, diligenter, statimque concludens , inquit: *Tantùm ergo iure Tridentini Concilij prohibetur solemnitas nuptialis; quo nomine intelligit benedictiones nuptiales , traductionem solemnem , quam conuiuia, & lætitiæ signa comitantur.* Et in hunc sensum accipit decretum Concilij Mediolanensis à Fagnano relatum. Idipsum docuit Villalob. *in sum. tom.1. tr.14. diffic.2. num.4.* Diana *p.3. tr.4. resol.264.* reprobans Doctores contrarios, Martin. Perez *de matr. disp.22. sect.2. num.5.* Bonacin. *eod. tr. q.3. pun.14. num.4.* Castropal. *de Sponsal. disp.4. pun.2. §.1. num.4.* asserens nomine nuptiarum solemnium benedictiones nuptiales intelligi secundùm omnium sententiam , & traductionem Sponsæ in domum Sponsi , quam conuiuia publica , choreæ , aliaque signa lætitiæ comitantur ; quod antea asseuerat Coninch. *disp.30. dub.3. num.23. & 36.* Iacobus Baius *l.4. instit. Relig. Christ. lib.2. c.143. §. secundum*, vbi ait, vetari solemnem in Ecclesia benedictionem, & Sponsi , ac Sponsæ cum pompa deductionem , Nicol. *in floscul. v. matrimonium num.6. & p.1. lucubr. l.1. tit.10. de nupt. num.72.* Hurtadus *disp. 25. de matrim. diffic.1. num.2.* dicens, *prohiberi tam antiquo, quàm nouo iure Tridentino, non matrimonium contrahere , sed solemnitas consistens in benedictionibus nuptialibus , & in traductione Sponsæ in domum Sponsi comitatu solemni, seu splendido conuiuio , & alijs lætitiæ signis , vt paucis quibusdam exceptis docent communiter Doctores, & indicat Tridentinum* , dum ait : *antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones Sac. Synodus obseruari præcipit* , alijque innumeri , & recentiores ferè omnes , Ex quibus liquet hanc sententiam post Tridentinum esse veriorem , atque communem .

Non obstat *can. Nec vxorem* . Primò, quia illo canone non solùm benedictiones solemnes , sed etiam contractus matrimonij, quæcunque traductio , & copula carnalis prohibetur, vt constare probat Pontius *loc. cit.* ex Conciliis Leodiceno, Ilerdensi, & Rauennate 2. Salegostadiensi, & Toletano, reprobans Glossam , & Abbatem minùs rectè verba illa *vxorem ducere pro traducere* interpretantes . Quemadmodum autem consuetudine inductum est , vt non obstante illo canone contrahantur matrimonia , ita etiam quod Sponsa traduci possit ad domum sponsi traductione non solemni , etiamsi de sponsæ traductione non solemni canon loquatur, quem consuetudine abrogatum esse , traduot Doctores adducti . Secundò quia Nicolaus Primus in illo canone non de obligatione , sed de conuenientia locutus est . Sic enim ait : *Nec vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse vllo modo arbitror* . Tertiò demus etiam , quod loquatur de obligatione , id tamen intelligendum est de solemni traductione , ideòque postquam dixerat *nec vxorem ducere*, statim subiunxit, *nec conuiuia facere* , hoc est non traducere vxorem traductione solemni cum conuiuio publico, & aliis vanæ lætitiæ signis, quibus olim Ethnici sua matrimonia celebrabant , vt apud Tholosan. in *syntagm. iur. lib.9. cap.5.* vbi etiam refert formulam iungendi matrimonii inter Iudæos, quæ extat in Tobiæ historia *c.7.* quam Christiani imitantur, & præter scripturam coniugii fiebat epulum, & Dei benedictio, vt etiam nunc hodiè fit conuiuium septem dierum, vt habetur in libro precum illorum, qui dicitur *Mahazor* , sed ea cum modestia , quæ Christianos decet . Vnde post Concilium Valentinum, Carthaginense 4. Nicolaum Primum ad consulta Bulgarorum *cap.3.* quod habetur *can. nostrates 30. quæst.5.* quibus in locis solemnitas , honor , ac reuerentia in matrimonialem coniunctionem ostenditur , ita sanxit Concilium Laodiceoum 10

cap.55. Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere, vel saltare, sed venerabiliter prandere sicut Christianos decet. Quare in nuptiarum lasciuiam acriter inuehuntur Chrysostom. *hom.56. in Genes. & 42. in Act. Apostol.* Ambros. *serm.80. ad plebem, & lib.3. de Virgin.* & Augustin. *serm. de nupt. sub initio*. De hac igitur solemni, ac indecenti traductione intelligitur canon *nec vxorem*, non autem de traductione non solemni. Et quartò quia, demus etiam, quod loquatur de traductione non solemni, *id tamen seruandum est, si vxor consensum adhibere voluerit. Cæterum sine eius consensu, nec causa orationis continentia seruari debet*, sunt verba eiusdem Nicolai in *d. can. nec vxorem* 33. *quæst.* 4. Vnde Augustinus ait; nisi ex consensu communi orationi coniuges vacare non possunt, & Apostolus nec ad tempus, vt vacent orationi, nisi ex consensu voluit coniuges, nec carnali inuicem fraudari debito, &, habetur *in can. Apostolus ead. caus.*

11 Et quamuis Glossa interpretetur hunc locum de oratione priuata, vel priuato loco, non autem de solemni oratione, missa, tempore, & officio à Canonibus, & vniuersali Ecclesia indicto, quo casu vacare licet, debet, ac potest, vt in *can. omnis homo de consecr. dist.*2.

12 Nihilominùs semper in coniuge attendi debet periculum incontinentiæ in casu præsertim, quo sine scandalo fit traductio non solemnis; quo spectat Gregorius *in respons.*10. *ad interrog. Augustini*, habeturque *in can. Vir d. caus.*33. *quæst.*4. his verbis: *Si quis sua coniuge non cupidine voluptatis captus, sed solummodò creandorum liberorum gratia vtitur, ipse profectò siue de ingressu Ecclesiæ, siue de sumendo Dominici corporis, sanguinisque mysterio suo est iudicio relinquendus; quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere*; quibus respondetur canoni *omnis homo*, in quo decernitur, quod ante Sacram Communionem à propria vxore quisque abstinere debeat tribus, aut quatuor, aut octo diebus, vbi Glossa *v. abstinere* ait, *quantum in se est, vt non exigat, exactos tamen reddere debet quolibet tempore*, & adducit *can. si dicat* 33. *q.*5. subdens *non enim est præceptum, quod hic continetur, vt notatur in can. vir* 33. *q.* 4. *& can. vlt.* 23. *dist.*

13 Ergo multò minus continetur præceptum *in d. canone nec vxorem*, alioquin Pontifex non requireret consensum vxoris. Quod debet saltem habere locum in traductione vxoris non solemni, quæ tantùm præsefert quamdam modestiam, & honestatem Christianam, & vt ipse Nicolaus *in d. can. nec vxorem* ait, conuenientiam, vt fiat statis temporibus.

14 Minùs obstat secunda ratio Fagnani ex D. Thoma deducta. Cum enim inter Christianos non res humana, sed diuina sit matrimonium, ad illud cum summa pietate, religione, atque sanctimonia accedendum est. Prouidè igitur Ecclesia decretis suis prohibuit sponsi, ac sponsæ cum pompa deductionem, conuiuia publica, saltationes, & huiusmodi, quæ fidelium deuotionem, quietem, ieiunia, & commodam præparationem ad sumendam Eucharistiam impediunt. De quo tantùm impedimento intelliguntur Canones relati 33. *quæst.* 4. Concilium Agathense *can.* 18. Laodicenum *cap.* 25. & Tridentinum *d. sess.* 24. *cap.* 10. *de refor. matr.* Hoc autem impedimentum non reperitur in traductione absque solemnitate, & vanæ lætitiæ signis, quæ mentem à diuinis auocant. Quod conuincit ratio D. Thomæ, qui solùm id prohiberi ait ob signa multa lætitiæ dissolutæ, quæ illis temporibus consueuerunt ostendi. Ergo si non ostendantur, non erit prohibitum.

15 Tertia quoque ratio minùs obstat; supponit enim id, quod nos negamus vt mox constabit. Denique non obstat declaratio S. Congregationis Concilij, de qua etiam infra, neque Concilium Mediolanense, quia intelligitur de traductione solemni, quemadmodum illud intelligunt Poncius *loc. cit. d. num.* 8. & Bonacina loco etiam *cit.* cui tanquam Theologo Mediolanensi, suæque Ecclesiæ rituum egregiè perito magnam fidem habere debemus.

Quod verò ad copulam carnalem præter adducta 16
pro se à Fagnano stant etiam pro ipso argumenta cum eorum responsionibus apud Sanchez *d. lib.7. disp.7. num.* 21. & 24. quibus minimè obstantibus tenendum est, nullam extare prohibitionem consumandi matrimonium temporibus ab Ecclesia statutis. Vt id manifestè euincatur examinanda sunt verba Concilij Tridentini, quæ sunt huiusmodi: *Antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari Sancta Synodus præcipit*. Inter autem antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones nullibi legitur prohibita consumatio matrimonij temporibus ab Ecclesia statutis. Canones enim, qui ad hoc adduci possunt, quales sunt *can. non oportet* 2. *d. can. nec vxorem* 33. *quæst.*4. *& can. aliter* 30. *quæst.*5. *& cap. cappellanus de fer.* solam benedictionem nuptialem, & traductionem solemnem sponsæ ad domum Viri eo tempore prohibent; atque adeò carnalis copula decreto Tridentini non prohibetur. Et sane, si vt ait Sanchez *d. disp.7. num.* 23. ob temporis reuerentiam prohibita esset consumatio matrimonij, non minùs sanctitati illius detraheretur per primam consumationem, quàm per sequentes, siue Sponsa sit benedicta, siue non: & tamen Doctores contrarij in hoc duplici casu copulam excusant. Et tandem quia tempore orationi dicato multò verior sententia est, teste ipso Sanchez eo loco, vacare culpa copulam coniugalem, & solùm esse consilium tunc abstinere, vt latè firmat *lib.* 9. *tot. disput.* 11.

Ideòque huic sententiæ fauet D. Thom. *in* 4. *d.*32. *q.* 17
*vn. ar.*5. *quæstiunc.*4. *ad* 2. quem minùs rectè pro se adducit Fagnan. ac Turrecrem. *in can. non oportet* 1. 33. *q.*4. *ar.*1. *num.*1. *ad* 3. vbi admittunt indistinctè, esse licitum ijs temporibus petere, ac reddere: illamque docent expressè Petr. de Soto *lect.*14. *de matr. §. huic proximum est*. Nauar. *in sum. cap.*22. *num.*71. vir pius, qui viuebat tempore Concilij Tridentini, inquiens, *consumare autem matrimonium per copulam absque solemnitate nuptiarum, & absque traductione solemni in domum nullo tempore prohibetur*, additque Paludanum, & alios, qui contrarium tenent, *sine ratione necessaria id tenere*, Philiarcus *de Offic. sacerd. tom.*1. *p.*2. *lib.*2. *cap.* 4. Vega *to.*2. *sum. cap.*34. *cas.*179. præ multis Bellarminus *lib.*1. *de matr. cap.*31. *ad fin. §. in altero*, Em. Sà *in summ. v. matrimonium num.*2. Ludouic. Lopez 2. *p. instruct. de matr. cap.*46. *in fin.* clarè Petr. de Ledesma *de matr. q.*58. *ar.*88. *col. penul.* dicens omnia esse licita eo tempore præter traductionem vxoris, nuptiarum benedictionem, & conuiuij celebritatem, Sanchez *ea disp.*7. *num.*23. Palaus *loc. cit. num.*4. vbi certum existimat, licere iis temporibus sponsalia, & matrimonium absque solemnitate celebrare, & à fortiori consumare, quia hæc comprehendi non possunt sub nuptiis solemnibus. Id, quod etiam tradunt Poncius loco item allegato *num.*8. quare *num.*9. infert consequenter cum cæteris Doctoribus post Tidentinum Concilium nullum prorsus committi peccatum mortale, nec veniale in ducenda vxore, nec in traducenda, si absque solemnitate fiat, neque in consumatione matrimonii, si ante tempora illa contractum esset. Nald. *in sum. v. matr. num.*2. docens, solam benedictionem, traductionem solemnem, & conuiuia contineri prohibitione Sacr. Concilii Tridentini, Iacob. Bayus *d. cap.*143. his verbis: *Ab Aduentu Domini vsque ad Epiphaniam, & à die cinerum vsque ad octauam Paschæ Concilium Tridentinum hanc prohibitionem redegit; quia his temporibus passim fideles se ad communionem præparant, & tempora sunt luctui magis accommoda, quàm lætitiæ. Quibus tamen temporibus, licèt Ecclesia solemnitates coniugij prohibuerit, non tamen inhibuit celebrari matrimonia per verba de præsenti, neque matrimonij consumationem*. Hurtad. *dict. disput.* 25. *difficult.*1. asserens id, quod à nonnullis dicitur pro dictis temporibus etiam prohiberi actum coniugalem,

absque

absque fundamento dici, Coninch. *de Sacram. disp.30. dub.3. conclus.4.num.37.* Filiucius *tom.1. tract.10. p.2. cap.9. num.271.* Diana *d.p.3. tract.4. resol.266.* reprobans Authores contrariæ opinionis tanquam parum probabiliter loquutos, Nicolius *in lucubr. iur. ciuil. lib.1. tit.10. de nupt. num.72.* vbi ait, matrimonium quolibet tempore contrahi, & consumari potest absque alia Superioris licentia, cum id concedat Rituale Romanum *in rubr. matr. circa fin.* amplectens in hoc opinionem Syluestri *v. matrimonium part.2.* ibique refert declarationem Sacr. Congregationis in Perusina 6. Martij 1614. Quare hanc sententiam post Sacr. Concilium Trident. & Rituale Romanum esse communem inter Theologos liquet, Fagnano, paucisque alijs ex Canonistis perperam reclamantibus, cum nullo idoneo, canonicoque fundamento nitantur, nisi authoritate D. Thomæ, quæ rectè explicata, & intellecta eorum opinioni minimè fauere dignoscitur. Quare non infirmæ, vt visæ sunt Fagnano, sed robustissimæ pro hac sententia militant rationes. Quod vt meliùs suadeatur, respondemus singillatim rationibus D. Fagnani.

17 Quod ad rationem D. Thomę iam diximus illam habere duntaxat locum in traductione solemni, non in consumatione matrimonij, quia, vt ait Caietanus *in Sum. v. matrimonium num.9.* id non inuenitur prohibitum, nec cadit sub prohibitione Ecclesiæ, vt prohibitum, sed vt finis prohibiti; aliud enim est quod præcipitur, & aliud, quod est finis præcepti. Vnde finis pręcepti non cadit sub præcepto, vt communiter docent cum D. Thoma *1.2. quæst.96. art.3.* Sicuti finis præcepti ieiunij est eleuatio mentis, si tamen quis ieiunat, & non eleuatur mente, non est transgressor præcepti. Quod etiam tradit Palaus *d. disp.4. punct.2. §.1. num.4.* quamuis id congruat, vt fideles certis temporibus orationi, & præparationi ad communicandum deputatis ab officio coniugali abstineant, vt ex Apostolo *1. Cor. 7.* colligitur, & *Exod. 19.* Iudęi legem à Deo accepturi triduo præparari iubentur, nec accedere ad vxorem. Et *1. Reg. 21.* continere debuerat panes propositionis manducaturus. Multò ergo magis panem cœlestem, panem Angelorum sumpturus, vt argumentatur Hieronymus *lib.1. contra Iouinianum, & in Apologia.*

18 Ex quibus respondetur authoritatis Glossæ *in d. cap. Coppellonus v. quocunque tempore de fer.* cuius verbis videntur esse compositæ declarationes Sacr. Congregationis Concilij. Quinimmò, si diligenter eius verba examinentur, fauent potius nostræ sententiæ. Sic enim ait: *Quocunque tempore potest matrimonium contrahi, sed nuptiarum solemnitas tantùm his diebus, ne carnaliter coniungantur, prohibetur.* Ergo permittuntur nuptiæ absque solemnitate. Quo verò ad carnalem copulam, hariolatur, cum sicuti diximus, id nullibi reperiatur prohibitum, tantùmque ex ipsa Glossa nuptiarum solemnitas prohibetur, ergo cætera permittuntur, quia non prohibita. Neque id patitur Sanctæ Matris Ecclesiæ pietas, benignitasque; præberetur enim occasio ijs temporibus committendi plura carnis peccata, si non possent homines tunc matrimonium consumare, quod in concupiscentiæ remedium est institutum, possent illud contrahere. Vnde retorqueo argumentum. Permittitur contrahi quocumque tempore matrimonium, ergo & illius consumatio; permisso enim medio permittitur finis, ad quem medium est ordinatum, dummodò tamen id absque solemnitatibus fiat, quæ tantùm ex dicta glossa prohibentur.

19 Ad Canonistas, quos D. Fagnanus congessit, verbo respondetur. Ducuntur; neque errantium multitudo parit errori patrocinium; nouumque non est, multas opiniones publicè defendi, non quia veræ, sed quia communes existimentur. Interim nego ex citatis Doctoribus esse opinionem communem, sed saltem complurium antiquorum Canonistarum, à qua discedere ob rationes fas est. Et licèt esset sententia communis, tamen sententias communes sæpè corrigi non insolens est, de qua re alibi fusiùs.

Ex quibus etiam respondetur Concilio Toletano sub Xisto IV. illud scilicet interdicit conuiuia publica, strepitus, choreas, histriones, aliaque vanæ lætitiæ signa, cum quibus ad Ecclesias plerumque Sponsi accedebant; quod & nos interdicimus. Quatenus verò prohibet iis temporibus matrimonium contrahi, illudque consumari, non solùm est contra mentem Sacrorum Canonum, sed etiam contra communem Hispaniarum consuetudinem, vt ex Manuali Salmantino testatur Poncius insignis Theologus Hispanus *d. num.8. & 14.* Ac denique respondetur declarationibus Sacr. Congregationis Concilii, quæ sæpius iuxta Regionum consuetudines solet respondere per textum *in d. cap. Capellanus de fer.* ibique Glos. *v. Aly vero*, vbi ait, in his, quæ ad solemnitatem spectant, diuersa tenere, non est peccatum, quia vnaquæque prouincia abundat in suo sensu *can. vtinam 76. dist. can. illud 12. distinct. & cap. certificari de sepult.* cum similibus. Quare non dubito quin ob rationum momenta, Doctorum grauitatem, temporum circumstantias, consuetudinem etiam Romanam, quæ rerum omnium est Domina ipsa Sac. Congregatione, ac Summo Pontifice scientibus & non reclamantibus, Reuerendissimo Vicesgerente, Eminentissimo Cardinali Vicario, præcipuè post Rituale Romanum, aliter sit decretura cum Villalobos *loc. cit.* quemadmodum eadem Sacr. Congregatio, siue Sacr. Congregatio super Episcopis iam declarasse in antedicta Perusina, refert Nicolius *supra*. Verba Villalobi sunt huiusmodi: *En este tiempo lleuar à la muger à casa con solennidad, y señales de alegria, dizen muchos, que seria peccado mortal, aunque Sanchez con otros dice, que solas las benediciones serian peccado mortal, porque esta assi recucido en vso, la qual sententia es mas mansa, y probabile, y se puede seguir*, & cum Clemente V. in Concilio Viennensi relato *in cap. vnic. de Summ. Trinit. & fid. cath. in fine*, approbante illam opinionem tanquam probabiliorem, quæ Doctorum modernorum Theologiæ magis est consona. Prætereà cum secundùm stylum S. Congregationis Concilii non exhibeantur declarationes in forma authentica, nisi iis, ad quorum instantiam factæ sunt, & nulla sit eis fides adhibenda, nisi sint in forma authentica, vt decreuit eadem Sacr. Congregatio ex speciali mandato Vrbani VIII. die 2. Augusti 1631. ideò nulla consurgit obligatio vniuersalis ad illas sequendum; quia nemo potest obligari ad impossibile. Est autem impossibile, quod seruet legem, qui eam ignorat; quod est per accidens, ex eo quod declaratio non habetur ab omnibus in forma authentica, ad quos pertineret obseruatio, non autem quia ex se non habeat vim obligandi. Et est intelligendum de declarationibus, quæ fiunt ab ipsa Congregatione iuxta formam à Xisto V. præscriptam, qui inter alias conditiones requirit, quod huiusmodi declarationes fiant, consulto Summo Pontifice, vt habetur in eius Bulla 74. Secùs autem erunt tantùm resolutiones obseruandæ in illis specialibus casibus, pro quibus emanant, etiam si sint in authentica forma. Et idcircò solet procedi ad exequutionem illarum per Breuia Pontificia, & monitoria Auditoris Cameræ, & Sacr. Rota Romana fundare in eis suas decisiones, vt in Abulensi Canonicatus 17. Aprilis 1589. coram Mantica, & in Auersana Beneficii 3. Iulii 1606. coram Sacrato, ac aliàs sæpè.

(∴)



CONSVLTATIO XLVIII.

An Canonici nouiter erecti ab Episcopo perfectè acquirant omnia iura Canonicalia?

An ijdem debeant participare de omnibus distributionibus quotidianis, ac rebus alijs?

Et an Canonici antiqui teneantur ad restitutionem fructuum, ac distributionum perceptarum ex nouis Canonicatibus pro eo tempore, quo noui Canonici habuerunt litem propter discordiam, & varietatem præsentationum habitarum à compatronis?

1 ANtequam hæc dubia resoluamus, ordo postulat, vt prius resoluatur, an hi Canonici sint veri Canonici, an tantùm supernumerarij. Illos autem esse veros Canonicos ostenditur primò, si ex dispositione fundatorum constet erigi hos nouos Canonicatus pro nouis Canonicis. Canonicorum enim appellatione in dubio non veniunt supranumerarij, sed tantùm veri, & numerarij, vt aduertit Bellam. *cons.* 34. *num.* 5. *in fin. cum seq.* ea ratione quia de iure verba debent intelligi cum effectu, & de principaliori supposito, ac potiùs in significatu naturali, & ordinario, quàm in accidentali, & extraordinario.

2 Quod eò faciliùs suadetur, si Capitulum, & Canonici antiquæ fundationis ita interpretati sunt voluntatem fundatorum, dum non deuenerint ad erectionem nouorum Canonicatuum cum protestatione, quod Canonici nouiter recepti sint supernumerarij, quo casu ipsi non assequuntur iura canonicalia; quia Capitulum recipiendo cum tali protestatione censetur, noluisse numerum infingere, sed tantùm quoddam ius extraordinarium dare, & sic taliter recepti non habent ius integrum, & ordinarium, sed solùm ius quoddam præparatorium ad ius integrum obtinendum, quod interim est inane; sed deuenerint ad erectionem simpliciter, quo casu taliter recepti assequuntur plenum ius Canonicatuum, & consequenter omnia iura canonicalia. Tum quia sibi imputare debet Capitulum, quod voluntariè elegit; tum quia per receptionem simpliciter factam vltra numerum, dicitur fractus ipse numerus, quando etiam esset præfixus, ceù distinguendo tradit D. Fagnan. *in cap. dilectus* 1. *num.* 21. *& seqq. de præbend.* & ante ipsum docuerat Abb. *in cap. cum M. Ferrariensis de constit. num.* 31. ac ibi Felin. *num.* 23. Monet. *de distribut. p.* 2. *quæst.* 1. *num.* 12. *in fin.* Mandos. *ad reg. Cancell.* 11. *quæst.* 10. *num.* 5. quod etiam sentire videtur Rot. *dec.* 93. *num.* 4. coram Buratto, dum decidit, Canonistas nouiter receptos assequi omnia iura Canonicalia, si Canonicatus fuerunt creati vltra numerum per modum augmenti, & non vti supranumerarij.

3 Neque his obstaret, si Canonici nouiter recepti solum stallum in Choro, nullaque alia iura consequuti fuerint, atque adeò debeant intelligi illis per Capitulum concessa ea, quæ sunt chori ad limites tantùm installationis, non autem ea, quæ sunt Capituli iuxta Barbos. *de Canon. & dignit. cap.* 3. *num.* 16. Nam, omissa huiusmodi denegatione installationis in Capitulo, & quod Canonici noui simpliciter recepti dederunt causam liti, & propterea in illa nullum posse constitui fundamentum, attenta præcipuè dispositione fundationis erigendi veros Canonicos, quæ omninò seruanda est, iuxta text. *in cap. cum dilectus de surep.* & Rot. *dec.* 484. *num.* 13. coram Buratto; respondetur, id procedere, quando in Ecclesia adest consuetudo, quod Cannonicus non possit administrare iura canonicalia, nisi priùs habuerit stallum, in quibus terminis loquitur Barbosa, & alij, vt rectè vidit Fagnan. *in d. cap. dilectus num.* 10. *& seq. de præb.* & aduertit idem Barbos. *loc. cit. cap.* 21. *n.* 14. Vnde cum de tali consuetudine, siue statuto non constet, clarè sequitur, Canonicos nouos, licèt numquam capitularibus actibus interfuerint, adhuc ex ipsa tantùm installatione sequuta in choro acquisiuisse omnia alia iura canonicalia, atque adeò etiam possessionem, quamuis iniustè denegatum, loci in capitulo, ad tradita per Rot. *dec.* 175. *nu.* 2. apud Posthium *de manut.* ea euidenti ratione, quia in beneficialibus per adeptionem possessionis quoad aliquos actus dependentes ex titulo, siue iure vniuersali beneficii, censetur etiam adepta possessio quoad omnes alios actus ab illo iure, ac titulo dependentes, vt differunt Tondut. *quæst. benef. cap.* 111. *num.* 14. & Angel. *de acquir. possess. quæst.* 3. *ar.* 5. *n.* 261. & Cancer. *var. resol. p.* 1. *cap.* 23. *num.* item 23. & 25. *ac p.* 3. *cap.* 4. *num.* 123. *& seqq.* ac generaliter quod magis attendatur causa actus, quàm ipsius actus exercitium, adstruit Bald. *in l.* 1. *num.* 24. *C. de re emanc.*

Et hæc maximè procedere debent in casu, quo Capi- 4
tulum docere non potest de aliqua consuetudine, siue statuto iurato, aut confirmato per Sedem Apostolicam, quo mediante sit præfixus in Ecclesia certus numerus Canonicorum. Quo casu Capitulum consentiente Episcopo potest augere numerum Canonicorum, vt ait D. Fagnan. *in d. cap. dilectus num.* 24. quia huiusmodi augmentum cedit in vtilitatem Ecclesiæ, cuius interest habere plures consiliarios, & defensores, ac Ministros; vnde sequitur, quod Canonici nouiter admissi aliàs non possunt dici erecti vltra numerum, vt firmant Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 14. & Barbos. *de Canon. & dignit. cap.* 3. *num.* 13. Et quatenus adhuc vigeret aliqua consuetudo, siue statutum in contrarium, non obstaret, cùm in constitutione Ecclesiæ, qua taxatur certus Canonicorum numerus subintelligatur tacita conditio, nisi Ecclesiæ redditus augmententur, vt annotat D. Fagnan. in sæpè citato *cap. dilectus num.* 22. *& seqq. de præb.* quod repetit *in cap. Cum M. Ferrariensis num.* 43. *de constit. & num.* 46. vbi addit, hoc procedere, etiam si confirmatio constitutionis facta fuerit à Papa cum decreto irritante.

Cessatque omnis difficultas ex literis Apostolicis su- 5
per prouisione Cannnicatuum nouiter erectorum, si Pontifex non mandet nouos Canonicos recipi simpliciter; Quo casu tantùm contingit dubitare, an sic recepti consequantur iura, quæ competunt Canonicis numerarijs, vt distinguendo firmat D. Fagn. *in d. cap. dilectus num.* 25. *& seq.* Et quod talis clausulæ virtus sit, nouos Cannnicos ad omnia iura, emolumenta, & præeminentias aliorum admittere, asserit Barbos. *d. cap.* 3. *num.* 15. cum alij ab eo relatis *claus.* 36. *num.* 6. & in efficacioribus terminis tradit Seraph. *dec.* 98. *num.* 1. Dum loquitur de Dignitatibus, quæ de iure communi non sunt de capitulo.

Quinimmò idem procederet, si in ipsis literis adest- 6
set clausula, *sine præiudicio*; quia adhuc intelligeretur præterquam quod ad expressa, vt in puncto respondit Rot. *dec.* 520. *num.* 6. *p.* 3. *recent.* & *dec.* 193. *num.* 22. & 24. coram Buratto, vbi amplius aduertit, quod quamuis per expressa inferatur aliquod præiudicium Canonicis antiquis, propter tamen eorum priuatam vtilitatem amitti non debet vtilitas publica, honor, ac decus Ecclesię, quę consistunt in augmento Canonicorum, quorum idcircò erectiones intelligi debent non strictè, sed cum omnibus prærogatiuis, quæ de iure, & consuetudine alijs fuerunt concessæ, & sic iuxta textum *in cap. Pro illorum de præb.* quem ad rem ponderat Monet. *de distrib. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. & prosequuntur Lotter. *de re benef. quæst.* 14. *num.* 31. ac Barbos. eo *cap.* 3. *num.* 16. & in *collect. ad d. cap. Pro illorum num.* 1. Immò etiamsi quis iure proprio priuaretur, Marescot. *var. lib.* 4. *cap.* 120. *num.* 4. cum alijs relatis à Corad. *in princ. dispen. lib.* 20. *c.* 4. *num.* 58.

Vnde non obstaret quod noui Canonici recepti fue- 7
rint, atque admissi absque præiudicio antiquorum. Nam prætermisso, quod huiusmodi protestatio sit contra expressam dispositionem Summi Pontificis, & consequenter minimè suffragetur, cùm, vt ante dictum est, ipsi Canonici simpliciter ab initio fuerint admissi, quemadmodum exposcebat dispositio fundatorum, vel ea intelligenda est de omni alio præiudicio præter illud, quod venit in necessariam consequentiam ad tradita per

Seraph. *dec.* 1445. *num.* 4. cum alijs adductis à Barbos. *clauf.* 157. *num.* 5. *& 6.* vel saltem, vt ait idem Barbos. *num.* 14. vti incompatibilis cum receptione simpliciter facta, vitiat, ne actus reddatur nugatorius, vel tanquam protestatio contraria facto non potest prodesse, vt in specie respondit D. Fagnan. *in d. cap. Cum M. Ferrariensis num.* 18. *& 19. de constit.* Præsertim si ad probandum hanc protestationem non detur nisi simplex fides extracta ex libris capitularibus descriptis ab ipsis Canonicis antiquis, ad quorum fauorem propterea non probant iuxta ea, quæ tradit Rot. *dec.* 159. *num.* 2. coram Greg. XV. *& dec.* 181. *num.* 3. *p.* 4. *rec.* & Afflict. *dec.* 364. *num.* 7. Immò ipsas Scripturas extractas ex Archiuio existente penes capitulum, non citata parte aduersa, non probare pro capitulo dixit Rot. *dec.* 549. *p.* 4. *dec.*

8 Atque ex his paret responsio ad primum dubium. Habito enim pro constanti, Canonicos nouiter erectos esse veros Canonicos, vtique sequitur illos perfectè acquirere omnia iura canonicalia secundùm Abb. *in d. cap. cum dilectus num.* 7. *de præb. & d. cap. cum M. Ferrariensis num.* 30. & ibi Felin. *num.* 23. & Dec. *num.* 129. *de constit.* quos approbat Rot. *dec.* 109. *num.* 8. coram Caualerio, atque adeò vocem in capitulo. Ratio autem est, quoniam Canonia nil aliud est, quàm vis Spiritualis in Ecclesia, quo iure communi competit locus in Choro ad diuina officia, & cætera, quæ debent fieri in capitulo, vt definiendo Canoniam, inquit D. Fagnan. *in d. cap. Cum M. Ferrariensis num.* 25. *& 26.* ibique Barbos. *in collect. num.* 18. *& de Canon. & dignit. cap.* 13. *num.* 1. ac proinde vti quid inseparabile ab ipsa Canonia, statim ac quis eam obtinet, vocem habet in capitulo iuxta Doctores *in d. cap. Cum dilectus de præb.* Monet. *de distribut. p.* 2. *quæst.* 4. *num.* 15. & Hoied. *de incompat. benef. p.* 1. *c.* 12. *num.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 5. ac Rota in Abulen. iurisdictionis 6. Februarij 1586. coram Pamphilio. Quam ob causam non valere statutum auferens vocem Canonicis, decidit Rot. *dec.* 201. *num.* 7. coram Em. Cardinali Otthobono, vbi refert, ita fuisse declaratum à S. Congregatione Concilij, præsertim dum Canonici antiqui non docent de aliquo Statuto inhabilitante Canonicos nouiter receptos ad dandam vocem in capitulo ad tradita per Rot. *dec.* 78. *num.* 7. *p.* 9. *recent.*

9 Cum igitur non agatur de Canonicis supranumerarijs, nec de merè honorarijs, in quibus posset esse difficultas ex traditis per Cescoper. *lucubr. can. lib.* 1. *n.* 178. *& seq.* sed de Canonicis verè, ac propriè eiusdem Ordinis, validè ab Episcopo recenter creatis cum sua præbenda licèt inferiori, prout firmauit S. Congregatio Concilij in Eugubina 4. Decembris 1666. non videtur in controuersiam reuocari posse, quod frui debeant omnibus honoribus, & præeminentijs absque vlla prorsus differentia cum antiquis, sicuti eadem S. Congregatio expressè declarauit in Senogallien 25. Februarij 1617. referente Aldano *in comp. Can. resol. lib.* 2. *tit.* 29. *n.* 2. & Barbos. *in sum. Apost. dec. coll.* 87. *n.* 3. & in Feretrana 9. Februarij 1664. fuerunt approbatæ conditiones appositæ in erectione nouorum Canonicatuum, quod scilicet noui æquè, ac antiqui debeant habere stallum in Choro, & præcedere alijs, qui postea fuerint admissi secundùm antianitatem. Ita quoque sensit S. Rituum Congregatio in Rhegien. 8. Iunij 1652. dum ad quæsitum, an Canonici nouiter introducti debeant in Choro sedere semper in nouissimo loco, vel occupare sedes Canonicorum antiquorum, quando aliquis ex illis non adsit, prout etiam rhurificati sicut antiquiores; respondit, tractandos esse, vt antiquos; & iterum die 28. Septembris eiusdem anni magis præcisè dixit, nouos occupare posse sedes antiquorum, nedum quando abest aliquis, quia hoc esset per accidens, sed quando moritur, itaut pro ipsius in locum antiqui cedere ipsi debeat.

10 Et quod vocem in Capitulo minor potest esse difficultas, dum competit etiam Canonicis supranumerarijs, quando habent plenum ius Canoniæ, sicuti probant Zuch. *de republ. Eccles. lib.* 24. *de Canon. n.* 4. Barbos. *de Can. d. c.* 3. *n.* 15. & Cescoper. *lucubr. can. lib.* 4. *n.* 34. Immò competit etiam Coadiutoribus, qui tamen non sunt verè Canonici, sed ficti, vt ait Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. *§.* 9. *n.* 101. *cum seqq.* Et quod hi vocem habeant actiuam, & passiuam in Capitulo, resoluit Rota in Salamantina Coadiutoriæ 1. Iulij 1594. coram Pegna inter eius decisiones impressas *dec.* 398. Fortiùs itaque debita est vox Canonicis nouiter erectis, qui sunt verè, ac propriè Canonici, & habent ius Canoniæ, quod eos reddit pares, & omninò æquales in omnibus prærogatiuis cum cæteris, vt in specie, quod Canonia non recipiat magis, & minus, dixerunt Lancellottus, Mascardus, & alij citati à Cescoper. *d. lib.* 4. *n.* 7. Hinc meritò Sac. Rituum Congregatio sub die 14. Augusti 1666. censuit, Canonico Coadiutori non competere præcedentiam super Canonicos ab Episcopo de nouo erectos. Agnouit enim, quod hi, sunt veri Canonici omninò pares coadiuto, & ex hac ratione coadiutorem cedere deberc locum omnibus Canonicis, etiam receptis per gratiam Coadiutoriæ, dixit Rot. in d. Salamantina 25. Iunij 1593. coram Pegna *dec.* 314. quam refert, ac sequitur Gonzal. *d. §. q. n.* 101. *cum seqq.* & in Hispalensi præeminentiarum coram Damasceno *dec.* 456. *n.* 8. *p.* 1. *rec.* & latè Barbos. *de Can. cap.* 29. *n.* 22. *& seqq.*

Idque etiamsi isti Canonici non habeant æquale seruitium, nec æquales redditus cum antiquis, quoniam ex hoc dici non potest, quod in substantia non sint veri Canonici, vt antiqui. Nam quoad seruitium potuit ab Episcopo, præsertim in fundatione, remitti diebus feriatis, vt iam S. Congregatio in d. Eugubina resoluit; & quoad redditus non est nouum, quod aliqui Canonici præbendas non habeant in ipsa Ecclesia, & tamen sunt verè, ac propriè Canonici, vt ex Cotrado probat Cescoper. *lib.* 1. *n.* 179. 11

Ad secundum respondetur etiam affirmatiuè, vt præsuppositis ijs, quæ supra diximus firmat D. Fagnan. *in d. cap. dilectus d. n.* 21. & tradunt Monet. *de distribut. p.* 2. *q.* 1. *n.* 7. Tondut. *lib.* 1. *quæst. benef. cap.* 111. *n.* 12. Barbos. *in collect. ad d. cap. cum M. Ferrariensis sub n.* 18. *de constit. & de Canonic. & dignit. cap.* 21. *n.* 13. *& seqq.* cùm alijs relatis à Gratian. *discept.* 867. *n.* 5. *& 9.* Ac licèt ipse videatur inclinare contrariæ opinioni, attamen non refragatur, cum ibi admissio facta fuerit à Summo Pontifice sine præiudicio antiquorum Canonicorum, vt aduertit Tondut. *d. cap.* 111. *n.* 13. qui ante *n.* 6. ita explicat à se tradita *in cap.* 68. & secundùm hanc explicationem videtur intelligendus Castrens. *cons.* 170. vt patet ex ipsa hypothesi; nam certi iuris est, quod Canonicus eo ipso, quod recipitur in Canonicum, debeat compos, ac particeps fieri omnium bonorum, priuilegiorum, ac distributionum quotidianarum, quæ ratione residentiæ, atque interessentiæ conceduntur, vt præcisè tradit Rot. *dec.* 720. *num.* 1. *& 2. p.* 3. *rec. & decis.* 193. *num.* 10. coram Buratto. Et quod omnes illi, qui sunt de Capitulo debeant esse participes omnium emolumentorum, egregiè tradit Rot. *dec.* 124. *n.* 9. *p.* 4. *to.* 2. *rec.* omninò videnda, vbi addit, hoc procedere, licèt dictæ distributiones non sint conflatæ ex fructibus dotis ipsorum Canonicatuum; quia non ideò minus sunt debitæ omnibus Canonicis interessentibus. 12

Neque diuersè iudicandum est respectu temporalium, cum attentis verbis vniuersalibus literarum Apostolicarum, quæ nullam patiuntur restrictionem, vt obseruant Rot. *d. dec.* 720. *num.* 2. *& 3. p.* 3. *recent.* tum quia cum à fundatoribus fuerit demandata aggregatio, & massa bonorum mensæ Capitularis cum bonis ab ipsis relictis, sequitur, quod dum agitur de bonis, communibus Canonicis antiquis æquè, ac nouis, & non solùm de bonis distributionum, festiuitatum, anniuersariorum, & similium quæ debentur ob seruitium personale, non autem respectu tituli, nec tanquam Canonico, sed tanquam inseruienti diuinis, verùm etiam de bonis omnium aliorum, ex mensa capitulari prouenientium, vtique eorum omnium participes esse debent, ad tradita per Rot. *d. dec.* 720. *num.* 4. *& dec.* 193. *num.* 7. *& 8. ac* 17. *&* 18. coram Burratto, & videtur sentire D. Fagnan. *in d. cap. M. ferrariensis, vers. Tertia solutio*, vbi ait, communicationem præbendarum antiquarum inter omnes Canonicos iustam esse. 13

Id,

14 Id, quod etiam procedit in casu, quo per fundatores Canonicis nouis fuerint assignata bona distincta à bonis, Mensæ Capitularis iam aggregatis, & sic pro omni eorum congrua portione. Nam valde inuerisimile esset, fundatores voluisse, quod sint melioris conditionis Canonici extranei, quàm ab ipsis creati cum reseruatione iurispatronatus, qui propterea iuxta ea, quæ tradunt doctores in vulgari *l. cum auus C. de fideic. & l. cum acutissimi ff. de condit. & demonstr.* præsumuntur prædilecti, & consequenter, attenta præsertim pingui hæreditate, vltra dictam portionem, vocati ad bona communia Mensæ Capitularis, cum ad interpretationem actus semper verisimile respiciendum sit, Crauet. *cons.* 348. *n.* 9. Lancel. Gall. *cons.* 55. *n.* 23. cum alijs pluribus relatis à Barbos. *in tract. loc. com. argum. loc.* 121. *num.* 1. quæ interpretatio eò magis iusta, & æqua videtur, si Canonici antiqui participent de ipsis bonis distinctè assignatis Canonicis nouis, vt proinde iniquum esset si versa vice isti non deberent participare de bonis communibus, relictis communi Mensæ Capitulari, ponderando præcipuè, ipsa bona relicta fuisse cum conditione illa aggregandi alijs bonis Mensæ Capitularis, quæ idcircò efficiuntur eiusdem naturæ actione aggregationis cum bonis ipsius Mensæ Capitularis, quæ sicuti omnia inseruiunt pro distributionibus quotidianis, assignatis singulis horis, ita & ista bona relicta à fundatoribus, & per consequens, ex quo omnia bona inseruiunt pro distributionibus quotidianis, habito respectu ad interessentiam, & seruitium personale, sunt merè spiritualia, & sic benè procedunt auctoritates superiùs allegatæ, speciatim Rotæ *dec.* 124. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

15 Ex qua ratione, quod bona omnia effecta sint eiusdem naturæ, omnis tollitur difficultas. Ex quo enim omnia bona dicuntur fructus supercrescentes, prout certè dicuntur bona relicta à fundatoribus, de quibus propterea vti tales debent participare omnes Canonici per textum *in d. cap. Cum M. Ferrariensis de constit.* & ibi D. Fagnan. *num.* 1. & 51. vbi ait, id procedere etiam fauore Canonicorum vltra numerum, qui tali casu, nimirùm supercrescentium fructuum debent augeri; quia, vt ipse ait, *num.* 40. hoc fauore cultus diuini introductum est in ampliandis Ecclesiæ Ministris, & præclarè decidit Rot. *dec.* 98. *num.* 2. coram Seraph. qui loquitur in casu, quo Canonici habebant propriam dotis assignationem.

16 Ad tertium patet ex Constitutione 106. B. Pij. V. incip. *Durum nimis*, vbi huiusmodi fructuum acquisitio pendente possessione prohibita est capitulo, & applicatur prouiso de Canonicatu, licèt aliàs capitulum haberet statutum, concedens sibi eorundem fructuum exactionem; quia statutum debet intelligi, quatenus steterit per Canonicos nouiter prouisos, quominùs possessionem adepti fuerint, non autem quando Canonici nouiter creati habuerunt legitimum impedimentum, vt scitè decidit Rot. *dec.* 733. *num.* 7. coram Pegna, & tradit Grat. *discept.* 591. *num.* 34. & *seqq.*

17 Neque obstat, quod vna pars contra aliam protestari teneatur, vt obtinere possit in lite distributiones, scilicet quod sit parata residere, ita vt aliàs non consequatur, etiamsi victoriam litis reportet. Nam auctoritates, quæ ad hanc rem allegari possunt, solùm procedunt, quando lis vertitur inter duos præsentatos, quorum vnus iam est in possessione Canonicatus, & percipit distributiones, & sic agitur de illis recuperandis à Canonico contra alium præsentatum, seu prouisum eodem Canonicatu; secùs autem quando agitur de recuperandis distributionibus perceptis ab ipso capitulo, & restituendis Canonicis nouiter prouisis, quo casu nullam requiri protestationem, resoluit Rot. *dec.* 21. *n.* 3. & 4. coram Coccino cum pluribus ibi relatis.

CONSVLTATIO XLIX.

An Beneficiati ex antiqua consuetudine teneantur thus dare Clericis Seminarij in Missa, vesperis, & laudibus etiam, si sint induti Dalmatica, vel pluuiali?

Respondeo affirmatiuè; quia debent incensari omnes, qui sunt de choro ex Cæremoniali Episcop. *lib.* 1. *c.* 23. & *lib.* 2. *cap.* 3. Clerici autem Seminarij censentur de choro; nam iuxta declarationem S. Congregationis Concilij Trid. *ad sess.* 23. *cap.* 18. *de ref.* Episcopus cum duobus Canonicis senioribus curare debet, vt pueri Seminarij diebus festis cum superpelliceo, & in gradibus inferioribus choro inseruiant. Ergo debent incensari. Ita etiam omnes de Choro asperguntur aqua benedicta à Canonico induto pluuiali. 1

Quod autem possit capitulum huiusmodi Clericos facere de choro, probatur, quia in concernentibus ordinationem chori habet à iure plenissimam potestatem, absque vlla participatione inferiorum, vt in fortioribus terminis Rot. *dec.* 606. *per tot. p.* 4. *recent.* & in Illerden Statuti 3. Decembris 1593. coram Corduba, & tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 88. Neque dubium est, quin penes capitulum resideat potestas ferendi leges super gubernio Ecclesiæ, & circa omnia concernentia tranquillum illius regimen ad diuinum cultum promouendum, quibus Beneficiati tanquam Ministri Ecclesiæ parere debent, vt per Rot. *dec.* 321. & 351. *p.* 6. & *dec.* 76. *p.* 7. *rec.* per doctrinam Glossæ, quam sequuntur Anchar. Franch. & omnes *in cap.* 2. §. *cæterum de verb. signif.* Calder. *cons.* 2. *de constit.* & Oldrad. *cons.* 81. Maximè in ijs Ecclesijs, in quibus ex Constitutionibus Apostolicis Beneficiati præcisè subsunt Canonicis, & capitulo, quamuis & id iure etiam communi subsistat, Caualer. *dec.* 57. Rot. *dec.* 183. *p.* 1. *rec.* Cùm Canonici solùm habeant omnimodam administrationem in Ecclesia, Graf. *dec.* 131. Caputaq. *dec.* 84. *p.* 1. Duran. *dec.* 418. 443. & 445. Solique faciant vnum corpus cum suo Prælato sine Beneficiatis, ac soli repræsentent Ecclesiam *cap. cum Clerici de verb. signif.* Seraph. *dec.* 426. *num.* 4. Eòque magis si accedat authoritas Episcopi, quo casu capitulum etiam in arduis, & concernentibus vniuersale statum suæ Ecclesiæ, potest statuere Rot. *d. dec.* 606. *p.* 4. *recent.* & latissimè Lotter. *d. quæst.* 14. *à num* 88. etiam circa præeminentias in choro, vt fuit decisum in Hispalen. præeminentiarum coram Andrea apud Rotam *dec.* 494. *num.* 6. 2

Cùm igitur sint choro incorporati, & tanquam speciale membrum exerceant suum munus in seruitio chori, dicuntur esse de communitate, quæ chorus constituitur iuxta doctrinam Gemin. *in cap. si propter de rescript. in* 6. Abb. *in cap. pro illorum num.* 6. *in fin. de præben.* Felin. *in cap. Graue de offic. ord.* Atque adeò tanquam de choro incensandi sunt iuxta Cæremoniale Episcoporum. 3

Idque præsertim, quia sunt in possessione, vt incensentur à Ministro pluuiali, vel dalmatica induto. Si quidem cum consuetudo obtineat, quod omnes de choro incensentur ab eo, qui defert pluuiale, dum ipsi quoque sunt de choro, debent secundùm eandem consuetudinem incensari; qui enim incorporatur alicui Communitati, viuere debet ijsdem legibus, statutis, & consuetudinibus, atque ijsdem frui priuilegiis, & cæteri, vt notant Bart. *in l. si maritus* 2. §. *legis ff. ad leg. Iul. de adult.* Boer. *q.* 260. citans Bald. Angel. Roman. & alios, ac Ruin. *cons.* 76. *num.* 14. *lib.* 3. & Menoch. *cons.* 738. *num.* 6. quæ quidem consuetudo octo, vel nouem annorum sufficere debet pro obseruatione interpretatiua, tam Cæremonialis, quàm Seminarii, quod eius Clerici debeant thurificari, tanquam de choro, Crescent. *dec.* 1. *de const.* Put. *dec.* 12. *in fine lib.* 3. Seraph. *dec.* 1410. *num.* 17. Cæs. de Graf. *dec.* 11. *num.* 6. Rot. *diu. dec.* 574. *num.* 4. *p.* 1. 4

Multo-

Multòque magis consuetudo immemorabilis. Vnde consuetudo incensandi chorum, ac cæteros de choro, etiam inferiores extenditur etiam ad inferiores de nouo erectos, vel creatos, vt per Rot. *diu. dec.* 17. *num.* 8. *& seq. & per tot. & dec.*2. *num.*3 *de præscript. in nou.* & apud Seraph. *dec.*1047. *&* 1297. *num.* 6. & fuit sæpissimè decisum, vt in Burgen processionum 4. Maij 1588. coram Plato, & in aliis.

5 Ac præsertim si hæc Consuetudo Beneficiatorum, etiam indutorum pluuiali, vel dalmatica, incensandi etiam inferiores de choro, nedum esset immemorabilis ante confirmationem cæremonialis, & sic præseruata, sed etiam post illam per quadraginta & amplius annos, quietè, ac pacificè cootinuata pro maiori decore, ita vt si io aliquo discordaret, non esset contraria, sed præter regulas Cæremonialis, quæ cessant vbi per quadraginta annos non sunt receptæ cum augmento decoris iuxta declaratiooes relatas à Barbos. *d. v. Consuetudo*, & comprobatur per Rot. *dec.* 356. *p.* 1. *rec.* & in alijs sæpè. Ac præcipuè quoque si hæc Consuetudo viguit nedum in thurificando Clericos Seminarij, sed etiam in præfereodo illos alijs Cappellanis, & Musicis chori, quos Beneficiati semper incensarunt, etiam si ij fuerint Mercenarii, & amouibiles ad nutum. Vnde fit locus regulæ: Si vinco vincentem te, Menoch. *cons.*52. *num.*38. & Contilor. *in differt. de præced. num.*27. *&* 46.

6 Neque obstat, quod huiusmodi Capellani, & musici vti amouibiles non possint iuuari immemorabili. Nam hæc immemorabilis non acquiritur à quolibet Cappellano, vel musico in particulari, cum sit hoc impossibile, quia repugnat naturæ immemorabilis, sed acquiritur à toto illorum corpore, quod tanquam nomen collectiuum ounquam moritur. Quæ deinde immemorabilis iuuat dicto corpori, vti corpori, & omnibus, vti singulis. Decisio verò 249. *p.* 5. *recent. num.* 7. *in fin.* non asserit, quod corpus integrum non præscribat, sed quod Capellani vti amouibiles non præscribant, vti singulis, atque adeò hi Cappellani, ac musici debent incensari, suo seruitio durante, propter ius iocensandi præscriptum à suo corpore, non verò postquam fuerint à Capitulo dimissi. Et hoc est, quod ait dicta decisio, vt rectè illam consideraoti liquet.

7 Neque aduersatur Cæremoniale *d. cap.*23. *lib.* 1. *vers. Ipsi autem*, vbi expressè posuit casom, quo thurificans sit maioris dignitatis thurificando. Nam paulò infra inquit, quod ipse thurificans alios post Canonicos parum, vel nihil versus eos caput inclinet pro eorum qualitate. Et rursus io *vers. sed si celebret*, mandat explicitè, quod Diaconns paratus thurificet alios de choro, & sic etiam inferiores. Idem repetit *lib.*2. *cap.* 8. *vers. Diaconus verò*, *& in cap.* 1. *lib.* 2. dicitur, quod Cæremoniarius ducat Subdiaconum, vel alium ad quem, de consuetudine Ecclesię spectat, ad intonandum in habitu, in quo reperitur, & sic etiam cum pluuiali, idque ipsum seruari mandat in thurificando, vt ibi est legere.

8 Vnde non obstat, quod io *d. cap.*23. thuriferarius accepto de manu presbyteri thuribulo omnes Canonicos ordine suo deinde cæteros de choro thurificet. Nam etiam ibi præsupponitur, quod reliqui de choro esse possiot inferiores presbytero thurificante. Quare nullo pacto repugnat, quia thuriferarius possit etiam ipse esse indutus pluuiali, tum ad euitandam contrarietatem dicti *cap.* 23. quod loquitur de Diacono ioduto dalmatica veste longa digniore; tum etiam ad conciliandam consuetudinem inueteratam, & immemorabilem tot Ecclesiarum, quæ dederunt regulam ipsi Cæremoniali, itaut propterea noo sit ab illa recedendum, non obstante confirmatione Clementis VIII. vt censuit S. Rituum Congregatio in Brundusina, & in aliis à nobis alio in loco relatis, ac Rot. in Hispalensi præeminentiarum 26. Iunij 1615. coram Sacrato, & *dec.*506. *num.* 5. *& seqq. p.*1. *recent.*

9 Et oihilominoùs adeò verum est, quod Diaconus, etiam paratus, ad Euangelium debeat thurificare totum chorum, & sic etiam inferiores, vt consuetudo contraria fuerit reprobata ab eodem Sacr. Congregatione in Alexandrina, vt per Barbos. *in collect. Bullar. v. Consuetudo*. Quia munus thurificaodi est Diaconi parati, ea tantùm distinctiooe, vt Canonici Canonicos, reliquos verò alius pro Ecclesiæ consuetudine incensare debeat, vt censuit eadem Sacr. Congregatio in Lucensi, de qua Barbos. *ibidem v. thuribulum*. Et cum pro parte Ecclesiæ Turritanæ in Sardinia quæreretur, à quo inceosari debeant Canonici, & Beneficiati, ac Magistratus in Vesperis, quando assistunt Beneficiati cum pluuialibus: S. Rituum Congregatio respondit, incensationem in casu proposito fieri debere per aliquem ex Beneficiatis assistentibus, pluuiali indutis. Die 5. Iulii 1631.

10 Neque io Ecclesiis Parochialibus, Cathedralibus, ac etiam Collegiatis Canonici distinguuntur ab omnibus reliquis Clericis secundi gradus, Sylua *de benef. p.* 1. *quæst.*3. *num.*5. Io. Montaig. *de auct. Magn. consil. num.* 8. Chassan. *in catal. glor. Mund. p.*4. *consid.*47. Vnde non debet permitti, quod Beneficiati, vel alijs ordinis inferioris thurificent chorum, mutando thuriferarium per alios gradus, cum omnes æqualiter debeaot obedire, atque inseruire choro, & Capitulo, Abb. *in cap. Cum non liceat num.*2. *de præscript.* Cæs. de Grass. *dec.*131. *n.*8. & multa io proposito congerit Alberic. *in v. Assisy*, Host. *in cap. Cum ad hoc num.* 1. vbi cæteris Canonistæ, *de Cler. non resid.* ac Rot. *in d. Hispalen* 4. Iunii 1612. *p.* 3. *recent.*

11 Minùsque facit ad rem, quod id videatur esse indecorum. Nam contrarium euincitur ex ipso Cæremoniali, & ex rationibus adductis, quibus additur, quod etiam sit iuxta ritum primitiuæ Ecclesiæ, cùm in ipsa non Beneficiatus, vel Clericus pluuiali indutus, sed Episcopus ipse indutus vestibus pontificalibus, non solùm incensabat chorum, & populum à summo ad imum Ecclesiæ, verùm etiam cathecumenos, & energumenos, teste D. Dionysio Areopagita *lib. de Eccles. Hierar.*2. *cap.* 3. his verbis: *Episcopus precem sacram ad altare Dei celebraturus, eiusdem suffitione initium faciens vniuersum circuit chori, siue sacri loci ambitum, donec rursus ad altare diuinum rediens sacram incipit psalmorum melodiam, omni ordine Ecclesiastico sacram ipsi psalmodiam succinente. Per Ministros exinde consequenter Sacrarum scripturarum lectio recitatur, qua finita, sacro ambitu arcentur cathecumini, & cum iis energumeni, & pœnitentes, illis, qui diuinorum aspectu, & communione digni sunt, remanentibus*. Idem *cap.*4. §.3. *de mystica liturgia contemplatione* ait, *Antistitem diuino prorsus modo à diuino altari ad extremitates vsque Templi cum odoris suauitate prodeuntem, & ad illud ipsum perficiendi sacri causa reuertentem*. Ex quibus docemur, Pontificem ipsum, vbi oratiooem sanctam super altare peregit, ex ipso incensum adolere, omnemque Fani ambitum circuire.

CONSVLTATIO L.

An bonorum redditus, qui pertinent ad Ecclesiam, non autem ad capitulum, possint Canonici conuertere in vsum proprium, hoc est in reparationem ruralium, domorum, ac cætera huiusmodi?

1 NOn possunt per *Clem. Quia contingit* §. *vt autem de relig. dom.* & Gratian. *discept.* 395. *num.* 28. *& seq.*

2 Ad cognoscendum verò an bona relicta sint capitulo, Canonicis, vel fabricæ, inspici debet eorum distinctio. Si enim fabrica Ecclesiæ distincta est à Canonicis, & capitulo, bona Ecclesiæ relicta, ipsi acquiruntur, non autem capitulo, vel Caoonicis, vt benè deducit Rot. in Romana pensionis 19. Nouembris 1640. coram Em. Cerro. Quin etiam absque alia distinctione loquendi legatum Ecclesiæ ooo censetur legatum Canonicis, vel Monachis illius, vt aduertit Nauar. *cons.* 9. *per tot. de testam.* Roderic. *quæst. reg.* 127. *art.* 5. & Rot. *in rec. dec.* 365. *num.* 30. *p.* 5. Vnde quemadmodum legatum factum Cano-

Canonicis non sit de Mensa Capituli, sed inter ipsos distribuitur, vt per Felin. *in cap. Auditis num. 24. de præscript.* Bald. *in cap. requisitis col. 4. de testam.* Et legatum factum Capitulo non cedit commodo fabricæ; ita quoque hæreditas delata fabricæ sub diuersa, & distincta ratione prodesse non debet ruralibus Capituli. Immò, etiam si adesset aliqua dispositio, in qua de Canonicis fieret mentio, quotiescunque tamen reperitur nominata Ecclesia, semper Ecclesiæ, non autem Canonicis relictum censetur, cùm personæ in hoc casu stant solùm demonstratiuè, & legata debentur Ecclesiæ, cuius ipsi custodiam, & curam habent, Rot. *dec. 697. num. 16. &* 17. coram Merlino. Et sanè cum specialiter in hanc causam relicta fuerint, non possunt in alios vsus conuerti sine Apostolica dispensatione *ex d. Clem. Quia contingit v. sedis Apostolicæ, l. legatum ff. de adm. in. rer. ad Ciuit. pertin.* Lap. *alleg.* 48. *num.* 1. ac Rot. in Mutinensi Bonorum 21. Iunij 1642. coram Ghislerio, *vers. verum*, & in Carpentoratensi hæreditatis 15. Martij 1660. coram Beuilaqua *sub initio*, Cardinalis, Imola, & Lapus *in d. Clement. Quia contingit*, vbi ampliant, vt nec fieri possit commutatio à legato de latere, etiamsi accederet consensus hæredis; quia non agitur de vtilitate ipsius, cui possit renunciare, sed de seruanda voluntate defuncti.

3 Atque ita, vt non releuet, quod non doceatur, de originali institutione fabricæ. Quia ex geminatis actibus, in quibus semper actum fuit de fabrica Ecclesiæ, oritur obseruantia interpretatiua, declarans huiusmodi redditus ad Ecclesiæ fabricam pertinere, atque in eius vsum dumtaxat erogari posse, vt in specie dictum fuit in Barchinonensi alimentorum 17. Maij 1647. coram Duoozeto.

4 Idque fortiùs, si Canonici tanquam fabricæ administratores libros, scripturas, & inuentaria retineant. Dum enim sunt administratores, fatentur non possidere iure proprio, sed iure Ecclesiæ, cuius redditus administrant, Crauet. *cons. 27. sub num. 5.* & dixit Rot. *in rec. & incitata Barchinonensi vers. secundus vero articulus*. Et dum libros Ecclesiæ non exhibent, & quibus facilè dignosci posset pertinentia redditûum, præsumitur, quod contra se faciant, vt rectè infert Crauet. *cons. 6. nu.* 8. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 91. num. 4.* Greg. *dec. 521. num. 6.*

5 Cùm itaque bona ad Ecclesiam pertineant, eiusque fabricam, Capitulum, & Canonici, qui illorum redditus administrant, tenentur de eis rationem reddere suo Episcopo, tam ex dispositione iuris communis, de qua *in d. Clem. quia contingit*, vbi Glos. *v. reddere rationem §. Deconomus auth. de sanctis Episcop.* quàm S. Concilii Trident. *sess. 22. cap. 9. de reform.* non obstante quacunque consuetudine in contrarium. Idque siue Capitulum sit principalis administrator, siue subordinatus, ac deputatus ab alio. Vbi autem est principalis, soli Episcopo rationem reddit; vbi verò est subordinatus, eam reddit Episcopo, ac deputatis iuxta declarationem S. Congregationis Concilij *ad d. cap. 9.* relatam in *decis. 473. num.* 10. coram Merlino. Aliàs Canonici essent melioris conditionis ipso Episcopo, qui etiam rationes reddere tenetur Metropolitano. Et in specie de Capitulo administrante bona fabricæ Gratian. *discept. 395. per tot.* Rot. *dec. 355. num. 4. & 10. p. 1. rec.* vbi causa maturè discussa recedendo ab aliàs decisis, firmatum fuit, rationem omninò reddendam esse in manibus Ordinarij, non obstante Consuetudine, seu immemorabili. Ac successiuè redintegrare tenentur Ecclesiam de eo, quod conuerterunt in alium vsum; quia obligatio reddendi rationem continet obligationem restituendi reliquum, *l. cum seruus ff. de condit. & demonstrat.* Gregor. *dec. 554. num. 2.* Aliter dicendum puto, si officium fabricæ non spectet ad Ecclesiam, sed ad Capitulum, non tanquam principalem administratorem, vt erat casus dictæ *dec. 355. p. 1. recent.* sed tanquam verum Dominum. Capitulum enim in ijs, quæ ad ipsum spectant, & concernunt, administrationem suorum bonorum, ac sua particularia negotia potest quæcumque gerere, & statuere, Glos. *in cap. 1. §. 2.* Bart. *in cap. Constit. num. 35. de rescript.* & Felin. *in cap. Cum omnes num. 9. de Constit.* Matescot. *var. res. lib. 2. cap. 32. num. 22. & seq.* Rot. coram Greg. *dec. 65. num.* 11. & D. Fagnan. *in d. cap. Cum omnes num.* 37. vbi quod ex Iure communi, & Sacr. Congregationis Concilij declaratione, etiam Episcopo competit ista facultas in ijs, quæ propria ipsius Capituli negotia respiciunt.

CONSVLTATIO LI.

An, & quatenus Canonico debeantur distributiones Cappellaniæ, quam ex dispensatione Apostolica in prouisione sui Canonicatus obtinet sub eodem tectu?

DEbentur, si non agatur de duobus beneficiis habentibus residentiam, sique non doceatur ex par- 1
ticulari consuetudine, vel statuto, aut fundatione residentiam præcisam requirere, cum de Iure præsumatur beneficium simplex, vt probat Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. num. 80.* & Garz. *de benef. p. 3. c. 2. num. 4. & 5.* quamuis aliquod onus, seu seruitium habeat, vt est in specie decisio 489. *p. 2. recent.* Etiamsi adesset statutum, quod Cappellani teneantur interesse horis canonicis, & diuinis officiis inseruire, fuitque confirmata *dec. 631. p. 3.* non obstante Constitutione Apostolica, quæ faciebat capellaniam incompatibilem cum Canonicatu, & *p. 8. dec. 182.* non obstante fundatione, quod Cappellanus teneatur canere Primam, & Completorium cum Litaniis, ac celebrare quotidie Missas. Idem habetur in Aquilana Cappellaniæ 17. Iunii 1657. coram Royas, ac plenissimè in Tirasonensi beneficii 20. Maii 1658. coram Priolo, pariter confirmata, in cuius fundatione erat impositum onus interessentiæ in choro horis nocturnis, & diurnis cum personali residentia, & onere coadiuuandi Curatum, & Vicarium Ecclesiæ, etiam cum distributionibus, & nihilominùs Rota noluit recedere à distinctione, recepta Innocentii, & aliorum *in cap. fin. de Cler. non resid.* inter residentiam præcisam, & causatiuam. Qui textus loquens de Assisiis intelligitur à Glossa de beneficiatis, qui seruire debent Ecclesiæ, & de beneficiatis in Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris erectis cum titulo residentiæ loquitur *dec. 607. num. 13. p. 5. rec.* & in Romana Anniuersariorum coram Merlino inter eius impressas 685.

Cessante igitur statuto, aut fundatione, aut consue- 2
tudine, & Capellania non consistente in distributionibus, quæ debentur interessentibus, vt declarat Gonzal. *cit. glos. 5. à num.* 100. sed habente præbendam, consuetudo participandi de distributionibus importat solùm residentiam causariuam ad eas lucrandas, sicut in D. Tirasonensi, & aduertit *dec. 483. num. 2. p. 1. diu.* quæ non causat incompatibilitatem, sicut causat præcisa, respectu tituli, Gonzal. *ad regul. 8. glos. 15. num.* 20. & in specie respondetur *dec. 489. num. 3. p. 2. rec.*

Quæ multò magis admitti debent propter consuetu- 3
dinem tam in prouisionibus Apostolicis earundem Capellaniarum, quàm in dispensationibus illas retinendi cum Canonicatibus, concurrente vltimo statu, qui sufficit ad decidendam quæstionem de illius qualitate ex adductis *in dec. 737. num. 5. p. 2. rec.*

Item si non agatur de duplici distributione vno, eo- 4
demque seruitio, siue vna, eademque interessentia, in qua quæstione opinionem affirmatiuam Ioan: Andreæ tuetur Abb. *in cap. cum olim à num. 3. de sent. & re iud.* & consuluit Bald. ac Labarel. *cons.* 53. ac veriorem restatur Couar. *var. lib. 3. cap. 13. num. 6.* cum aliis per Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 15. num.* 45. vbi refert decisionem Rotæ coram Lancellotto, & communem, magisque communem fatetur Moneta, qui contrarium sequitur *p. 2. de distribut. q. 4. num. 6.* Præsertim si Canonicatus nullas habeat distributiones, & quatenus haberet, in hoc casu adhuc amplecti debemus opinionem affirmatiuam, siue quia concurrit consuetudo, cum qua etiam tenentes contrarium illam admittunt iuxta citatum consilium

Baldi

Baldi, & Zabarellę *in fine*, & Couar. *alleg.* c.13. *num.* 6. ac Monet. *d. q.* 4. *num.* 6. *in princ. & num.* 16. ac pleniſſimè Barboſ. *de Canonic. cap.*21. *num.* 18. quæ conſuetudo ſufficit eſſe decennalis, etiam ad duplicandas diſtributiones Monet. *d. q.*4. *n.*18. ſiue quia diſtributiones Capellaniæ debentur pro ſeruitio, vel intereſſentia, non in choro horis canonicis, & miſſa, in quibus Canonici tenentur intereſſe, ſed pro alijs precibus diuerſis horis, ac tempore, quibus Canonici non interſunt, ac proinde cum intereſſentia, & ſeruitium ſe mutuò non impediant, & iſtud augeat laborem Canonico Cappellano, debetur etiam in ſententia negatiua duplex diſtributio, quemadmodum declarat Monet. *cit. q.*4. *num.*11.

5 Vnde cum Canonicus inſeruiendo verè ſufferat laborem Capellani, & Capellaniæ onus adimpleat, ad illod, vti Canonicus non tenetur, iuxta doctrinam Felin. *in cap. cum olim n.*2. *de ſent. & re iud.* vbi limitando concluſionem duplicandi diſtributiones, declarat non procedere, quando conſtat, quo iure perſona vtitur, & dicitur vti iure Capellani, ſi celebrat in Capella, in qua ſolent Capellani celebrare, non autem Canonici, iure verò dignitatis, ſi celebrat in feſtiuitate, in qua dignitates ſolent celebrare, non autem Canonici. Quod videtur ſentire Rot. *dec.* 288. *ſub n.*5. *p.*1. *rec.* admittens deberi Canonico habenti dignitatem commodam, & diſtributiones Canonicatus iuxta præcitatum *conſil.*53. Zabarellæ.

6 Quibus non applicatur controuerſia, de qua Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 15. *à num.*46. quæ verſatur in eo, an perſona habens duo iura in aliquo actu faciendo, cenſeatur vno, vel altero vti *ad text. in cap. à collatione de appel. in* 6. quia functionibus Capellanorum, & tempore, quo peraguntur, non interſunt Canonici, atque adeò Canonicus Capellanus dicitur intereſſe, tanquam Capellanus ſuſtinendo onera Capellaniæ ad effectum lucrandi diſtributiones iuxta citatam doctrinam Felini. Et in ſimili de eo, qui habet duo iura conferendi ratione Vicariatus, & ratione Canonicatus, dum contulit in Capitulo ſimul cum alijs Canonicis, in quo, vt Vicarius non debet conferre, dicitur conferre, vti Canonicus, quamuis Vicarius appelletur. Et quod fortiùs eſt ad declarandum nullam collationem, quæ vti Vicarius poteſt ſuſtineri, plenè Rota in Montiſalti beneficij 28. Iunij confirmata 15. Decembris 1656. coram Bichio. Accedente inſuper Conſuetudine, qua, vti Canonico, non vti Capellano diſtributiones fuerunt conſignatæ, vt *in d.* 2. *dec.* Montiſalti. Quodque in actu æquiuoco, & dubio dependente à voluntate illum gerentis, regulariter ſtatur eius declarationi, Burat. *dec.* 228. *num.*2. vnà cum regula iuris, qua dicitur, actus geri ſemper titulo neceſſario, & ad ſatisfaciendum propriæ obligationi potius, quàm titulo merè voluntario, Crauet. *conſ.*106. *à n.*9. *& conſ.*304. *num.* 5. Adeò vt videatur ſeruanda conſuetudo, hactenus ſeruata in hac materia, vt euitentur confuſio, diſſenſiones, & ſcandala, quæ aliàs timeri poſſunt iuxta *dec.*288. *p.*1. *recent.* & reſolutionem S. Congregationis Concilij ſub anno 1651. in hac re editam pro huiuſmodi Canonico, & Capellano.

7 Quia ſi vigeat conſuetudo intereſſendi Canonicos Capellanos in ſtallo, & habitu canonicali illa ſeruanda eſt, Merlin. *d. dec.*685. *n.* 28. *ac ſeq.* & in fortiori de conſuetudine quando debeantur diſtributiones totius diei intereſſentibus, vel non integris horis, vel aliquibus tantùm, Barboſ. *de Canonic. cap.*21. *num.* 22. & in materia præcedentiæ eſt axioma, ſicut de conſuetudine præcedendi Archidiaconum, idem Barboſ. *cap.*5. *num.*39. *cum ſeq.* Præcipuè quia cenſetur rationabilis, ne aliàs cogantur Canonici Capellani finita intereſſentia in choro ratione Canonicatus exire, ac ſpoliare ſe veſtibus canonicalibus, & induere ſuperpelliceo, vt inter Cappellanos aſſiſtant in inferiori loco eiuſdem chori, quod admittitur in citata *dec.*288. *n.*5. *p.*1. *rec.*



CONSVLTATIO LII.

An Canonici, & Præbendati intereßentes Matutino, & Laudibus, lucrentur diſtributiones Primæ, licèt illi non interſint, & à tempore fundationis ex Indulto Summi Pontificis ante Sacrum Concilium Tridentinum, exiſtant in conſuetudine immemorabili, quæ continuata eſt à tempore publicationis dicti Concilij?

Videtur hanc conſuetudinem non poſſe ſuſtineri, 1
quia aduerſatur iuri communi *in cap. licet de præb. in cap. inter quatuor, & cap. fin. de Cler. non reſid.* in quibus verbum *reſidere* accipitur cum effectu, id eſt, Eccleſiæ in diuinis officijs deſeruire, *cap. relatum de Cler. non reſid. & cap. conquerente eod. tit.* & tradunt Doctores apud Couar. *lib.* 3. *var. cap.*13. *num.* 3. Canonicatus enim ad diuinum cultum, & Eccleſiaſtica munia ſunt conſtituti, *cap. cum ad hoc eod. tit.* & habetur in decreto S. Concilij Trident. *c.*13. *in princ. ſeſſ.*21. Eſt item contra diſpoſitionem eiuſdem Concilii *cap.*12. *ſeſſ.*24. *de reform.* & ita intellexiſſe Canonicorum reſidentiam S. Congregationem eiuſdem Concilij, teſtatur Fagnan. *in d. cap. licet num.*24. Spectato enim iure communi præceptum obligat omnes Eccleſias cathedrales, & Collegiatas recitandi omnes Horas canonicas in choro, vt habetur expreſsè *in Clem.* 1. *de celebr. miſſ.* vbi leguntur hæc verba. *In Eccleſiis Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis deuotè pſallatur, in alijs verò conuenienter, & debitè celebretur Diuinum Officium diurnum pariter, & nocturnum.* Et colligitur *ex can. vlt. d. q.*2. *& ex cap. dolentes de celebr. Miſſ.* Diuinum autem Officium conſtat ſeptem Horis Canonicis, ex Concilio Cabilonenſi *can.* 59. & docent Canoniſtæ *in d. cap.*1. *de celebr. miſſar. & in d. Clem.* 1. *eod. tit.* & B. Pius V. in ſua Conſtitutione, ac Doctores omnes. Quare poterit Epiſcopus demandare, vt in poſterum intereſsentes Matutino, nequeant lucrari diſtributiones Primæ.

At nihilominùs contra cenſeo. Nam Conſtitutio, a
quæ reperitur adiecta in limine fundationis eſt valida, quia per Concilium Tridentinum non fuit vllo modo derogatum fundationis ordinationibus præcipuè Regijs, vt declarauit eius Sacr. Congregatio, teſtante Garzia *de benef. p.*3. *c.*2. *num.* 493. Quinimmò *ſeſſ.* 22. *cap.*1. *de reform.* illas in quacunque diſpoſitione Iuris noui inductiua præſeruat, ſicuti aduertit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.*32. *n.* 18. Eſtque clara iuris regula, fundatorem in limine fundationis poſſe apponere quaslibet conditiones ſibi benè viſas iuxta Rot. *dec.* 331. *n.* 2. *p.*4. *rec.* etiam contra ius commune, quotieſcunque accedit conſenſus Ordinarij, vt decidit *dec.* 21. *num.*3. *& dec.* 61. *n.* 2. coram Buratto, & ſequuntur Lotter. *dicta q.*92. *nu.*2. & Viuian. *de iurepatr. lib.*2. *c.*8. *n.*10. *in fine*. Optima quidem ratione; quia cum poſſit quiſque ad libitum de rebus ſuis diſponere, *l.*2. *in fin. ff. ſi quis à par. fuer. manum.* ita vt priuatio iſtius facultatis dicatur contra bonos mores, *l. penult. ff. de pact.* vbi Doctores, *& l. nemo externus C. de Iudæ.* ibi: *Iuſtum eſt enim ſua cuique committere, & l. dudum C. de contrah. empt.* & annotat Crauet. *conſ.*217. *num.*2. atque adeò ſit contra iuſtitiam, *Iniuriam*, §. *ſi quis me prohibeat ff. de iniur.* Eccleſia admittit illas conditiones, quas apponunt fundatores in aliqua fundatione. Neque nouum, atque inconueniens eſt, quod in ſtatuendis hiſce legibus tantùm deferatur voluntati fundatorum; quia tota ratio conſiſtit in fauore Eccleſiæ, ne ſcilicet quis retrahatur à fundationibus, ſed potiùs alliciatur, ideòque proculdubiò vnicuique pro arbitratu ſuo de ſuis rebus diſponere licet; quo caſu non intelligitur Epiſcopus quicquam contra ius moliri, cum id efficiat iuris permiſſu, vt optimè ait Lotter. *de re benef. d. lib.* 1. *q.* 32. *num.* 14. *& ſeqq.* cum alijs ibi allegatis, quibus *num.* 17 addit, quod ſi Epiſcopus denegat his legibus abſque cauſa legitima conſentire, poſſit fundator recurrere ad ſuperiorem, qui eum cogat ad conſen-

sentiendum, vel si contumax sit, ipse superior consentiat.

3 Quapropter, etiamsi demus Constitutionem, qua disponitur, Canonicos, & prębendatos interessentes Matutino, & Laudibus lucrari distributiones Primæ, licèt illi non intersint, esse contra ius, adhuc tamen cùm sit apposita in limine fundationis, & authorizata, atque adiecta ab ipso Episcopo ad instantiam fundatoris, debet profectò religiosissimè seruari iuxta *dec.774. num.1.* coram Seraph. cum nullus à Papa inferior fundatoris voluntates commutare possit, vt docet Corad. *in praxi benef. lib. 2. cap.15. num.7.* & Viuian. *de iurepatr. p.3. lib.14. cap.3. n.46.* ne de consensu quidem patronorum, ceu firmant Garz. *de benef. p.7. c.1. n.107. & seqq.* ac Rota *dec.216. n. 4. p. 2. rec.* Immò neque in melius ad tradita per Tondut. *quæst. benef. cap.112. n.5. & 14. p.1.* Quia commutatio, aut alteratio vltimarum voluntatum est contra ius: non potest autem Episcopus contra ius aliquid statuere; nam id soli Pontifici summo est reseruatum.

4 Neque obstat, huiusmodi constitutionem esse speciatim à iure, & Concilio Tridentino reprobatam, vt pluries censuit eius S. Congregatio, declarando esse nulla statuta quamuis Ecclesiarum, vt interessentes vni Horæ lucrentur distributiones alterius, cui non intersunt. Nam omissa responsione, quod Sacr. Concilium deroget tantùm consuetudinibus, aut statutis, quorum nomine non veniunt ordinationes in fundatione appositæ, vt firmat Corrad. *loc. cit. cap.12. num.135.* & antea *c. 10. n.9.* vbi ait, fundationis leges maiorem vim habere, quàm consuetudo, vel priuilegium: respondetur allegatas declarationes non loqui in terminis ordinationum, quæ fuerunt adiectæ in limine fundationis, & cum consensu Episcopi, præsertim vti Delegati Apostolici: quo casu idem est, ac si Pontifex ipse approbasset, ordinationemque fecisset, vt tradit Rot. *dec.115. num.25. p.6. rec.* quod adeò verum est, vt eadem S. Congregatio pluries improbauerit consuetudinem immemorabilem, qua licebat Canonicis vltra tres menses abesse, declarando eam esse sublatam per Sac. Concilium, nisi tamen reperiatur confirmata à Sede Apostolica, aut id adiectum in limine fundationis, prout referunt Garz. *de benef. p.3. c. 2. num.216.* & Corrad. *d. lib.2. cap.14. num. 46.* & explicat Card. Bellarm. *ad d. cap.12. sess.24. de reform.* & in Valentina 28. Ianuarij 1576. censuit, quod per decretum Concilij *d. cap.* 12. non abrogatur Statutum confirmatum à Sede Apostolica, per quod conceditur abesse vltra tres menses ab Ecclesia Cathedrali, & Collegiata. Si autem tale statutum in desuetudinem abijsset, contraria consuetudo est seruanda.

5 Quæ omnia faciliùs procedere videntur in Canonicatibus, qui non habent præbendam distinctam, aliosue fructus præter distributiones, in quibus dumtaxat Canonicatuum redditus consistunt. Hoc enim casu, etiamsi ad rationem dierum, atque horarum pro interessentibus fiat diuisio, dicuntur fructus præbendæ, nec sortiuntur naturam, quam habent veræ distributiones quotidianæ iuxta Glossam communiter receptam *in cap. vn. de Cler. non resid. in 6. v. receperit, & in cap. licet 32. de præbend. & dignit. v. distributiones*, ac decidit in specie Rot. *dec.694. num.2.* coram Buratto. Nam aliàs Canonicatus remanerent absque præbenda, quod esset non debet per *text. in cap. Cum super de conces. præb.* & Glos. *in cap. vn. de Cler. non resid. in 6. v. receperit*, ibique Prob. *ad Monach. sub num.26.* ac Rot. *in Alerien. Canonicatus* 27. Nouembris 1645. *§. neque etiam in fin.* coram Verospio cum aliis ibi allegatis.

6 Hinc non est vlteriùs quærendum, an pro tuenda hac constitutione in fundatione apposita suffragari possit consuetudo maximè in præsenti, cum illa originem habeat ab ipsa erectione, & suffragari affirmat Tondut. *quæst. benef. cap.52. p.1.* vbi clarè asserit, quod stante immemorabili Ecclesiæ consuetudine, quod Canonici teneantur interesse duntaxat certis Horis matutinis, & vespertinis magni Officij, ac Missæ, non posse Episcopum illos cogere ad interessendum omnibus Officijs tam minoribus, quàm maioribus, ac Horis Canonicis. Idemque tradit Sandoual. *de Offic. Eccles. p.6. cap.27.* vbi ait tolerabilem esse consuetudinem, quod qui interest matutinis, lucretur distributiones Primæ. Ac in fortioribus valere consuetudinem, vt Canonicus, qui in aurora missam celebrat sit immunis à cæteris seruitijs Ecclesiæ, totasque lucretur distributiones quotidianas, luculenter confirmat Gratian. *discept.800. num. 1.* vbi testatur, fuisse approbatam à Sacr. Congregatione Concilij. Receptumque est in omnibus ferè Ecclesijs Hispaniarum, quod quis lucretur præbendam, siue, vt inquiunt, grossam, residendo vna Hora. Quam consuetudinem esse validam scribit Garz. *de benef. par.3. cap.2. num. 330.* pro qua refert Cæsar. de Gras. *dec. 5. num. 8. de præb. ac dignit.* vbi similiter deciditur sustineri consuetudinem residendi, ac interessendi diuinis pro parte anni, & lucrandi distributiones pro toto anno. Verùm de his, alijsque consuetudinibus vide *tom. 1.*

CONSVLTATIO LIII.

1 *An omnes Beneficiati tam Cathedralis, quàm Collegiatarum Ciuitatis possint ex immemorabili consuetudine vnà cum Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis eligere Vicarium Capitularem, cæterosque Officiales ad Ecclesiæ regimen necessarios?*

2 *Et an quilibet ex tribus fratribus Canonicis in sacris Ordinibus constitutis debeat vocem habere in Capitulo?*

1 AD 1. Negatiuè respondendum videtur ex S. Concilio Trid. *sess.24. cap.16.* vbi decernitur, quod Capitulum officiale, seu Vicarium intra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur. Beneficiati autem maximè Collegiatarum non sunt de Capitulo Cathedralis. Quod etiam constat ex sequentibus declarationibus.

2 *In Aretina* 13. *Septembris* 1647. *sacra &c. censuit, Vicarium Capitularem capitulariter, & per secreta suffragia eligi debet intra octo dies à morte, vel translatione Episcopi, vel eius notitia, & à Capitulo Cathedralis, non Collegiata Cathedrali subiecta.*

3 *In Sypontina* 6. *Aprilis* 1656. *sacra &c. censuit non constare de Cathedralitate Ecclesiæ Montis S. Angeli, seu Gargani, ac proinde non esse locum electioni Vicarij Capitularis à Capitulo Garganico, vacante Sede Episcopali Sypontina.* Vnde eadem S. Congregatio 8. Nouembris 1658. declarauit *nullam electionem Vicarij capitularis factam à Capitulo Garganico.*

4 Nihilominùs affirmatiuè puto respondendum. Quoniam, licèt ex dispositione S. Concilij Tridentini loco allegato Capitulum Sede vacante Vicarium constituere teneatur, & regulariter soli Canonici faciant Capitulum, attamen per consuetudinem immemorabilem tam Dignitates, quàm Beneficiati possunt effici de Capitulo, & sub Capituli nomine comprehendi, Rot. *dec. 296. n. 5. & seqq. p.1. & dec.708. num. 2. p.3. recent.* Vnde in hac specie Beneficiati, qui aliàs elegerunt Vicarium Capitularem, debent manuteneri in possessione illum eligendi, Rot. *dec.8. n.1. & 5. p.5. recent.*

5 Non obstant declarationes adductæ. Nam loquuntur in casu, in quo non adest consuetudo immemorabilis.

6 Ad 2. Respondeo affirmatiuè ex Sacr. Congregatione Concilij in Hydruntina 27. Martij 1653. ad cap. 4. sess.22. de ref. & in Fesulana 4. Maij 1639. quæ in simili censuit patruum, & duos nepotes habentes in eadem Ecclesia Caonicatus, posse votum habere in actis capitularibus, præciso statuto, vel consuetudine in contrarium.



CON-

CONSVLTATIO LIV.

An beneficiatis, & Capellanis indulgendus sit habitus Canonicalis?

1 NEgatinè. Aliàs enim confundetetur ordo non solùm in terris, *c. Cleros 21. d. tot. tit. vt dignit. ord. ser. lib.* 12. Chassan. *in Catal. glor. Mund. p.* 1. *conf.* 77. sed etiam in cœlis *c. principum* 45. *de pœnit. d.* 2. Chassan. *p.* 3. *consid.* 20. Titaquel. *de nobil. c.* 37. *n.* 157. Vt igitur humana socieras, & concordia conseruetur, quæ alioquio importnna quasi confusione perturbaretur, ordo seruandus est, *c. vlt.* 89. *d.* Decian. *conf.* 7. *n.* 71. *& seq. lib.* 3. Vndè Natt. *conf.* 637. *n.* 1. *& conf.* 638. *n.* 2. voluit, has controuersias non esse ambitiosas, neque arrogantes, sed tendere ad bonos mores, & institurionem vitæ politicæ. Quod probat Peregr. *conf.* 84. *n.* 1. *lib.* 1. esseque iustas, firmat Menoch. *conf.* 51. *num.* 1. *cum seqq.* Becc. *conf.* 192. *num.* 1. Cost. *conf.* 24. Greg. Tholos. *in Republ. lib.* 4. *c.* 10. *n.* 21. adeò, vt Canonici, alijue Dignitatem habentes non debeant pati eam imminui, aut contemni, sed ad illius conseruationem teneri, Cyriac. *contr.* 201. id, quod sæpiùs fecere. Nam cùm beneficiati S. Petri in Vrbe prætendere cœpissent, interesse Capirulo, partemque habere in administratione massæ, reiecti fuerunt à Canonicis per Sac. Rotam apud Caual. *dec.* 57. Controuersia inter Canonicos S. Mariæ Maioris, & beneficiatos profligara *dec.* 59. *p.* 7. *rec.* Aliæ aliarum Ecclesiarum penè ad clausulam deductæ apud Caputaq. *dec.* 84. *p.* 1. *& dec.* 309. *&* 351. *p.* 6. *& dec.* 76. *&* 112. *p.* 7. ac de illa nobiliori, ne inferiores se denominarent Canonicos, seu insignia, & alias prærogatiuas assumant, Rota in Ampurien. denominationis Canonicorum 20. Aprilis 1646. coram Melrio, vbi licèt nomina, & alia id genus multa sint ad placitum, attamen, si id queat alteri præiudicium afferre, prohiberi potest.

2 Et certè, vt primùm nomina imponuntur ex placito; ita & vestium distinctiones ex communi consensu primùm inductæ, & conuenientia probata retinent honestatem, atque decorem. Cùm autem ab illis sine causa, & ad confusionem Ordinum, receditur, inhonestum, atque indecens videtur. Equidem prætexta pueritiæ Romæ fuit; qui pueritiam excessissent, deposita prætexta cùm virili animo Togam sumebant, & ita ciuibus data generaliter Romanis hæc vestis, vt Stola mulieribus. Dictique Romani, gens Togata; vt Palliati Græci, Gell. *lib.* 1. *c.* 2. Moresque Togati oponuntur Barbaris à Theodorico, Cassiod. *lib.* 3. *var. c.* 17. Carebant namque vsu Togæ Peregrini, Barbari, & hi; quibus aqua, & igni interdictum est, Iul. Paul. *lib.* 3. *recept. sent. tit.* 4. è contra qui efficiebantur ciues vsum Togæ accipiebant, *l. sed, & si accepto* 32. *de iur. fisci*, Plin. *lib.* 4. *epist. ad Cornel. Minutianum*, & Cic. *pro Cornel. Balbo*. Refert diuersas sententias Macrob. *lib.* 1. *saturn. c.* 6. de prætexta purpura intexta, de Bulla & Toga Nobilium, & Plebeiorum, & quando apud Romanos Bulla aurea insigne nobilium erat, lorum verò Plebeiorum, vt tradunt Ascon. Pedian. *in* 3. *in Verem act.* & Plin. *lib.* 33. *c.* 1. ex quo Iuuen. *satyr.* 5. & Plaut. *in Asin. act.* 2. sed & apud eosdem Romanos Patricij lunulas in pedibus deferebant, nobilitatis signum, vt scribit Plutarch. *probl.* 101. cuius rei rationem videbis apud Cœlium *lib.* 20. *c.* 28. Ad quod allusit Statius noster Sylu. *lib.* 5. *in protrept.* ad Crispum, & Iuuenal. *sat.* 7. & Martial. *lib.* 1. *epigr.* 17.

3 Quin etiam phaleris vtebantur nobiles; Vndè illud Persij *sat.* 3. *Ad populum phaleras*, illudque D. Hieronymi: *Noli aspicere ad phaleras*. Item annulis aureis insigne nobilitatis ex Liuio 1. *decad. lib.* 9. *ad fin.* & Plinio *lib.* 33. *c.* 1. Prætereà purpura vtebantur Patricij, non etiam cæteri, Plinius enim *lib.* 9. *c.* 36. *purpura*, inquit, *distinguit ab equite Curiam*. Quod tamen abusu abolirum fuisse, conqueritur Iuuenalis *sat.* 3. *Æquales habitus illic similemque videbis Orchestram, & populum*. Per Orchestram enim intelligit Senarores, qui in Orchestra sedebant, vt tradit Virruuius *lib.* 5. *c.* 6. Sed quia hic nihil interest ea scire, & sufficiat annotasse, in ea Republica Romana distinctas fuisse vestes puerorum, nobilium, libertinorum, seruorum, & ingenuorum, ac Magistratuum, iudicum, triumphantium, & aliarum Dignitatum lubens sileo; sed tamen legendus Tholosanus *lib.* 9. *syntagm. iur. c.* 19. vbi reperies destinasse Romanos singulis Dignitatibus certum genus vestimenti, & ita habitus arguebat, vel indicabat honorem, quem gerebant. Id, quod & Carolus V. anno 1530. omnibus ordinibus præscripsit. Ita quoque in Republica Hebræorum fuerunt vestes Sacræ, & ornatus Sacerdotij distincti, Exod. *c.* 28. *&* 29. Leuit. *c.* 6. 8. 10. *&* 16. vestesque primogenitorum erant meliores, Gen. 27. 15. *&* 27. ac tradunt Io. Andr. & Panorm. *in cap. licèt de vot.* Bald. *in l. cum antiquioribus col.* 4. & ibi etiam Iac. à S. Georg. *C. de iur. delib.* & latius Mart. Laud. *de primog. sub init.* Barbat. *conf.* 100. *col.* 5. *lib.* 2. Curt. *sen. conf.* 67. *col.* 10. D. Hieronymus, Glossa ordinaria, & Lyrinensis ad dictum locum Genesis. Ita etiam purpurati, qui ad latus Principis sunt, quique venerantur Sacram purpuram, qui gladium, quo animaduertitur in noxios, & funditur impiorum sanguis, dicti sunt; vt Sacri Concilij, & Senatus Pontificalis, Cardinales consiliarij habent galerum, & vestimentum purpureum, quod non ad pompam, sed in symbolum gerunt, tanquam existentes parati effundere pro Christi fide, cui destinantur, sanguinem proprium, caput nostrum proximiùs sequentes, Dominum nostrum Iesum Christum, qui torcular calcauit solus, qui ascendit de Edon tinctis vestibus cum rubro vestimento, seu veste aspersa sanguine, Isai. 63. *v.* 2. *&* 3. & vocatur nomen eius Verbum Dei.

Debet itaque Canonicus à beneficiato, & Capellano distingui habitu, sede, loco, in quibus præcipuè præeminentia consistit ex Altograd. *conf.* 1. *lib.* 2. arguens qualitatem denotantem dignitatem Canonici comparatiuè ad beneficiatum, sicuti & honor ipse dicit quid relatiuum, vt docet Leonel. *de præc. homin. q.* 1. *ar.* 2. *&* 12. & Altograd. *loc. cit. n.* 35. Differre enim debet Dominus à seruo, superior à subdito. Ideòque voluit Augustus purpuram distinguere personam, & Dignitatem imperantis, eorumque, qui eius iussu & potestate præerant à reliquo populo apud Gratian. Valent. Theod. *C. in l.* 1. *&* 2. *quæ res ven. non pos. lib.* 4. *tit.* 40. & Theodoricus Rex Gothorum, vt est apud Cassiod. *lib.* 1. *var. ep.* 2. *regale opus* dixit tincturam purpuræ, *quia color*, inquit, *nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea Regnantem discernit, dum conspicuum facit, & præstat humano generi, ne de aspectu Principis possit errari*. Vndè quilibet alendus est, ac vestiendus secundùm Dignitatem suam, etiam seruus, *l. sed & si quid, §. sufficienter, ff. de vsufr.* & notat Glos. 1. *in cap. quia nonnulli, de Cler. non resid.* ac Boer. *in addit. ad tr. de auth. magn. consil. num.* 29. 4

Atqui rectè Domini, & serui comparatio instituitur inter Canonicos, & beneficiatos; nam isti non dicuntur pars Capituli, sed serui, vt liquet ex allegatis decisionibus, & ex Glos. *in cap. penult. v. Assissios de Cler. non resid.* vbi Butr. Abb. & cæteri, dixitque Rota in Cæsaraugustana portionum, ac nos alibi. Quicquid autem de hoc sit, certum est, quod Canonicis non sunt æquales, sed inferiores ex institutione, vt ordo sedendi in choro, aliaque in Cæremoniali contenta planè ostendunt; quod eo magis procedere debet in Capellanis, nullum titulum collatiuum habentibus, vndè sunt simplices Clerici manuales, seu adscripti ad seruitium, qui Collegium non constituunt, nullumque ius proprium, & radicatum habent in Ecclesia, cùm careant titulo ex deductis per Goozal. *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 11. *n.* 12. *cum seqq.* 5

Est igitur hac in re æmulatio perniciosissima, quæ ius perimit, quod aliàs competeret, *l. opus nouum*, ibique Bart. *ff. de oper. public.* Nam imminuit dignitatem, atque honorem Ecclesiasticæ Hierarchiæ, 6

dum inferiores, ac serui redduntur in vestibus æquales domino, ac superiori, contra ordinationem libri Cæremonialis, qui ideò tandem beneficiatis vel Capellanis condecorè vsum almutiorum concessit, vt dum ingrediuntur chorum, vel functiones agunt coram Canonicis, illa ab humeris ad brachia in signum reuerentiæ, atque obsequij dimittant. Nobilioribus quippè vestibus maior honor exhibetur ex Florian. *in d. l. sed & si quid §. mancipiorum ff. de vsufr.* Luc. de Pen. *in l. 2. C. de vestib. oleb. lib. 11.* Specul. *tit. de aduocato §. sequitur videndum col. 2.* vbi ait, quem Iudex magis ornatum inspiciet, maioris existimabit esse authoritatis, & ei afferget salutatione debita, & honorificet, ad quod tenetur *l. fin. in fin. C. de offic. diu. Iud.* & eum præ alijs honorabit, *l. pen. C. eodem* textus *in c. 1. 21. q. 1.* & in *cap. 2. de custodia Euchar.* subiungens, quod vestia debet esse conueniens statui, ordini, & officio, pro quo facit textus *in l. id vestimentum ff. de pecul. & cap. 3. lib. 2.* Esdræ, vbi vestiri purpura est honor.

CONSVLTATIO LV.

An constitutio præcipiens, quod beneficiati, & Capellani obedire debeant statutis Ecclesiæ factis à Canonicis in ijs, quæ pertinent ad seruitium eiusdem Ecclesiæ, extendatur ad facienda in futurum?

1 QVod beneficiati, & Capellani Canonicis solùm esse debeant morigerati, in reliquis verò esse subiectos suo Episcopo habetur *ex cap. Omnes Principes 4. de maior. & obed.* Hilar. *in D. Matth. c. 17.* Vayas *de Episcop. iurisd. axiom. 3. prop. 1.* Benzon. *de Iubil. lib. 2. cap. 30.* Mautit. de Alzed. *de excell. Episcop. p. 1. c. 8. n. 48. & seqq. & c. 9. n. 18. 39. & 41.* & ex Concil. Trid. *sess. 23. c. 12. & sess. 24. c. 11. & 20. ac sess. 25. c. 2.*

2 Vndè licèt in Constitutionibus contineatur, quod debeant parere ordinationibus per Canonicos factis circa Diuinum Officium, non idcircò in illorum potestate est noua condere statuta, quia functiones ferè omnes Ecclesiasticæ sunt ordinatæ à Cæremoniale Romano iussu Clementis VIII. quod in vniuersali Ecclesia seruandum est cum prohibitione addendi, vel minuendi, vel immutandi, & cum clausula derogatoria statutorum Ecclesiarum, earumque consuetudinum, vt ex illius constitutione 69. *Bullar. tom. 3.*

3 Verùm contra resoluendum esse censeo. Primò quia solùm agitur de seruitio Ecclesiæ, in qua nulla potest assignari sufficiens differentiæ ratio, cur potius seruari debeant ordinationes iam factæ, quàm faciendæ, maximè quod in dies plura immutantur, nedum quoad dominia, verùm etiam quoad morum, ac rituum reformationem. Vndè vigere debet eadem iuris dispositio.

4 Secundò quia verbum *factis* non adeò strictæ accipiendum est, vt referatur solùm ad præterita; respicit eoim tempus executionis, & obedientiæ per beneficiatos, & Capellanos præstandæ, postquam fuerint factæ constitutiones, cum impossibile sit eas exequi, antequam sanciantur. Et sicuti lex omnis prospicit futuris casibus, & non præteritis, *l. leges C. de legib. cap. 2. & vlt. de Const.* ita hoc verbum, quod non ab homine, sed à lege est, respicit omne tempus, habetque tractum successiuum, ac perpetuum, Bart. *in l. fiet a legatum n. 2. ff. de aur. & arg. leg. & in l. cum lex n. 2. ff. de legib. & in l. illicita sub princ. ff. de offic. Præsid.* vbi ponit exemplum de statuto rescindente venditiones factas à minoribus, quod intelligitur etiam de faciendis, traditque *glos. in l. 1. v. noua lege in fin. ff. de condit. ex leg.* & Rot. coram Mart. Andr. *dec. 100. n. 39.* in qua resoluit, constitutionem loquentem de Protonotarijs creatis intelligeodam quoque esse de creandis, quandoquidem lex semper viget, loquiturque, *l. Arrians C. de haret.* etiamsi proferantur per verbum *hodie*, quod verificatur semper, & quandocumque eædem leges leguntur, Bartol. *in l. certa fortuna C. de iur. fisc. lib. 10.*

5 Tertiò, quia sicut omni tempore Capitulum, & Canonici habent ius condendi statuta, præsertim pro cultu diuino, & seruitio Ecclesiæ, de quo nunc agitur, vt sæpius firmauit Rota coram Cæs. de Grass. *de his, quæ fiunt à maior. par. Capit. dec. 4. n. 4.* Seraph. *dec. 548. & 1447. n. 1. & 2. p. 2. rec. & dec. 398. n. 2. & p. 7. dec. 107. n. 4.* ac pleniùs in Patauina Sedilium 26. Ianuarij 1618. coram Sacrato, ita quoque ne reddantur elusoria, seruanda sunt omni tempore à beneficiatis, & Cappellanis, quemadmodum obseruantur ab ipsis Canonicis, qui sunt illorum superiores; aliter enim multa inconciona, atque absurda sequerentur. Nam exempli causa Canonici conuenirent in chorum in aliqua particulari Capella propter insignem Reliquiam ibi existentem, & beneficiati, aut Capellani voluerint alibi residere. Item quod nollent Missam propriam de aliquo Sancto cantare, dum illam Canonici ordinant, & eiusmodi alia, quæ Canonici exercere possunt, ac debent circa diuina, & non disposita in Cæremoniali.

Atque ita censuit, ac declarauit Sac. Rituum Congregatio in Ianuensi, in cuius Ecclesiæ statutis illa verba legebantur, nimirùm: *Expositum fuit Congregationi, Sacrorum Rituum præposita pro parte Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ Ianuensis, fuisse ortas dissensiones, & controuersias in graue Ecclesiasticæ disciplinæ detrimentum inter ipsos, & Capellanos de Massa super obedientia præstanda in Choro eius pro tempore Præfecto, ad quem absentibus prima, secunda, & tertia Dignitate, spectat eiusdem Chori directio in celebrandis Diuinis Officijs. Quocirca Eminentissimi Patres ad dirimenda huiusmodi dissidia, partibus auditis, referente Eminentissimo D. Cardinali Sacchetto, decreuerunt, Capellanos de Massa subiectos esse Præfecto Choris in ijs tantùm, quæ ipsius Chori directionem concernunt, die 28. Martij 1651.* 6

Cum referente Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Sacchetto fuerint denuò propositæ controuersiæ exortæ inter Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ ex vna, & Capellanos de Massa eiusdem Ecclesiæ partibus ex altera super obedientia præstanda in Choro, Capitulo, & Canonicis in ijs, quæ concernunt seruitium Ecclesiæ super vsu nominis Collegij, & super alijs prærogatiuis per eosdem Capellanos prætensis, sacra Rituum Congregatio censuit, ac declarauit seruandum esse decretum aliàs editum sub die 28. Martij 1651. Capellanos scilicet de Massa esse subiectos Capitulo in ijs, quæ spectant ad seruitium Ecclesiæ, prout subsunt Capitulares, & alij eiusdem Ecclesiæ, die 24. Augusti 1652. 7

CONSVLTATIO LVI.

An depositiones testium scribendæ sint idiomate, quo proferuntur?

ITa omninò censeo, oe forsan aliquando eueniat, vt Notarij non adeò periti linguæ Latinæ vim depositionis non exprimant, vel aliqua verbis vulgaribus, & alia verbis Latinis modica cum dignitate exprimere cogantur, tradente Afinio *de execut. §. 6. c. 39. n. 10.* & Posth. *de manut. obser. 92. n. 14.* Quare Caualcan. *de testib. p. 5. num. 229.* monuit, quod si verba testis sint in vulgari sermone prolata, non possunt redigi in Latinum. Cumque post medium referat, quod dum esset delegatus in quadam causa, & testis coram se examinaretur per quendam Actuarium Papiæ, qui verba illius redigebat in linguam Tuscam, vt melius intelligeretur eius depositio, animaduertisse, quod ille scribebat id, quod testis non deposuerat in suo sensu, sed quid diuersum, ideòque valdè admiratum Actuario dixisse, quod illa praxis non erat vera, neque iuridica. 1

Et quidem dicta testium non alio, quàm idiomate, quo proferuntur, scribi debent. Vt enim Romani rerum potiti omnibus suis Prouincijs Latini sermonis vsum non solùm in iudicijs, *l. decreta 48. ff. de re iudic.* Verùm etiam in alijs hominum actionibus man- 2

mandarunt, ita Principes, ad quos Reipublicæ administratio pertinet, patrio sermoni hunc honorem adhibere debent. Multos enim simpliciores plebis antea Latina scriptione deceptos fuisse constat. Surdi namque sumus omnes in linguis, ait Cicero *lib. 5. Tuscul. quæst. quas non intelligimus*. Quapropter omnium rectè sentientium iudicio, ob plurimas commoditates obtinendas, Legatum etiam ad exterum, quique suæ linguæ insolens est, eum mittendum esse, qui peritiam eius idiomatis, ad quem mittitur, habeat, Alberic. Gentil. *lib. 3. c. 7. de Legation.* Gratior enim illi erit, quod hunc honorem sermoni suo haberi, quo ab exteris compelletur, videat, & maiore attentione audiet, quàm si per interpretem oratio referatur. Vis enim illa mouendi affectus, quæ in dicentis locutione consistit, si per interpretem reddatur, lentescit, intentio vanescit, acumen hebescit. Interpretamenta enim tantùm natiuo cedunt sermoni, quantum aut signum, aut tabula corpori effigiato, Paschal. *cap. 48. de legat.* Multò ergo magis status Reipublicæ, cum ad officium Actuarij, qui eius linguæ, qua testes sua dicta exprimunt, peritiam non habet, ablegare debet.

CONSVLTATIO LVII.

Habet Archiepiscopus quidam suum Vicarium in spiritualibus, suffraganeum Archiepiscopum titularem. Quæritur, an iste præcedere debeat Episcopum Prouinciæ, qui est antiquior suffraganeus, quando ambo reperiuntur in istius Diœcesi, quando in Prouincia, quando in loco tertio, & sic tam extra Diœcesim, quàm extra Prouinciam?

1 PRimus casus pro Episcopo resoluendus videtur. Quia in sua Diœcesi præcedit omnes, etiam maiores ordine, vel Dignitate, cum ibi sit Pontifex, Chassan. *in Cathal. glor. mund. p. 4. consid.* 44. Barbos. *de iur. vniuers. Eccles. c. 12. n. 11.* Sicuti habetur de Parocho, qui in propria Parochia præcedit Dignitates, ac omnes alios Rot. in Pampilonensi præeminentiarum 22. Martij 1604. coram Litta, confirmata 1. Iunij 1609. coram Innocentio X. & in Zamotensi iuris Parochialium 23. Maij 1644. coram Peutiog. ac in alijs.

2 Neque consideranda est distinctio inter functiones Episcopales, & alias: Tum quia conclusio firmatur indistinctè. Tum etiam quia indistinctè militat eadem ratio actualis iurisdictionis, ac superioritatis; constatque ex eo, quod Episcopus in quibusuis locis, & actibus suæ Diœcesis indifferentibus, etiam deambulando recreationis causa, vtitur exomide, vulgò Mozzetta, atque impartitur benedictionem; quorum neutrum facere potest Archiepiscopus non Metropolitanus. Ac proinde nullo pacto dici potest, vt non deferens exomidem præcedat deferentem, & ille, qui tanquam ouis benedicitur à Pastore, præcedat benedicentem, & Pastorem. Quare circumscripta Lege vrbanitatis, qui est actus merè voluntarius, in hoc primo casu nulla videtur esse difficultas.

3 Secundum casum subdistinguo in functiones publicas Prouinciales, tam Ecclesiasticas, quàm temporales, puta in Synodo Prouinciali, Constitutionibus Episcoporum comprouincialium, in Comitijs Regni, in Coronatione Regis, vel Reginæ, & eiusmodi alijs, quæ geruntur ab Episcopis, & Prælatis Regni, seu Prouinciæ iure proprio illius particularis Prælaturæ, & in functiones priuatas indifferentes, sicuti sedere in mensa, congredi priuatim, & id genus plura.

Circa functiones primi generis videtur pariter respon-
4 dendum pro Episcopo; quoniam illi sunt actus, qui geruntur in titulum sub nomine Prælaturæ, & in quibus Archiepiscopus titularis nullum ius habet interueniendi. Siquidem aut consideratur tanquam Archiepiscopus titularis, & in his actibus est tanquam vnus de populo, nihil in dictis functionibus peracturus. Aut tanquam Vicarius Archiepiscopi, & similiter nullum ius habet peragendi hæc officia, vel occupandi locum. Quia si Archiepiscopus est præsens, ipse cum Episcopo repræsentat vnum corpus eodem planè modo, quo Capitulum cum Episcopo. Si est absens, spectant ad Episcopum antiquiorem, vt sæpius fuit resolutum à S. Rituum Congregatione inter primam Dignitatem Cathedralis, & Vicarium Episcopi.

Circa verò functionis priuatas indifferentes videtur 5
esse aliqua difficultas contra Episcopum, cum in illis non ius particulare suæ Prælaturæ, sed dignitas in abstracto consideratur. Sed tamen puto pro Episcopo respondendum esse propter rationem habitualis iurisdictionis, & præeminentiæ, quam Episcopus Prouincialis habet in Prouincia, quia scilicet interuenit in Concilijs, vbi habet votum decisiuum, tanquam Coniudex, cognoscit causas Coepiscoporum, supplet aliquando vices Archiepiscopi, & in casu eius negligentiæ, aut non residentiæ, indicat iuxta dispositionem S. Concilij Tridentini *sess. 23. de ref. cap.* 23. adeò, quod videtur etiam dici posse superior prædicto Archiepiscopo titulari, tanquam priuato existente in Prouincia, ideòque videtur militare eadem ratio, quàm prædiximus in Ecclesia, & Diœcesi propria.

Hancque rationem comprobat obseruatio totius ferè 6
Germaniæ, vbi frequens est vsus Archiepiscoporum habentium hos Episcopos titulares in Vicarios in spiritualibus. Nam passim Episcopi prouinciales, quinimmò & omnes alij Episcopi eos præcedunt. Cùm enim officium inferius Vicarij, quod exercent, sit indiuisibile à persona, indecens, atque absurdum videtur, vt ille, qui gerit personam Officialis, & ministri inferioris, præcedat illum, cui in titulum, & iure proprio partes superioris saltem habitu competunt.

Neque obstare potest obseruantia Romanæ Vrbis, & 7
Capellæ Pontificiæ, vbi Episcopi titulares antiquiores præcedunt recentiores actuales. Quoniam hìc agitur in loco tertiò, vbi nullus ex Episcopis neque actu, neque habitu habet iurisdictionem, sed omnes sunt æquales, & æqualiter gerunt personam Episcopi; ibi verò Episcopus suffraganeus habet in Prouincia quendam habitum, seu participationem iurisdictionis, & Archiepiscopus titularis gerit munus Vicarij, ac suffraganei conductitij.

Quatenus verò in dictis actibus indifferentibus priuatis contra censendum videatur, id tamen admittimus, quatenus sint actus omninò voluntarij, & nullam connexionem habeant cum peculiari iure Prælaturæ, puta in mēsa amicabili, in rheda recreationis causa, alijsue. Nam si etiam extra actus Pontificales alios gestiri occurrat titulo Prælaturæ, idem dicendum est: Puta iturus est Archiepiscopus cum suis Coepiscopis, tanquam repræsentans corpus Ecclesiasticum ad visitandum Regem, vel alium Magnatem, vtique in rheda, vel alio modo incedendi non poterit Archiepiscopus titularis, & Vicarius prætendere locum, vel præcedentiam, quia ipse, tanquam Archiepiscopus titularis, in hoc publico munere est vnus de populo, ac prorsus extraneus, & tanquam Vicarius non debet habere locum digniorem.

Ad tertium casum etiam pro Episcopo respondeo. 8
Nam habens dignitatem cùm actuali possessione, & exercitio iurisdictionis, videtur alteri habenti eandem dignitatem cùm solo titulo præferendus, vt de Rege, vel Duce habente actu Regnum, vel Ducatum, quod præferendus sit alteri carenti actuali possessione, firmat Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. c. 13. n. 71. & 82.* vbi alij. Et in specie de Episcopis, actualem iurisdictionem, ac potestatem habentibus, præferendis in loco tertio Episcopis, quorum Diœceses ab infidelibus occupantur, quamuis antiquioribus, tenet Iacobat. *de Concil. lib. 1. ar. 2. n. 72. & seq.*

CONSVLTATIO LVIII.

Vtrum in processionibus vna tantùm Crux deferri debeat? & quid in funeribus?

1 IN processionibus, seu supplicationibus Cruces, & vexilla deferri consuetum, testantur Ado Vienensis *in Chron. de 6. et.c.3.* Gregorius Turonensis *de glor.confes.c.10.& 79.* Rupertus *lib.7. de diuin. offic.c.20. ad fin.* Innocentius *lib. 2. Myst. Miss. c.12.* supplicationem celebratam cum Cruce in Cæsarea Palestinæ, probat Synodus Nicæna 2.*act.* 4. & ne litaniæ, hoc est supplicationes sine Sacerdotibus, & honorandis Crucibus fiant, vetat disertè Iustinianus August. *nouel.123.c. 34.* cuius initium est, *omnibus autem*, *auth. de Sanctis. Episc.*

2 Causæ multæ. Vt qui sequuntur eas, intuentes in Iesu Christo Crucifixo Deum præsentem recognoscant, & maiori modestia incedant, ac deuotione, eumque reuerenter adorent, Iacob. Eucillon. *de processionib. tit. de ordin. & appar. process.c.3.*

3 Vel quia teste Durand. *lib. 4. rational. c. 6.* cùm sit Crux ipsa, quasi regale vexillum, ac triumphale signum, consentaneum vtique videtur, quod in processionibus omninò præmittatur, vt fugiant, qui oderunt eum à facie eius, iuxta *psal.67.*

4 Vel etiam quia cum Apostolo *ad Galat. Absit nobis gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mundus nobis crucifixus est, & nos mundo crucifigi debemus.*

5 Vel quia cum processio in hoc mundo Ecclesiam peregrinantem, ac militantem significet, æquum propterea iudicetur, etiam ad bellum procedere sub signis Christi Imperatoris, cuius auspicijs viget, ac militat ex memoria, & exemplo Constantini, qui sanxit, Crucem in Cœlo visam exercitibus suis aduersus hostes dimicaturis semper proferri, vt refert Euseb. *lib.1. de vit. Constant. c. 20.*

6 Vel tandem quia processionum alias tristes, & solliciti agimus in tribulatione, quam peregrini hoc exilium peragrantes patimur, veniam peccatorum, & misericordiam deprecantes; alias lætas ducimus in modum Cœlestis cuiusdam exercitus, de Christi gloria, & triumpho exultantes, & canentes, Crucis signa, & vexilla in aera sustollentes, ad significandum aereæ potestatis expugnationem, vt in formula reformationis à Cæsare proposita in Comitijs Augustanis. Quo argumento Synodus Augustana *c. 20.* processionum quasdam appellat lætas, alias lugubres *c. 23.* lætæ etiam, quæ ad gratiarum actionem ob res benè, feliciterque gestas, de quibus Io. Stephan. Durantus *de ritib. Eccles. Cathol. lib.2.c.10.à n. 8.* & Casal. *eod. argum.c.41.*

7 Atque hinc haud erit difficile ad dubitationem respondere, nimirùm, quod quisque Ordo, aut Religio suam propriam Crucem in processionibus deferre possit. Idque, nedum ex Consuetudine vniuersali, verùm etiam ex Constitutione Leonis X. Pontificis Maximi in *Bullar.* 27. per quam apertè mandatur, vt vnaquæque Religio In cunctis Ecclesiasticis functionibus incedat sub propria Cruce cum decreto irritante, & clausula sublata; ita sanè, vt neque obstet huius Constitutionis inobseruatio contraria. Quandoquidem tam vsus, quàm obseruatio in Constitutione Pontificia non requiritur, saltem de forma substantiali, quicquid dici possit de accidentali, vt in terminis docuit Rota coram Caualerio, sequens doctrinam Felyni *in cap. 1. de tregu. & pac. dec.77. num.* 14. Quinimò nec posset allegari non vsus, vel contrarius vsus, nisi data scientia eiusdem Pontificis, Caual. *d. dec.77. num.* 3. iunctis decisionibus 111.*n.1.& dec.423.n.2.* vbi quod contrarius vsus deberet probari cum scientia, & patientia Papæ, Burat. *dec. 795.n. 3.* ibique Add.*lit.B.n.9.*

8 Neque præscriptio. Nam perfecta præscriptio non datur contra Constitutionem sine scientia ipsius Pontificis, vt in puncto respondit Rot. *dec.221. n. 4. p. 1.rec.* vbi *sub n. 5.* subdit, quod scientia Papæ debet esse certa, positiua, & expressa ad effectum, vt inducta dici valeat legitima præscriptio contra Constitutionem Pontificiam; quod sequitur Caputaq. *dec.204. num. 2. p.3.* vbi disertè habetur, Constitutionem non posse elidi ex non vsu, vel contrarijs actibus sine expresso consensu Principis, quem consensum debere esse explicitum, & non tacitum, probat Franch. *in cap. cum de beneficio n.4. de preb. in 6.* Archid.*n.2.* quia Pontificis authoritas non est ab homine, sed à Deo. Vndè ab homine nihil prorsus fieri potest, quod firmum sit, absque illius consensu, Rot. *dec.221. n.5. in fin. p. 1. recent.* vbi sub *n. 6.* reprobatur opinio Turrecrematæ, admittentis tacitum consensum in derogatione Constitutionis Pontificiæ, & asseritur, quod non possit vllo modo induci consuetudo rationabilis legitimè præscripta contra Apostolicas Constitutiones. Præsertim quando agitur de Constitutione publicata, vt optimè Rota coram Buratto *d. dec.795.n.5.* ibi Add. *n.* 10. cum ibi congestis.

Verùm circa hoc communissima sententia admittit, 9
Pontificias quoque leges non vsu, & consuetudine abrogari. Ita communiter Theologi cum D. Thoma 1.2.q.97. Summistæ *v.consuetudo*, & Canonistæ *in cap. fin. de consuet.* vbi id expressè declaratur his verbis: *licet etiam longeua consuetudinis non sit vilis authoritas, non tamen est vsque adeò valitura, vt vel iuri positiuo debeat præiudicium generare, nisi fuerit rationabiliter, & legitimè præscripta.* Vis ergo abrogandi ius positiuum tribuitur consuetudini secundùm se, nec requiritur scientia Pontificis; & ita etiam tenuit Rot. coram Mohed. *dec.1. de constit. & dec.8.n.1. de locat. & dec.896. num. 1.lib.3.p.3. diuers.* Nec obstat, quod authoritas Papæ sit immediatè à Deo; quia ex hoc solùm fit, quod possit leges ferrè independenter à Populo, non autem, quod consuetudo non possit eas abrogare. Quia adhuc censentur positæ seruata natura legis, quæ est talis, vt possit contra ipsam præualere consuetudo rationabilis. Siquidem cum vis legis consistat in ratione, debet etiam cedere, quando cedit ratio alteri rationi. Præsertim quia naturalis ratio habet vim legis, *l. cum ratio ff. de bon. damnat. & l. scire oportet §. sufficit ff. de excus. tutor.* Et ideò quando informat consuetudinem, dat illi robur abrogandi quamcunque legem.

Quod ergo aliqua Constitutio Pontificia non sit vsu 10
abrogata, ex eo desumendum est, quod in iudicis manutenetur in suo robore, & secundùm ipsam iudicatur. Sic, verbi gratia, Constitutionem Xisti V. priuantem Clericos beneficijs, & pensionibus, si non incedunt in habitu clericali, esse vsu receptam, manutenet Rota, quia secundùm ipsam iudicauit *in dec.158. n. 16. p.1. rec.* & in Eborensi pensionis 7. Iunij 1627. coram Vbaldo, & in Cæsaraugustana pensionis 3. Iunij 1623. coram Coccino, & coram Merlino *dec.382.n.1.* Hoc autem sufficit ad manutenendam Constitutionem in suo vigore, & quod non sit vsu abrogata. Et quamuis aliqui eas non seruent, non potest hinc concludi consuetudo contraria, sed potiùs violatio legis, quia prædicti actus non obseruantiæ, etiam si essent maioris partis, non sunt actus inconcussi, sed interrumpuntur per sententias in contrarium, quæ euertunt consuetudinem, & tanquam actus contrarij non sinunt vires sumere, iuxta ea, quæ tradunt Bartol. *in l. semper in fin. ff. de regul. iur.* Cagnol.*n.12.* Surd. *cons.393.n.23.* Schrader. cùm alijs *de feud.p.10.sect.20.n.557.* ac Rota coram Ludouis. *dec. 162. num. 9.* & coram Merlino *dec.554. num.3.* si tamen aliquo in loco aliqua Constitutio, vt plurimum, non seruaretur, sufficeret ad pœnam euitandam iuxta doctrinam, quam tradunt Bartol. *in l. 1. §. Apud labeonem num. 1. ff. de edil. edict.* Surd. *cons. 327. num.51.* Roland. *cons.96. num. 26. lib. 2.* Gutier. *can. quæst. 8. num. 9.* Lotter. *de re benef.q.25. num. 42. lib.3. & Rot. dec. 356. num.9.p.1. rec.* Non quidem, quasi prætendi posset non vsus, sed quia quælibet causa licèt non iusta excusat à pœna, vt docent communiter Doctores, præsertim Alex. *cons. 233. num.12. lib.6.* Crauet. *cons.6. num.89.* Bald. *in l. 2. §. quod obseruari C. de iuram. calum.* Ias. *in*

l.2.n.

l.2.n.61.C. de iur. emphit. Menoch. *de recuper. remed.* 3.*n.*49. Marsil. *in l.1.§. Praterea n. 13. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* & Clar. *in pr. §. fin. q. 60. v. & generaliter.*

11 Aliter igitur id probandum est, & ex eo maximè, quod non vsus legis non solùm non reddit illicitum vsum illius, sed neque tollit ius ad vsum legis; & proinde adhuc stat in arbitrio operantis illa vti, vt cum communi Legistarum sententia notat Io: Andr. *in cap. Ioannes n.14. de Cler. coniug.* Butr. *ibidem n.11.* Quod præcipuè verum est, quando lex est obligatoria, habetque decretum irritans, nam tunc quisque potest se subijcere obligationi legis.

12 Porrò Crucem deferre debent Clerici talari veste induti cum duobus luminibus, *Concil. Prou. Mediol.* 5. Canonici autem Lateranenses illam ferre debent cum velo, seu panno appenso, S. Rituum Congregatio 14. Ianuarij 1617. Capuccini quoque ferre possunt Crucem propriam, Paulus V. anno 1617. Curareque debet Ordinarius, vt Regulares cùm in processionibus publicis, tum in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & alijs similibus bini cum omni modestia, & decentia incedant, & vt Ordines ipsi minimè confundantur, Sac. Congregatio super Episcop. & Regular. in Toletana 25. Augusti 1593. Nec sub alio vexillo incedant, nisi propriæ Crucis, eadem Sac. Congregatio in Neritonensi 16. Maij 1588. ac Cruces distinctè deferantur, non verò omnes simul, eadem Sac. Congregatio in Verulana 31. Maij 1597. Processionibus autem, in quibus quilibet Clerus Ecclesiarum sub propria Cruce incedit, sub eadem Cruce propria incedere debet. In processionibus verò, in quibus non interuenit, nisi vnica tantùm Crux, Clerus illius Ecclesiæ, cuius est Crux, quæ defertur, digniorem locum obtinere debet, Sac. Rituum Congregatio in Senogalliensi 29. Nouembris 1632.

13 Sed quid dicendum in funeribus? Regula est, quod semper Crux illius Ecclesiæ deferatur, in qua defunctus sepeliri debet. Ita Sac. Congregatio super Episcopis decreuit, obseruandum esse vbique, vt in Castellanetensi 1593. & in Barensi 29. Iulij 1616. & in Potentina 14. Iunij 1647. Declarauitque Sac. Rituum Congregatio in alia Barensi Terræ Medagni 2. Augusti 1631. & in Messanensi 12. Februarij 1635. Eius hæc sunt verba: *In funeribus deferenda est vnica tantùm Crux illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur; post quam sequi debent immediatè personæ illius Ecclesiæ, & deinde cæteri secundùm antianitatem, vt censuit eadem S. Rituum Congregatio in Narniensi* 30. *Septembris* 1614. *& in Andriensi* 22. *Nouembris* 1631. *ad* 3. & elicitur ex Rituali Romano *in rubr. de exequiarum ordine*, atque Romæ obseruatur.

14 Id tamen intelligendum est, dummodò non interueniat Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sub cuius Cruce omnes funus associantes incedere debent. Et hinc Curatus, & Sacrista Cathedralis, etiam quod sint amouibiles, quando interuenit Capitulum dictæ Cathedralis, debent præcedere proprio Parocho defuncti, eadem S. Congregatio Rituum in Pisauriensi 22. Martij 1631. Vel dummodò non extet consuetudo à tempore immemorabili obseruata, quod in associatione cadauerum, etiam quando interueniunt Capitulum, & Canonici Cathedralis, non deferatur solummodò Crux eiusdem Cathedralis, sed etiam Crux Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur, aliorumque etiam Regularium, qui fuerint vocati.

15 Nam licèt Capitulum Cathedralis habeat pro se regulam, quod cadauera defunctorum associari debeant cum vnica tantùm Cruce, quæ debet esse vel illius Ecclesiæ, in qua corpus defuncti tumulatur, vel Ecclesiæ Cathedralis, quoties interuenit eius Capitulum, id tamen non procedit in ijs locis, in quibus adest consuetudo in contrarium, quæ sit in viridi obseruatione, & maximè quando in proprijs Regularium Ecclesijs cadauera sepelienda sunt, vt expressè habetur in Concilio Lateranensi disponente, Regulares non ingredi in Parochias alienas cum Cruce ad leuanda funera illorum, qui apud ipsorum Ecclesiam elegerint sepulturam, & excipiente consuetudinem in contrarium, ait: *nisi eisdem fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione suffragaretur.* Idem referendo dictum Concilium, firmat Roderic. *in Compend. quæst. Regul. resol.* 109. *num.* 7. ac censuit Sac. Congregatio Rituum die 12. Ianuarij 1604. vt in resolutione edita pro declaratione eiusdem decreti Conciliaris apud Quarant. *in sum. Bullar. v. Priuilegium Regularium.* Et non obscurè declarauit eadem Sac. Congregatio super Episcopis 29. Iulij 1616. nimirùm, quod Crux Parochialis regulariter deferri tantùm debeat, nisi probetur contraria consuetudo canonicè præscripta, seruandamque esse in hac re consuetudinem locorum, resoluit Sac. Congregatio Rituum in Camerinensi 21. Nouembris 1637. in responsione ad 4. relata à Peyrino *tom. 3. in decret. nouis; Sacr. Congreg. decret.* 10. *& in apostil. margin.* ita habetur. *Vbi vnica tantùm Crux deferri solet in cadaueribus efferendis, deferenda est tantùm Crux Ecclesiæ, ad quam corpus defertur.* Et generaliter, quod in similibus materijs plurimum deferendum sit consuetudini præsertim immemorabili, adeò quod nec etiam liber cæremonialis illam tollat, declarauit pluries Sac. Congregatio apud Barbosam *de Canon. & dignit. cap.* 33. *num.* 24. *& in Sum. Apostol. collect.* 78. *num.* 5. *&* 6.

Hæc autem consuetudo sufficienter probatur ex fide 16
subscripta à viris grauibus, & formiter recognita, Add. ad Greg. *dec.* 214. *lit. B.* Rot. *dec.* 525. *n.* 5. *p.* 2. *rec. & dec.* 248. *n.* 8. *p.* 6. Sed tamen in omnem euentum supplicari poterit pro concessione literarum remissorialium, quæ non videtur deneganda: sicut in terminis ad probandam consuetudinem cuiusdam Confraternitatis deferendi propriam Crucem (quod circumscripta consuetudine non est permissum) remissoriam concessit Sacr. Rituum Congregatio in Anconitana 20. Iulij 1609. apud Selell. *in select. cap.* 50. *n.* 32. & Barbos. *in sum. Apost. dec. collect.* 207. *n.* 36. assentiente Concilio *Prou.* 1. *Mediolan.* quod Cruces tot adhibeantur, quot Collegiatæ vocantur, & sub Cruce Rectoriæ procedant alij inuitati Clerici.

At cur in funeribus vna tantùm Crux deferatur? An 17
quia sunt processiones mœstæ? An vt differant à processionibus, quæ fiunt pro viuis? An vt sciant fideles, in quam Ecclesiam conuenire debeant ad orandum pro defuncto? An ad denotandum prærogatiuam Ecclesiæ tumulantis? An vt doceamur, quod pallida mors æquo pede pulsat pauperum tabernas, Regumque turres? Omnes vna manet nox, & calcanda semel via lethi? Quòdque, mista senum, ac iuuenum densantur funera, nullum sæua caput Proserpina fugit, & tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam, ac omnia sub leges mors vocat atra suas? scilicet omne sacrum mors importuna profanat, ac tandem quod omnia mors æquat?

CONSVLTATIO LIX.

An Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ possint leuare Cadauera defunctorum ex alienis Parochijs sine proprio Parocho?

NOn possunt. Quia cum de iure non liceat tam 1
Regularibus, quàm secularibus, irrequisito Parocho, leuare de domo cadauera, immò nec Parochiam cum Cruce ingredi sine licentia Parochi ad leuanda corpora defunctorum in eorum Ecclesijs sepelienda, *c. nullus 9. q.* 2. Oldrad. *cons.* 82. *n.* 2. Gratian. *discept.* 492. *n.* 28. *& seqq.* huiusmodi Canonici, qui id contra iuris dispositionem prætendunt, vel debent exhibere priuilegium clarum, & indubitatum, vel probare immemorabilem, aut saltem præscriptionem quadragenariam cum titulo, vt requiritur ad præscribendum contra iuris dispositionem, Glos. *in cap. peruenit v. Census de Censib.* ibique Abb. *num.* 3. traditque Rot. *dec.* 97. *n.* 3. *p.* 1. *rec.* & apud Merlin. *dec.* 8. *n.* 7.

Atque ita non posse declarauit S. Rituum Congre- 2
grega-

gregatio in Nouariensi, cuios hæc sunt verba. *Capitulum, Archipresbyter, & Canonici Cathedralis Nouariensis conquesti sunt de Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Gaudentij eiusdem Ciuitatis, quod ausi sint processionaliter ingredi limites Parochiæ Cathedralis pro efferendo quodam cadauere, intra cuius fines decesserat, ad eorum Collegiatam absque licentia, & interuentu proprij Parochi, supplicantis mandari restitui cadauer vna cum emolumentis funeralibus, & prouideri in posterum ad euitanda scandala, & pro bono pacis.*

3 *Sacra Rituum Congregatio respondit, in casu proposito nullo modo licuisse Canonicis Collegiatæ S. Gaudentij, ingredi fines Parochiæ Cathedralis, irrequisito, & non expectato proprio Parocho, & cadauer fuisse sepeliendum in Parochiali, sub qua decesserat; sed non propterea iustis de causis exhumandum. Omnia verò emolumenta funeralia esse per Canonicos d. Collegiatæ restituenda Parochiali Cathedralis absque vlla replicatione, prout cum effectu integraliter restitui, & à similibus abstinendum in posterum omnino præcepit, & mandauit die 15. Ianuarij 1633.*

4 Et in Valuensi. *Archipresbyter Terræ Raiani conquestus est de Regularibus S. Francisci de obseruantia, quod non obstante decreto aliàs per hanc S. Rituum Congregationem, audeant sepelire cadauera defunctorum in ipsorum Ecclesijs sub prætextu, quod in vita mandauerint testatores sepeliri velle cum habitu S. Francisci, & hoc etiam sine interuentu proprij Parochi. Et S. Rituum Congregatio respondit, seruanda esse decreta per S. Congregationem edita, & cadauera non posse extrahi de Parochia sine interuentu, aut de consensu proprij Parochi, die 12. Iunij 1638.*

5 *In Auersana. Eminentiss. Pallotto referente dubia exhibita pro parte Parochorum Ciuitatis Auersanæ, prædictis dubijs sic respondendum censuit. Ad primum, vocato ad funus Capitulo Cathedralis non aliam Crucem, quam ipsius Capituli deferendam esse. Ad secundum. Capitulo interueniente, vt supra, proprium Parochum defuncti, etiam quod sit stola indutus, incedere debere ante Canonicos Cathedralis. Ad tertium. Ad solum Parochum spectare aspergere aqua benedicta cadauer, antequam leuetur de domo, & ad eundem pertinere intonare antiphonam: si iniquitates, & officium super Cadauere in sua Ecclesia peragere. Die 15. Septembris 1640.*

6 *Iterum* in Nouatiensi Vicario. *Reu. Pater. A Parochis Ciuitatis Nouariæ supplicatum fuit S. Congregationi iuxta decreta aliàs lata declarari, Capitulum, & Canonicos S. Gaudentij non posse Parocho inconsulto cadauera defunctorum ex vlla Parochia leuare, & ad vnumquemque Parochum spectare munus benedictionem faciendi super eadem cadauera, & illa aqua benedicta aspergendi, antiphonam, Exultabunt Domino intonandi, quando effertur cadauer, officium defunctorum peragendi, omniaque alia ad funus pertinentia. Eminentissimi vero Patres eorum decretorum exemplar adiunctum tibi remitti voluerunt, cuius partes erunt illorum obseruantiam curare. In quo si aliqua difficultas orietur, mandabis, vt in hac Sac. Congregatione iura deducantur, non suspensa tamen dictorum decreterum executione. Datum Romæ Die 21. Septembris 1651. Alex. Card. Capponius.*

7 Quod est decretum geoerale noo solùm S. Rituum Congregationis in declarationibus recensitis à Barbos. *in sum. decret. v. Defunctus*, vt in Thelesina 18. Augusti 1619. & in Nouatiensi 12. Iunij 1626. sed etiam decretum geoerale S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus contra omnes Regolares, editum anno 1604. 12. Ian. cum abrogatione quarumcumque contrariarum consuetudinum apud Quaraot. *in sum. Bullar. v. Priuilegia Regularium vers. ne liceat*. Extatque hac in re decretum Concilij Lateranensis sub Leooe X.

8 Ex quibus probè colligitur, qood ad proprium Parochum, non autem ad alios spectat peragere officium super cadauere in eius propria domo, illudque aspergere aqua benedicta, intonare antiphonam, quando effertur, ac peragere omnes alias cæremonias funeris, vt specìatim vltra dispositionem Ritualis Romani *tit. Exequiarum ordo*, habentur quoque declarationes S. Congregationis Rituom in d. Auersana 15. Septembris 1640. io Pieotina 1. Martij 1636. & in eadem 8. Augusti 1637. io qua requisita fuit probatio immemorabilis temporis ad firmandum contrariam consuetudinem.

CONSVLTATIO LIX.

An beneficiati deferre possint Carbasinam præsularem, vulgò Rocchetto, sicuti eam deferunt Canonici?

ET affirmatiuè resoluendum videtur. Nam illam antea detulerant, atque adeò habeot vsum eam deferendi, ac proindè ex hoc vsu, & coosuetudine perpetuò seruata acquisiuerunt ius illam deferendi, ita vt nil aliud sit iooouandum ex vulgari illa regula, qood in eiusmodi prærogatiuis attendatur vsus, & coosuetudo Felin. *in cap. Pastoralis n. 9. de offic. deleg. Rot. dec. 4. n. 1. in fin. cum seqq. de elect. in nou.* & oos passim, sufficitque solus vsus, & consuetudo seruata spatio decem annorum, vt notat Add. *ad dec.* 124. Gregorij XV. sub *lit. A.* fuisse resolutum io Seguntina præcedentiæ 13. Iunij 1609. coram Iooocentio X. Quinimmò etiam si vsus iste, & consuetudo esset contra ius, adhuc per lapsum quadragiota annorum esset præscriptus, *cap. vlt. in fin. vbi Glos. vlt. in princ. de consuet.* ibique Cardinal. *n.* 27. Butr. *n.* 39. & Bellam. *n.* 21. *in 2. quæst.* 1

Neque obstat, quod noo intercesserit scieotia Pontificis Maximi. Tum quia publica, atque assidua delatio Carbasinæ cum toleraotia Episcoporum, ac scientia totius populi æquipollet cuiuis sententiæ, ac ioducit apud omnes, atque etiam apud ipsum Priocipem scientiam certam Eugen. *cons. 9. n. 4. & seqq. lib. 1.* vbi de communi Becc. *cons. 15. n. 9. lib. 1.* & Anchar. *q. fam.* 50. *n.* 13. Præsertim in superioribus plenè edoctis de statu Ecclesiarum, atque aduerteotibus ea, quæ respiciunt incrementum honoris Ecclesiastici, & diuini cultus Rot. *dec. 129. n. x. p. 6. rec.* & Clarius *dec. 93. n. 10. p. 5. rec.* 2

Tum quia noo agitur de præscribendo contra titulum, sed de demonstrando qualis titulus ab initio fuerit, & sic non videtur necessaria scientia Principis, Rot. *dec. 93. n. 99. & seq. p. 5. recent.* 3

Accedit, quod delatione Carbasinæ præsularis digoitas redditur splendidior, decor Ecclesiæ, & cultus Diuious venerabilior. Id, quod hisce in rebus præcipuè consideratur, Rot. *dec. 252. n. 11. p. 6. rec.* Inhonestus quippè esset aspectus beneficiatorum cum sola *Cappa*, sufficitque, quod differant à Caoooicis præeminentia dignitatis, sicut in simili dixit Rot. *dec. x88. num. 19. p. 6. rec.* 4

At verò negatiuè respondendum est. Etenim oulla est difficultas, quod Ecclesia repræsentatur per solùm Capitulum, non autem per Beneficiatos, Seraph. *dec.* 426. *n.* 4. quodque Capituli appellatione soli Canonici, non Beneficiati cootinentur, Cæs. de Graff. *dec.* 131. alias 4. *n. 6. & 7. de his, quæ fiunt à maior. par. Cap.* Ac proindè quod Beneficiati tanquam ministri, & serui Ecclesiæ oon faciunt partem cum Capitulo, vt per Rot. *d. 309. n. 4. cum dec. 351. n. 2. p. 6. rec.* Ideòque beneficiati subiacent Capitulo, vt in eadem *decis.* 351. *n.* 13. 5

Hinc autem cum absque dubio Ordo Beneficiatorum sit inferior Capitulo, illique debeat inseruire, vt etiam per Cæs. de Graff. *dec. 4. n. 8.* consequenter diceodum est, quod quilibet ordo vestes sibi coogrueotes assumere debeat iuxta textum in *Clem. 2. incip. Quoniam sub princ. de vit. & honest. Cler.* & per hunc textum Benedictus Capr. *n.* 1. notat, quod quisque vti debeat vestibus suo ordini cooueuientibus, adeout si incoouenieotes assumar, indignus reddatur priuilegio illius ordinis. Æqualis eoim habitus delatio arguit dignitatis æqualitatem, vt ex Geminiano, & alijs firmauit Rot. *p. 6. rec. dec. x52. n. 13.* Beneficiatus aotem cum Canonico procuIdubiò comparandus non est, neque decet ordines confundi, & eadem prærogatiua inferiorem, & superiorem gaodere, vt per Rot. *dec. 288. n. 18. & seqq. p. 6.* Et sicuti in sedendo, ac in alijs est ioferior, talis etiam esse debet in habitu, quæ duo tanquam æquiparata ad inuicem 6

argu-

argumentum præbent, Rot. *d. dec.* 252. *num.* 13.

7 Et quidem est planè indecens, quod constitutus in dignitare infetinri vtatur vestibus maioris Dignitatis, *cap. vt Apostolica 6. cum glos. v. dignitatum de præbul. in 6.* Menoch. *cons.* 902. *n.* 16. *&* 17. *lib.* 10. Quamobrem cum Rocchetti in nullis Ecclesijs deferantur à Beneficiatis, sed à solis Cannnicis, idque seruetur, etiam in Vrbe, tam in Basilica Lateranensi, quàm Vaticana, & Liberiana totius Orbis insigniotibus, vtique eiuscemodi delatin prohibenda est beneficiatis, & præcipuè vbi Canonici Cappa, & Rocchetto vtuntur ex indultn speciali Pontificis; Beneficiati verò in limine eorum erectinnis soln Capparum priuilegio, vt per eundem Capr. *in eadem Clem. Quoniam n.* 11. quatenus firmat, vestes cnngruere debere qualitati, & cnnditioni personarum; & ab Ecclesia S. Petri, quæ nmnium Ecclesiarum exemplar, & magistra est, cæteræ Ecclesiæ addiscant, Rot. *d. dec.* 288. *n.* 21. *p.* 6.

8 Atque hinc delatio Cappæ, & Rocchetti minimè permittitur, nisi ex soln Summi Pontificis priuilegio, vel ratinne dignitaris, cui hoc priuilegium consequentet inhæret, Anast. Germ. *de sacr. immun. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 72. *& seqq.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.* 9. *c.* 5. *num.* 3. Grat. *discept.* 845. *n.* 50. *cum seqq.* & constat ex declaratione, quam hic apponimus. *Nolanam Ecclesiam ex antiquissimis totius Regni Neapolitani multis Sanctorum reliquijs speciosissimam Sacro Cœmeterio, numeroso Clero, copiosa diœcesi, & multis insignibus qualitatibus dotatam, & refertam esse pro parte R. P. D. Fabricij Galli, eiusdem Ecclesiæ Episcopi Santiss. D. N. narratum est, & petitum pro eiusdem Ecclesiæ Nolanæ Canonicis, & præbendatis vsum Cappæ, & Rocchetti ad instar Canonicorum, & præbendatorum Ecclesiæ Auersanæ eidem vicinæ, & prout in Vrbe Canonici, & Beneficiati Basilicæ S. Petri deferre solent. Quod præter dictæ Ecclesiæ Nolanæ qualitates tantò magis concedendum videtur, quantò similis gratia, & prærogatiua deferendi Cappas concessa fuit in sua Diœcesi Ecclesiæ Collegiatæ Terræ, seu oppidi Summæ, cuius Ecclesiæ Canonici cum aliquando pro facienda Synodo, vel alia de causa cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis conueniant, indecens videtur, vt nobiliori habitu, & dignioribus insignibus ornati Collegiatæ Ecclesiæ Canonici, & præbendati appareant, quàm Canonici, & præbendati Ecclesiæ Cathedralis. Et cum idem Santiss. D. N. negotium hoc examinandum S. Congregationi Rituum remiserit, eadem S. Congregatio, si Sanctitati suæ ita placuerit, censuit gratiam petitam posse concedi. Et ita declarauit 28. Aprilis* 1607.

9 Hinc etiam delatin Almutinrum permittitur solùm vel Canonicis Cathedralium, vel ex priuilegin, vt per Card. Zabarel. *in Clem.* 1. *num.* 3. *ad med. de stat. Monachorum.*

Et præcipuè cum hæc quoque regula statuatnr pro personis in dignitate, in nfficio, & in magistratu seculati constitutis; nam & in ijs vestes debent cnnuenire statui, ordini, & officio, *l. sed si quid §. mancipiorum ff. de vsufr.* Ioan. Licier. *de primog. q.* 3. *lib.* 2. *n.* 21. *per tot. in tr. nouis. tom.* 10. *p.* 1. & Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 14. *& seqq.* Adeò vt vestium vsus extra qualitatem Dignitatis permitti à solo Principe possit, vt per eundem Mastril. *eo loco n.* 28.

10 Neque obstat, quod beneficiati spatio quadraginta annorum, & amplius Rocchettum detulerint. Tum quia cum illorum erectin cnncessa à Pontifice cum inclusinne priuilegij deferendi cappam excludat delationem Rocchetti ex conclusione recepta, quod vnius priuilegij inclusio sit alterius exclusio, Ruin. *cons.* 112. *n.* 3. *lib.* 5. Becc. *cons.* 74. *n.* 32. *lib.* 1. Surd. *cons.* 294. *n.* 18. *lib.* 2. Rot. in Romana vigesimæ 15. Martij 1627. confirmata 7. Aprilis 1628. coram Pirouann, sequitur quod stante hac exclusione proueniente ex literis Apostolicis, non possit dari de nbseruatinne, & consuetudine contraria, quantumuis præscripta, non probata Summi Pontificis scientia, vt per Rnt. apud Caual. *dec.* 91. *n.* 1. *&* 6.

11 Tum quia cum subreptinne id factum præsumatur, non autem Romani Pontificis concessione, vt dicit textus *in c. Illud autem* 22. *d.* 93. vbi Glos. *v. præsumptum* admonet, antiquitatem, & longam consuetudinem non dare priuilegium, quia hoc de iure communi possideri nnn poterat. Ideòque concludit, in huiusmodi materia præscriptionem nnn dari. Idemque dicit Archidiaconus *eo loco*, loquens in fortioribus, nimirùm de Clericis, qui in Curia Rnmana vsi erant mappulis, quibus cnncludit, non profuisse præscriptionem, sed semper intelligi vsurpasse, cum non ex eo, quod factum fuerit in Curia Romana, dicatur Papa id sciuisse, sed potiùs ignntasse præsumatur.

12 Tum etiam quia cnnsuetudo, quamuis præscripta, non suffragatur, quando est irratinnabilis ex textu in *cap. fin.* ibique Glos. *v. Rationabilis de Consuet.* Quod autem huiusmodi consuetudo sit irratinnabilis, liquet ex *c. peruenit* 21. *dist.* 93. quatenus D. Gregorius firmat, Diaconos Ecclesiæ Casinensis calceatns compagis procedere præsumpsisse; quod quia nulli hactenus per toram Siciliam licuit, nisi solis tantummodò Diaconis Ecclesiæ Messanensis, quibus olim ab eius prædecessoribus fuerat concessum, fuit temeritatis, & vsurpatinnis ausus iudicatus, subdens, quod si negligenter ea, quæ malè vsurpantur, nmittimus, excessus viam alijs aperimus.

13 Vndè Rocchettum, tanquam vestis primarijs Ecclesiæ viris teseruata, & iurisdictionem denntans, nnn nisi ex Principis concessinne deferri potest, vt de compagis est textus allegatus *in d. c. peruenit*, & de mappulis *in can. Illud autem* 22. *iad. d.* 93. & generaliter *in l.* 2. 3. *&* 4. *C. de vestib. holos. & aur. lib.* 11. vbi Luc. de Pen. *in l. nemo sub n.* 1. Chassan. *in Catal. glor. mund. p.* 12. *consid.* 26. vbi etiam citat Io. de Plat. post Glos. *in d. l.* 2. & prosequitur Gratian. *discept.* 845. *n.* 53. & de almutijs pluries dixit S. Rituum Congregatin apud Barbos. *in collect. Bullar. v. Almutia*, & nupertimè in Balneoregiensi, iterum confirmata, ac de Rocchetto lnquitur etiam Gratian. *vbi supra*, & nstendunt decreta eiusdem Sac. Congregatinnis, relata per Barbos. *loc. alleg. v. Rocchettum.*

14 Quæ autem dicuntur de decore Ecclesiæ, potiùs in illius dedecus, atque ipsius habitus vilipendium tendunt; est enim inhnnestum, quod seruientes vti debeant Rocchetto, quo nonnisi Ecclesiæ Prælati vti debent. Hinc ad delendam hanc maculam quilibet de populn admittitur, cum agatur de publico dedecnre, atque adeò satis est, quod vnus ex Canonicis cnntradicat, licèt alij consentiant. Quia vbi actus tendit in damnum, ac dedecus vniuersitatis, vnus solus potest nbsistere, vt ex pluribus optimè expressit Garz. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 455. Immò etiam si versetur in actu voluntarin, & nnn damnoso, adhuc vnius contradictio sufficeret iuxta decisiones, quas plena manu coacervat Rubeus *in suis singul.* ad Seraph. *dec.* 708. & *ad decis.* Bubali 187.

CONSVLTATIO LX.

1 *An, & quatenus extensio Officij proprij concedenda sit? vbi an pro eiusmodi concessione requiratur, quod Sanctus sit canonizatus?*

2 *An concedi possit de Beatificatis tantùm, qui habent cultum limitatum? Et*

3 *An sit licitum vtentibus Breuiario Romano accipere officia propria ex alijs Breuiarijs?*

1 POsse officia propria Sanctorum, vel Beatorum extendi etiam ab Ordinibus regularibus ad Ecclesiam, vel Diœcesim, aut Prouinciam, vel Regnum, constat ex nfficin S. Theresiæ, approbatn prn Religione Carmelitarum, & permissum à Sac. Congregatione pro Regnis Hispaniarum decreto suo sub die 18. Augusti 1629. & S. Alberti Carmelitæ die 8. Augusti 1637. in Mazatensi.

2 Prn responsione autem aduertendum est, quod, licèt agatur de Sancto non canonizato, debet tamen esse de ijs, de quibus potest fieri officium, nempè de Sanctn, qui reperitur descriptus in Martyrolngin Rnmano, cum is non sit dicendus Sanctus tãtummodò enunciatiuè per nun-

nuncupationem Papæ cum titulo Beati, vel acclamatiuè per populum iuxta doctrinam traditam à Molphesio *conf. 45. n. 26. & seq.* sed declaratiuè, de quo licèt officium facere limitatè, vt *ibidem* per eundem Molphes. *n.* 25. Aliàs enim, si requireretur specifica Canonizatio, vel Beatificatio in Sanctis, præsertim antiquis, vbi de specifica approbatione proprium officium apparere deberet, multa officia expungenda essent non solùm ex Breuiarijs Monasticis, sed ex Romano. Sola enim appositio in Breuiario, quæ fieri non debet inconsulta Sede Apostolica, importat approbationem.

3 Ex quo ad 2. est locus Rubricæ Breuiarij *in c. 1.* vt liceat facere officium duplex de Sanctis non descriptis in Calendario, qui apud quasdam Ecclesias, vel Religiones honorari solent cum officijs proprijs approbatis per Sedem Apostolicam. Vndè potest extendi non quidem vniuersaliter, sed tantùm ad particularem Ecclesiam, vel Diœcesim,

4 Ad III. Non licet, & ideò supplicandum est pro licentia, quæ concedi, ac commendari meretur, cum nollum aliud habeat fundamentum, nisi deuotionis erga Sanctos, præsertim ciues, in quorum honorem, si ab immemorabili Clerus alicuius Diœcesis celebrauerit, & celebret officium de communi iuxta declarationes Sac. Ritoum Congregationis, continuare etiam poterit post decretum de tollendis abusibus: vt fuit responsum in vna Venetiarum 27. Nouembris 1632. & in Perusina 11. Martij 1641. Quod procedit etiam quoad Sanctos non canonizatos, vt declarauit eadem S. Congregatio die 8. Octobris 1628. ad primum dubium super decreto de tollendis abusibus his verbis: *Ad primum de Episcopis, &c. fuit responsum, quod aut habent officia propria, & à Sede Apostolica approbata, & debent continuare modo concesso.*

5 Neque de non canonizatis est diuersa ratio ab ijs, qui sunt canonizati, vt Sanctus Albertus, & S. Theresia quoad huiusmodi extensionem. Nam Beatus Philippus Benitius non erat canonizatus, & tamen de illius officio concesso Fratribus Seruitis, facta fuit extensio primùm ad Ciuitatem Florentinam, deinde ad Ciuitatem Tudertinam, ac demum ad totam ditionem Florentinam, ac nuper ad Germaniam ex decreto S. Congregationis 3. Ianuarij 1626. Idem factum fuit de officio proprio B. Laurentij Iostiniani in vna Venetiarum 10. Ianuarij 1631. ad omnes Ecclesias Ciuitatis, passimque alibi. Si enim extensio deneganda esset ex capite non Canonizationis, vel specialis Beatificationis, non Iustificationis legitimæ eorum, quæ leguntur in officijs proprijs, eadem sanè ratio debuerat impedire primam concessionem. Hac autem posita non debet ex hoc capite denegari extensio.

6 Minùsque subsistit, quod per eiusmodi extensionem officium contra prohibitiones S. Congregationis eleuetur ad altiorem ritum. Tum quia id prohibitum Ordinarijs non esset prohibitum S. Congregationi. Tum quia eleuare ad altiorem titum non est extendere, sed de simplici facere semiduplicem, vt docet eadem S. Congregatio in dicto decreto 28. Octobris 1628. in responsione ad 2. dubium, scilicet. *Ad secundum fuit dictum, non potuisse, neque posse Episcopos, neque Regulares eleuare festa Calendarij Romani ad nobiliorem ritum, puta è semiduplici ad duplicem sine licentia Sedis Apostolicæ.*

7 Quod autem de quatuor lectionibus, quæ sunt in Breuiarij Romani id facillimum est absque vlla mutatione historiæ, debetque fieri pro obseruantione Rubricarum.



CONSVLTATIO LXI.

1 *An pro veneratione Reliquiarum antiquarum, recens tamen repertarum, sit licentia concedenda? vbi aliqua de probanda identitate corporum Sanctorum.*

2 *Et an reliquiæ Sanctorum existentes in Ecclesijs Regularium, quæ exponuntur publicæ venerationi fidelium, possint ab Episcopo visitari, eo quod non constet vnquam fuisse ab ipso visitatas, aut approbatas iuxta dispositionem S. Concilij Trid. sess. 25. de inuoc. ven. & reliq. Sanctorum?*

AD 1. Censeo affirmatiuè. Quoniam non agitur de 1
veneratione nouarum Reliquiarum, sed antiquarum, recens tamen repertarum post illarum amissionem, quo casu licentia conceditur, si ex aliquibus signis probetur illas esse reliquias antiquas Sancti iam canonizati. Est concordis theorica Canonistarum desumpta *ex cap. fin. de reliq. & vener. Sanctorum:* qui textus, licèt prohibeat Reliquias recens inuentas, à nemine publicè venerari, nisi fuerint approbatæ authoritate Romani Pontificis, vbi *glos. v. auctoritate*, requirit, quod in ista approbatione recipiantur testes super vita, & miraculis illius Sancti, cuius esse Reliquias asseritur iuxta textum *in cap. venerabili de testib.* Nihilominùs concludunt ibi Doctores, illum textum procedere in Reliquijs omninò nouis, non verò in antiquis recens inuentis; istæ enim sunt venerandæ. Ita Butr. *n. 5.* Abb. *n. 1.* & antea Hostiens. *n. 9.* vbi, quod, si inuenirentur aliquæ Reliquiæ cum scriptura in eis existente, quod essent alicuius Sancti antiquitùs approbati, tunc tales Reliquiæ debent coli ex solo testimonio illius scripturæ, inconsulto Romano Pontifice; quod prosequitur Azor. *p. 1. instit. moral. lib. 9. c. 8. q. 8.* & Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 97. n. 11. & seqq.* neque videtur dissentire Io: Andr. *in eod. cap. 1. de reliq. & ven. Sanct. n. 6.* quarenus ait, quod possit Episcopus diem festum alicuius Sancti instituere, si antiquitùs Sanctus ille fuerit approbatus.

Et in his terminis loquitur S. Concil. Trid. *sess. 25.* in 2
decreto *de inuocat. & reliq. Sanct.* ad quem locum eius S. Congregatio adhibuit eandem distinctionem inter nouas Reliquias, in quibus declarauit in Cæsaraugustana, quod Sanctorum Reliquiæ, si sunt antiquæ, habendæ sunt in ea veneratione, in qua hactenus habitæ sunt, si verò sunt nouæ, Episcopus seruet decretum Concilij.

Ideò summa rei est in comprobanda identitate, quod sit illa ipsa Reliquia, quæ antea colebatur, quod probari potest ex multis circumstantijs, ex quibus admodum verisimilis redditur probatio eiusmodi identitatis, speciatim ex miraculis, ex quibus sumi debet argumentum sufficiens. In hac enim materia Ecclesia contenta est ordinarijs probationibus, vt patet ex Glos. *in d. cap. fin.* Hostien. *ibidem* cum alijs supracitatis, cui probationi ordinariæ circa identitatem cumulatè satisfit per leuiores probationes, etiam coniecturales, ac per indicia Corn. *cons. 206. n. 6. lib. 4.* Cassador. *dec. 3. de procurat.* Mascard. alijque *concl. 875.* vbi agitur de probanda identitate personæ.

Adeò, vt concurrentibus demonstrationibus per an- 3
tecedentem famam publicatis non solùm probata videatur omninò identitas, sed etiam omnis imposturæ scrupulus cessare censeatur, vt in simili arguit D. Augustinus contra *Manich. lib. de vtil. cred. cap. 3.* vbi ait, illos Hæreticos iactantes Manetem postea Manichæum, eorum caput, fuisse Spiritum Sanctum, & Euangelio attestanti, Spiritum Sanctum tempore Apostolorum venisse longè ante natiuitatem Manetis, respondere solitos ante natiuitatem Manetis, nescio quos corrupisse Euangelium, vbi D. Augustinus replicat: quomodò illi potuerunt diuinare futurum aliquando Manichæum, qui se Spiritum Sanctum esse diceret, & ideò Euangelium corrupisse, vt futuro postea Manichæo præiudicarent?

Sed

5 Sed quid si interueniat aliqualis nominis diuersitas? Ex diuersitate nominis arguitur diuersitas corporis secundùm Bald. *in proem. C. n.* 18. negantem posse nomen mutari, quia hoc ingereret difficultatem probationis, nam ex diuersitate nominis præsumitur diuersitas corporum, nisi probetur, quod sit idem corpus. Quin etiam *cons.* 194. *col. fin. vol.* 1. dixit: quæ sunt diuersa in nomine, non sunt idem, vt *in l. ex legato* 18. *n.* 1. *C. de legat.* quod ex nominis diuersitate apparet, nominata esse diuersa in substantia. Quare Glos. *in cap.* 1. *v. formam d.* 99. asseruit, quod diuersitas nominum debet designare diuersitatem rerum, *& in cap. olim* 5. *v. Toleremus d.* 95. quod distinctio nominum differentiam rerum declarat.

6 Idem dicendum de diuersitate temporis. Certum enim est, quod diuersitas temporis inducit diuersitatem factorum, vt Glossa inquit *in can.* 1. *v. honestissima in fin.* 35. *quæst.* 1. Siquidem acta diuersis temporibus dicuntur numeri discreti, qui non debent aggregari, teste Baldo *in l. Sancimus, §. quis autem sub init. C. de donat.* Immò nec temporis incertitudo aliquid probationis habet, cum obstet regula sine præfinito 23. *ff. de pæn. & l. seruus* 10. *C. de præscript. long. tem.* cum similibus, quod dictum sine præfinitione temporis certi, intelligitur de solo decennio. Qua ratione Bald. annotauit *in l.* 1. *num.* 2. *ff. pro Socio*, quod appellatione temporis indefinitè prolati intelligitur decennium, vt *in d. l. seruus n.* 2. & sic est, quod vbi fit mentio de tempore incerto, intelligitur de decennio.

7 Neque videtur referre, si exprimatur patria, professio, locus Martyrij, & huiusmodi alia; quandoquidem identitas personæ sufficienter probatur duabus demonstrationibus, etiamsi alia non conueniant. Nam præterquamquod Bartolus antesignanus dictæ theoricæ *in l. demonstratio falsa* 16. *quæst.* 27. *num.* 14. *&* 15. *ff. de cond. & demonstr.* exigit omnimodam identitatem, non diuersitatem nominis, non solùm dicendo *in princ. n.* 14. *Debetis scire, quod ad demonstrandam personam perfectè debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, vel indicijs*, addendo etiam in fine. *Ille, qui vult probare quid de corpore; vt sit falsa demonstratio, non intret, si ostendit nomen cum duabus demonstrationibus, seu duabus euidentijs congruis huic personæ, ipse habet fundatam intentionem, quam quia de corpore constat, & licèt aliqua alia demonstratio fuisset adiecta, quæ reperitur falsa, hoc non nocet.* Et ratio est euidens, quia nomina sunt inuenta ad recognoscendum singulos, *l. ad recognoscendos* 10. *C. de ingenu. & manum.* quod etiam sentit Aristot. 4. *Metaph.* Ideòque Tullius *de inuent. lib.* 2. dixit, nomen esse, quod vnicuique personæ datur, quo suo quoque proprio, & certo vocabulo appelletur.

8 Respondetur primò, dicta accidentia patriæ, professionis, & loci Martyrij esse generica, quamplurimis communia, quæ non attenduntur ad firmandam identitatem, requirentem demonstrationes speciales, non conuenientes alijs, ne res inde ponatur in obscuro, sicque dicatur, non constate de corpore certo, sicut *in d. l. demonstratio falsa* supponunt Bartol. *n.* 15. & Castr. *n.* 6. traduntque Coro. *cons.* 91. *n.* 46. *&* 111. *n.* 14. *vol.* 1. *& cons.* 165. *ad fin. vol.* 3. Ruin. *cons.* 30. *num.* 60. *vol.* 1. Roland. *cons.* 98. *n.* 29. *vol.* 3. Surd. *cons.* 201. *num.* 14. *vol.* 2. Rot. coram Greg. XV. *dec.* 455. *n.* 10. vbi Add. *litt.* F. Caualer. *dec.* 578. *n.* 1. & Buratt. *dec.* 132. *n.* 8. qui alios recenset.

9 Respondetur secundò, dictam conclusionem, quod identitas probatur duabus demonstrationibus, licèt aliæ non verificentur, procedere solùm, quando aliæ demonstrationes non sunt adaptabiles alij corpori, secus quando conueniunt alteri; quia tunc res ponitur in obscuro; nec propterea potest asseri, quod constet de identitate certi corporis, vt inquiunt Castr. & Alex. *l. si in homine* 4. *C. de testam.* ille *num.* 3. *hic cons.* 38. *num.* 5. *vol.* 5. Ruin. *cons.* 113. *num.* 4. *vol.* 2. Abb. *cons.* 10. *n.* 13. Surd. *cons.* 235. *n.* 18. *vol.* 2. Rot. *dec.* 245. *num.* 9. *p.* 1. *rec.* Add. ad Burat. *d. dec.* 132. *num.* 10.

10 Vndè liquet, quod postulatores teneantur probare, quod Sanctus, cuius officium proprium petunt, sibi concedi, vel Reliquias publicè exponere, sit idem in substantia cum descripto in Martyrologio, vt concludere debent pro fundamento suæ intentionis; quia identitas concludenter probanda est ab eo, qui eam allegat, & in ea se fundat, Corn. *cons.* 144. *post num.* 11. *vol.* 4. Purput. *cons.* 414. *n.* 8. *& cons.* 434. *n.* 7. *&* 503. *n.* 14. *vol.* 2. Afflict. *dec.* 23. *num.* 3. *in princ.* Surd. *dec.* 55. *n.* 1. Gregor. XV. *dec.* 195. *n.* 5. Aliàs succumbit, qui specificè non probat identitatem personæ, Signorol. *cons.* 16. *num.* 5. Aym. *cons.* 294. *n.* 4. Surd. *dec.* 336. *n.* 22. Quod non solùm repetit Valenz. *cons.* 110. *n.* 17. *vol.* 2. sed pro ratione subdit. *n.* 18. *& seqq.* hoc prouenire ab incertitudine, cum probatio debeat esse certa, aliàs non releuat tam in causa odiosa, quàm fauorabili.

11 At nihilominùs vnum, atque eundem Sanctum esse vltra nominis vniformitatem, ostendunt patriæ, ac professionis identitas, ac prorsus idem Martyrij genus, locus, & dies, cùm aliàs ad probandum identitatem personæ sufficiant duæ demonstrationes specificæ, quales sunt prædictæ iuxta veram sententiam; quam tradit Bartol. *d. l. demonstratio falsa* 17. *n.* 14. *& seqq. ff. de condit.* Gratian. *discept.* 555. *n.* 56. Cyriac. *cap.* 281. *n.* 6. & Rot. *dec.* 641. *n.* 12. *p.* 3. *rec. ac dec.* 600. *n.* 2. coram Merlino, vbi sufficere alteram demonstrationem particularem, asserit *n.* 3. & in Bononiensi fideicommissi 5. Iunij 1651. §. *neque Dominus* coram Eminentissimo Otthobono, vbi ex identitate exercitij, ac loci, in quo quis obijt, infertur identitas personæ. Idque præcipuè, si confirmetur ex Historicis, Rot. *dec.* 212. *n.* 8. *p.* 7. *rec.* in Papiensi fructuum 15. Ianuarij 1638. §. *supradictis* coram Ghisletio, & in Cordubensi decimarum 5. Iulij 1638. §. *Vndè* coram Reuerendiss. Compostellano, & videtur agnouisse S. Rituum Congregatio, dum die 19. Nouembris 1650. approbauit sub ritu semiduplici lectiones S. Crescentiani, qui vti præceptor Typherni colitur cum celebratione proprij Officij, & Vrbini vt patronus sub nomine Crescentini, licèt Rota ad effectum quæstionis Primatus noluerit Chronologis deferre, *vt dec.* 60. *n.* 42. *& per tot. p.* 8. *rec.*

12 Hinc non obstat leuissima in nomine varietas, quando superiùs ponderatæ demonstrationes conueniunt, *l. si in nomine* 32. *ff. de verb. oblig.* Rot. *dec.* 617. *n.* 4. *p.* 7. *rec.* Audimusque in dies iuxta diuersitates regionum, præsertim apud Italos aliquam in pronunciatione nominum varietatem irrepere, dum Petrus dicitur Piero, e Pietro, Paulus Paolo, & Polo, Bartholomæus Bartholomeo, e Bartolo, Iacobus Giacomo, Iacopo, Iacomo, & in alijs innumeris. Vndè Baronius obseruauit, Bibianam aliquibus dictam Viuianam, immò & fortè melius Vibianam *in Martyrol.* sub die 2. Decembris. Et frequenter *litt. B.* in *V.* mutationem obseruauit Rhodius in votis ad Scribon. *n.* 60. *& n.* 122. Immò etiam *B.* veluti *M.* prolatum fuisse *n.* 231. & Saluator noster *Christus* Dominus facta tenui mutatione dicitur *Chrestus* apud Suetonium in *vit. Claudij cap.* 25.

13 Contra idem Baronius nominis similitudine deceptus ex duobus Gabinis, qui Turribus in Sardinia Martyrium subierunt, vnum fecit ex eo, quod vnus dicatur Gabinus, alter Gauinus. In quo quidem errauit; quia olim apud Latinos, & nunc apud Græcos, & alias nationes V. & B. inter se passim permutantur. Porrò duos esse Gabinos, firmiter asserunt Io: Franciscus Fara *de reb. Sardois lib.* 1. *fol.* 75. *an. circiter* 300. Ioannes Arca de Sanctis Sardois *lib.* 2. *fol.* 1. *& seqq.* Pinnus *lib.* 3. *tit.* 4. *loc.* 12. *n.* 22. de Christo crucifixo, & Ferrarius in *catal. general. Sanctor. qui in Martyrolog. Rom. non sunt*. Nec mirum est, quod viro alioquin diligentissimo in longo, & difficillimo opere somnus obrepserit: rerum enim singularium notitia obstrusior est, & plerumque in re historica, quæ ad factum pertinet, id contingit, vt quæ in patria alicuius viri Sancti omnibus notissima sunt, alibi delitescant, neque insolitum est, quod nominum similitudine, etiam viri magni interdùm decipiantur. Aliquot huius

gene-

generis hallucinationes in suis notis ad Martyrologium nuper impressis, animaduertit Luc. Holstenius. Atque penè infiniti ostendi possunt errores grauissimorum Doctorum, ac Rotæ Romanæ super statutis, & consuetudinibus, vel moribus quarumdam Ciuitatum, & Regionum, etiam per Italiam; vndè propterea receptum est in iure, quod solis Doctoribus Regionis, vel in ea versatis aliqualiter deferatur circa consuetudines, aliaque in facto consistentia, non autem alijs, Mascard. *de prob. concl.* 528. Gabr. *de prob. concl.* 4. Capyc. *consul.* 98. *n.* 19. Adeòque verissimum esse agnoscimus illud, quod ait Fabius: *Et magni auctores labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare interdum Demosthenes, Horatio verò etiam Homerus ipse videatur.*

14 Neque applicantur authoritates in contrarium adductæ. Quia procedunt præsupposita totali nominis diuersitate, non autem quando concurrit vnius syllabæ, vel vnicæ litteræ variatio, quæ nullam arguit diuersitatem, *arg. text. in cap. ex parte de fid. instr. text. in l. qui habebat* 54. vbi *qui habebat seruum Cratistum, testamento ita cauit: seruus meus Cratinus liber esto*, & tamen Cratistum liberum esse respondit Iurisconsultus, dicens, *nihil obesse, quod in syllaba errasset ff. de manum. testam.*

15 Ad 2. Respondeo negatiuè. Ita Sac. Congregatio Concilij in Vrbinatensi 10. Martij 1663. ad dictum Concilij locum. Sanctorum enim Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in illa veneratione, qua hucusque fuerunt. Si verò sint nouæ, Episcopus seruet hoc decretum Concilij, nempè visitet, atque cognoscat, etiam in Ecclesia exempta. Vndè, quamuis in Ecclesia Regularium proponi publicè non possint Reliquiæ Sanctorum sine Episcopi approbatione, prout ex declaratione S. Congregationis apud Sellium *in select. Can. c.* 3. *n.* 11. & Nouar. *in Lucern. Regular. v. Reliquia n.* 3. colligitur, attamen quando apud eorum Ecclesias fuerint aliquæ Reliquiæ, quæ ab antiquis temporibus in veneratione fuerunt, tunc tales Reliquiæ publicè proponi poterunt; quia S. Congregatio declarauit expressè, quod Reliquiæ antiquæ habendæ sint in illa veneratione, quam hucusque habuerunt, teste Naldo *in sum. v. Reliquia Sanctorum n.* 1. Quoniam tunc possessio, & præsumptio stat pro ipsis Reliquijs.

CONSVLTATIO LXII.

An Consules, Syndici, Nobilesuè Ciuitatis in processione Sanctissimi Corporis Christi incedere liceat cum cereis funalibus post Capitulum, & sic immediatè ante Sanctissimum?

1 Respondeo, non licere eiusmodi laicis præfatum locum occupare. Siquidem cùm in libro Cæremoniali mandetur, quod post Confraternitates laicorum sequantur Religiosi, & successiuè Nobiles, ac Magistratus, atque deinde Clerus, & Canonici, ac vltimo loco Dignitates cùm pluuialibus, sequitur, quod ista loci occupatio sit abusus, atque adeò tolli debeat, dum Clemens VIII. Constitutione sua 69. confirmata ab Innocentio X. mandauerit, formam dicti libri Cæremonialis omninò seruari, quibuscumque consuetudinibus non obstantibus, vt habetur §. 6. & in terminis huius processionis, quod fieri debeat, seruata forma Cæremonialis, declarauit S. Rituum Congregatio in Insulana de Forio 19. Iunij 1604. apud Barbos. *collect.* 606. *n.* 3. ea ratione, quia Cæremoniale Romanum facit ius commune, Rot. *dec.* 701. *n.* 2. *p.* 4. *recent. tom.* 3.

2 Neque vrget, quod antea tenuerint eundem locum. Quoniam in materia præcedentiæ attenditur solummodò consuetudo, quæ sit rationabilis, alioquin dicitur corruptela, & per consequens est impræscriptibilis, Abb. *cons.* 21. *n.* 4. *lib.* 1. Gregor. XV. *dec.* 110. *num.* 5. & 6. cùm alijs, quos adducit Eminentis. Cardinal. Otthobon. Celebratissima illa *dec.* 4. *n.* 36. *cum duob. seqq.* Et quod hæc distinctio procedat etiam in terminis consuetudinis immemorabilis ex mente eiusdem S. Congregationis, firmare videtur Gratian. *decis. March.* 16. *n.* 5. *cum n.* 7. In præsenti autem esse omninò irrationabilem eiusmodi consuetudo, quod scilicet laici præcedant Canonicis, & Dignitatibus, capitulariter incedentibus cùm pluuialibus, atque habitu Sacerdotali, extra dubium est, cum non sapiat honestatem, quod minor præcedat maiorem, Abb. *d. cons.* 21. *n.* 4. *lib.* 1. & in durioribus Gratian. *d. decis. March. n.* 7. & Eminentiss. Card. Otthob. *alleg. dec.* 4. *n.* 39.

Quæ quidem irrationabilitas augetur ponderando, 3 quod, si huiuscemodi laicis daretur præcedentia in processione Santissimi Corporis Christi, eiusque Octaua, esset illis quoque concedenda in Ecclesia, adquam processionaliter itur, cùm ille etiam sit actus processionis, licèt in illa decantaretur Missa, vt Rota in Cæsaraugustana præeminentiarum 27. Aprilis 1627. quam refert, ac sequitur in Calaguritana præeminentiatum 27. Nouembris 1665. coram Ottalora.

At nihilominùs Sac. Rituum Congregatio subdie 4 13. Februarij 1666. in Taurinensi præcedentiæ censuit, eiusmodi Syndicos, & Consules manutenendos esse in sua possessione. Quod & aliàs censuit in Foroliuiensi 4. Aprilis 1606. his verbis: *Magistratus in processionibus Sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundùm antiquam consuetudinem consueuit incedere.* Nam prælatio minoris respectu maioris ita demùm in aliquibus casibus toleratur, quatenus subsistit ratio aliqua dignitatis, vel officij, aliàs omnis consuetudo reprobatur tanquam irrationalis, & impræscriptibilis, Doctores *in cap.* 1. *de maior. & obed.* præsertim Burrius, qui benè declarat *n.* 11. & iudicauit Rot. *in d. Calaguritana* præeminentiarum 14. Martij 1668. coram Ottalora. Dummodò tamen Magistratus non incedat supra Clerum, neque diuidat corpus Cleri. Hæc enim sunt impræscriptibilia.

CONSVLTATIO LXIII.

1 *An Regulares prohibere possint Parochis celebrationem processionis die Dominico intra Octauam Corporis Christi, vel alio die?*

2 *An in suis processionibus possint mutare viam semel electam?*

3 *An extra propria claustra, dum processionaliter incedunt intra limites alienæ Parochiæ, possint deferre stolas?*

Ad 1. negatiuè. Nam de iure ad Parochos spectat 1 facere quascumque processiones intra limites suarum Parochiarum priuatiuè quoad omnes etiam Regulares, qui nequeunt eas facere sine Parochorum licentia, vt per Barbos. *ad Concil. Trid. sess.* 25. *de Regul. c.* 13. *n.* 45. Nil refragantibus Constitutionibus B. Pij V. & Clementis VIII. pro Domenicanis. Nam illæ non comprehendunt Parochos, nec tollunt eorum iura, cùm non fuerit ijs derogatum, & propterea concessæ censentur sine præiudicio iuris Parochialis. Et in specie, quod illæ non comprehendant Parochos, neque ex eis Regulares possint impedire illorum processionem die Dominico intra dictam Octauam, resolutum fuisse à S. Rituum Congregatione in Materanen. 15. Maij 1632. refert Barbos. *de offic. & potest. Paroch. c.* 12. *n.* 14. Præsertim si constet de possessione Parochorum, vel Capituli à tempore, cuius non extat memoria, quæ in materia processionum, & præcedentiarum habet vim legis, Glos. *in cap. deliberatione, v. electionis, de offic. delegat. in* 6. Mastril. *de Magistr. c.* 14. *n.* 1. *lib.* 4. Rot. *dec.* 229. *n.* 1. apud Posth. *de manut.* coram Merlino *dec.* 779. *n.* 2. & *dec.* 4. *n.* 35. coram Eminentissimo Ottbobono, & ideò sunt in ea manutenendi, vt censuit Sac. Rituum Congregatio in Taurinensi 9. Aprilis 1633. & tradit Bellett. *disquis. Cler. p.* 1. *de fam. Cler. real.* §. 2. *n.* 7. Nouar. *in sum. de præcedentia in proces. n.* 3. Pax Iord. *lib.*

lib.11. tit. 2. de procef. n. 62. & dixit Rot. *dec.* 817. *n.* 2. coram Pegna. Aduerfaturque ordini hierarchico, iuri Canonico, Cæremoniali, Conftitutionibus Apoftolicis, & decretis Sacrarum Congregationum, quod Regulares præcedant Clericis, illifque prohibeant per fuos limites ducere proceffiones, vt egregiè Spercll. *dec.* 179. *n.* 11. *& feqq. tom.* 2. Rot. in Oppidenfi proceffionum 15. Iunij 1648. coram Verofpio.

2 Idque, etiamfi Parochi, vel Capitulum affocientur à Confraternitate recens erecta in eorum Ecclefijs, & è contra Regulares affocientur à Societatibus antiquioribus illis vnitis; quia cum illa fit eorum membrum, eft præferenda, tanquam vnita, atque effecta vnum, ac idem corpus cùm Capitulo, vel Parochis, militans fub eadem Cruce, vt in proximis terminis, quod ille, qui alios non præcedit, vti folus præcedat, quando eft coniunctus cum eo, qui de fui natura habet præcedentiam, tradit Ferr. *de præced. q.* 52. *n.* 6. Ricc. *in prax. refol.* 557. *n.* 4. *& feqq. p.* 1. & Ventrigl. etiam *in prax. annot.* 12. *de proceff. §. vn. a n.* 20.

3 Et confirmatur. Quia ne Parochus quidem impedire poteft alteri Parocho, ne faciat proceffiones in propria Parochia, vt decifum eft à Rota apud Burat. *dec.* 43. *n.* 1. & in Cæfaraugustana dedicationis 18. Decembris 1618. coram Manzanedo. Nam quilibet Parochus habet ius ad omnia Parochialia exercenda in fua Parochia, quorum vnum eft proceffiones facere. Si igitur aliquis attentat impedire proceffiones, attentat ipfum priuare proprio iure, atque adeò facit contra iuftitiam, atque incurrit in excommunicationem Papæ referuatam, latam in Bulla in Cœna Domini, & in Concil. Trid. *feff.* 22. *c.* 11. *de reform.* Deindè nemo poteft fe ingerere in ijs, quæ funt alterius Parochiæ, *cap. nullus alterius, c. nullus primas* 9. *q.* 2. neque debent Ecclefiæ, & Parochiæ confundi, nec Parochus vnius fe immifcere in ijs, quæ funt alterius; fi autem alter Parochus vellet prohibere proceffionem alteri, fe immifceret in ijs, quæ funt alterius Parochi, & confunderentur iura.

4 Neque obftat, quod attentans prohibere fit in poffeffione faciendi proceffionem illa die, alter verò non confueuerit facere. Nam ob id non eft derogatum iuri, quod habet faciendi proceffiones. Quia eo ipfo quod Parochus retinet in communi ius Parochiale, exercendo aliqua Parochialia, retinet omnia iura, quæ fibi competunt. Sufficit enim aliqua exercere, vt omnia retineantur iuxta tradita per Innoc. *in cap. dilectus n.* 3. *Capell. Monach.* Cardin. *ibid. q.* 11. Boich. *n.* 11. Io. Andr. *n.* 7. *&* 8. Anchar. *q.* 21. atque Abb. *n.* 19.

5 Quod ad horam autem faciendæ proceffionis, ftandum eft prouifioni Ordinarij, cui ad euitanda fcandala in proceffionibus eft tributa fpecialis facultas à S. Concilio Trid. *feff.* 23. *c.* 13. *de Regul.* maximè quia in dictis Conftitutionibus nihil de hora difponitur.

6 Ad 2. etiam negatiuè, cùm non poffint mutare viam, femel à principio electam, ficut refoluit eadem S. Congregatio in Pifaurienfi 14. Nouembris 1613. & in d. Materanenfi apud Barbof. *loc. alleg. & n.* 15. & tradunt Portell. *in addit. ad dub. Regular. v. Proceffiones n.* 18. Nonar. *in fum. Bullar. tit. de proceffion. Regul.* Lezana *v. Proceffio quoad Regular. n.* 11. Nil obftante, quod via primò electa intelligi debeat de illa electa, in qua primùm Regulares fecerunt proceffionē die Dominico, quia potiùs eft intelligendum de via, per quam proceffionaliter prima vice ire cœperunt, vt per Portell *loc. cit.* & in fpecie de Patribus Dominicanis, quod, licèt ij fint manutenendi in proceffione facienda die Dominico infra Octauam, non tamen poffint mutare viam prima vice electam, tradit idem Barbof. *vbi fupra*, & ad Concil. Trid. *feff.* 25. *de Regul. d. c.* 13. *n.* 29. In prima namque proceffione fuit confumpta facultas viam eligendi *ad text. in l. apud Aufidium, ff. de opt. legat.* & ftatim atque elegerunt, iuris fictione translatum fuit in illos dominium, *l. à Titio de furt.*

7 Ad 3. item negatiuè. Quoniam delatio ftolæ eft de Iuribus Parochialibus, & proinde fpectat priuatiuè ad Parochos, vt in puncto refoluit Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. *Quibus confequens, & §. feq.* coram Reuerendiffimo Zarate Vallifoletano, & tradit Lezan. *in fum. quaft. Regul. c.* 12. *n.* 41. vbi *verf.* 3. fubdit, fuiffe declaratum à S. Congregatione Concilij fub die 2. Iulij 1620. non poffe Regulares deferre pluuiale, aut ftolam extra Ecclefiam, aut clauftrum per alienas Parochias.

CONSVLTATIO LXIV.

An fit licita confuetudo immemorabilis cantandi Miffam de Requiem pro defunctis die qualibet ex deuotione fidelium?

NOn effe licitam videtur refpondendum, cùm obftent Rubricæ Miffalis, quoad illam celebrandam 1
diebus Dominicis, ac feftis officij ritus duplicis *tit.* 5. *n.* 2. Vndè abfolutè negant Gauant. *in rubr. Miffal. d. tit.* 5. *n.* 2. *litt. A.* Gatz. *in fum. tr.* 3. *difficul.* 8. *dub.* 6. *pun.* 2. *n.* 21. Lezan. *tom.* 1. *qq. regul. cap.* 21. *n.* 28. & Quatt. *in d. rubr. Miffal.*

At ego puto, eiufmodi confuetudinem poffe tolerari, 2
atque indulgendum deuotioni, ac pietati fidelium erga defunctos, exceptis tamen ijs diebus, quos S. Rituum Congregatio excipere mandauerit. Primò quia immemorabile folitum non eft fublatum per Rubricas, propter quod in fimili iam S. Rituum Congregatio folet refpondere, licitum effe continuare celebrationem Miffæ votiuæ de B. Maria in Aurora, etiam in quibufuis diebus feftis, licèt obftent Rubricæ, vt in fequentibus declarationibus.

In Burgenfi. Vtrum Miffa B. Mariæ dotata perpetua in 3
Sabbato, quæ in Cathedrali dicitur de memoria, ftante regula Miffalis, quæ difponit, quod non dicantur Miffæ votiuæ in diebus duplicibus, poterit dici, cum non fit principalis tum propter deuotionem maximam populi confluentis, tum quia motus proprius præcipit regulas Miffalis obferuari?

S. Rituum Congregatio anno 1594. *fingulis fingulariter refpondit, vt infra: Ad fecundum cenfuit vtramque effe dicendam.*

In Vallifoletana. Cùm ab immemorabili tempore fer-
uatum fuiffe, afferatur in Congregatione Vallifoletana 4
Ordinis S. Benedicti Congregationis Hifpaniarum poft Primam immediatè canere fingulis diebus Miffam votiuam de B. Virgine, & in Capitulo generali dicti Ordinis nouiffimè habito decretum fuerit continuari debere prædictam Miffam votiuam, magifter frater Alphonfus de S. Victore modernus Generalis præfatæ Congregationis Hifpaniarum, & Concionator Regis Catholici fupplicauit pro approbatione, & confirmatione prædicti decreti.

Et S. Rituum Congregatio approbauit, & confirmauit, exceptis tamen Dominica prima Aduentus, feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragefimæ, Dominica Palmarum cum tota maiori hebdomada, Dominica Refurrectionis cum duobus fequentibus, Dominica Pentecoftes cum duobus pariter diebus fequentibus, Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Afcenfionis, Corporis Chrifti, & omnibus diebus, in quibus celebrari debet peculiare feftum in honorem B. Virginis iuxta præfcriptum in Calendario Romano, ac dummodò diebus, in quibus celebratur dicta Miffa votiua, præter dictam Miffam votiuam celebretur etiam Miffa Conuentualis diei, feu fefti currentis, hac die 19. *Nouembris* 1633.

In Marficenfi. Cùm in Oppido Vigiani ampliffimo finiti- 5
morum concurfu feftiuitas S. Mariæ de Monte in primis Dominicis Maij, atque Septembris annis fingulis ab immemorabili tempore celebretur, fupplicauit Archipresbyter, & Clerus eiufdem loci, vt vice officij, & Miffa currentis, ibidem recitari poffit Miffa B. Mariæ. S. Rituum Congregatio, attentis narratis, indulfit, vt poft peractum officium occurrens, Miffa votiua de B. Maria in eadem Ecclefia celebrari poffit, feruatis in reliquis rubricis Breuiarij, & Miffalis Romani, die 16. *Aprilis* 1644.

Secundò, quia Rubricæ non derogant confuetudini- 6
bus immemoralibus, præfertim in ijs, quæ fe compatiuntur in reliquis cum Rubricis, vt in hoc cafu, quod

propter hanc Missam non relinquitur Missa Conueotoalis qualibet die.

7 Tertiò, quia vbi periculum est, quod homines retrahantur à bonis operibus, & agitur de deuotione populi, quam pro ipsis, & pro Ecclesia expedit aliquando in quibusdam locis promoueri, indulgeri conuenir, quoad fieri potest. Rubricæ enim non obligant cùm graui incommodo, earumque obseruantia in tali casu esset impeditiua maioris boni; nam esset causa, cur fideles non facerent celebrare Missas pro defunctis, atque adeò, quod defuncti priuarentur huiusmodi suffragijs. Vndè non est verisimile, quod in hoc casu velit Ecclesia præferri obseruantiam Rubricarum pietati suæ, ac fidelium, quæ oritur ex graui motiuo.

CONSVLTATIO LXV.

An Fratres Ordinis Prædicatorum, ac sodalitates Rosarij erectæ in eorum Ecclesijs ducere possint processionem Rosarij prima Dominica Octobris cuiuslibet anni per alienas Parochias absque interuentu, vel licentia Parochorum?

1 AFfirmandum videtur iuxta priuilegium B. Pij V. illis concessum *in Constit. 86. Inter desiderabilia* §. 4. Præsertim si sint in possessione huiusmodi processionem faciendi, in qua manuteneri debent non solùm ex vi dicti priuilegij, sed etiam ex consuetudine, qoam in his casibus attendi debere neduin pluties in Sac. Rituum Congregatione decretum est, vt in Melitensi 9. Februarij 1606. & in Fundana 24. Maij 1644. ac in Senogalliensi 15. Septembris 1657. sed etiam in Sacris Congregationibus Concilij, atque Episcoporum, & Regularium sancitum in hæc verba: Sacra Congregatio negotijs Episcoporum, & Regularium præposita in vna Leopolien. 14. Februarij 1642. ad instantiam Mendicantium decreuit, vt infra videlicet. *Oratores, quando habeant ad ipsorum fauorem consuetudinem legitimè præscriptam faciendi processiones extra ambitum ipsarum Ecclesiarum, atque Co uentuum, non posse prohiberi à Parochis, seu locorum Ordinarijs, ne de cætero ipsas processiones, sic vt præmittitur, faciant sine ipsorum licentia, prout hactenus facere consueuerunt, præmissis, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus.*

2 Sacra verò Congregatio Concilij in specie loquens de processione Rosarij in vna Nuscana prima Martij 1581. cum ex parte Conuentus Prædicatorum Balneoli inuocata fuisset, vt manuteneret eum in possessione habendi processionem Rosarij per vias publicas, ita rescripsit: *Sac. Congregatio Concilij censuit de his processionibus Rosarij seruandam esse consuetudinem B. Mariæ super Mineruam.* Et quidem in ea manutenendos esse habetur in *cap. fin. de consuet.* vbi Doctores communiter, sufficitque consuetudo decennalis. Nam Sac. Congregatio super Regularibus consulta nomine Conuentuum Prædicatorum Cremonæ, & Soncini pro manutentione in possessione ducendi processionem Rosarij extra ambitum Ecclesiæ per Ciuitatis vias, præcipuè in festiuitatibus B. Mariæ Virginis sub die 6. Decembris 1591. ita respondit: *Censuit S. Regularium Congregatio seruandam esse Consuetudinem, quæ ab annis decem retro seruata fuit in processionibus faciendis in quatuor festiuitatibus B. Virginis pro Rosario per totam Ciuitatem, seu Terram.* Cuius decreti meminit Barbos. *de offic. Episc. alleg. 78. n. 7. & in sum. Apost. collect. 651. n. 5.* Peyrin. *ad Const. 7. Pij V. n. 13.* Fast. *in sum. p. 1. c. 23.* & Lezan. *tom. 1. quæst. Regul. c. 15. n. 62.*

3 Quod est conforme iuri communi. Quando enim consuetudo est circa id, quod innititur rationi, & æquitati iuris, etiam de iure Canonico sufficit consuetudo decennalis iuxta Glos. *v. Consuetudo d. cap. fin. de consuet. in 6.* & ibi Gemio. *num. 9.* Hæc autem consuetudo tota innititur rationi, & æquitati iuris; nam euidens est, quod in solemnitatibus præcipuis Beatæ Mariæ Virginis, inter quas numeratur solemnitas Rosarij, quæ celebratur prima Dominica Octobris ex decreto Gregorij XIII. in memoriam Victoriæ obtentæ contra Turcas à Classe Catholica intercessione eiusdem Beatissimæ Virginis die 7. Octobris 1571. euidens, inquam, est, quod in huiusmodi festiuitatibus ducere processiones per vias Publicas maximè conducit ad Dei, ac Beatissimæ eius Matris honorem promouendum, atque ad excitandam, & formandam deuotionem fidelium summè necessariam propter iogentem populi concursum ad vitandum confusionem, & vt omnes deuotè, ac ordinatè processionem associare possint. Ideò rationi, & æquitati iuris etiam diuini, cui omne ius priuatum Parochorum subordinatur, quàm maximè conuenit, vt huiusmodi processiones in his festiuitatibus per vias Publicas extendantur, sicque fidelium deuotioni, ac Dei, eiusque Matris honori consulatur.

4 Et hoc præcipuè locum habet in supremis Tribunalibus. Nam, vt inquit Aristoteles 3. *Polit.* eos Iudices, quibus ex bono, & æquo iudicare, aut legibus, aut moribus licet, cuiusmodi sunt suprema Tribunalia, quæ præscripto iuris vsquequaque non adstricta sunt, id est, qui interdùm pro re nata liberam causarum disceptatioonem habent, æquo & bono ita vti debere, vt cæmentarij fabri, & structores Lesbia norma vtuntur. Cùm enim cæteri fabri soleant structuras suas ad normam exigere, Lesbij soli plumbeam normam habentes, pro arbitratu suo flexibilem, & subinde mutabilem ita ad normam structuram suam exigunt, vt interdùm si lapidis natura non facilè ad structuram æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectant, & structuræ normam, non normæ structuram accommodent, quo scilicet opus suum coosumari possit. *Sic* & suprema Tribunalia interdùm non modò iuris præscriptum, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequontur, prægrauante æqui, bonique lance io perpeudendis temporum, personarum, locorum, & alijs qualitatibus. Et hac ratione æquum, & bonum emendatio est iuris scripti, quatenus scilicet aliter de nonnullis statuit, de quibus lex ferri non potuit in vniuersum, quod ipsum, vt fiat, decreto opus est, vel plebiscito. Quippè indefinitarum rerum indefinita & norma esse debet, vt quemadmodum in Lesbia structura, vt dixi, plumbea norma adhiberi solet, quæ ad lapidis formam transformari possit, & subindè immutari, sic ad huiusmodi species rerum, cum vsus venerit, decreta accommodari oportet legi derogantia.

5 At verò tenendum est, noo licere, nisi ex priuilegio. Id probo, tùm ex præscripto iuris communis, tum ex decretis Sacrarum Congregationum Concilij, Episcoporum, & Rituum, quibus vetitum est quibuscumque Regularibus, ac sodalitatibus facere processiones intra limites alienæ Parochiæ absque licentia Parochi.

6 Ex præscripto quidem iuris communis, quia facere processiones est actus iurisdictionis, vt asserit Rice. *p. 1. dec. 90. num. 2.* Iurisdictio autem in alieno territorio exerceri non potest, atque adeò nec fieri queunt processiones, vt rectè concludit P. Donatus *in pr. rer. Regular. tom. 1. p. 2. to. 13. q. 81. n. 1. & seqq.* & ante ipsum Tambur. *de iur. Abb. disp. 15. q. 7. n. 39. to. 2.* & Zerol. *in prax. v. processiones n. 4.*

7 Ex decretis autem sacrarum Congregationum, quia sic pluries fuisse resolutum, referunt quamplures Regulares, nominatim Peyrin. *tom. 2. priuil. constit. 7. Pij V. §. 10. n. 11.* Nouar. *in Lucern. Regul. v. Processiones n. 25.* & post Dianam, Lezanam, & alios idem Donatus *loc. alleg. n. 5. & 6.* vbi inter cætera ponit integrè duo decreta S. Rituum Congregationis, quæ mandant: *quod in processionibus faciendis, tam per Regulares, quàm per Confraternitates laicorum seruetur, vt in Ecclesijs habentibus claustrum, processiones fieri non possint, nisi intra claustra, & non extra. In Ecclesijs verò carentibus claustris fieri possint intra ambitum, hoc est propè muros Ecclesiæ, siue exeundo à ianua Ecclesiæ, & per aliam intrando, siue per eandem, & propè muros Ecclesiæ, extra verò ambitum Ecclesiæ non licere neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum*

Cruce

Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale priuilegium faciendi processiones per alia loca.

8 Idem decreuit S. Rituum Congregatio 26. Februarij 1628. in hunc modum: *in Regularium Ecclesiis habentibus claustra fiant processiones intra claustra tantum. Si non habent claustra, fiant propè muros Ecclesiæ, siue exeundo ab vna porta, & intrando per aliam Ecclesiæ portam, siue per eamdem. Extra ambitum Ecclesiæ non licet Regularibus facere processiones, nisi de licentia, consensuue Parochi saluis priuilegiis, si qua sunt. Processiones verò Confraternitatum non debent extendi per vias, sed circa muros Regularium, qui res regunt.* Quod etiam declarauit in Limana 15. Decembris 1632. & in Aretina Montis Sancti Sauini 19. Maij 1614. & antea in Aretina 1613. & in Gaballiceosis Insulæ 28. Augusti 1615. & 18. Februarij 1617. & in Hispalensi 28. Februarij 1628.

9 Id ipsum sæpè sanxit Sacr. Congregatio super Episcopis, vt in Placentina 26. Aprilis 1605. in Terracinensi 26. Maij 1645. in Cortonensi 22. Nouembris 1593. in vna Conuentualium 5. Februarij 1602. & luculenter decreuit Sacr. Congregatio Concilij, cuius verba hæc sunt: *Sacra Congregatio censuit Regularibus, & Confraternitatibus in Regularium Ecclesiis erectis, permissum esse processiones facere intra eorum Ecclesias, & claustra tantùm, & non extra. Si verò Ecclesiæ claustro careant, eisdem Regularibus, & Confratribus licere processiones facere intra ambitum duntaxat eiusdem Ecclesiæ, siue exeundo ex vna ianua Ecclesiæ, & intrando per aliam, siue per eandem, & tunc propè muros Ecclesiæ, & non extra ambitum, nisi de licentia, & consensu, aut cum Cruce Parochi, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus. Priuilegiis Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus in suo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè censeatur derogatum. Die 27. Iulij & 21. Augusti, ac 19. Septembris 1628.* Quod decretum fuit à Sanctissimo expressè approbatum, & confirmatum, ac successiuè obseruatum, vt retuli *tom. 1. consul.* 121. *num.* 1. Hoc ipsum decernunt eædem Sacræ Congregationes apud Barbos. *in Collect. Bullar. v. Processio* apud Gauantum, & Nicolium *eodem v.* vt proinde ociosum sit in re aperta inculcare decreta, atque exempla, quæ vulgò sunt plurima.

10 Neque obstat, quod in processionibus Rosarij ex specialibus priuilegijs res diuerso modo procedat, Quia processiones Rosarij in hoc non esse priuilegiatas, ostendit primo loco P.

11 Donatus, qui fuit ex ordine Prædicatorum, vbi optimis rationibus reijcit Fastum contrarium asserentem.

12 Minùs obstat prætensa Consuetudo etiam immemorabilis. Quia vel Regulares ad illam probandum intendunt vti actibus gestis post decreta Sacrarum Congregationum, & huic intentioni resistunt decreta ipsa, quæ specificè derogant consuetudini etiam immemorabili, sique introductionem nouæ consuetudinis impediunt, vt loquens de dictis decretis ingenuè scribit Donatus *d. quæst.* 81. *num.* 9. Vel illam probare intendunt ex gestis ante annum 1628. quo emanauit decretum Sacr. Congregationis Concilij, & Sacr. Rituum Congregationis, & satis est dicere, hanc probationem esse impossibilem ratione ætatis testium, cùm reperiri debeant testes, qui eo tempore essent ætatis quinquaginta quatuor annorum, vt in puncto ad exclusionem immemorabilis fuit dictum *in recent. p.* 6. *dec.* 142. *num.* 5. *& dec.* 266. *ex num.* 16. quod probauit Rota in Calagurilana decimarum 26. Iunij 1654. coram Zarate §. *Præterea excluditur*.

13 Textus autem *in cap. fin. de consuet.* admittit sanè consuetudinem, sed cum duabus qualitatibus, nempè quod sit rationabilis, & legitimè præscripta; Vtrumque hic desideratur. Etenim nequit dici rationabilis eo ipso, quod fit processio intra fines alienæ Parochiæ, quia turbatur illius iurisdictio, & prohibetur à iure. Neque dici potest præscripta, quia non docetur processiones factas fuisse absque licentia Parochi, & Ordinarii. Quare non releuat declaratio Sacr. Congregationis Episcoporum, & Regularium in contrarium adducta, quia loquitur in casu consuetudinis legitimè præscriptæ. Alia verò mandat solùm seruari consuetudinem, quæ semper intelligitur de legitima, & præscripta, ideòque non aduersatur. Immò probata non releuaret, quia cum Parochi habeant iuris assistentiam, contra ipsos immemorabilis non suffragatur, nisi fuerit approbata per tres sententias conformes, Rot. in Beneuentana Iurisdictionis 27. Ianuarii 1653. §. *præterea* coram Zarate. Et quia ipsi etiam derogatur per decreta posteriora.

Præsertim si testes, quos ad illam probandam induxerint, sint omnes sodales Societatis Rosarii; ratione enim affectionis fidem non merentur, Rot. *dec.* 193. *num.* 4. *p.* 4. *recent.* neque concludunt prohibitionem, & acquiescentiam Parochorum, cum in his facultatiuis prohibitio, & acquiescentia maximè probanda sit, vt multis relatis firmauit Rot. in D. Calagurltana Decimarum 17. Aprilis eiusdem anni coram eodem Zarate §. *Et insuper*. Vel si Episcopus, vel eius Vicarius testetur, se dedisse licentiam pro faciendis hisce processionibus intra limites alienæ Parochiæ. Id enim excludit immemorabilem, cum illa se non compatiatur cum quolibet etiam minimò actu contrario, vt post aliàs fuit dictum in Calaguritana Cathedralitatis 27. Maii 1658. coram Em. Cerro, §. *tum etiam ex quo continuatio* propè finem. 14

Ex quibus liquet, agi non posse de manutentione. Vel quia petitorium clarum manutentionem absorbet, Posth. *de manut. obs.* 42. *num.* 146. & pluribus *seqq.* vbi innumeri. Vel quia possessio ante decreta Sacrarum Congregationum non probatur, & illa, quæ post decreta probata est, non suffragatur, cum habeat contra se eadem decreta, quæ consuetudini derogant, etiam immemorabili. 15

Pariter neque obstat priuilegium B. Pii V. quia non loquitur de hac processione, sed de facultate accedendi ad processiones alienas. Tandem neque asylum æquitatis; quia Causa Parochorum non modo æqua probatur, & certa, sed æquitate quoque, non modò jure niti. 16

Quare iterum dico, non licere, nisi ex priuilegio. 17

CONSVLTATIO LXVI.

An in Constitutionibus Apostolicis pœnalibus comprehendantur Clerici, de quibus nulla in eis fit mentio specialis? Et

Quid si in eisdem Constitutionibus nominentur quæcunque personæ cuiuscunque gradus, dignitatis, Ordinis, & instituti, an comprehendantur etiam Clerici, de quibus nulla fit mentio in dictis Constitutionibus Apostolicis pœnalibus?

AD primum comprehendi omnes in vniuersum, atque adeò Clericos in materia eis adaptabili, per textum *in cap. Canonum Statuta de constit.* vbi Innoc. *num.* 1. *c. Siquis omnem* 1. *quæst.* 7. *& can. si Romanorum* 19. *d.* dummodò tamen Constitutiones sint generales, *cap. Cum longè* 63. *d. cap. nihil de elect.* Glos. 1. & omnes *in d. cap. Canonum statuta*. Quia lex imponitur subditis, ac proinde obligat etiam Clericos. Lex enim de se habet vim obligatiuam, quia præscribit, quod est necessarium secundùm exigentiam boni communis. Clerici autem sunt capaces talis obligationis, quia tanquam membra totius Reipublicæ sunt propter totum, atque adeò tenentur cooperari bono ipsius. Eo igitur ipso, quod lex pœnalis Canonica generaliter imponitur, consurgit in ipsis obligatio ad pœnam sustinendam. Alioquin multi Canones, ac Constitutiones Apostolicæ, præsertim *can.* 14. 15. 16. *&* 17. *Bullæ Cœnæ Domini* non 1

comprehenderent Clericos, quos tamen ex subiecta materia, & quia de se sunt generales, nullum excludere, & ad Ecclesiasticos extendi, docent ibi expositores. Vt proinde Constitutionem, *Si de protegendis* B. Pij V. vtpotè generalem comprehendere etiam Clericos, docet Scortia, quem sequitur Carena *de offic. S. Inquisit. lib. . . cap. . . n. . .*

2 Quod absque dubio locum habet, primò quando Constitutio generalis fertur de aliqua re, quæ mala est. Etenim *in cap. Si quis, suadente 17. quæst. 4.* qui est pœnalis, comprehendi non solùm Clericos, sed etiam Cardinales, quamuis in ea non fiat de illis expressa mentio, asseruot Io. Monach. *in extrauag. Excommunicamus de sent. excom. v. Clericus*, Felin. *in cap. Quod super his de fid. Instrum. vers. Tertiò*. Ac secundò, quando aliquid per Constitutionem generalem statuitur ad tollendum fraudes; sub illa enim Constitutione comprehendi, nedum solos Clericos, verùm etiam Cardinales, notant Paris. *de resign. lib. 8. q. 8. num. 146. & lib. 12. quæst. 4. num. 8.* Caputaq. *lib. 1. dec. 211.* Ac Tertiò, quando Constitutio fertur ob salutem animæ, comprehendit etiam Clericos, vt asserunt Io. Monach. *loc. cit.* Præposit. *in cap. Non licèt sub init. dist. 10.*

3 Ac denique quando non continent odium irrationabile. Tunc autem solùm continent odium irrationabile, quando versantur circa ea, in quibus Clerici sunt specialiter priuilegiati. Eodem modo namque de Cardinalibus resoluunt communiter Doctores, vt nimirùm teneantur legibus, ac constitutionibus Pontificijs vniuersaliter latis, licèt odiosis, quando non continet odium irrationabile, seu quando sunt de ijs, in quibus Cardinales non sunt specialiter priuilegiati. Ita Mantica *decis. 230.* Caputaq. *decis. 83. p. 2.* Cassador. *decis. 1. num. 3. de decr.* Simonet. *dec. 51. lib. 1.* Rota in Valentina Archidiaconatus 151. & in Caoriensi Canonicatus apod Gomez *ad reg. Cancel. Glos. 24. num. 13.* & in Aretina pensionis coram Litta apud Marches. *de commis. p. 1.* Put. *dec. 137. lib. 2. in correct.* Rota *dec. 46. num. 10. & dec. 464. num. 2. & seq. p. 5. rec.* vbi testatur, Rotam ista semper iudicasse.

4 Ratio autem generalis est, quia generalis dispositio est propter bonum Communitatis, atque adeò ex natura sua, tanquam regula publica, dirigit totum corpus Communitatis in ordine ad bonom intentum, & io dicto corpore personas singulares, tanquam membra huius corporis, quæ bono, & commodo totius tenentur cooperari; quia sicuti membra suot propter corpus, ita etiam sunt propter bonum ipsius, ac proinde afficit omnes, qui sunt membra corporis, quatenus tenentur regulatè viuere in ordine ad bonum Societatis. Omnes autem personæ, quantumuis conspicuæ, & speciali nota dignæ, tenentur regulatè viuere tanquam membra corporis ciuilis in ordine ad bonum communitatis. Et ideò ligantur legibus in eo, io quo non sunt specialiter priuilegiatæ, quia priuilegium declarat, quod non teneantur in tali materia cooperari commodo Communitatis.

5 Atque hinc est, quod lex, & statutum generale comprehendat etiam personas, & causas priuilegiatas, quando in illa speciali materia non habent speciale priuilegium *l. in fraudem §. fin. ff. de testam. milit.* ibi: *Quage-neralis est ista determinatio*, & notant Bald. *ibid.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. Glos. 14. num. 97. & seq.* Rot. *dec. 46. num. 16. p. 5. rec.* quia lex obligat secundùm exigentiam publicæ vtilitatis, propter quam fertur. Publica autem vtilitas exigit omnia membra Communitati, quæcunque illa sint, obligari.



CONSVLTATIO LXVII.

Quis inter Parochos præcedere debeat?

ILle, qui prior fuit assumptus ad regimen suæ Paro- 1
chialis. De iure enim is præcedit, qui in labore est antiquior instar militiæ, *l. 2. C. de offic. Magistr. l. fin. C. de tyron. lib. 12.* Cyriac. *contr. 201. n. 44.* & Seraph. *dec. 326. num. 3.* & resoluit S. Rituum Congregatio in Maceratensi præcedentiæ, referente Em. Sacchetto, atque habetur in statuto Cleri Romani *cap. 2. §. 6.*

Præcipuè, si vti antiquor per plures annos permansit 2
in quasi possessione præcedendi, quæ possessio potissimum in hac re consideratur, tum ex dispositione Constitutionis 84. Gregorij XIII. quam omninò obseruandam, plures respondit S. Rituum Congregatio, vt dixit Rota in Mutinensi præcedentiæ 25. Iunii 1638. coram Merlino. Tum etiam quia ius præcedentiæ magis competit ratione possessionis, quàm tituli anterioris, *l. 1. C. de Consul. lib. 12.* Fab. de Ann. *cons. 4. num. 10.* Menoch. *cons. 51. num. 4. & cons. 162. num. 3. & 6.* Gratian. *discept. 867. num. 26. & discept. 940. num. 7.* Cyriac. *d. contr. 201. num. 173.* Nooat. *in lucer. Regul. v. præcedentia n. 8.* Campaoil. *in diu. iur. Can. rub. 12. c. 12. num. 12. & c. 13. num. 121.* Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 25. nu. 38.* Rot. *dec. 483. num. 1. & seq. p. 5. rec.* cum aliis allegatis in d. Mutinensi coram Merlino.

Consuetudo verò in præcedentia inducitur per decem 3
annos, eaque præscribitur, Cyriac. *loco cit. nu. 169.* Rota in Seguntina præcedentiæ 23. Iunii 1609. coram Pamphilio, & Add. Gregor. XV. *dec. 124. lit. A.* vbi conciliat opiniones. Ideòque est obseruanda, cùm habeatur pro iure, & præualeat prioritati originis, ac etiam ipsi iuri, Cyriac. *n. 171.* Seraph. *dec. 964. num. 1.* Gregor. *dec. 124. n. 2.* Sperell. *dec. 36. n. 4.* Rot. *dec. 483. n. 1. p. 5. rec.* & in d. Mutinensi præcedentiæ, accedente præsertim scientia, & patientia aduersarii, Greg. *dec. 417. nu. 2.* Rot. *dec. 717. n. 3. p. 2. rec.* Coccin. *dec. 26. num. 4. & dec. 32. nu. 6.* apud Posth. *de manut.*

Licèt autem de iure antiquior præferatur iuxta Glos. 4
in cap. fin. v. antiquiores, de consuet. in 6. cum similibus, id tamen procedit solùm inter æquales, Marches. *de commis. p. 1. c. 1. de refer. nu. 21.* Cyriac. *contr. 201. num. 136.* secus verò, quando concurrit persona maioris qualitatis, siue dignitatis, Caual. *dec. 650. num. 7.* Dignitas enim tribuit assistentiam iuris in materia præcedentiæ, Rot. *dec. 483. num. 1. p. 5. rec.* eoque caso attenditur ordo qualitatis, secundùm quem posterior maioris qualitatis præfertur antiquior, Cyriac. *d. contr. 202. num. 70.*

CONSVLTATIO LXVIII.

1 *An Parochus possit peragere functiones Sacerdotales, & solemnes, tam in Capellis aut Ecclesijs, vel Oratorijs Confratrum sitis intra limites suæ Parochiæ, quàm in sitis in propria Ecclesia? Et*

2 *An, peractis per Parochum exequijs, possint Capellani Sodalitatum reiterare in eisdem Ecclesijs, vel Oratorijs Officium super cadauere cum Stola, & aspersorio?* Vbi plures Confraternitatum abusus castigantis, coercenturque.

AD primum, seclusa legitima consuetudine, vel pri- 1
uilegio Apostolico, affirmatiuè respondendum est. Nam Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam ex iure communi soper omnibus Ecclesijs, & Oratorijs sitis intra Parochiam, vt colligitur ex Concilio Cabilonensi, relato *in c. Ecclesiæ 16. q. 1.* & ex Concilio Vuormaciensi *in c. Quicunque ead. caus. & q.* atque ex *c. Ad audientiam 3. de Eccles. ædif.* & tradont Canonistæ ad hæc loca, & *in c. Pastoralis, de ijs, quæ fiunt, & in rubr. de Paroch.* quibus adhæret Rot. *dec. 1120.* coram Seraph. Id, quod de Capel-

pellis, & Oratorijs sitis intra Ecclesiam parochialem, est omninò certum, ne contentum sit diuersum à continente ad textum *in l. Eum, qui ædes, ff. de vsucap.* Et regula est, quod dispositum de Ecclesia intelligatur, & habeat locum in omnibus Capellis per textum *in cap. si Ciuitas, vers. ratione quoque, de sent. excom. in 6. & cap. vn. de consecr. Eccles. vel alt.* difficileque creditur, quod sine priuilegio, vel legitima consuetudine Capella, vel Oratorium intra Parochialem Ecclesiam situm, Parocho, vel Prælato illius non sit subiectum, licèt non sit impossibile, vt consideratur per Rot. *dec. 686. num. 2. & 3. p. 4. & dec. 697. num. 2. tom. 3. recent.* Cùmque Parochus in sua Ecclesia Parochiali sit Prælatus *arg. c. In apibus q. 1.* Abb. *in cap. Decernimus num. 16. de iudic.* Vbi Dec. *num. 34.* debet præcedere omnes in functionibus solemnibus, Chassan. *in Catal. glor. mund. p. 4. consid. 8 t.* Rot. *dec. 204. num. 17.* coram Pegna, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 104.* Et licèt quilibet sacerdos habeat ad id potestatem Ordinis, non tamen habet potestatem iurisdictionis, nisi eam accipiat ab Episcopo, vel à Parocho, vel nisi saltem ei competat ex legitima consuetudine præscripta, vel ex priuilegio. Alioquin in eadem Ecclesia duo essent capita, quod est monstrosum, vt de Capella Lauretana dixit Rot. *d. dec. 686. num. 13. & 14.* Estque constans S. Rituum Congregationis sententia, vt in Neapolitana 18. Maij 1602. etiamsi Ecclesia parochialis sit sub gubernio Confratrum. Ita enim declarauit: *Sacra &c. censuit, ad Parochum pertinere functiones Sacerdotales in Ecclesijs, quæ sub laicorum sunt gubernio, non ad Capellanos, atque ad Sacristam, nempè benedictiones cinerum, candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, fontis Baptismatis, delationes Sacramenti, celebratio Missæ feria V. in Cœna Domini, aspersiones Domorum, & quæ fiunt die Dominico, Orationes quadraginta Horarum, & similes.* Et Sacr. Congregatio Episcop. & Regular. in Senogalliensi 5. Iulij 1583. & in Ferrariensis 22. Septembris 1598. declarauit, Parochum, si velit, posse persoluere officium funeris in Ecclesia Confraternitatis. De quo Lauor. *var. tit. 2. cap. 11. num. 106.* Idem de Missis solemnibus, & delatione Sanctissimi Sacramenti, modò faciat officium gratis, alioquin liberum sit Confratribus vti suis Capellanis, censuit in Laudensi 20. Augusti 1601. & 2. Augusti 1647. Vbi etiam declarauit, posse Parochum interuenire in funeribus, quæ fiunt in Ecclesis Confraternitatum, licèt defuncti non sint de sua Parochia, ac debere huiusmodi functiones Capellanis Confraternitatum permittere, si vocatus noluit accedere. Et præ cæteris extat resolutio eiusdem Sacr. Rituum Congregationis in hunc modum: *Cùm in ciuitate Cæsaraugustana intra fines vetustissimæ Parochia Sancti Pauli eiusdem Ciuitatis situm sit quoddam Hospitale cum Capella sub inuocatione B. Mariæ Conceptionis, & Sanctarum Iusta, & Ruffina, cuius Hospitalis Confratres sub prætextu, quod dictum Hospitale extitisset in Monasterio fratrum Carmelitarum, obtinuerunt aggregari Hospitali, siue Ecclesiæ Lateranensi de Vrbe, & ex dicta aggregatione prætendunt per Capellanum, siue Capellanos suos dicto Hospitali inseruientes, exercere posse omnia & singula, quæ ad solum Parochum pertinent, vt Missas cum cantu solemniter celebrare, confessiones audire, communicare, sepelire mortuos, prædicare, Sacramenta ministrare, in die Cœnæ Domini sepulchrum facere, Sanctissimum Sacramentum asseruare, & alia huiusmodi exercere, etiam sine consensu, & licentia Ordinarij, & Parochi proprij, quæ ex dispositione iuris ad solum, & proprium Parochum spectant. Et quia notorium esse asseritur, dictum Hospitale nullam habere dependentiam, seu connexionem cum dicto Monasterio fratrum Carmelitarum; immò omnia prædicta in maximum damnum & præiudicium tam ipsius monasterij, propè quod dictum Hospitale existit, quàm etiam Parochi prædicti Sancti Pauli, & iurium dictæ Parochiæ resultare; propterea tàm pro parte Parochi prædicti, quàm Prioris, & Fratrum dicti Monasterij Carmelitarum supplicatum fuit in Sacr. Rituum Congregatione, vt dignaretur declarare supra dicta omnia, dictis Confratribus non licere absque expressa licentia Ordinarij. Et cùm negotium ab eadem Sacr. Congregatione commissum fuerit Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium, & Canonicos Ecclesiæ Lateranensis de Vrbe pro eorum interesse ob prædictam assertam aggregationem, & tandem, audita de omnibus prædictis relatione eiusdem Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinalis de Monte, eadem Sacr. Rituum Congregatio censuit, non licere dictis Confratribus Hospitalis prædicti, & Capella Beatæ Mariæ Conceptionis, & Sanctarum Iusta, & Ruffinæ, sita sub Parochia Sancti Pauli in Ciuitate Cæsaraugustana prædicta facere sine expressa licentia Ordinarij, & ipsius Parochi. Et ita declarauit die 14. Ianuarij 1612.* Et generatim in Verulana Sacr. Rituum Congregatio respondit, functiones omnes in Ecclesia propria spectare, & pertinere ad proprium Parochum priuatiuè quoad omnes alios. Et ita obseruari mandauit, non obstante quacunque consuetudine Die 12. Martij 1641. Expressim verò in Thelesina pro Terra Cerræti Sacr. Rituum Congregatio respondit, Capellanos in Ecclesijs laicorum, seu Oratorijs non posse benedictiones facere candelarum, cinerum, palmarum, & ciborum Paschalium, sed hæc omnia peragi debere per Curatos in suis parochialibus. Prout nec posse eosdem Capellanos, siue Sacristam in supra dictis Ecclesiis, & Oratoriis Missam celebrare in feria quinta, nec Sacramentum in sepulchro eodem die custodire, cum hæc munia exerceri debeant in Ecclesijs parochialibus, Die 3. Aprilis 1632.

Et in Assisiensi 16. Aprilis 1639. In qua Confratres 2
Societatis S. Sebastiani supplicarunt declarari, licere ipsis Missas celebrare in suo Oratorio, & Sacramentum Eucharistiæ ministrare, excepto Paschate, etiam renuente Parocho. Sacra Congregatio respondit, seruari decreta aliàs in his terminis edita.

Ac in dicta Thelesina eadem Sacr. Congregatio ad 3
primum respondit, in Ecclesiis non parochialibus non posse vllo modo asseruari Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Ad secundum, neque Capellanos Ecclesiarum non parochialium, neque Regulares posse publicè exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & ita &c. die 7. Iulij 1630. & 2. Aprilis 1632. In eadem Thelesina: *l'Arciprete di S. Martino diocese di Telese supplica l'Eccellenze Vostre à dichiarare, se si possa portare il Santissimo Sacramento nelle 40. hore negli Oratorij, e Chiese di Confraternità di laici. Sacra Rituum Congregatio respondit, nihil ex supradictis licere Confraternitatibus laicorum, aut Capellanis earum, neque cuique alteri Sacerdoti sine expressa licentia, aut consensu proprij Parochi.* Eadem die 20. Iulii 1630. & 2. Aprilis 1632.

Hoc etiam tanquam certum supponit Concilium 4
Prouinciale Mediolanense *tit. de Societatibus* apud Bonac. *tom. 1. disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. §. 4. num. 1.* in quo statuitur, quod in Ecclesijs, vel Oratoriis Confratrum &c. neque vllæ benedictiones candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, aliarumque notarum frugum, ad Parochi iurisdictionem spectantes habeantur. Et ita seruandum, nisi obstet consuetudo in contrarium, rescripsit Sacra Episcoporum Congregatio Episcopo Caietano sub die 26. Martii 1602. & Senogalliensi die 7. Ianuarij 1604.

Et licèt quoad Ecclesias, siue Oratoria sita intra limi- 5
tes parochiales dissentiat Rota, tradens Ecclesiam parochialem nullum ius super illis habere, vt *dec. 552. ex num. 3. p. 5. recent. tom. 2.* & Tondut. *q. ciuil. cap. 53. num. 35. & seqq.* nihilominùs contrarium verius est, ac iuri magis consentaneum, atque à Sacris Congregationibus receptum, vt supra ostensum est; accedente præsertim antiquissima quasi possessione Parochi exercendi eiusmodi functiones in ijs Ecclesijs, siue Oratoriis, quæ vel habet vim præscriptionis, Rot. apud Seraph. *dec. 2410. num. 26.* cum aliis per Burat. *dec. 484. num. 52.* Vel saltem tanquam interpretatiua excludere debet functiones solemnes, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* Rot. apud Caual. *dec. 217. num. 6.* Vndè Con-

fratres, alijue, qui prætenso iure quasi ad se pertineant, nolunt Parochum fungi officio suo, iuraque sua parochialia in eiusmodi Ecclesijs, siue Capellis, vel Oratorijs exercere, incurrunt excommunicationem 17. Bullæ Cœnæ Domini, inflictam contra vsurpantes iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus spectantes ad Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum, vt aliàs tradidi, ac docet Nauar. *cap.27.n.21.* Caiet. *excom.5.c.27.* Bonacin. *disp.1. q.18. p. 2.* & Bordon. *in decis. Miscel.*421.

6 Ac ita quidem, vt non obstet, quod Ordinarius in erectione huiusmodi Soladitatum decernat, functiones sacerdotales, ac solemnes ab earum Capellano, siue Sacrista celebrandas fore, etiam si adsit consensus Parochi, intra cuius Ecclesiam, vel Parochiam Capellæ, Oratoria, vel Ecclesiæ existunt. Nam Ordinarius nequit id decernere, & Parochus assentiri cum præiudicio iurium parochialium absque beneplacito Apostolico, in quo semper etiam ponitur clausula, sine præiudicio eiusmodi iurium, *text. in c. Ecclesiæ antiquitus*, *& c.seq.* 16. *q.1. cap.1. de nou. oper. nunc. cap. Cum olim*, *de elect. cap. Ad audientiam* 1. cum ibi notatis, *de Ecclef. ædif. Extrauag. Ad Apostolatus*, *de concef. præb.* Cardin. *conf.8. num.3. dec.*360. Mandos. *super signat.grat. v. Erectiones*, Lapus *alleg.*41. *num.*3. & alij quamplures.

7 Confirmatur; quia Ordinarius, & Parochus nequeunt facere, quæ sunt in præiudicium Ecclesiæ Parochialis, quia non sunt domini, sed administratores; & ideò tenentur conseruare, non autem destruere iura parochialia; quod si præiudicent, possunt, ac debent reuocare ea, in quibus præiudicarunt, non obstante etiam iuramento, vt statuitur *in cap. Intellecto, de iureiur.* vbi Glos. *sub init.* Et proinde successor in Parochia non tenetur stare ijs, quæ in suum detrimentum à Prædecessore facta sunt, vt tradunt Doctores *in l.prohibere*, *§. plane ff. quod vi, aut clam*, *& in c.quicunque* 16. *q.*1.

8 Quare cùm in huiusmodi concessione, siue erectione non interuenerit beneplacitum Apostolicum, prout requiritur, cùm hoc sit species alienationis, Lapus *alleg.* 78. *num.*3. sed fortè fuerit tantùm reseruatum, erectio, & concessio remaasit imperfecta sub tali conditione, & in suspenso, vt notant Ofasch. *dec.*164. *n.*7. Rot. coram Durano *dec.* 83. *num.* 27. Et ex hoc capite non fuit translata iurisdictio in Capellanum, vel Sacristam sodalitatum, vt obseruat Rota coram Puteo *dec.* 2. *de transact.* aliàs *dec.*343. *lib.*1. Ideòque subintrat regula, quod nihil censetur factum quandiù superest aliquid faciendum, vt desumitur *ex l. Titia*, *ff. de verb. oblig. & l. Cum Silanianum, C. de ijs, quib. vt indign.* ibique Ias. *num.*3. Rot. *dec.*725. *n.*7. *p.*2. *rec.*

9 Minùsque obstaret, quod aliquando Capellanus sodalitatis has functiones peregerit. Nam, vel id euenit ex licentia, & consensu Parochi, vel quatenus etiam possessio pro vtraque parte concurreret, adhuc esset præferenda illa Parochi, cùm habeat assistentiam iuris, Rot. *dec.*81. *num.*1. *p.*1. *diu.* Seraph. *dec.*1437. *in fin.* Post. *demanut. obser.*71. *num.*74. Vel cùm sint facultatiuæ, & dependeant à voluntate Parochi, non poterunt Confratres acquirere quasi possessionem negatiuam, nisi præcesserit ipsorum negatio, & Parochorum acquiescentia, Caputaquen. *dec.*415. *p.*2. Rot. *dec.*565. *num.*1. *p.*1. *rec.* & apud Post. *dec.*164. *num.*3.

10 Atque hinc etiam Parochus comulatiuè cum Sodalibus potest in Ecclesia, vel Oratorio existente intra limites Parochiæ, quando necessitas, & occasio exposcat, etiam Missæ sacrificium celebrare, & sacramenta ministrare, aliaque iura parochialia exercere. Nam huiusmodi Ecclesiæ laicis sodalitatibus conceduntur cum clausula, sine præiudicio iurium Parochialium. Hæc autem clausula adiecta in concessionibus vsus Ecclesiarum præseruat iura parochialia quoad omnia, quæ Parocho de iure debentur, vt declarauit S. Congregatio Concilij adducta per Barbos. *de Paroch. p.* 1. *cap.* 11. *nu.* 2. Caualer. *dec.*100. *sub num.*4. & Rot. *dec.*69. *n.* 8. *p.*1. *recent.* Adeò, vt per huiusmodi limitatam concessionem ad effectum, vt Parocho huiusmodi concessio non sit præiudicialis, Ecclesia dicitur stare in primæuo statu; & prout erat ante concessionem, Caualer. *de dec.* 100. *sub num.* 5. Inter alia autem iura parochalia illud est præcipuum, quod Parochus in Ecclesiis existentibus intra limites Parochiæ non possit impediri, quia per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum functiones parochiales exerceat. Dicitur enim Ecclesia existens intra limites Parochiæ membrum Parochialis ita, vt Parochus sit Prælatus vtriusque Ecclesiæ ratione subiectionis, vt est Glos. notab. *in cap. eam te* 20. *v. pendeant*, *de æt. & qualit.* ibi: *Item si Ecclesia parochialis in fundo suo aliam constituat*, *nihil impedit in ea V.carium institui*, *& Prælatum maioris Ecclesiæ Prælatum esse vtriusque*. Quod valdè notandum dicit Abb. *num.* 11. Glos. & Butr. sub *num.*10. & in fortioribus terminis Host. etiamsi Ecclesia habeat suum Rectorem sub *n.* 5. ac ibi Cardin. *num.*3. ac Felin. *in cap. ex parte* 2. *num.*5. *de rescript.*

11 Neque Parochus potuerit hoc ius parochiale amittere ob non vsum. Quia præter quod quasi possessio in Parochialibus per non vsum non amittitur, vt in specie est decisio Buratti 43. *num.* 6. traditque Posth. *de manut. obs.*58. *num.*16. in actibus facultatiuis non vsus nunquam præscribit, cum requiratur prohibitio, & acquiescentia, Add. ad Gregor. *dec.*262. *num.*16 Seraph. *dec.*1086. *num.* 1. & Rot. *dec.*530. *num.*1. *ac seq. p.*2. *rec.*

12 Ad 2. respondeo negatiuè. Nam id est ius parochiale, Glos. *v. parochialibus cap. Quia ex eo* 3. *de pact.* si quidem ius sepulturæ cõpetit Ecclesiæ parochiali ex eo, quod talis est ex allegatis per Canonistas *in tit. de Paroch. & de sepult.*

Neque obstat, quod non repugnet, quin Capellanus sodalitatis stolam deferat ex plenè deductis per Gratian. *discept.*298. *num.*55. & signatè *num.*66. Primò, quia id solum illi conceditur ex consensu Parochorum, & per viam tantùm; vnde non potest extendi ad alios actus. Secundò, quia Parochi non denegant reiterationem officij defunctorum, sed tantùm vsum stolæ, & aspersorij, qui spectat regulariter ad Parochos, *Clem. Dudum*, *§. huiusmodi*, *de sepult.* Stola enim est signum spiritualis iurisdictionis, quia intra fines Parochiæ non possunt alij, nisi Parochi vti, præsertim in functionibus parochialibus. Et ita censuit S. Rituum Congregatio in Cauensi sub anno 1665. nempè posse Capellanos sodalitatum reiterare officium defunctorum super cadauere parochiani, *absque tamen stola, & aspersorio*.

13 Quin etiam non licèt Confratribus laicis psalmos ad modum officij canere, ac celebrare, vt in puncto respondit Innoc. *in cap. presbyter nu.* 4. *de celeb. miss.* Oratorium namque non instituitur, vt in eo celebratur, sed vt oretur, Dec. *cons.*148. *num.*1.

14 Quod autem ad celebrationem Missarum possunt quidem Confratres illas celebrare facere in suis Oratoriis priuatim duntaxat, & post missam parochialem, vt ex Gauanto in *manuali Episcop. v. Missa num.*10. non autem solemniter, Barbos. *in collect. Apost.*207. *num.* 17. & in *collect. Bull. v. Confraternitas*, vbi refert binas resolutiones S. Congregationis. Immò neque id videtur indistinctè eis permittendum, vt colligitur ex decreto S. Congregationis in relata Assisiensi 16. Aprilis 1639. cum Oratoria non sint instituta ad celebrandum, vt diximus, & tradit Mantic. *dec.*38. *nu.*5.

15 Minùs etiam confiteri queunt in suis Oratoriis ianuis apertis, cum hoc sit munus parochiale, & Confessionalia debeant retineri in Ecclesijs tantùm, Gauant. *loco cit. v. Confessarius n.*3. Nicol. *eod. verb. n.* 26. Fusch. *de visit. c.* 12. *n.*1. *lib.*1. & S. Congregatio apud Barbos. *v. Confraternitas §.*2. *& de iur. Eccles. cap.*11. *n.*105. *lib.*2.

16 Neque illis permissum est campanas habere, cum vnica tantùm solis fratribus Mendicantibus sit permissa, Franch. Marc. *dec. Delph.* 1049. *n.*3. *to.* 1. & regulariter vsus campanarum non debet concedi Confratribus laicis in præiudicium iurium parochialium, vt latè Tondut. *resol. benef. cap.* 53. *num.* 4. *& seqq. tom.* 1. Fusch. *de visit. c.* 14. *n.*6. *lib.*6. Barbos. *alleg.*22. *num.*8. nec sine licentia S. Congregationis Rituum retineri possunt, quæ sub die 27. Sept. 1608. concessit tintinnabulum cuidam Oratorio. Prohibetur quippè in Oratorijs priuatis campana publica, Dec. *d.cons.*145. *n.*1. Abb. *in cap. Inter dilectos n.* 8. *de donat.* Solũ igitur iis permittitur vsus tintinnabuli, nec

quidem

quidem publicus, sed priuatus, Abb. *in cap. patentibus nu. 2. de priuileg.*

18 Nequeuntque de iure in sui Oratorijs festa solemniter celebrari facere, Nicol. *v. Festam n. 5. in fin.* Barbos. *in collect. d. v. Confraternitas* §. 2. *& de iur. Eccles. c. 11. num.* 105. *lib.* 5.

19 Celebratio verò anniuersariorum Confraternitatibus regulariter non permittitur, nisi duntaxat in die commemorationis Omnium Defunctorum, nó autem in tertio, & trigesimo die, quod propriè spectat ad Parochum. Et quatenus per earum Capellanum anniuersarium aliquod celebretur, mortuaria tamen ad illum non spectant, sed ad Parochum, Mantic. *dec.* 298. Sicuti etiam eleemosynæ, quæ fiunt in Oratorio, destribuendæ sunt per Parochum, Caualcan. *de contract. dec.* 17. alias 63. *num.* 69. Mar. Anton. *var. resol. cap.* 112. *num.* 4. *&* 9.

Et quoniam visu probatum est leges egregias, & exempla honesta apud bonos ex delictis aliotum gigni. Sic Oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, Magistratuum auaritia Calpurnia scita pepererunt, verba sunt Poeti Thraseæ apud Tacitum *lib. 5. annal.* Ideò producamus S. Congregationis super Episcopis decreta, quibus Sodalitatum eiusmodi penè abusus coercentur. Cum igitur S. Congregationi super negotijs, & Consultationibus Episcoporum D. Episcopus Bergomensis difficultates quasdam & dubia proposuerit, quæ partim nunc intercedunt, partim videtur intercedere posse inter ipsum Episcopum, & Confratres Ciuitatis, ac diœcesis Bergomensis, etiam vnitos, & aggregatos Archiconfraternitatibus almæ huius Vrbis, eadem S. Congregatio ad singula capita earundem controuersiarum, seu dubiarum quæstionum respondens, ita declarauit, censuit, & decreuit, vt hic inferiùs explicatur.

20 Primò. *Se essi Confratri, e disciplinati, non ostante qualsiuoglia pretesa esentione, siano sottoposti alla giuridittione Ordinaria, così in esser visitati, come in qualunque altra attione, spettante al culto diuino, & alla salute dell'anime, conforme al Sagro Concilio Tridentino sess. 22. cap. 8. & al Concilio Prouinciale Milanese 2. tit. qua ad bona, & iura Ecclesia, piorumque locorum pertinent, decreto 22.*

21 *Seruentur decreta S. Concilij Tridentini, & Concilij Prouincialis Mediolanensis in hoc articulo allegata de Iurisdictione Ordinarij, & illius visitatione in huiusmodi Oratorijs, & societatibus, & super sodalibus Confratriarum.*

22 Secundò. *Se sijno lecito ad essi Confratri publicare qualsiuoglia Indulgenza senza licenza dell'Ordinario contro il Concilio Tridentino sess. 21. cap. 9. & al Concilio 5. Prouinciale Milanese p. 1. tit. de Indul. & Sacr. reliq. e contro la Bolla di Pio IV. sub datum Roma 7. Calend. Maij anno secundo, & all'altra 13. calendas Octobris anno 3. e a quella di Gregorio XIII. 6. Calendas Aprilis anno 4.*

23 *Indulgentias solis Confratribus concessas, semel ab Ordinario visas, & publicatas, poterunt sodales sibi & inter se, quoties velint, sine alia noua Ordinarij licentia publicare. Alias verè Indulgentias omnibus Christi fidelibus in eorum Ecclesia concessas non debent publicare sine singulari Ordinarij licentia, quoties huiusmodi publicatio erit facienda, vt diuini cultus ordini, ac decori, ac Christi fidelium spirituali vtilitati, ac deuotionis augumento rectius consulatur.*

24 Tertiò. *Se i Cappellani di essi Confratri debbano essere approuati dall'Ordinario conforme il Concilio Milanese 1. p. 2. tit. qua pertinent ad Sacramenti Pœnitentiæ administrat. & Concil. 4. p. 2. eod. tit.*

25 *Capellani societatis, alij non sint vlli, nisi approbati ab Ordinario, etiam iuxta decreta Conciliorum Prouincialium Mediolanensium.*

26 Quartò. *Se possano assoluere dà casi riseruati da esso Ordinario contro il decreto del Concilio di Trento sess. 14. cap. 7. & il Concilio 5. Prouinciale Milanese, tit. qua pertinent ad sacr. pænit. adm.*

27 *Capellani, seu Confessores societatis non possunt absoluere sodales, aut alios in casibus Ordinario reseruatis, sine eius licentia, nisi eis sit indultum per priuilegia Sedis Apostolica, qua tenentur Ordinario edere, vt ei de huiusmodi facultate Apostolica constare possit.*

28 Quintò. *In che modo possano i detti Cappellani assoluere dà casi riseruati nella Bolla in Cœna Domini.*

29 *Confessores societatum hoc ferè semper habere solent in priuilegijs Apostolicis, vt sodales in ingressu in societatem, & in mortis articulo possint absoluere à casibus reseruatis Sedi Apostolica, etiam in Bulla in die Cœna Domini legi solita contentis. Sed de huiusmodi, vel alia simili facultate Apostolica Ordinarius debet certior semel fieri ex lectura huiusmodi priuilegiorum, priusquam Confessores ea vtantur.*

30 Sextò. *Se possano i detti Confratri conseruare nel loro Oratorio il Santissimo Sacramento dell'Eucarestia.*

31 *Nisi Ecclesia societatis sit Parochialis, vel id societati priuilegio Apostolico, de quo Ordinario constet, sit expressè indultum, non possunt sodales huiusmodi in suo Oratorio Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum conseruare, quod in Ecclesia parochiali conseruari debet.*

32 Septimò. *Se i detti Confratri possano esporre il Santissimo Sacramento dell'Eucharestia senza licenza dell'Ordinario contro il Concilio IV. prouinciale Milanese p. 2. tit. qua ad sanctis. Euch. sacr. pert.*

33 *Sacra Congregatio censuit, in hoc articulo seruandum esse decretum Concilij Prouincialis Mediolanensis, nec sine licentia Ordinarij in Oratorio societatis palam esse proponendum Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, nisi Ordinario constet priuilegio Apostolico, id esse societati indultum, cuius priuilegij formam Ordinarius faciet seruare.*

34 Octauò. *Se, douendosi esporre il Santissimo Sacramento con la sudetta licenza dell'Ordinario, possano i detti Confratri metter fuori tauole, bacile, nè altro vaso per raccogliere elemosine, ma solamente le loro cassette serrate con chiaui, conforme al Concilio 4. Milanese tit. qua ad sanctis. Euchar. Sacram. pert. vers. Nec verò.*

35 *Seruetur Concilium Prouinciale Mediolanense de eleemosynarum collectione, eiusque modò & forma in hac sacra actione Sanctissimi Sacramenti altaris palàm propositi.*

36 Nonò. *Se, non seruandosi hospitalità, per ragione della quale esponsono le dette cassette, possono tenerle in modo alcuno contro il Concilio di Trento sess. 25. c. 6.*

37 *Si priuilegio Apostolico facultas Eleemosynas queritandi non sit societati indulta, id non nisi ex Ordinarij licentia fieri debet, & secundùm modum ab eo præscribendum.*

38 Decimò. *Se possano far queste di sorte alcuna contro il Concilio di Trento sess. 21. cap. 9. & alla detta Bolla di Pio IV. sub datum Roma 13. cal. Octobris anno eius 3.*

39 *Seruentur decreta S. Concilij Tridentini, & litera Apostolica fel. rec. Pij IV. de quæst. Eleemosynarum prohibit.*

40 Vndecimò. *Se possano senza licenza dell'Ordinario in scritto, & interuento del Rettore della lor Parochiale portare in processione il Santissimo Sacramento.*

41 *Licèt Sanctissimum Eucharistia Sacramentum in processionibus sine interuentu Rectoris Ecclesia parochialis, & licentia Ordinarij non videntur deferendum, non debet tamen Ordinarius negare licentiam id faciendi, quod aliquo priuilegio Apostolico concessum reppererit. Verum Ordinarius prouideat, vt Sanctissimum Sacramentum reuerenter, & honorificè de more deferatur.*

42 Duodecimò. *Se possano i Capellani di detti Confratri communicare altre persone, che i medesimi Confratri per gl'inconuenienti, che nascano.*

43 *Tametsi nullus debeat Sacramenta Christi fidelibus ministrare, nisi ad id admissus fuerit, & secundùm sua admissionis limites; rectè tamen faciet Ordinarius, si ad augendam Christi fidelium deuotionem permittat Capellano societatis in illius Oratorio extra tempus paschale, non solùm sodales, sed alias quascunque personas deuotas, sibi notas, communicare, nisi lateat aliquod magnum periculum, vel impedimentum.*

44 Decimotertiò. *Se possano i Capellani di detti confratri essercitare alcun'atto di cura d'anime senza licenza del Rettore della Parochiale.*

45 *Obseruetur illud, quod aliàs per literas huius sacra Congregationis decretum fuit de cura animarum per capellanum societatis sine licentia Rectoris Parochialis non exercenda.*

46 Decimoquartò. *Se hauendo priuilegi di sepellire ne' loro Oratorij, possano sepellire alcuno, che di sei mesi innanzi la morte non sia stato accettato nella Compagnia conforme al Concilio V. Prouinciale Milanese par. 3. tit. Qua ad schol. & Confr. vers. Ne in Confratriarum. E che in articolo mortis non si habbia eletto la Sepoltura in*

nuncupationem Papæ cum titulo Beati, vel acclamatiuè per populum iuxta doctrinam traditam à Molphesio *conf. 45. n. 26. & seq.* sed declaratiuè, de quo licèt officium facere limitatè, vt *ibidem* per eundem Molphes. *n.* 25. Aliàs enim, si requireretur specifica Canonizatio, vel Beatificatio in Sanctis, præsertim antiquis, vbi de specifica approbatione proprium officium apparere deberet, multa officia expungenda essent non solùm ex Breuiarijs Monasticis, sed ex Romano. Sola enim appositio in Breuiario, quæ fieri non debet inconsulta Sede Apostolica, importat approbationem.

3 Ex quo ad 2. est locus Rubricæ Breuiarij *in c. 1.* vt liceat facere officium duplex de Sanctis non descriptis in Calendario, qui apud quasdam Ecclesias, vel Religiones honorari solent cum officijs proprijs approbatis per Sedem Apostolicam, Vndè potest extendi non quidem vniuersaliter, sed tantùm ad particularem Ecclesiam, vel Diœcesim.

4 Ad III. Non licet, & ideò supplicandum est pro licentia, quæ concedi, ac commendari meretur, cum nullum aliud habeat fundamentum, nisi deuotionis erga Sanctos, præsertim ciues, in quorum honorem, si ab immemorabili Clerus alicuius Diœcesis celebrauerit, & celebret officium de communi iuxta declarationes Sac. Rituum Congregationis, continuare etiam poterit post decretum de tollendis abusibus: vt fuit responsum in vna Venetiarum 27. Nouembris 1632. & in Perusina 11. Martij 1641. Quod procedit etiam quoad Sanctos non canonizatos, vt declarauit eadem S. Congregatio die 8. Octobris 1628. ad primum dubium super decreto de tollendis abusibus his verbis: *Ad primum de Episcopis, &c. fuit responsum, quod qui habent officia propria, & à Sede Apostolica approbata, & debent continuare modo concesso.*

5 Neque de non canonizatis est diuersa ratio ab ijs, qui sunt canonizati, vt Sanctus Albertus, & S. Theresia quoad huiusmodi extensionem. Nam Beatus Philippus Beuitius non erat canonizatus, & tamen de illius officio concesso Fratribus Seruitis, facta fuit extensio primùm ad Ciuitatem Florentinam, deinde ad Ciuitatem Tudertinam, ac demum ad totam ditionem Florentinam, ac nuper ad Germaniam ex decreto S. Congregationis 3. Ianuarij 1626. Idem factum fuit de officio proprio B. Laurentij Iustiniani in vna Venetiarum 10. Ianuarij 1631. ad omnes Ecclesias Ciuitatis, passimque alibi. Si enim extensio deneganda esset ex capite non Canonizationis, vel specialis Beatificationis, non Iustificationis legitimæ eorum, quæ leguntur in officijs proprijs, eadem sanè ratio debuerat impedire primam concessionem. Hac autem posita non debet ex hoc capite denegari extensio.

6 Minùsque subsistit, quod per eiusmodi extensionem officium contra prohibitiones S. Congregationis eleuetur ad altiorem ritum. Tum quia id prohibitum Ordinarijs non esset prohibitum S. Congregationi. Tum quia eleuare ad altiorem ritum non est extendere, sed de simplici facere semiduplicem, vt docet eadem S. Congregatio in dicto decreto 28. Octobris 1628. in responsione ad 2. dubium, scilicet. *Ad secundum fuit dictum, non potuisse, neque posse Episcopos, neque Regulares eleuare festa Calendarij Romani ad nobiliorem ritum, puta è semiduplici ad duplicem sine licentia Sedis Apostolicæ.*

7 Quod autem de quatuor lectionibus, quæ sunt in Breuiarij Romani id facillimum est absque vlla mutatione historiæ, debetque fieri pro obseruantione Rubricarum.



CONSVLTATIO LXI.

1 *An pro veneratione Reliquiarum antiquarum, recens tamen repertarum, sit licentia concedenda? vbi aliqua de probanda identitate corporum Sanctorum.*

2 *Et an reliquiæ Sanctorum existentes in Ecclesijs Regularium, quæ exponuntur publicæ venerationi fidelium, possint ab Episcopo visitari, eo quod non constet vnquam fuisse ab ipso visitatas, aut approbatas iuxta dispositionem S. Concilij Trid. sess. 25. de inuoc. ven. & reliq. Sanctorum?*

AD I. Censeo affirmatiuè. Quoniam non agitur de 1
veneratione nouarum Reliquiarum, sed antiquarum, recens tamen repertarum post illatum amissionem, quo casu licentia conceditur, si ex aliquibus signis probetur illas esse reliquias antiquas Sancti iam canonizati. Est concordis theorica Canonistarum desumpta *ex cap. fin. de reliq. & vener. Sanctorum*: qui textus, licèt prohibeat Reliquias recens inuentas, à nemine publicè venerari, nisi fuerint approbatæ authoritate Romani Pontificis, vbi *glos. v. auctoritate*, requirit, quod in ista approbatione recipiantur testes super vita, & miraculis illius Sancti, cuius esse Reliquias asseritur iuxta textum *in cap. venerabili de testib.* Nihilominùs concludunt ibi Doctores, illum textum procedere in Reliquijs omninò nouis, non verò in antiquis recens inuentis; istæ enim sunt venerandæ. Ita Butr. *n. 5.* Abb. *n. 1.* & antea Hostiens. *n. 9.* vbi, quod, si inuenirentur aliquæ Reliquiæ cum scriptura in eis existente, quod essent alicuius Sancti antiquitùs approbati, tunc tales Reliquiæ debent coli ex solo testimonio illius scripturæ, inconsulto Romano Pontifice; quod prosequitur Azor. *p. 1. instit. moral. lib. 9. c. 8. q. 8.* & Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 97. n. 11. & seqq.* neque videtur dissentire Io: Andr. *in eod. cap. 1. de reliq. & ven. Sanct. n. 6.* quatenus ait, quod possit Episcopus diem festum alicuius Sancti instituere, si antiquitùs Sanctus ille fuerit approbatus.

Et in his terminis loquitur S. Concil. Trid. *sess. 25.* in 2
decreto *de inuocat. & reliq. Sanct.* ad quem locum eius S. Congregatio adhibuit eandem distinctionem inter nouas Reliquias, in quibus declarauit in Cæsaraogustana, quod Sanctorum Reliquiæ, si sunt antiquæ, habendæ sunt in ea veneratione, in qua hactenus habitæ sunt, si verò sunt nouæ, Episcopus seruet decretum Concilij.

Ideò summa rei est in comprobanda identitate, quod sit illa ipsa Reliquia, quæ antea colebatur, quod probari potest ex multis circumstantijs, ex quibus admodum verisimilis redditur probatio eiusmodi identitatis, speciatim ex miraculis, ex quibus sumi debet argumentum sufficiens. In hac enim materia Ecclesia contenta est ordinarijs probationibus, vt patet ex Glos. *in d. cap. fin.* Hostien. *ibidem* cum alijs supracitatis, cui probationi ordinariæ circa identitatem cumulatè satisfit per leuiores probationes, etiam coniecturales, ac per indicia Corn. *conf. 206. n. 6. lib. 4.* Cassador. *dec. 3. de procurat.* Mascard. alijque *concl. 875.* vbi agitur de probanda identitate personæ.

Adeò, vt concurrentibus demonstrationibus per an- 3
tecedentem famam publicatis non solùm probata videatur omninò identitas, sed etiam omnis imposturæ scrupulus cessare censeatur, vt in simili arguit D. Augustinus contra *Manich. lib. de vtil. cred. cap. 3.* vbi ait, illos Hæreticos iactantes Manetem postea Manichæum, eorum caput, fuisse Spiritum Sanctum, & Euangelio attestanti, Spiritum Sanctum tempore Apostolorum venisse longè ante natiuitatem Manetis, respondere solitos ante natiuitatem Manetis, nescio quos corrupisse Euangelium, vbi D. Augustinus replicat: quomodò illi potuerunt diuinare futurum aliquando Manichæum, qui se Spiritum Sanctum esse diceret, & ideò Euangelium corrupisse, vt futuro postea Manichæo præiudicarent?

Sed

5 Sed quid si interueniat aliqualis nominis diuersitas? Ex diuersitate nominis arguitur diuersitas corporis secundùm Bald. *in proem. C. n. 18.* negantem posse nomen mutari, quia hoc ingereret difficultatem probationis, nam ex diuersitate nominis præsumitur diuersitas corporum, nisi probetur, quod sit idem corpus. Quin etiam *cons. 194. col. fin. vol. 1.* dixit: quæ sunt diuersa in nomine, non sunt idem, vt *in l. ex legato 18. n. 1. C. de legat.* quod ex nominis diuersitate apparet, nominata esse diuersa in substantia. Quare Glos. *in cap. 1. v. formam d. 99.* asseruit, quod diuersitas nominum debet designare diuersitatem rerum, *& in cap. olim 5. v. Toleremus d. 95.* quod distinctio nominum differentiam rerum declarat.

6 Idem dicendum de diuersitate temporis. Certum enim est, quod diuersitas temporis inducit diuersitatem factorum, vt Glossa inquit *in can. 1. v. honestissima in fin. 35. quæst. 1.* Siquidem acta diuersis temporibus dicuntur numeri discreti, qui non debent aggregari, teste Baldo *in l. Sancimus, §. quis autem sub init. C. de donat.* Immò nec temporis incertitudo aliquid probationis habet, cum obstet regula sine præfinito 23. *ff. de pœn. & l. seruus 10. C. de præscript. long. tem.* cum similibus, quod dictum sine præfinitione temporis certi, intelligitur de solo decennio. Qua ratione Bald. annotauit *in l. 1. num. 2. ff. pro Socio*, quod appellatione temporis indefinitè prolati intelligitur decennium, vt *in d. l. seruus n. 2.* & sic est, quod vbi fit mentio de tempore incerto, intelligitur de decennio.

7 Neque videtur referre, si exprimatur patria, professio, locus Martyrij, & huiusmodi alia; quandoquidem identitas personæ sufficienter probatur duabus demonstrationibus, etiamsi alia non conueniant. Nam præterquamquod Bartolus antesignanus dictæ theoricæ *in l. demonstratio falsa 16. quæst. 27. num. 14. & 15. ff. de cond. & demonstr.* exigit omnimodam identitatem, non diuersitatem nominis, non solùm dicendo *in princ. n. 14. Debetis scire, quod ad demonstrandam personam perfectè debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, vel indicijs*, addendo etiam in fine. *Ille, qui vult probare quid de corpore; vt sit falsa demonstratio, non intret, si ostendit nomen cum duabus demonstrationibus, seu duabus euidentijs congruis huic personæ, ipse habet fundatam intentionem, quam quia de corpore constat, & licèt aliqua alia demonstratio fuisset adiecta, quæ reperitur falsa, hoc non nocet.* Et ratio est euidens, quia nomina sunt inuenta ad recognoscendum singulos, *l. ad recognoscendos 10. C. de ingenu. & manum.* quod etiam sentit Aristot. 4. *Metaph.* Ideòque Tullius *de inuent. lib. 2.* dixit, nomen esse, quod vnicuique personæ datur, quo suo quoque proprio, & certo vocabulo appelletur.

8 Respondetur primò, dicta accidentia patriæ, professionis, & loci Martyrij esse generica, quamplurimis communia, quæ non attenduntur ad firmandam identitatem, requirentem demonstrationes speciales, non conuenientes alijs, ne res inde ponatur in obscuro, sicque dicatur, non constare de corpore certo, sicut *in d. l. demonstratio falsa* supponunt Bartol. *n. 15.* & Castr. *n. 6.* traduntque Corn. *cons. 91. n. 46. & 111. n. 14. vol. 1. & cons. 165. ad fin. vol. 3.* Ruin. *cons. 30. num. 60. vol. 1.* Roland. *cons. 98. n. 29. vol. 3.* Surd. *cons. 201. num. 14. vol. 2.* Rot. coram Greg. XV. *dec. 455. n. 10.* vbi Add. *litt. F.* Caualer. *dec. 578. n. 1.* & Buratt. *dec. 132. n. 8.* qui alios recenset.

9 Respondetur secundò, dictam conclusionem, quod identitas probatur duabus demonstrationibus, licèt aliæ non verificentur, procedere solùm, quando aliæ demonstrationes non sunt adaptabiles alij corpori, secus quando conueniunt alteri; quia tunc res ponitur in obscuro; nec propterea potest asseri, quod constet de identitate certi corporis, vt inquiunt Castr. & Alex. *l. si in homine 4. C. de testam.* ille *num. 3.* hic *cons. 38. num. 5. vol. 5.* Ruin. *cons. 115. num. 4. vol. 2.* Abb. *cons. 10. n. 13.* Surd. *cons. 235. n. 18. vol. 2.* Rot. *dec. 245. num. 9. p. 1. rec.* Add. ad Burat. *d. dec. 132. num. 10.*

Vndè liquet, quod postulatores teneantur probare, 10
quod Sanctus, cuius officium proprium petunt, sibi concedi, vel Reliquias publicè exponere, sit idem in substantia cum descripto in Martyrologio, vt concludere debent pro fundamento suæ intentionis; quia identitas concludenter probanda est ab eo, qui eam allegat, & in ea se fundat, Corn. *cons. 144. post num. 11. vol. 4.* Purpur. *cons. 414. n. 8. & cons. 434. n. 7. & 503. n. 14. vol. 2.* Afflict. *dec. 23. num. 3. in princ.* Surd. *dec. 55. n. 1.* Gregor. XV. *dec. 195. n. 5.* Aliàs succumbit, qui specificè non probat identitatem personæ, Signorol. *cons. 16. num. 5.* Aym. *cons. 294. n. 4.* Surd. *dec. 336. n. 22.* Quod non solùm repetit Valenz. *cons. 110. n. 17. vol. 2.* sed pro ratione subdit. *n. 18. & seqq.* hoc prouenire ab incertitudine, cum probatio debeat esse certa, aliàs non releuat tam in causa odiosa, quàm fauorabili.

At nihilominùs vnum, atque eundem Sanctum esse 11
vltra nominis vniformitatem, ostendunt patriæ, ac professionis identitas, ac prorsus idem Martyrij genus, locus, & dies, cùm aliàs ad probandum identitatem personæ sufficiant duæ demonstrationes specificæ, quales sunt prædictæ iuxta veram sententiam; quam tradit Bartol. *d. l. demonstratio falsa 17. n. 14. & seqq. ff. de condit.* Gratian. *discept. 555. n. 56.* Cyriac. *cap. 281. n. 6.* & Rot. *dec. 641. n. 12. p. 3. rec. ac dec. 600. n. 2.* coram Merlino, vbì sufficere alteram demonstrationem particularem, asserit *n. 3.* & in Bononiensi fideicommissi 5. Iunij 1651. *§. neque Domini* coram Eminentissimo Otthobono, vbi ex identitate exercitij, ac loci, in quo quis obijt, infertur identitas personæ. Idque præcipuè, si confirmetur ex Historicis, Rot. *dec. 212. n. 8. p. 7. rec.* in Papiensi fructuum 15. Ianuarij 1638. *§. supradictis* coram Ghislerio, & in Cordubensi decimarum 5. Iulij 1638. *§. Vndè* coram Reuerendiss. Compostellano, & videtur agnouisse S. Rituum Congregatio, dum die 19. Nouembris 1650. approbauit sub ritu semiduplici lectiones S. Crescentiani, qui vti præceptor Typherni colitur cum celebratione proprij Officij, & Vrbini vt patronus sub nomine Crescentini, licèt Rota ad effectum quæstionis Primatus noluerit Chronologis deferre, *vt dec. 60. n. 42. & per tot. p. 8. rec.*

Hinc non obstat leuissima in nomine varietas, quan- 12
do superiùs ponderatæ demonstrationes conueniunt, *l. si in nomine 32. ff. de verb. oblig.* Rot. *dec. 617. n. 4. p. 7. rec.* Audimusque in dies iuxta diuersitates regionum, præsertim apud Italos aliquam in pronunciatione nominum varietatem irrepere, dum Petrus dicitur Piero, e Pietro, Paulus Paolo, & Polo, Bartholomæus Bartholomeo, e Bartolo, Iacobus Giacomo, Iacopo, Iacomo, & in alijs innumeris. Vndè Baronius obseruauit, Bibianam aliquibus dictam Viuianam, Immò & fortè melius Vibianam *in Martyrol.* sub die 2. Decembris. Et frequenter *litt. B.* in *V.* mutationem obseruauit Rhodius in votis ad Scribon. *n. 60. & n. 122.* Immò etiam *B.* veluti *M.* prolatum fuisse *n. 231.* & Saluator noster *Christus* Dominus facta tenui mutatione dicitur *Chrestus* apud Suetonium in *vit. Claudij cap. 25.*

Contra idem Baronius nominis similitudine deceptus 13
ex duobus Gabinis, qui Turribus in Sardinia Martyrium subierunt, vnum fecit ex eo, quod vnus dicatur Gabinus, alter Gauinus. In quo quidem errauit; quia olim apud Latinos, & nunc apud Græcos, & alias nationes V. & B. inter se passim permutantur. Porrò duos esse Gabinos, firmiter asserunt Io: Franciscus Fara *de reb. Sardois lib. 1. fol. 75. an. circiter 300.* Ioannes Arca de Sanctis Sardois *lib. 2. fol. 1. & seqq.* Pintus *lib. 3. tit. 4. loc. 12. n. 22.* de Christo crucifixo, & Ferrarius in *catal. general. Sanctor. qui in Martyrolog. Rom. non sunt*. Nec mirum est, quod viro alioquin diligentissimo in longo, & difficillimo opere somnus obrepserit: rerum enim singularium notitia obstrusior est, & plerumque in re historica, quæ ad factum pertinet, id contingit, vt quæ in patria alicuius viri Sancti omnibus notissima sunt, alibi delitescant, neque insolitum est, quod nominum similitudine, etiam viri magni interdùm decipiantur. Aliquot huius gene-

generis hallucinatiooes in suis ootis ad Martyrologium nuper impressis, animaduertit Luc. Holstenius. Atque penè infiniti ostendi possunt errores grauissimorum Doctorum, ac Rotæ Romanæ super statutis, & consuetudinibus, vel moribus quarumdam Ciuitatum, & Regionum, etiam per Italiam; vndè propterea receptum est in iure, quod solis Doctoribus Regionis, vel in ea versatis aliqualiter deferatur circa consuetudines, aliaque in facto consistentia, non autem alijs, Mascard. *de prob. concl.* 528. Gabr. *de prob. concl.* 4. Capyc. *consul.* 98. *n.* 19. Adeòque verissimum esse agnoscimus illud, quod ait Fabius: *Et magni auctores labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare interdum Demosthenes, Horatio verò etiam Homerus ipse videatur.*

14 Neque applicantur authoritates in contrarium adductæ. Quia procedunt præsupposita totali nominis diuersitate, non autem quando concurrit vnius syllabæ, vel vnicæ litteræ variatio, quæ nullam arguit diuersitatem, *arg. text. in cap. ex parte de fid. instr. text. in l. qui habebat* 54. vbi *qui habebat seruum Cratistum, testamento ita cauit: seruus meus Cratinus liber esto*, & tamen Cratistum liberum esse respondit Iurisconsultus, dicens, *nihil obesse, quod in syllaba errasset ff. de manum. testam.*

15 Ad 2. Respondeo negatiuè. Ita Sac. Congregatio Concilij in Vrbinatensi 10. Martij 1663. ad dictum Concilij locum. Sanctorum enim Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in illa veneratione, qua hucusque fuerunt. Si verò sint nouæ, Episcopus seruet hoc decretum Concilij, nempè visitet, atque cognoscat, etiam in Ecclesia exempta. Vndè, quamuis in Ecclesia Regularium proponi publicè non possint Reliquiæ Sanctorum sine Episcopi approbatione, prout ex declaratione S. Congregationis apud Sellium *in select. Can. c.* 3. *n.* 11. & Nouat. *in Lucern. Regular. v. Reliquiæ n.* 3. colligitur, attamen quando apud eorum Ecclesias fuerint aliquæ Reliquiæ, quæ ab antiquis temporibus in veneratione fuerunt, tunc tales Reliquiæ publicè proponi poterunt; quia S. Congregatio declarauit expressè, quod Reliquiæ antiquæ habendæ sint in illa veneratione, quam hucusque habuerunt, teste Naldo *in sum. v. Reliquiæ Sanctorum n.* 1. Quoniam tunc possessio, & præsumptio stat pro ipsis Reliquijs.

CONSVLTATIO LXII.

An Consules, Syndici, Nobilesuè Ciuitatis in processione Sanctissimi Corporis Christi incedere liceat cum cereis funalibus post Capitulum, & sic immediatè ante Sanctissimum?

1 RESpondeo, non licere eiusmodi laicis præfatum locum occupare. Siquidem cùm in libro Cæremoniali mandetur, quod post Confraternitates laicorum sequantur Religiosi, & successiuè Nobiles, ac Magistratus, atque deinde Clerus, & Canonici, ac vltimo loco Dignitates cùm pluuialibus, sequitur, quod ista loci occupatio sit abusus, atque adeò tolli debeat, dum Clemens VIII. Constitutione sua 69. confirmata ab Innocentio X. mandauerit, formam dicti libri Cæremonialis omninò seruari, quibuscumque consuetudinibus non obstantibus, vt habetur §. 6. & in terminis huius processionis, quod fieri debeat, seruata forma Cæremonialis, declarauit S. Rituum Congregatio in Insulana de Forio 19. Iunij 1604. apud Barbos. *collect.* 606. *n.* 3. ea ratione, quia Cæremoniale Romanum facit ius commune, Rot. *dec.* 701. *n.* 2. *p.* 4. *recent. tom.* 3.

2 Neque vrget, quod antea tenuerint eundem locum. Quoniam in materia præcedentiæ attenditur solummodò consuetudo, quæ sit rationabilis, alioquin dicitur corruptela, & per consequens est impræscriptibilis, Abb. *cons.* 21. *n.* 4. *lib.* 1. Gregor. XV. *dec.* 110. *num.* 5. *&* 6. cùm alijs, quos adducit Eminentiss. Cardinal. Otthobon. Celebratissima illa *dec.* 4. *n.* 36. *cum duob. seqq.* Et quod hæc distinctio procedat etiam in terminis consuetudinis immemorabilis ex mente eiusdem S. Congregationis, firmare videtur Gratian. *decis. March.* 16. *n.* 5. *cum n.* 7. In præsenti autem esse omninò irrationabilem eiusmodi consuetudo, quod scilicet laici præcedant Canonicis, & Dignitatibus, capitulariter incedentibus cùm pluuialibus, atque habitu Sacerdotali, extra dubium est, cum non sapiat honestatem, quod minor præcedat maiorem, Abb. *d. cons.* 21. *n.* 4. *lib.* 1. & in durioribus Gratian. *d. decis. March. n.* 7. & Eminentiss. Card. Otthob. *alleg. dec.* 4. *n.* 39.

3 Quæ quidem irrationabilitas augetur ponderando, quod, si huiuscemodi laicis daretur præcedentia in processione Santissimi Corporis Christi, eiusque Octaua, esset illis quoque concedenda in Ecclesia, ad quam processionaliter itur, cùm ille etiam sit actus processionis, licèt in illa decantaretur Missa, vt Rota in Cæsaraugustana præeminentiarum 27. Aprilis 1627. quam refert, ac sequitur in Calaguritana præeminentiarum 27. Nouembris 1665. coram Ottalora.

4 Atnihilominùs Sac. Rituum Congregatio sub die 13. Februarij 1666. in Taurinensi præcedentiæ censuit, eiusmodi Syndicos, & Consules manutenendos esse in sua possessione. Quod & aliàs censuit in Foroliuiensi 4. Aprilis 1606. his verbis: *Magistratus in processionibus Sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundùm antiquam consuetudinem consueuit incedere.* Nam prælatio minoris respectu maioris ita demùm in aliquibus casibus toleratur, quatenus subsistit ratio aliqua dignitatis, vel officij, aliàs omnis consuetudo reprobatur tanquam irrationalis, & impræscriptibilis, Doctores *in cap.* 1. *de maior. & obed.* præsertim Buttius, qui benè declarat *n.* 11. & iudicauit Rot. *in d. Calaguritana* præeminentiarum 14. Martij 1668. coram Ottalora. Dummodò tamen Magistratus non incedat supra Clerum, neque diuidat corpus Cleri. Hæc enim sunt impræscriptibilia.

CONSVLTATIO LXIII.

1 *An Regulares prohibere possint Parochis celebrationem processionis die Dominico intra Octauam Corporis Christi, vel alio die?*

2 *An in suis processionibus possint mutare viam semel electam?*

3 *An extra propria claustra, dum processionaliter incedunt intra limites alienæ Parochiæ, possint deferre stolas?*

1 AD 1. negatiuè. Nam de iure ad Parochos spectat facere quascumque processiones intra limites suarum Parochiatum priuatiuè quoad omnes etiam Regulares, qui nequeunt eas facere sine Parochorum licentia, vt per Barbos. *ad Concil. Trid. sess.* 25. *de Regul. c.* 13. *n.* 45. Nil refragantibus Constitutionibus B. Pij V. & Clementis VIII. pro Domenicanis. Nam illæ non comprehendunt Parochos, nec tollunt eorum iura, cùm non fuerit ijs derogatum, & propterea concessæ censentur sine præiudicio iuris Parochialis. Et in specie, quod illæ non comprehendant Parochos, neque ex eis Regulares possint impedire illorum processionem die Dominico intra dictam Octauam, resolutum fuisse à S. Rituum Congregatione in Materanen. 15. Maij 1632. refert Barbos. *de offic. & potest. Paroch. c.* 12. *n.* 14. Præsertim si constet de possessione Parochorum, vel Capituli à tempore, cuius non extat memoria, quæ in materia processionum, & præcedentiarum habet vim legis, Glos. *in cap. deliberatione, v. electionis, de offic. delegat. in* 6. Mastril. *de Magistr. c.* 14. *n.* 1. *lib.* 4. Rot. *dec.* 529. *n.* 1. apud Posth. *de manut.* coram Merlino *dec.* 779. *n.* 2. *& dec.* 4. *n.* 35. coram Eminentissimo Otthobono, & ideò sunt in ea manutenendi, vt censuit Sac. Rituum Congregatio in Taurinensi 9. Aprilis 1633. & tradit Bellett. *disquis. Cler. p.* 1. *de fau. Cler. real.* §. 2. *n.* 7. Nouar. *in sum. de præcedentia in proces. n.* 3. Pax Iord.

lib.

*lib.*11.*tit.*2. *de proces.n.*62. & dixit Rot.*dec.*817. *n.*2. coram Pegna. Aduersaturque ordini hierarchico, iuri Canonico, Cæremonsali, Constitutionibus Apostolicis, & decretis Sacrarum Congregationum, quod Regulares præcedant Clericis, illisque prohibeant per suos limites ducere processiones, vt egregiè Sperell. *dec.*179. *n.*11. *& seqq. tom.*2. Rot. in Oppidensi processionum 15. Iunij 1648. coram Verospio.

2 Idque, etiamsi Parochi, vel Capitolum associentur à Confraternitate recens erecta in eorum Ecclesijs, & è contra Regulares associentur à Societatibus antiquioribus illis vnitis; quia cum illa fit eorum membrum, est præferenda, tanquam vnita, atque effecta vnum, ac idem corpus cùm Capitulo, vel Parochis, militans sub eadem Cruce, vt in proximis terminis, quod ille, qui alios non præcedit, vti solus præcedat, quando est coniunctus cum eo, qui de sui natura habet præcedentiam, tradit Ferr. *de praced.q.*52.*n.*6. Ricc. *in prax. resol.*557.*n.*4.*& seqq.p.*1. & Ventrigl. etiam *in prax. annot.* 12. *de process.§.vn.à n.*20.

3 Et confirmatur. Quia ne Parochus quidem impedire potest alteri Parocho, ne faciat processiones in propria Parochia, vt decisum est à Rota apud Burat. *dec.*43.*n.*1. & in Cæsaraugustana dedicationis 18. Decembris 1618. coram Manzanedo. Nam quilibet Parochus habet ius ad omnia Parochialia exercenda in sua Parochia, quorum vnum est processiones facere. Si igitur aliquis attentat impedire processiones, attentat ipsum priuare proprio iure, atque adeò facit contra iustitiam, atque incurrit in excommunicationem Papæ reseruatam, latam in Bulla in Cœna Domini, & in Concil. Trid. *sess.* 22.*c.*11. *de reform.* Deindè nemo potest se ingerere in ijs, quæ sunt alterius Parochiæ, *cap. nullus alterius, c. nullus primas* 9. *q.*2. neque debent Ecclesiæ, & Parochiæ confundi, nec Parochus vnius se immiscere in ijs, quæ sunt alterius; si autem alter Parochus vellet prohibere processionem alteri, se immisceret in ijs, quæ sunt alterius Parochi, & confunderentur iura.

4 Neque obstat, quod attentans prohibere sit in possessione faciendi processionem illa die, alter verò non consueuerit facere. Nam ob id non est derogatum iuri, quod habet faciendi processiones. Quia eo ipso quod Parochus retinet in communi ius Parochiale, exercendo aliqua Parochialia, retinet omnia iura, quæ sibi competunt. Sufficit enim aliqua exercere, vt omnia retineantur iuxta tradita per Innoc. *in cap. dilectus n.*3. *Capell. Monach.* Cardin. *ibid.q.*11. Boich.*n.*11. Io. Andr. *n.*7.*&* 8. Anchar.*q.*21. atque Abb.*n.*19.

5 Quod ad horam autem faciendæ processionis, standum est prouisioni Ordinarij, cuiad euitanda scandala in processionibus est tributa specialis facultas à S. Concilio Trid. *sess.*23.*c.*13. *de Regul.* maximè quia in dictis Constitutionibus nihil de hora disponitur.

6 Ad 2. etiam negatiuè, cùm non possint mutare viam, semel à principio electam, sicut resoluit eadem S. Congregatio in Pisaurienti 14. Nouembris 1613. & iod. Materanensi apud Barbos. *loc. alleg.& n.*15. & tradunt Portell. *in addit. ad dub. Regular. v. Processiones n.* 18. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de processión. Regul.* Lezana *v. Processio quoad Regular.n.*11. Nilobstante, quod via primò electa intelligi debeat de illa electa, in qua primùm Regulares fecerunt processionē die Dominico, quia potiùs est intelligendum de via, per quam processionaliter prima vice irecæperunt, vt per Portell.*loc.cit.* & in specie de Patribus Dominicanis, quod, licèt ij sint manutenendi in processione facienda die Dominico infra Octauam, non tamen possint mutare viam prima vice electam, tradit idem Barbos. *vbi supra*, & ad Concil. Trid.*sess.*25. *de Regul. d.c.*13.*n.*29. In prima namque processione fuit consumpta facultas viam eligendi *ad text. in l. apud Aufidium, ff. de opt. legat.* & statim atque elegerunt, iuris fictione translatum fuit in illos dominium, *l. à Titio de furt.*

7 Ad 3. item negatiuè. Quoniam delatio stolæ est de Iuribus Parochialibus, & proinde spectat priuatiuè ad Parochos, vt in punctò resoluit Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. *Quibus consequens, & §. seq.* coram Reuerendissimo Zarate Vallisoletano, & tradit Lezan. *in sum. quæst. Regul. c.*12.*n.*41. vbi *vers.*3. subdit, fuisse declaratum à S. Congregatione Concilij sub die 2. Iulij 1620. non posse Regulares deferre pluuiale, aut stolam extra Ecclesiam, aut claustrum per alienas Parochias.

CONSVLTATIO LXIV.

An sit licita consuetudo immemorabilis cantandi Missam de Requiem pro defunctis die qualibet ex deuotione fidelium?

Non esse licitam videtur respondendum, cùm obstent Rubricæ Missalis, quoad illam celebrandam diebus Dominicis, ac festis officij ritus duplicis *tit.*5. *n.*2. Vndè absolutè negant Gauant. *in rubr. Missal. d.tit.*5.*n.* 2. *litt. A.* Gatz. *in sum. tr.*3. *difficul.*8. *dub.*6. *pun.*2. *n.*21. Lezan. *tom.*1. *qq. regul. cap.*21. *n.*28. & Quart. *in d. rubr. Missal.* 1

Atego puto, eiusmodi consuetudinem posse tolerari, atque indulgendum deuotioni, ac pietati fidelium erga defunctos, exceptis tamen ijs diebus, quos S. Rituum Congregatio excipere mandauerit. Primò quia immemorabile solitum non est sublatum per Rubricas, propter quod in simili iam S. Rituum Congregatio solet respondere, licitum esse continuare celebrationem Missæ votiuæ de B. Maria in Aurora, etiam in quibusdiebus festis, licèt obstent Rubricæ, vt in sequentibus declarationibus. 2

In Burgensi. Virum Missa B. Mariæ dotata perpetuain Sabbato, quæ in Cathedrali dicitur de memoria, stante regula Missalis, quæ disponit, quod non dicantur Missæ votiuæ in diebus duplicibus, poterit dici, cum non sit principalis tum propter deuotionem maximam populi confluentis, tum quia metus proprius præcipit regulas Missalis obseruari? 3

S. Rituum Congregatio anno 1594. *singulis singulariter respondit, vt infra: Ad secundum censuit vtramque esse dicendam.*

In Vallisoletana. Cùm ab immemorabili tempore seruatum fuisse, asseratur in Congregatione Vallisoletana Ordinis S. Benedicti Congregationis Hispaniarum post Primam immediatè canere singulis diebus Missam votiuam de B. Virgine, & in Capitulo generali dicti Ordinis nouissimè habito decretum fuerit continuari debere prædictam Missam votiuam, magister frater Alphonsus de S. Victore modernus Generalis præfatæ Congregationis Hispaniarum, & Concionator Regis Catholici supplicauit pro approbatione, & confirmatione prædicti decreti. 4

Et S. Rituum Congregatio approbauit, & confirmauit, exceptis tamen Dominica prima Aduentus, feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum cum tota maiori hebdomada, Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus, Dominica Pentecostes cum duobus pariter diebus sequentibus, Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, & omnibus diebus, in quibus celebrari debet peculiare festum in honorem B. Virginis iuxta præscriptum in Calendario Romano, ac dummodò diebus, in quibus celebratur dicta Missa votiua, præter dictam Missam votiuam celebretur etiam Missa Conuentualis diei, seu festi currentis, hac die 19. *Nouembris* 1633.

In Marsicensi. Cùm in Oppido Vigiani amplissimè finitimorum concursu festiuitas S. Mariæ de Monte in primis Dominicis Maij, atque Septembris annis singulis ab immemorabili tempore celebretur, supplicauit Archipresbyter, & Clerus eiusdem loci, vt vice officij, & Missa currentis, ibidem recitari possit Missa B. Mariæ. S. Rituum Congregatio, attentis narratis, indulsit, vt post peractum officium occurrens, Missa votiua de B. Maria in eadem Ecclesia celebrari possit, seruatis in reliquis rubricis Breuiarij, & Missalis Romani, die 16. *Aprilis* 1644. 5

Secundò, quia Rubricæ non derogant consuetudinibus immemorabilibus, præsertim in ijs, quæ se compatiuntur in reliquis cum Rubricis, vt in hoc casu, quod 6

pro-

propter hanc Missam non relinquitur Missa Conuentualis qualibet die.

7 Tertiò, quia vbi periculum est, quod homines retrahantur à bonis operibus, & agitur de deuotione populi, quam pro ipsis, & pro Ecclesia expedit aliquando in quibusdam locis promoueri, indulgeri conuenit, quoad fieri potest. Rubricæ enim non obligant cùm graui incommodo, earumque obseruantia in tali casu esset impeditiua maioris boni; nam esset causa, cur fideles non facerent celebrare Missas pro defunctis, atque adeò, quod defuncti priuarentur huiusmodi suffragijs. Vnde non est verisimile, quod in hoc casu velit Ecclesia præferri obseruantiam Rubricarum pietati suæ, ac fidelium, quæ oritur ex graui motiuo.

CONSVLTATIO LXV.

An Fratres Ordinis Prædicatorum, ac sodalitates Rosarij erectæ in eorum Ecclesijs ducere possint processionem Rosarij prima Dominica Octobris cuiuslibet anni per alienas Parochias absque interuentu, vel licentia Parochorum?

1 Affirmandum videtur iuxta priuilegium B. Pij V. illis concessum *in Constit. 86. Inter desiderabilia* §. 4. Præsertim si sint in possessione huiusmodi processionem faciendi, in qua manuteneri debent non solùm ex vi dicti priuilegij, sed etiam ex consuetudine, quam in his casibus attendi debere nedum pluries in Sac. Rituum Congregatione decretum est, vt in Melitensi 9. Februarij 1606. & in Fundana 24. Maij 1644. ac in Senogalliensi 15. Septembris 1657. sed etiam in Sacris Congregationibus Concilij, atque Episcoporum, & Regularium sancitum in hæc verba: Sacra Congregatio negotijs Episcoporum, & Regularium præposita in vna Leopolien. 14. Februarij 1642. ad instantiam Mendicantium decreuit, vt infra videlicet. *Oratores, quando habeant ad ipsorum fauorem consuetudinem legitimè præscriptam faciendi processiones extra ambitum ipsarum Ecclesiarum, atque Conuentuum, non posse prohiberi à Parochis, seu locorum Ordinarijs, ne de cætero ipsas processiones, sic vt præmittitur, faciant sine ipsorum licentia, prout hactenus facere consueuerunt, præmissis, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus.*

2 Sacra verò Congregatio Concilij in specie loquens de processione Rosarij in vna Nuscana prima Martij 1581. cum ex parte Conuentus Prædicatorum Balneoli inuocata fuisset, vt manuteneret eum in possessione habendi processionem Rosarij per vias publicas, ita rescripsit: *Sac. Congregatio Concilij censuit de his processionibus Rosarij seruandam esse consuetudinem B. Mariæ super Mineruam*. Et quidem in ea manutenendos esse habetur in *cap. fin. de consuet.* vbi Doctores communiter, sufficitque consuetudo decennalis. Nam Sac. Congregatio super Regularibus consulta nomine Conuentuum Prædicatorum Cremonæ, & Soncini pro manutentione in possessione ducendi processionem Rosarij extra ambitum Ecclesiæ per Ciuitatis vias, præcipuè in festiuitatibus B. Mariæ Virginis sub die 6. Decembris 1591. ita respondit: *Censuit S. Regularium Congregatio seruandam esse Consuetudinem, quæ ab annis decem retro seruata fuit in processionibus faciendis in quatuor festiuitatibus B. Virginis pro Rosario per totam Ciuitatem, seu Terram*. Cuius decreti meminit Barbos. *de offic. Episc. alleg. 78. n. 7. & in sum. Apost. collect. 651. n. 5.* Peyrin. *ad Const. 7. Pij V. n. 13.* Fast. *in sum. p. 1. c. 23.* & Lezan. *tom. 1. quæst. Regul. c. 15. n. 62.*

3 Quod est conforme iuri communi. Quando enim consuetudo est circa id, quod innititur rationi, & æquitati iuris, etiam de iure Canonico sufficit consuetudo decennalis iuxta Glos. *v. Consuetudo d. cap. fin. de consuet. in 6.* & ibi Gemin. *num. 9.* Hæc autem consuetudo tota innititur rationi, & æquitati iuris; nam euidens est, quod in solemnitatibus præcipuis Beatæ Mariæ Virginis, inter quas numeratur solemnitas Rosarij, quæ celebratur prima Dominica Octobris ex decreto Gregorij XIII. in memoriam Victoriæ obtentæ contra Turcas à Classe Catholica intercessione eiusdem Beatissimæ Virginis die 7. Octobris 1571. euidens, inquam, est, quod in huiusmodi festiuitatibus ducere processiones per vias Publicas maximè conducit ad Dei, ac Beatissimæ eius Matris honorem promouendum, atque ad excitandam, & formandam deuotionem fidelium summè necessariam propter ingentem populi concursum ad vitandum confusionem, & vt omnes deuotè, ac ordinatè processionem associare possint. Ideò rationi, & æquitati iuris etiam diuini, cui omne ius priuatum Parochorum subordinatur, quàm maximè conuenit, vt huiusmodi processiones in his festiuitatibus per vias Publicas extendantur, sicque fidelium deuotioni, ac Dei, eiusque Matris honori consulatur.

Et hoc præcipuè locum habet in supremis Tribunalibus. Nam, vt inquit Aristoteles 3. *Polit.* eos Iudices, 4
quibus ex bono, & æquo iudicare, aut legibus, aut moribus licet, cuiusmodi sunt suprema Tribunalia, quæ præscripto iuris vsquequaque non adstricta sunt, id est, qui interdùm pro re nata liberam causarum disceptationem habent, æquo & bono ita vti debere, vt cæmentarij fabri, & structores Lesbia norma vtuntur. Cùm enim cæteri fabri soleant structuras suas ad normam exigere, Lesbij soli plumbeam normam habentes, pro arbitratu suo flexibilem, & subinde mutabilem ita ad normam structuram suam exigunt, vt interdùm si lapidis natura non facilè ad structuram æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectant, & structuræ normam, non normæ structuram accommodent, quo scilicet opus suum consumari possit. Sic & suprema Tribunalia interdùm non modò iuris præscriptum, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequuntur, prægrauante æqui, bonique lance in perpendendis temporum, personarum, locorum, & alijs qualitatibus. Et hac ratione æquum, & bonum emendatio est iuris scripti, quatenus scilicet aliter de nonnullis statuit, de quibus lex ferri non potuit in vniuersum, quod ipsum, vt fiat, decreto opus est, vel plebiscito. Quippè indefinitarum rerum indefinita & norma esse debet, vt quemadmodum in Lesbia structura, vt dixi, plumbea norma adhiberi solet, quæ ad lapidis formam transformari possit, & subindè immutari, sic ad huiusmodi species rerum, cum vsus venerit, decreta accommodari oportet legi derogantia.

At verò tenendum est, non licere, nisi ex priuilegio. Id probo, tùm ex præscripto iuris communis, tum ex decretis Sacrarum Congregationum Concilij, Episcoporum, & Rituum, quibus vetitum est quibuscumque Regularibus, ac sodalitatibus facere processiones intra limites alienæ Parochiæ absque licentia Parochi. 5

Ex præscripto quidem iuris communis, quia facere processiones est actus iurisdictionis, vt asserit Ricc. *p. 1. dec. 90. num. 2.* Iurisdictio autem in alieno territorio exerceri non potest, atque adeò nec fieri queunt processiones, vt rectè concludit P. Donatus *in pr. rer. Regular. tom. 1. p. 2. to. 13. q. 81. n. 1. & seqq.* & ante ipsum Tambur. *de iur. Abb. disp. 15. q. 7. n. 39. to. 2.* & Zerol. *in prax. v. processiones n. 4.* 6

Ex decretis autem sacrarum Congregationum, quia sic pluries fuisse resolutum, referunt quamplures Regulares, nominatim Peyrin. *tom. 2. priuil. constit. 7. Pij V. §. 10. n. 11.* Nouar. *in Lucern. Regul. v. Processiones n. 25.* & post Dianam, Lezanam, & alios idem Donatus *loc. alleg. n. 5. & 6.* vbi inter cætera ponit integrè duo decreta S. Rituum Congregationis, quæ mandant: *quod in processionibus faciendis, tam per Regulares, quàm per Confraternitates laicorum seruetur, vt in Ecclesijs habentibus claustrum, processiones fieri non possint, nisi intra claustra, & non extra. In Ecclesijs verò carentibus claustris fieri possint intra ambitum, hoc est propè muros Ecclesiæ, siue exeundo à ianua Ecclesiæ, & per aliam intrando, siue per eandem, & propè muros Ecclesiæ, extra verò ambitum Ecclesiæ non licere neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum* 7

Cruce

Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesijs, quæ habent in hoc speciale priuilegium faciendi processiones per alia loca.

8 Idem decreuit S. Rituum Congregatio 26. Februarij 1628. in hunc modum: *in Regularium Ecclesijs habentibus claustra fiant processiones intra claustra tantum. Si non habent claustra, fiant propè muros Ecclesiæ, siue exeundo ab vna porta, & intrando per aliam Ecclesiæ portam, siue per eamdem. Extra ambitum Ecclesiæ non licèt Regularibus facere processiones, nisi de licentia, consensuue Parochi saluis priuilegijs, si quæ sunt. Processiones verò Confraternitatum non debent extendi per vias, sed circa muros Regularium, qui res regunt.* Quod etiam declarauit in Limana 15. Decembris 1632. & in Aretina Montis Sancti Sauini 19. Maij 1614. & antea in Aretina 1613. & in Gaballicensis Insulæ 28. Augusti 1615. & 18. Februarij 1617. & in Hispalensi 28. Februarij 1628.

9 Id ipsum sæpè sanxit Sacr. Congregatio super Episcopis, vt in Placentina 26. Aprilis 1605. in Terracinensi 26. Maij 1645. in Cortonensi 22. Nouembris 1593. in vna Conuentualium 5. Februarij 1602. & luculenter decreuit Sacr. Congregatio Concilij, cuius verba hæc sunt: *Sacra Congregatio censuit Regularibus, & Confraternitatibus in Regularium Ecclesijs erectis, permissum esse processiones facere intra eorum Ecclesias, & claustra tantùm, & non extra. Si verò Ecclesiæ claustro careant, eisdem Regularibus, & Confratribus licere processiones facere intra ambitum duntaxat eiusdem Ecclesiæ, siue exeundo ex vna ianua Ecclesiæ, & intrando per aliam, siue per eandem, & tunc propè muros Ecclesiæ, & non extra ambitum, nisi de licentia, & consensu, aut cum Cruce Parochi, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus. Priuilegijs Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus in suo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè censeatur derogatum. Die 27. Iulij & 21. Augusti, ac 19. Septembris 1628.* Quod decretum fuit à Sanctissimo expresse approbatum, & confirmatum, ac successiuè obseruatum, vt retuli *tom. 1. consul. 121. num. 1.* Hoc ipsum decerount eædem Sacræ Congregationes apud Barbos. *in Collect. Bullar. v. Processio* apud Gauantum, & Nicolium *eodem v.* vt proinde ociosum sit in re aperta inculcare decreta, atque exempla, quæ vulgò sunt plurima.

10 Neque obstat, quod in processionibus Rosarij ex specialibus priuilegijs res diuerso modo procedat, Quia processiones Rosarij in hoc non esse priuilegiatas, ostendit primo loco P.

11 Donatus, qui fuit ex ordine Prædicatorum, vbi optimis rationibus reijcit Fastum contrarium asserentem.

12 Minùs obstat prætensa Consuetudo etiam immemorabilis. Quia vel Regulares ad illam probandum intendunt vti actibus gestis post decreta Sacrarum Congregationum, & huic intentioni resistuor decreta ipsa, quæ specificè derogant consuetudini etiam immemorabili, sique introductionem nouæ consuetudinis impediunt, vt loquens de dictis decretis ingenuè scribit Donatus *d. quæst. 81. num. 9.* Vel illam probare intenduot ex gestis ante aooum 1628. quo emanauit decretum Sacr. Congregationis Coocilij, & Sacr. Rituum Congregationis, & satis est dicere, hanc probationem esse impossibilem ratione ætatis testium, cùm reperiri debeant testes, qui eo tempore essent ætatis quinquaginta quatuor annorum, vt in puncto ad exclusionem immemorabilis fuit dictum *in recent. p. 6. dec. 142. num. 5. & dec. 266. ex num.* 16. quod probauit Rota in Calaguritana decimarum 26. Iunij 1654. coram Zarate §. *Præterea excluditur.*

13 Textus autem *in cap. fin. de consuet.* admittit sane coosuetudinem, sed cum duabus qualitatibus, nempè quod sit rationabilis, & legitimè præscripta; Vtrumque hic desideratur. Etenim nequit dici rationabilis eo ipso, quod fit processio intra fines alienæ Parochiæ, quia turbatur illius iurisdictio, & prohibetur à iure. Neque dici potest præscripta, quia non docetur processiones factas fuisse absque licentia Parochi, & Ordinarii. Quare non releuat declaratio Sacr. Congregationis Episcoporum, & Regularium in contrarium adducta, quia loquitur in casu consuetudinis legitimè præscripta. Alia verò mandat solùm seruari consuetudinem, quæ semper intelligitur de legitima, & præscripta, ideòque non aduersatur. Immò probata non releuaret, quia cum Parochi habeant iuris assistentiam, contra ipsos immemorabilis non suffragatur, nisi fuerit approbata per tres sententias conformes, Rot. in Beneuentana Iurisdictionis 27. Ianuarii 1653. §. *præterea* coram Zarate. Et quia ipsi etiam derogatur per decreta posteriora.

Præsertim si testes, quos ad illam probandam induxerint, sint omnes sodales Societatis Rosarii; ratione enim affectionis fidem non merentur, Rot. *dec. 193. num. 4. p. 4. recent.* neque concludunt prohibitionem, & acquiescentiam Parochorum, cum in his facultatiuis prohibitio, & acquiescentia maximè probanda sit, vt multis relatis firmauit Rot. in D. Calaguritana Decimarum 17. Aprilis eiusdem anni coram eodem Zarate §. *Et insuper.* Vel si Episcopus, vel eius Vicarius testetur, se dedisse licentiam pro faciendis hisce processionibus intra limites alienæ Parochiæ. Id enim excludit immemorabilem, cum illa se non compatiatur cum quolibet etiam minimò actu contrario, vt post aliàs fuit dictum in Calaguritana Cathedralitatis 27. Maii 1658. coram Em. Cerro, §. *tum etiam ex quo continuatio* propè finem. 14

Ex quibus liquet, agi non posse de manutentione. 15
Vel quia petitorium clarum manutentionem absorbet, Posth. *de manut. obs. 42. num. 146.* & pluribus *seqq.* vbi innumeri. Vel quia possessio ante decreta Sacrarum Congregationum non probatur, & illa, quæ post decreta probata est, non suffragatur, cum habeat contra se eadem decreta, quæ consuetudini derogant, etiam immemorabili.

Pariter neque obstat priuilegium B. Pii V. quia non 16
loquitur de hac processione, sed de facultate accedendi ad processiones alienas. Tandem neque asylum æquitatis; quia Causa Parochorum non modo æqua probatur, & certa, sed æquitate quoque, non modò iure niti.

Quare iterum dico, non licere, nisi ex priuilegio. 17

CONSVLTATIO LXVI.

An in Constitutionibus Apostolicis pœnalibus comprehendantur Clerici, de quibus nulla in eis fit mentio specialis? Et

Quid si in eisdem Constitutionibus nominentur quacunque personæ cuiuscunque gradus, dignitatis, Ordinis, & instituti, an comprehendantur etiam Clerici, de quibus nulla fit mentio in dictis Constitutionibus Apostolicis pœnalibus?

Ad primum comprehendi omnes in vniuersum, at- 1
que adeò Clericos in materia eis adaptabili, per textum *in cap. Canonum Statuta de constit.* vbi Innoc. *num. 1. c. Si quis omnem 1. quæst. 7. & can. si Romanorum 19. d.* dummodò tamen Constitutiones sint generales, *cap. Cum longè 63. d. cap. nihil de elect.* Glos. 1. & omnes *in d. cap. Canonum statuta.* Quia lex imponitur subditis, ac proinde obligat etiam Clericos. Lex enim de se habet vim obligatiuam, quia præscribit, quod est necessarium secundùm exigentiam boni communis. Clerici autem sunt capaces talis obligationis, quia tanquam membra totius Reipublicæ sunt propter totum, atque adeò tenentur cooperari bono ipsius. Eo igitur ipso, quod lex pœnalis Canonica generaliter imponitur, consurgit in ipsis obligatio ad pœnam sustinendam. Alioquin multi Canones, ac Constitutiones Apostolicæ, præsertim *can. 14. 15. 16. & 17. Bullæ Cœnæ Domini* non

comprehenderent Clericos, quos tamen ex subiecta materia, & quia de se sunt generales, nullum excludere, & ad Ecclesiasticos extendi, docent ibi expositores. Vt proinde Constitutiooem, *Si de protegendis* B. Pij V. vtpotè generalem comprehendere etiam Clericos, docet Scortia, quem sequitur Carcria *de offic. S. Inquisit. lib. . . cap. . . n. . .*

2 Quod absque dubio locum habet, primò quando Constitutio generalis fertur de aliqua re, quæ mala est. Etenim *in cap. Si quis, suadente 17. quæst. 4.* qui est pœnalis, comprehendi non solùm Clericos, sed etiam Cardinales, quamuis in ea non fiat de illis expressa mentio, asserunt Io. Monach. *in extrauag. Excommunicamus de sent. excom. v. Clericus*, Felin. *in cap. Quod super his de fid. Instrum. vers. Tertiò*. Ac secundò, quando aliquid per Constitutionem generalem statuitur ad tollendum fraudes; sub illa enim Constitutione comprehendi, nedum solos Clericos, verùm etiam Cardinales, notant Patif. *de resign. lib. 8. q. 8. num. 146. & lib. 12. quæst. 4. num. 8.* Caputaq. *lib. 1. dec. 211.* Ac Tertiò, quando Constitutio fertur ob salutem aoimæ, comprehendit etiam Clericos, vt asserunt Io. Monach. *loc. cit.* Præposit. *in cap. Non licèt sub init. dist. 10.*

3 Ac denique quando non continent odium irrationabile. Tunc autem solùm cootinent odium irrationabile, quando versantur circa ea, in quibus Clerici sunt specialiter priuilegiati. Eodem modo namque de Cardinalibus resoluunt communiter Doctores, vt nimirùm teneantur legibus, ac constitutionibus Pontificijs vniuersaliter latis, licèt odiosis, quando non continet odium irrationabile, seu quando fuot de ijs, in quibus Cardinales non sunt specialiter priuilegiati. Ita Mantica *decis. 230.* Caputaq. *decis. 83. p. 2.* Cassador. *decis. 1. num. 3. de decr.* Simonet. *dec. 51. lib. 1.* Rota in Valentina Archidiaconatus 1531. & in Cauriensi Canonicatus apud Gomez *ad reg. Cancel. Glos. 24. num. 13.* & in Aretina pensionis coram Litta apud Marches. *de commis. p. 1.* Put. *dec. 137. lib. 2. in correct.* Rota *dec. 46. num. 10. & dec. 464. num. 2. & seq. p. 5. rec.* vbi testatur, Rotam ista semper iudicasse.

4 Ratio autem generalis est, quia generalis dispositio est propter bonum Communitatis, atque adeò ex natura sua, tanquam regola publica, dirigit totum corpus Communitatis in ordine ad bonum intentum, & in dicto corpore personas singulares, tanquam membra huius corporis, quæ bono, & commodo totius tenentur cooperari; quia sicuti membra sunt propter corpus, ita etiam sunt propter bonum ipsius, ac proinde afficit omnes, qui sunt membra corporis, quatenus tenentur regulatè viuere in ordine ad bonum Societatis. Omnes autem personæ, quantumuis conspicuæ, & speciali nota dignæ, tenentur regulatè viuere tanquam membra corporis ciuilis in ordine ad bonum communitatis. Et ideò ligantur legibus in eo, lo quo non sunt specialiter priuilegiatæ, quia priuilegium declarat, quod non teneantur in tali materia cooperari commodo Communitatis.

5 Atque hinc est, quod lex, & statutum generale comprehendat etiam personas, & causas priuilegiatas, quando in illa speciali materia non habent speciale priuilegium *l. in fraudem §. fin. ff. de testam. milit.* ibi: *Quia generalis est ista determinatio*, & notant Bald. *ibid.* Tiraquel. *de retract. lignag. § 1. Glos. 14. num. 97. & seq.* Rot. *dec. 46. num. 16. p. 5. rec.* quia lex obligat secundùm exigentiam publicæ vtilitatis, propter quam fertur. Publica autem vtilitas exigit omnia membra Communitati, quæcunque illa fiot, obligari.



CONSVLTATIO LXVII.

Quis inter Parochos præcedere debeat?

ILle, qui prior fuit assumptus ad regimen suæ Parochialis. De iure enim is præcedit, qui in labore est antiquior instar militiæ, *l. 2. C. de offic. Magistr. l. fin. C. de tyron. lib. 12.* Cyriac. *contr. 201. n. 44.* & Seraph. *dec. 326. num. 3.* & resoluit S. Rituum Congregatio in Maceratensi præcedentiæ, referente Em. Sacchetto, atque habetur in statuto Cleri Romani *cap. 2. § 6.* 1

Præcipoè, si vti antiquor per plures annos permansit in quasi possessione præcedendi, quæ possessio potissimum in hac re consideratur, tum ex dispositione Constitutionis 84. Gregorij XIII. quam omninò obseruandam, plures respondit S. Rituum Congregatio, vt dixit Rota in Mutinensi præcedentiæ 25. Inoii 1638. coram Merlino. Tum etiam quia ius præcedentiæ magis competit ratione possessionis, quàm tituli anterioris, *l. 1. C. de Consul. lib. 12.* Fab. de Ann. *cons. 4. num. 10.* Menoch. *cons. 51. num. 4. & cons. 162. num. 3. & 6.* Gratian. *discept. 867. num. 26. & discept. 940. num. 7.* Cyriac. *d. contr. 201. num. 173.* Nouar. *in lucer. Regul. v. præcedentia n. 8.* Campanil. *in diu. iur. Can. rub. 12. c. 12. num. 12. & c. 13. num. 121.* Lotthet. *de re benef. lib. 2. q. 25. nu. 38.* Rot. *dec. 483. num. 1. & seq. p. 5. rec.* cum aliis allegatis in d. Mutinensi coram Merlino. 2

Consuetudo verò in præcedentia inducitur per decem annos, eaque præscribitur, Cyriac. *loco cit. nu. 169.* Rota in Seguntina præcedentiæ 23. Iunii 1609. coram Pamphilio, & Add. Gregor. XV. *dec. 124. lit. A.* vbi conciliat opiniones. Ideòque est obseruanda, cùm habeatur pro iure, & præualeat prioritati originis, ac etiam ipsi iuri, Cyriac. *n. 171.* Seraph. *dec. 964. num. 1.* Gregor. *dec. 124. n. 2.* Sperell. *dec. 36. n. 4.* Rot. *dec. 483. n. 1. p. 5. rec.* & in d. Mutinensi præcedentiæ, accedente præsertim scientia, & patientia aduersarii, Greg. *dec. 417. nu. 2.* Rot. *dec. 717. n. 3. p. 2. rec.* Coccin. *dec. 26. num. 4. & dec. 32. nu. 6.* apud Posth. *de manut.* 3

Licèt autem de iure antiquior præferatur iuxta Glos. *in cap. 1. fin. v. antiquiores, de consuet. in 6.* cum similibus, id tamen procedit solùm inter æquales, Marches. *de commis. p. 1. c. 1. de refer. nu. 21.* Cyriac. *contr. 201. num. 136.* secus verò, quando concurrit persona maioris qualitatis, siue dignitatis, Caual. *dec. 650. num. 7.* Dignitas enim tribuit assistentiam iuris in materia præcedentiæ, Rot. *dec. 483. num. 1. p. 5. rec.* eoque casu attenditur ordo qualitatis, secundùm quem posterior maioris qualitatis præfertur antiquior, Cyriac. *d. contr. 202. num. 70.* 4

CONSVLTATIO LXVIII.

1 *An Parochus possit peragere functiones Sacerdotales, & solemnes, tam in Capellis aut Ecclesijs, vel Oratorijs Confratrum sitis intra limites suæ Parochiæ, quàm in sitis in propria Ecclesia? Et*

2 *An, peractis per Parochum exequijs, possint Capellani Sodalitatum reiterare in eisdem Ecclesijs, vel Oratorijs Officium super cadauere cum Stola, & asperforio?* Vbi plures Confraternitatum abusus castigantis, coercenturque.

AD primum, seclusa legitima consnetudine, vel priuilegio Apostolico, affirmatiuè respondendum est. Nam Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam ex iure communi super omnibus Ecclesijs, & Oratorijs sitis intra Parochiam, vt colligitur ex Concilio Cabilonensi, relato *in c. Ecclesiæ 16. q. 1.* & ex Concilio Vuormaciensi *in c. Quicunque ead. caus. & q.* atque ex *c. Ad audientiam 3. de Eccles. ædif.* & tradunt Canonistæ ad hæc loca, & *in c. Pastoralis, de ijs, quæ fiunt, & in rubr. de Paroch.* quibus adhæret Rot. *dec. 1120.* coram Seraph. Id, quod de Capel- 1

pellis, & Oratorijs sitis intra Ecclesiam parochialem, est omninò certum, ne contentum sit diuersum à continente ad textum *in l. Eum, qui ædes, ff. de vsucap.* Et regula est, quod dispositum de Ecclesia intelligatur, & habeat locum in omnibus Capellis per textum *in cap. si Ciuitas, vers. ratione quoque, de sent. excom. in 6. & cap. vn. de consecr. Eccles. vel alt.* difficileque creditur, quod sine priuilegio, vel legitima consuetudine Capella, vel Oratorium intra Parochialem Ecclesiam situm, Parocho, vel Prælato illius non sit subiectum, licèt non sit impossibile, vt consideratur per Rot. *dec. 686. num. 2. & 3. p. 4. & dec. 697. num. 2. tom. 3. recent.* Cùmque Parochus in sua Ecclesia Parochiali sit Prælatus *arg. c. In apibus q. 1.* Abb. *in cap. Decernimus num. 16. de iudic.* Vbi Dec. *num. 34.* debet præcedere omnes in functionibus solemnibus, Chassan. *in Catal. glor. mund. p. 4. consid. 81.* Rot. *dec. 204. num. 17.* coram Pegna, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 104.* Et licèt quilibet sacerdos habeat ad id potestatem Ordinis, non tamen habet potestatem iurisdictionis, nisi eam accipiat ab Episcopo, vel à Parocho, vel nisi saltem ei competat ex legitima consuetudine præscripta, vel ex priuilegio. Alioquin in eadem Ecclesia duo essent capita, quod est monstrosum, vt de Capella Lauretana dixit Rot. *d. dec. 686. num. 13. & 14.* Estque constans S. Rituum Congregationis sententia, vt in Neapolitana 18. Maij 1602. etiamsi Ecclesia parochialis sit sub gubernio Confratrum. Ita enim declarauit: *Sacra &c. censuit, ad Parochum pertinere functiones Sacerdotales in Ecclesijs, quæ sub laicorum sunt gubernio, non ad Capellanos, atque ad Sacristam, nempè benedictiones cinerum, candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, fontis Baptismatis, delationes Sacramenti, celebratio Missæ feria V. in Cœna Domini, aspersiones Domorum, & quæ fiunt die Dominico, Orationes quadraginta Horarum, & similes.* Et Sacr. Congregatio Episcop. & Regular. in Senogalliensi 5. Iulij 1583. & in Ferratiensis 22. Septembris 1598. declarauit, Parochum, si velit, posse persoluere officium funeris in Ecclesia Confraternitatis. De quo Lauor. *var. tit. 2. cap. 11. num. 106.* Idem de Missis solemnibus, & delatione Sanctissimi Sacramenti, modò faciat officium gratis, alioquin liberum sit Confratribus vti suis Capellanis, censuit in Laudensi 20. Augusti 1601. & 2. Augusti 1647. Vbi etiam declarauit, posse Parochum interuenire in funeribus, quæ fiunt in Ecclesiis Confraternitatum, licèt defuncti non sint de sua Parochia, ac debere huiusmodi functiones Capellanis Confraternitatum permittere, si vocatus nolit accedere. Et præ cæteris extat resolutio eiusdem Sacr. Rituum Congregationis in hunc modum: *Cùm in ciuitate Cæsaraugustana intra fines vetustissimæ Parochia Sancti Pauli eiusdem Ciuitatis situm sit quoddam Hospitale cum Capella sub inuocatione B. Mariæ Conceptionis, & Sanctarum Iustæ, & Ruffinæ, cuius Hospitalis Confratres sub prætextu, quod dictum Hospitale extitisset in Monasterio fratrum Carmelitarum, obtinuerunt aggregari Hospitali, siue Ecclesiæ Lateranensi de Vrbe, & ex dicta aggregatione prætendunt per Capellanum, siue Capellanos suos dicto Hospitali inseruientes, exercere posse omnia & singula, quæ ad solum Parochum pertinent, vt Missas cum cantu solemniter celebrare, confessiones audire, communicare, sepelire mortuos, prædicare, Sacramenta ministrare, in die Cœna Domini sepulchrum facere, Sanctissimum Sacramentum asseruare, & alia huiusmodi exercere, etiam sine consensu, & licentia Ordinarij, & Parochi proprij, quæ ex dispositione iuris ad solum, & proprium Parochum spectant. Et quia notorium esse asseritur, dictum Hospitale nullam habere dependentiam, seu connexionem cum dicto Monasterio fratrum Carmelitarum; immò omnia prædicta in maximum damnum & præiudicium tam ipsius monasterij, propè quod dictum Hospitale existit, quàm etiam Parochi prædicti Sancti Pauli, & iurium dictæ Parochiæ resultare; propterea tàm pro parte Parochi prædicti, quàm Prioris, & Fratrum dicti Monasterij Carmelitarum supplicatum fuit in Sacr. Rituum Congregatione, vt dignaretur declarare supra dicta omnia, dictis Confratribus non licere absque expressa licentia Ordinarij. Et cùm negotium ab eadem Sacr. Congregatione commissum fuerit Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium, & Canonicos Ecclesiæ Lateranensis de Vrbe pro eorum interesse ob prædictam assertam aggregationem, & tandem, audita de omnibus prædictis relatione eiusdem Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinalis de Monte, eadem Sacr. Rituum Congregatio censuit, non licere dictis Confratribus Hospitalis prædicti, & Capellæ Beatæ Mariæ Conceptionis, & Sanctarum Iustæ, & Ruffinæ, sitæ sub Parochia Sancti Pauli in Ciuitate Cæsaraugustana prædicta facere sine expressa licentia Ordinarij, & ipsius Parochi. Et ita declarauit die 14. Ianuarij 1612.* Et generatim in Verulana Sacr. Rituum Congregatio respondit, functiones omnes in Ecclesia propria spectare, & pertinere ad proprium Parochum priuatiuè quoad omnes alios. Et ita obseruari mandauit, non obstante quacunque consuetudine Die 12. Martij 1641. Expressim verò in Thelesina pro Terra Cerræti Sacr. Rituum Congregatio respondit, Capellanos in Ecclesijs laicorum, seu Oratorijs non posse benedictiones facere candelarum, cinerum, palmarum, & ciborum Paschalium, sed hæc omnia peragi debere per Curatos in suis parochialibus. Prout nec posse eosdem Capellanos, siue Sacristam in supra dictis Ecclesiis, & Oratoriis Missam celebrare in feria quinta, nec Sacramentum in sepulchro eodem die custodire, cum hæc munia exerceri debeant in Ecclesijs parochialibus, Die 3. Aprilis 1632.

2 Et in Assisiensi 16. Aprilis 1639. In qua Confratres Societatis S. Sebastiani supplicarunt declarari, licere ipsis Missas celebrare in suo Oratorio, & Sacramentum Eucharistiæ ministrare, excepto Paschate, etiam renuente Parocho. Sacra Congregatio respondit, seruari decreta aliàs in his terminis edita.

3 Ac in dicta Thelesina eadem Sacr. Congregatio ad primum respondit, In Ecclesiis non parochialibus non posse vllo modo asseruari Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Ad secundum, neque Capellanos Ecclesiarum non parochialium, neque Regulares posse publicè exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & ita &c. die 7. Iulij 1630. & 2. Aprilis 1632. In eadem Thelesina: *l'Arciprete di S. Martino diocese di Telese supplica l'Eccellenze Vostre à dichiarare, se si possa portare il Santissimo Sacramento nello 40. hore negli Oratorij, e Chiese di Confraternità di laici. Sacra Rituum Congregatio respondit, nihil ex supradictis licere Confraternitatibus laicorum, aut Capellanis earum, neque cuique alteri Sacerdoti sine expressa licentia, aut consensu proprij Parochi.* Eadem die 20. Iulii 1630. & 2. Aprilis 1632.

4 Hoc etiam tanquam certum supponit Concilium Prouinciale Mediolanense *tit. de Societatibus* apud Bonac. *tom. 1. disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. § 4. num. 1.* in quo statuitur, quod in Ecclesijs, vel Oratoriis Confratrum &c. neque vllæ benedictiones candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, aliarumque nouarum frugum, ad Parochi iurisdictionem spectantes habeantur. Et ita seruandum, nisi obstet consuetudo in contrarium, rescripsit Sacra Episcoporum Congregatio Episcopo Caietano sub die 26. Martii 1602. & Senogalliensi die 7. Ianuarij 1604.

5 Et licèt quoad Ecclesias, siue Oratoria sita intra limites parochiales dissentiat Rota, tradens Ecclesiam parochialem nullum ius super illis habere, vt *dec. 552. ex num. 3. p. 5. recent. tom. 2.* & Tondut. *q. ciuil. cap. 53. num. 35. & seqq.* nihilominùs contrarium verius est, ac iuri magis consentaneum, atque à Sacris Congregationibus receptum, vt supra ostensum est; accedente præsertim antiquissima quasi possessione Parochi exercendi eiusmodi functiones in ijs Ecclesijs, siue Oratoriis, quæ vel habet vim præscriptionis, Rot. apud Seraph. *dec. 2410. num. 26.* cum aliis per Burat. *dec. 484. num. 12.* Vel saltem tanquam interpretatiua excludere debet functiones solemnes, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* Rot. apud Caual. *dec. 117. num. 6.* Vndè Con-

fratres, alijue, qui prætenso iure quasi ad se pertineant, nolunt Parochum fungi officio suo, iuraque sua parochialia in eiusmodi Ecclesijs, siue Capellis, vel Oratorijs exercere, incurrunt excommunicationem 17. Bullæ Cœnæ Domini, inflictam contra vsurpantes iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus spectantes ad Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum, vt aliàs tradidi, ac docet Nauar. *cap.27.n.21.* Caiet. *excom.5.c.27.* Bonacin. *disp.1. q.18.p.2.* & Bordon. *in decis. Miscel.421.*

6 Ac ita quidem, vt non obstet, quod Ordinarius in erectione huiusmodi Soladitatum decernat, functiones sacerdotales, ac solemnes ab earum Capellano, siue Sacrista celebrandas fore, etiam si adsit consensus Parochi, intra cuius Ecclesiam, vel Parochiam Capellæ, Oratoria, vel Ecclesiæ existunt. Nam Ordinarius nequit id decernere, & Parochus assentiri cum præiudicio iurium parochialium absque beneplacito Apostolico, in quo semper etiam ponitur clausula, sine præiudicio eiusmodi iurium, *text. in c. Ecclesiæ antiquitus, & c.seq. 16. q.1. cap.1. de nou. oper. nunc. cap. Cum olim, de elect. cap. Ad audientiam* 1. cum ibi notatis, *de Eccles. ædif. Extrauag. Ad Apostolatus, de concess. præb.* Cardin. *cons.8.num.3. dec.360.* Mandos. *super signat. grat. v. Erectiones*, Lapus *alleg.41. num.3.* & alij quamplures.

7 Confirmatur; quia Ordinarius, & Parochus nequeunt facere, quæ sunt in præiudicium Ecclesiæ Parochialis, quia non sunt domini, sed administratores; & ideò tenentur conseruare, non autem destruere iura parochialia; quod si præiudicent, possunt, ac debent reuocare ea, in quibus præiudicarunt, non obstante etiam iuramento, vt statuitur *in cap. Intellecto, de iureiur.* vbi Glos. *sub init.* Et proinde successor in Parochia non tenetur stare ijs, quæ in suum detrimentum à Prædecessore facta sunt, vt tradunt Doctores *in l. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam, & in c. quicumque 16. q.1.*

8 Quare cùm in huiusmodi concessione, siue erectione non interuenerit beneplacitum Apostolicum, prout requiritur, cùm hoc sit species alienationis, Lapus *alleg. 78. num.3.* sed fortè fuerit tantùm reseruatum, erectio, & concessio remansit imperfecta sub tali conditione, & in suspenso, vt notant Ostasch. *dec.164.n.7.* Rot. coram Durano *dec. 83. num. 27.* Et ex hoc capite non fuit translata iurisdictio in Capellanum, vel Sacristam sodalitatum, vt obseruat Rota coram Puteo *dec. 2. de transact.* aliàs *dec.343. lib.1.* Ideòque subintrat regula, quod nihil censetur factum quandiù superest aliquid faciendum, vt desumitur *ex l. Titia, ff. de verb. oblig. & l. Cum Silanianum, C. de ijs, quib. vt indign.* ibique Ias. *num.3.* Rot. *dec.725. n.7. p.2. rec.*

9 Minùsque obstaret, quod aliquando Capellanos sodalitatis has functiones peregerit. Nam, vel id euenit ex licentia, & consensu Parochi, vel quatenus etiam possessio pro vtraque parte concurreret, adhuc esset præferenda illa Parochi, cùm habeat assistentiam iuris, Rot. *dec.81. num.1. p.1. diu.* Seraph. *dec.1437. in fin.* Post. *de manut. obser.71. num.74.* Vel cùm sint facultatiuæ, & dependeant à voluntate Parochi, non poterunt Confratres acquirere quasi possessionem negatiuam, nisi præcesserit ipsorum negatio, & Parochorum acquiescentia, Caputaqueo. *dec.415.p.2.* Rot. *dec.565. num.1. p.1. rec.* & apud Post. *dec.164. num.3.*

10 Atque hinc etiam Parochus cumulatiuè cum Sodalibus potest in Ecclesia, vel Oratorio existente intra limites Parochiæ, quando necessitas, & occasio exposcat, etiam Missæ sacrificium celebrare, & sacramenta ministrare, aliaque iura parochialia exercere. Nam huiusmodi Ecclesiæ laicis sodalitatibus conceduntur cum clausula, sine præiudicio iurium Parochialium. Hæc autem clausula adiecta in concessionibus vsus Ecclesiarum præseruat iura parochialia quoad omnia, quæ Parocho de iure debentur, vt declarauit S. Congregatio Concilij adducta per Barbos. *de Paroch. p. 1. cap. 11. nu. 2.* Caualer. *dec.100. sub num.4.* & Rot. *dec.69. n. 8. p.1. recent.* Adeò, vt per huiusmodi limitatam concessionem ad effectum, vt Parocho huiusmodi concessio non sit præiudicialis, Ecclesia dicitur stare in primæuo statu; & prout erat ante concessionem, Caualer. *d. dec. 100. sub num. 5.* Inter alia autem iura parochalia illud est præcipuum, quod Parochus in Ecclesiis existentibus intra limites Parochiæ non possit impediri, quia per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum functiones parochiales exerceat. Dicitur enim Ecclesia existens intra limites Parochiæ membrum Parochialis ita, vt Parochus sit Prælatus vtriusque Ecclesiæ ratione subiectionis, vt est Glos. notab. *in cap. eam te 20. v. pendeant, de æt. & qualit.* ibi: *Item si Ecclesia parochialis in fundo suo aliam constituat, nihil impedit in ea Vicarium institui, & Prælatum maioris Ecclesiæ Prælatum esse vtriusque.* Quod valdè notandum dicit Abb. *num. 11.* Glos. & Butr. sub *num. 10.* & in fortioribus terminis Host. etiamsi Ecclesia habeat suum Rectorem sub *n. 5.* ac ibi Cardin. *num.3.* ac Felin. *in cap. ex parte 2. num.5. de rescript.*

Neque Parochus potuerit hoc ius parochiale amittere ob non vsum. Quia præter quod quasi possessio in Parochialibus per non vsum non amittitur, vt in specie est decisio Buratti 43. *num. 6.* traditque Posth. *de manut. obs.58. num.16.* in actibus facultatiuis non vsus nunquam præscribit, cum requiratur prohibitio, & acquiescentia, Add. ad Gregor. *dec.262. num.16.* Seraph. *dec.1086. num. 1,* & Rot. *dec.530. num. 1. ac seq. p.2. rec.* 11

Ad 2. respondeo negatiuè. Nam id est ius parochiale, Glos. *v. parochialibus cap. Quia ex eo 3. de pact.* si quidem ius sepulturæ cōperit Ecclesiæ parochiali ex eo, quod talis est ex allegatis per Canonistas *in tit. de Paroch. & de sepult.* 12

Neque obstat, quod non repugnet, quin Capellanus sodalitatis stolam deferat ex plenè deductis per Gratian. *discept.298. num.55.* & signatè *num.66.* Primò, quia id solum illi conceditur ex consensu Parochorum, & per viam tantùm; vnde non potest extendi ad alios actus. Secundò, quia Parochi non denegant reiterationem officii defunctorum, sed tantùm vsum stolæ, & aspersorij, qui spectat regulariter ad Parochos, *Clem. Dudum, §. huiusmodi, de sepult.* Stola enim est signum spiritualis iurisdictionis, quia intra fines Parochiæ non possunt alii, nisi Parochi vti, præsertim in functionibus parochialibus. Et ita censuit S. Rituum Congregatio in Cauensi sub anno 1665. nempè posse Capellanos sodalitatum reiterare officium defunctorum super cadauere parochiani, *absque tamen stola, & aspersorio.*

Quin etiam non licèt Confratribus laicis psalmos ad modum officij canere, ac celebrare, vt in puncto respondit Innoc. *in cap. presbyter nu. 4. de celeb. miss.* Oratorium namque non instituitur, vt in eo celebratur, sed vt oretur, Dec. *cons.148. num.1.* 13

Quod autem ad celebrationem Missarum possunt quidem Confratres illas celebrare facere in suis Oratoriis priuatim duntaxat, & post missam parochialem, vt ex Gauanto in *manuali Episcop. v. Missa num.10.* non autem solemniter, Barbos. *in collect. Apost.207. num. 17.* & in *collect. Bull. v. Confraternitas*, vbi refert binas resolutiones S. Congregationis. Immò neque id videtur indistinctè eis permittendum, vt colligitur ex decreto S. Congregationis in relata Assisiensi 16. Aprilis 1639. cum Oratoria non sint instituta ad celebrandum, vt diximus, & tradit Mantic. *dec.38. nu.5.* 14

Minùs etiam confiteri queunt in suis Oratoriis ianuis apertis, cum hoc sit munus parochiale, & Confessionalia debeant retineri in Ecclesijs tantùm, Gauant. *loco cit. v. Confessarius n.3.* Nicol. *eod. verb. n. 26.* Fusch. *de visit. c. 12. n.1. lib.1.* & S. Congregatio apud Barbos. *v. Confraternitas §.2. & de iur. Eccles. cap.11. n.105. lib.2.* 15

Neque illis permissum est campanas habere, cum vnica tantùm solis fratribus Mendicantibus sit permissa, Franch. Marc. *dec. Delph. 1049. n.3. to. 1.* & regulariter vsus campanarum non debet concedi Confratribus laicis in præiudicium iurium parochialium, vt latè Tondut. *resol. benef. cap. 53. num. 4. & seqq. tom. 1.* Fusch. *de visit. c.14. n.6. lib.6.* Barbos. *alleg.22. num.8.* nec sine licentia S. Congregationis Rituum retineri possunt, quæ subdio 27. Sept. 1608. concessit tintinnabulum cuidam Oratorio. Prohibetur quippè in Oratorijs priuatis campana publica, Dec. *d. cons. 145. n. 1.* Abb. *in cap. Inter dilectos n. 8. de donat.* Solū igitur iis permittitur vsus tintinnabuli, nec 16

quidem

quidem publicus, sed priuatus, Abb. *in cap. patentibus nu. 2. de priuileg.*

18 Nequeuntque de iure in sui Oratorijs festa solemniter celebrari facere, Nicol. *v. Festam n. 5. in fin.* Barbos. *in collect. d. v. Confraternitas §. 2. & de iur. Eccles. c. 11. num. 105. lib. 5.*

19 Celebratio verò anniuersariorum Confraternitatibus regulariter non permittitur, nisi duntaxat in die commemorationis Omnium Defunctorum, nō autem in tertio, & trigesimo die, quod propriè spectat ad Parochum. Et quatenus per earum Capellanum anniuersarium aliquod celebretur, mortuaria tamen ad illum non spectant, sed ad Parochum, Mantic. *dec.* 298. Sicuti etiam eleemosynæ, quæ fiunt in Oratorio, destribuendæ sunt per Parochum, Caualcan. *de contract. dec.* 17. alias 63. *num.* 69. Mar. Anton. *var. resol. cap.* 112. *num.* 4. *&* 9.

Et quoniam vsu probatum est leges egregias, & exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic Oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, Magistratuum auaritia Calpurnia scita pepererunt, verba sunt Poeti Thraseæ apud Tacitum *lib. 5. annal.* Ideò producamus S. Congregationis super Episcopis decreta, quibus Sodalitatum eiusmodi penè abusus coercentur. Cum igitur S. Congregationi super negotijs, & Consultationibus Episcoporum D. Episcopus Bergomensis difficultates quasdam & dubia proposuerit, quæ partim nunc intercedunt, partim videtur intercedere posse inter ipsum Episcopum, & Confratres Ciuitatis, ac diœcesis Bergomensis, etiam vnitos, & aggregatos Archiconfraternitatibus almæ huius Vrbis, eadem S. Congregatio ad singula capita earundem controuersiarum, seu dubiarum quæstionum respondens, ita declarauit, censuit, & decreuit, vt hic inferiùs explicatur.

20 Primò. *Se essi Confratri, e disciplinati, non ostante qualsiuoglia pretesa esentione, siano sottoposti alla giuridittione Ordinaria, così in esser visitati, come in qualunque altra attione, spettante al culto diuino, & alla salute dell'anime, conforme al Sagro Concilio Tridentino sess. 22. cap. 8. & al Concilio Prouinciale Milanese 2. tit. quæ ad bona, & iura Ecclesiæ, piorumque locorum pertinent, decreto 22.*

21 *Seruentur decreta S. Concilij Tridentini, & Concilij Prouincialis Mediolanensis in hoc articulo allegata de Iurisdictione Ordinarij, & illius visitatione in huiusmodi Oratorijs, & societatibus, & super sodalibus Confratriarum.*

22 Secundò. *Se sij lecito ad essi Confratri publicare qualsiuoglia Indulgenza senza licenza dell'Ordinario contro il Concilio Tridentino sess. 21. cap. 9. & al Concilio 5. Prouinciale Milanese p. 1. tit. de Indul. & Sacr. reliq. e contro la Bolla di Pio IV. sub datum Romæ 7. Calend. Maij anno secundo, & all'altra 13. calendas Octobris anno 3. e a quella di Gregorio XIII. 6. Calendas Aprilis anno 4.*

23 *Indulgentias solis Confratribus concessas, semel ab Ordinario visas, & publicatas, poterunt sodales sibi & inter se, quoties velint, sine alia noua Ordinarij licentia publicare. Alias verò Indulgentias omnibus Christi fidelibus in eorum Ecclesia concessas non debent publicare sine singulari Ordinarij licentia, quoties huiusmodi publicatio erit facienda, vt diuini cultus ordini, ac decori, ac Christi fidelium spirituali vtilitati, ac deuotionis augumento rectius consulatur.*

24 Tertiò. *Se i Cappellani di essi Confratri debbano essere approuati dall'Ordinario conforme il Concilio Milanese 1. p. 2. tit. quæ pertinent ad Sacramenti Pænitentiæ administrat. & Concil. 4. p. 2. eod. tit.*

25 *Capellani societatis, alij non sint vlli, nisi approbati ab Ordinario, etiam iuxta decreta Conciliorum Prouincialium Mediolanensium.*

26 Quartò. *Se possano assoluere dà casi riseruati da esso Ordinario contro il decreto del Concilio di Trento sess. 14. cap. 7. & il Concilio 5. Prouinciale Milanese, tit. quæ pertinent ad sacr. panit. adm.*

27 *Capellani, seu Confessores societatis non possunt absoluere sodales, aut alios in casibus Ordinario reseruatis, sine eius licentia, nisi eis sit indultum per priuilegia Sedis Apostolicæ, quæ tenentur Ordinario edere, vt ei de huiusmodi facultate Apostolica constare possit.*

28 Quintò. *In che modo possano i detti Cappellani assoluere dà casi riseruati nella Bolla in Cœna Domini.*

Confessores societatum hoc ferè semper habere solent in priuilegijs Apostolicis, vt sodales in ingressu in societatem, & in mortis articulo possint absoluere à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, etiam in Bulla in die Cœnæ Domini legi solita contentis. Sed de huiusmodi, vel alia simili facultate Apostolica Ordinarius debet certior semel fieri ex lectura huiusmodi priuilegiorum, priusquam Confessores ea vtantur. 29

Sextò. *Se possano i detti Confratri conseruare nel loro Oratorio il Santissimo Sacramento dell'Eucarestia.* 30

Nisi Ecclesia societatis sit Parochialis, vel id societati priuilegio Apostolico, de quo Ordinario constet, sit expressè indultum, non possunt sodales huiusmodi in suo Oratorio Sanctissimum Eucharystiæ Sacramentum conseruare, quod in Ecclesia parochiali conseruari debet. 31

Septimò. *Se i detti Confratri possano esporre il Santissimo Sacramento dell'Eucharestia senza licenza dell'Ordinario contro il Concilio IV. prouinciale Milanese p. 2. tit. quæ ad sanctiss. Euch. sacr. pert.* 32

Sacra Congregatio censuit, in hoc articulo seruandum esse decretum Concilij Prouincialis Mediolanensis, nec sine licentia Ordinarij in Oratorio societatis palam esse proponendum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, nisi Ordinario constet priuilegio Apostolico, id esse societati indultum, cuius priuilegij formam Ordinarius faciet seruare. 33

Octauò. *Se, douendosi esporre il Santissimo Sacramento con la sudetta licenza dell'Ordinario, possano i detti Confratri metter fuori tauole, bacile, nè altro vaso per raccogliere elemosine, ma solamente le loro cassette serrate con chiaui, conforme al Concilio 4. Milanese tit. quæ ad sanctiss. Euchar. Sacram. pert. vers. Nec verò.* 34

Seruetur Concilium Prouinciale Mediolanense de eleemosynarum collectione, eiusque modo & forma in hac sacra actione Sanctissimi Sacramenti altaris palàm propositi. 35

Nonò. *Se, non seruandosi hospitalità, per ragione della qual espongono le dette cassette, possono tenerle in modo alcuno contro il Concilio di Trento sess. 25. c. 6.* 36

Si priuilegio Apostolico facultas Eleemosynas quæritandi non sit societati indulta, id non nisi ex Ordinarij licentia fieri debet, & secundum modum ab eo præscribendum. 37

Decimò. *Se possano far queste di sorte alcuna contro il Concilio di Trento sess. 21. cap. 9. & alla detta Bolla di Pio IV. sub datum Romæ 13. cal. Octobris anno eius 3.* 38

Seruentur decreta S. Concilij Tridentini, & literæ Apostolicæ fel. rec. Pij IV. de quæst. Eleemosynarum prohibit. 39

Vndecimò. *Se possano senza licenza dell'Ordinario in scritto, & interuento del Rettore della lor Parochiale portare in processione il Santissimo Sacramento.* 40

Licèt Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in processionibus sine interuentu Rectoris Ecclesiæ parochialis, & licentia Ordinarij non videntur deferendum, non debet tamen Ordinarius negare licentiam id faciendi, quod aliquo priuilegio Apostolico concessum repererit. Verùm Ordinarius prouideat, vt Sanctissimum Sacramentum reuerenter, & honorificè de more deferatur. 41

Duodecimò. *Se possano i Capellani di detti Confratri communicare altre persone, che i medesimi Confratri per gl'inconuenienti, che nascano.* 42

Tametsi nullus debeat Sacramenta Christi fidelibus ministrare, nisi ad id admissus fuerit, & secundùm suæ admissionis limites; rectè tamen faciet Ordinarius, si ad augendam Christi fidelium deuotionem permittat Capellano societatis in illius Oratorio extra tempus paschale, non solùm sodales, sed alias quascunque personas deuotas, sibi notas, communicare, nisi lateat aliquod magnum periculum, vel impedimentum. 43

Decimotertiò. *Se possano i Capellani di detti confratri essercitare alcun'atto di cura d'anime senza licenza del Rettore della Parochiale.* 44

Obseruetur illud, quod aliàs per literas huius sacræ Congregationis decretum fuit de cura animarum per capellanum societatis sine licentia Rectoris Parochialis non exercenda. 45

Decimoquartò. *Se hauendo priuilegi di sepellire ne' loro Oratorij, possano sepellire alcuno, che di sei mesi innanzi la morte non sia stato accettato nella Compagnia conforme al Concilio V. Prouinciale Milanese par. 3. tit. Quæ ad schol. & Confr. vers. Ne in Confratriarum. E che in articolo mortis non si habbia eletto la Sepoltura in* 46

esso Oratorio. E in tali casi se il Rettere solo della Parochiale, e non altre dee recitar l'Vfficie sopra i cadaueri, come s'vsa nelle Chiese Parochiali.

47 *Obseruetur de sepeliendis sodalibus in societatis Oratorio priuilegium illis super sepultura concessum, ac illud quod statuit Concilium Prouinciale Mediolanense ad obuiandum fraudibus, vt videlicet sepeliendus verè fuerit sodalis illius societatis sex mensibus ante mortem, & saltem in articulo mortis ibi quoque elegerit sepulturam. Et quamuis in eiusdem sepulturæ officio Rector parochialis solus stola indutus debeat peragere officium iuxta ritum Ecclesiæ, & sepelire mortuos quoscunque intra limites suæ Parochiæ, non arceatur tamen societatis Capellanus, si is quoque velit Rectori assistere, & simul cum eo officium sepulturæ pro defuncto sodali suæ societatis in illo tamen Oratorio recitare.*

Decimò quintò. *Se possano far celebrare la Messa ne' lore Oratorij in tempo, che si dice la Messa Parochiale contre il decreto quinte Prouinciale Milanese p.2. tit. quæ pertinent ad Sanctis. Missæ sacrif. vers. si verò plures, & al Concilio 5. Prouinciale p.3. tit. quæ ad Schol. & Confr. vers. Quo tempore.*

Censuit S. Congregatia, illud esse obseruandum, quod secundùm Sacrorum Canonum instituta, Concilium Prouinciale Mediolanense constitutum est, vt in Oratorio societatis diebus Dominicis, & festis Missa non celebretur tempore, quo celebratur Missa parochialis, seu Conuentualis in Ecclesia parochiali, nec etiam ante illam finitam, vt confratres huiusmodi possint frequentius conuenire ad Ecclesiam Parochialem, & ibi sui Pastoris vocem, & monita salutaria audire, & quæ ille in nomine Domini Episcopi sæpè denunciandæ, & proponenda habet præcipere, & exequi valeant.

Item seruari debet decretum, ne in Oratorijs Confraternitatum celebretur in festis diebus ante parochialem, dummodo Parochus celebret hora competenti, eadem S. Congregatio in Cretonensi 9. Ianuarij 1587. & in Senogalliensi 29. Ianuarij 1613.

CONSVLTATIO LXIX.

1 *An reductio Missarum ex legato cum expressa obligatione, & substitutione, obtenta à Sac. Congregatione Concilij sine expressione dictæ obligationis & substitutionis, sit valida ita, vt Fabrica Sancti Petri in ea se ingerere non possit?*

2 *Et an huiusmodi reductio commissa Episcopo fieri possit ab eius Vicario?*

1 PRæmitto, Fabricam S. Petri non posse se intromittere in executione legatorum quoad pias causas, atque adeò pro missis, nisi data negligentia, aut malitia omnium executorum testamentariorum, vt etiam notat Paul. de Rubr. *de testam. cap. 86. nu. 52.* & liquet ex *Constit. 31. §. 15.* Pauli III. & ex *constit. 96. §. 2.* Pij V. Neque enim per priuilegio ei concessa voluerunt summi Pontifices impedire, ne adamussim defunctorum voluntates seruarentur, cum æquitas naturalis exigat seruari, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. & l. Cum de lanionis, ff. de fund. instr.* cum alijs, obseruatque Rot. coram Em. Ottobono *dec. 254. num. 16.* & in Romana, seu Ianuensi legati 1. Iulij 1652. coram Verospio.

2 Et ad primum affirmat Pasqualig. *de sacrific. miss. quæst. 1031. à num. 3.* ex rationibus ibi relatis. At verò tenendum est negatiuè. Quia onus missarum non prouenit ex simplici legato, sed ab obligatione ex legato, & ab expressa promissione, & obligatione. Reductio autem ex stylo S. Congregationis non solet concedi, quando adest promissio & obligatio instrumentalis, & stylus potissimum inspicitur in discernendo, an ea, quæ tacita sunt, inducant subreptionem ex traditis *in annot.* ad Gregorium XV. *dec. 150. n. 11. ante med.* Deinde quia non fuit expressa substitutio per testatorem adiecta. Et ideò necessè erat vocare substitutos, cùm fortè potuissent se obligare ad integra onera. Vndè diminutio oneris, non vocatis substitutis, de quorum præiudicio agebatur, & non impleta voluntate testatoris, est minus legitima, vt in terminis tradit Genuen. *pract. Eccles. cap. 263.* & Tiraq. *priuil. piæ caus. 191.* vterque *in fine*, idque approbat Alphons. de Leon. *de offic. Capel. q. 5. sect. 22. nu. 322.* semper enim gratiam, quæ alteri præiudicium infert, præsumitur, Principem non concedere, vel saltem difficiliùs, vt per Rot. coram Gregor. XV. *dec. 150. n. 4.* Et cum huiusmodi onera sint pacto firmata, debet pactum seruari, *lib. 7. §. Prætor ff. de pact. & cap. 1. & 2. de pact.* Sicut enim est in vniuscuiusque potestate pacisci, vel non pacisci, ita secuto pacto, non est amplius alicui liberum venire contra pactum *l. per fundum ff. de pact.* vt Bart. & Doctores ex quibus respondetur rationibus Pasqualig. *ea quæst.* adductis.

Id, quod intelligitur non mutatis rebus, & circumstantijs. Quia quando initur pactum aliquod, habet semper tacitam conditionem, quod obliget rebus sic stantibus, *l. quare, §. interlocutores, ff. locati & l. Cum quis, ff. sol. matr.* per quem textum annotat Bartol. *in l. quoties §. si duo, ff. de hered. instit.* Ergo si status rerum mutetur, habet locum ex natura eiusdem pacti, quod reducatur onus ad terminos æquitatis iuxta præsentem rerum statum, vocatis tamen euocandis ita, vt tale fiat, quale imponeretur, stante præsenti rerum statu, & habita ratione æquitatis. Præsertim quia huiusmodi pactum tendit in præiudicium Ecclesiæ, ac successorum. Nam facit, quod publici ministri non habeant ex ministerio offerendi sacrificium congruam sustentationem, quæ illis debetur ratione huius muneris ex decretis S. Congregationis *de celebr. miss.* Et ideò esset capax reductionis, quatenus non debet permitti, quod priuatorum pactis publica vtilitas mutetur iuxta *l. 2. §. sed quis verimur, C. de iur. calum.* & obseruant ibi Doctores, ac tradunt Ruin. *cons. 10. num. 5.* Fulgos. *cons. 29.* Cæphal. *cons. 375.* Plot. *cons. 198. num. 52.* & Paris. *cons. 69. n. 111. lib. 3.* Quare cessat regula fundata in iure naturali, quo pacta sint seruanda. Quia cùm aliquo modo lex resistat, non comprehenduntur sub dicta regula iuxta *l. A duo, ff de rit. nupt. & l. non dubium, C. de legib.* & tradunt Bald. ac cæteri Doctores *in l. nemo potest, ff. de leg. 1.* & Viu. *dec. 369. num. 13. tit. 3.* 3

Ad secundum etiam negatiuè. Quia Vicarius causam Episcopo delegatam non potest cognoscere, nisi additum fuerit, siuè eius Vicario generali, vt post alios Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 54. n. 111.* 4

Neque obstat, quod non sit causa commissa, sed remissa. Quia non remittitur reductio, sed libellus, in quo continetur rescriptum Episcopo directum, qui reducat authoritate S. Congregationis. Vnde cùm non agatur de remissione ad Ordinarium super re ad eius iurisdictionem pertinente, sed super negotio ei prohibito, & per ipsum expediendo rigore specialis commissionis auctoritate S. Congregationis, intrat conclusio, quod Vicarius de eo cognoscere non possit. 5

Eòque minùs quando reductio à S. Congregatione non solùm est commissa Episcopo, sed cum clausula consueta, qui pro suo arbitrio, & conscientia moderetur, quæ fortiùs restringit commissionem ad personam nominatam, & omninò subdelegationem excludit, *l. nulli,* vbi Bald. *num. 4. C. de Episcop. & Cler.* Marches. *de commiss. p. 1. cap. 6. num. 90.* cùm hæc clausula non sit posita circa executionem rescripti, sed circa factum ipsum reductionis, præcipuè commissum, iuxta distinctionem traditam à Marches. *loc. cit.* 6



CONSVLTATIO LXX.

1 *Vir quidam laicus, & quædam mulier aliàs contraxerunt matrimonium inter se per verba de præsenti per mandatum Procuræ ab hinc decem annis, à quo tempore illud non consumarunt, neque consumare intendunt. Tum quod dicta mulier vi, & metu ad id inducta fuerit, tum quod inter dictos graues dissensiones ortæ fuerint, & de præsenti vigeant; vnde si dictum matrimonium fieret, neces inter eos, & scandala magna inter eorum consanguineos probabiliter timeri possent, & fierent. Ad tollendum igitur omnes inconueniens, quod, modò inde, & in futurum posset nasci, quæritur, an sit cum eis dispensandum ad effectum remauendi in eo, quo ante præmissa erant, statu?*

1 Respondeo. Cùm metus cadens in constantem virum, vel mulierem non fuerit purgatus copula spontanea ex affectu coniugali, vel diutina cohabitatione etiam spontanea, quæ talis non est, dum non cessat metus, quantumcunque temporis interuallum distet, & quandiù censeatur causa metus durare, vel ijs actibus, qui sunt indicia sufficientia consensus, vt, si omninò cessante metu se amplexabantur, vti coniuges, vel se tales affectu maritali appellabant, dicendum est, hunc contractum matrimonii esse nullum, quia defecit consensus ad matrimonium necessarius. Quod etiam habet locum in constitutione Procuratoris ad matrimonium, cùm in ea includatur constituentis consensus ad matrimonium, cuius virtute operaturus est postea, & contracturus procurator constitutus. Quare, si per hos actus præsens matrimonium non fuerit ratificatum, non solùm petita dispensatio concedenda videtur in forma tamen commissaria, sed etiam irritum declarandum. Ita elicio ex Sanchez *de matr. lib. 4. disp. 18.* Pontio *eo tract. lib. 4. cap. 14.* & ante eos ex Couarruuia, censuitque S. Congregatio Concilii in Platensi matrimonii 28. Iulii 1662. *ad sess. 24. de refor. matr. c. 5. & cap. 1. & 9.*

CONSVLTATIO LXXI.

Quidam à Confraternitate laicali authoritate Ordinarij erecta accepit ad lucrum mille oues cum solutione annua ducatorum septem pro centenario, eas in fine restituendo in eodem numero, & qualitate. Nunc à Communitate seculari cogitur, vt dictas oues in Catastrum referat, ac pro illis tanquam proprijs soluat omnia onera, & pascua, quæ ab alijs ciuilibus soluuntur. Ideò quæritur

Primò, an Communitas possit eum cogere, vt dictas oues ponat in Catastro, cùm sint loci pij?

Secundò, an pariter possit illum cogere ad soluendum omnia onera, quæ à ciuilibus ob propria animalia soluuntur?

Tertiò, an etiam possit vendere pascua communia in præiudicium Ecclesiarum, piorumque locorum? Et

Quartò, an quoque possit illum adstringere ad solutionem pascuorum, quæ dictis ouibus necessaria sunt? Vbi alia obiter.

1 Qvamquam disputatum sit, vtrum istæ Confraternitates haberent fauorem piæ causæ, & non illis relictum, dicatur relictum ad pias causas, vt notat Tiraquel. *in prf. tract. de priuil. piæ causæ.* Nam ad pias causas videri relictum dixit Petrus Perusin. *de quart. Canon.* Pancirol. *cons. 31. & cons. 32.* Paul. Castr. *cons. 5. lib. 2.* Io. Andr. *ad cap. Ioannes, de test.am.* & alij. Sed in contraria sententia sunt Bald. *ad l. Illud col. 2. vers. Quod de eo, C. de Sacros. Eccles.* Idipsum notat *ad auth. hoc ius porrectum, eod. tit. & ad l. Id quod pauperibus de Episc. & Cler.* Imol. & Panor. *ad cap. Offic. de test.* & alii citati per Tiraquel. prædicto loco, vbi aiunt, quod fraternitas non dicitur propriè pium collegium per *d. textum, l. Illud, v. nullus.* Siquidem post quam Iustinianus statuit donationes etiam vltra quingentos aureos valere sine insinuatione factas Ecclesiæ, xenodochio, nosocomio, orphanotrophio, ptochotrophio, gerontocomio, blephotrophio, vel pauperibus, adiicit clausulam, *Nulli danda licentia quacunque alia causa, quasi pietatis iure subnixa præter eas, quas specialiter exposuimus, introducenda veterum scita super intimandis donationibus per mutare.* Disputat & Alexander *cons. 102. vol. 7. per lib. 1. §. quibus quod cuiusque vniu. nom.* quod corpus fraternitatum potest res suas vendere, quia non est pium collegium, sed omninò profanum, & seculare, & non priuilegiatum. Vndè potest omninò disponere de bonis suis, sicut cætera collegia secularia. Bartolus etiam *ad l. Cum senatus, de reb. dub. & ad leg. fin. de colleg. illic.* concludit, quod huiusmodi fraternitates debent conueniri coram Iudice seculari, vt & Baldus *ad l. Si qui ad declinandum, C. de Episcop. & Cler.* dum tractat, an de relicto facto fraternitati disciplinatorum S. Dominici possit detrahi ab Episcopo quarta, quæ non detrahatur de relicto, etiam pio loco, nisi & is sit religiosus, nec de legato facto hospitali priuato iuxta Alexandrum *lib. cons. 130.* Requiritur enim, vt fiat pro anima, & opus sit pium, & pro loco relinquatur, *cap. fin. de testam.* quod non videtur comprobari in fraternitatibus. Cæterùm hic animaduertendum est cum Alexandro *d. cons. 102. num. 2. & seqq. vol. 7.* quæ sint fraternitates, & num bona illarum consueuerint, vel debeant distribui in pios vsus, & num fuerint institutæ propter pietatem seruandam, & propter opera pietatis, & charitatis exercenda, de quibus constare poterit ex priuilegiis, & concessionibus factis ab Episcopis, per quas appareat, eas fraternitates habere loca erecta cum authoritate Episcopi, ad diuinum cultum, & ad pietatem ibi seruandam. Subinde si habeant proprium templum, tunc deberetur ex illorum relictis quarta Episcopo, vt ait ibidem Alexander; alioquin minimè. Nam debetur de relictis Ecclesiæ *cap. Requisiuisti de testam.* & personis, & non loco relictum videtur, Panorm. & *Imola ad d. cap. Officij eod. tit.* licèt ibi Barbatia teneat contrarium, & *consil. 1. in 4. vol.* super quo distinguit Petr. de Perus. *de tr. de Canon. Episcop. lib. 1. q. 14.* quia fraternitas alioquin non est de iurisdictione Episcopi, cum Episcopus in eam non exerceat iurisdictionem, nec sint loca sacra, vel religiosa, vel Ecclesiastica, quibusque Ecclesiæ non possunt accedere vel alia iura spiritualia, *Clem. Per literas, de preb.* facitque *cap. Sacrosancta, & cap. Massana de elect.* Doctores *ad Clem. Quia contingit, de relig. domib.* & notat Rebuff. *tom. 2. comment. in Constit. Regias, tr. de confratr. siue artific. conuentib. & colleg.*

Nihilominùs tenendum est tanquam certum, eius- 2
modi Confraternitates esse merè laicales, quando non sunt erectæ authoritate Episcopi, quod nec distinguuntur aliquo signo Religionis; secus verò si sint institutæ authoritate Episcopi ad aliquod pium opus, vt puta venerationis Sanctissimi Sacramenti, Rosarij &c. habentes Ecclesiam, vel Oratoria, aliaue Ecclesiastica signa. Ita magistraliter Rota in Romana beneficiatus S. Laurentii in Damaso 7. Febr. 1628. coram Durano *p. 3. diu. dec. 144. n. 1.* & coram Cerro in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. ac sæpè alibi. Quare ad ea, quæ proponuntur.

Respondeo negatiuè. Ratio manifesta, & inconcessa 3
est, quia sunt res Ecclesiasticæ, atque adeò immunes ab oneribus, & à iurisdictione laica. Et ita etiam declarauit S. Congregatio Immunitatis in vna Montis Casini die 23. Augusti 1667. Donantur enim huiusmodi res

Deo

nuncupationem Papæ cum titulo Beati, vel acclamatinè per populum iuxta doctrinam traditam à Molphesio *conf.* 45. *n.* 26. *& seq.* sed declaratiuè, de quo licèt officium facere limitatè, vt *ibidem* per eundem Molphes. *n.* 25. Aliàs enim, si requireretur specifica Canonizatio, vel Beatificatio in Sanctis, præsertim antiqnis, vbi de specifica approbatione proprium officium apparere deberet, multa officia expungenda essent non solùm ex Breuiarijs Monasticis, sed ex Romano. Sola enim appositio in Breuiario, quæ fieri non debet inconsulta Sede Apostolica, importat approbationem.

3 Ex quo ad 2. est locus Rubricæ Breuiarij *in c.* 1. vt liceat facere officium duplex de Sanctis non descriptis in Calendario, qui apud quasdam Ecclesias, vel Religiones honorari solent cum officijs proprijs approbatis per Sedem Apostolicam, Vndè potest extendi non quidem vniuersaliter, sed tantùm ad particularem Ecclesiam, vel Diœcesim,

4 Ad III. Non licet, & ideò supplicandum est pro licentia, quæ concedi, ac commendari meretur, cum nullum aliud habeat fundamentum, nisi deuotionis erga Sanctos, præsertim ciues, in quorum honorem, si ab immemorabili Clerus alicuios Diœcesis celebrauerit, & celebret officium de communi iuxta declarationes Sac. Rituum Congregationis, continuare etiam poterit post decretum de tollendis abusibus: vt fuit responsum in vna Venetiarum 27. Nouembris 1632. & in Perusina 21. Martij 1641. Quod procedit etiam quoad Sanctos non canonizatos, vt declarauit eadem S. Congregatio die 8. Octobris 1628. ad primum dubium super decreto de tollendis abusibus his verbis: *Ad primum de Episcopis, &c. fuit responsum, quod aut habent officia propria, & à Sede Apostolica approbata, & debent continuare modo concesso.*

5 Neque de non canonizatis est diuersa ratio ab ijs, qui sunt canonizati, vt Sanctus Albertus, & S. Theresia quoad huiusmodi extensionem. Nam Beatus Philippus Benitius non erat canonizatus, & tamen de illius officio concesso Fratribus Seruitis, facta fuit extensio primùm ad Ciuitatem Florentinam, deinde ad Ciuitatem Tudertinam, ac demum ad totam ditionem Florentinam, ac nuper ad Germaniam ex decreto S. Congregationis 3. Ianuarij 1626. Idem factum fuit de officio proprio B. Laurentij Iustiniani in vna Venetiarum 10. Ianuarij 1631. ad omnes Ecclesias Ciuitatis, passimque alibi. Si enim extensio deneganda esset ex capite non Canonizationis, vel specialis Beatificationis, non Iustificationis legitimæ eorum, quæ leguntur in officijs proprijs, eadem sanè ratio debuerat impedire primam concessionem. Hac autem posita non debet ex hoc capite denegari extensio.

6 Minùsque subsistit, quod per eiusmodi extensionem officium contra prohibitiones S. Congregationis eleueuetur ad altiorem ritum. Tum quia id prohibitum Ordinarijs non esset prohibitum S. Congregationi. Tum quia eleuare ad altiorem ritum non est extendere, sed de simplici facere semiduplicem, vt docet eadem S. Congregatio in dicto decreto 28. Octobris 1628. in responsione ad 2. dubium, scilicet. *Ad secundum fuit dictum, non potuisse, neque posse Episcopos, neque Regulares eleuare festa Calendarij Romani ad nobiliorem ritum, puta è semiduplici ad duplicem sine licentia Sedis Apostolicæ.*

7 Quod autem de quatuor lectionibus, quæ sunt in Breuiarij Romani id facillimum est absque vlla mutatione historiæ, debetque fieri pro obseruantione Rubricarum.



CONSVLTATIO LXI.

1 *An pro veneratione Reliquiarum antiquarum, recens tamen repertarum, sit licentia concedenda? vbi aliqua de probanda identitate corporum Sanctorum.*

2 *Et an reliquiæ Sanctorum existentes in Ecclesijs Regularium, quæ exponuntur publicæ venerationi fidelium, possint ab Episcopo visitari, eo quod non constet vnquam fuisse ab ipso visitatas, aut approbatas iuxta dispositionem S. Concilij Trid. sess. 25. de inuoc. ven. & reliq. Sanctorum?*

1 AD 1. Censeo affirmatiuè. Quoniam non agitur de veneratione nouarum Reliquiarum, sed antiquarum, recens tamen repertarum post illarum amissionem, quo casu licentia conceditur, si ex aliquibus signis probetur illas esse reliquias antiquas Sancti iam canonizati. Est concordis theorica Canonistarum desumpta *ex cap. fin. de reliq. & vener. Sanctorum:* qui textus, licèt prohibeat Reliquias recens inuentas, à nemine publicè venerari, nisi fuerint approbatæ authoritate Romani Pontificis, vbi *glos. v. auctoritate*, requirit, quod in ista approbatione recipiantur testes super vita, & miraculis illius Sancti, cuius esse Reliquias asseritur iuxta textum *in cap. venerabili de testib.* Nihilominùs concludunt ibi Doctores, illum textum procedere in Reliquijs omninò nouis, non verò in antiquis recens inuentis; istæ enim sunt venerandæ. Ita Butr. *n.* 5. Abb. *n.* 1. & antea Hostiens. *n.* 9. vbi, quod, si inuenirentur aliquæ Reliquiæ cum scriptura in eis existente, quod essent alicuius Sancti antiquitùs approbati, tunc tales Reliquiæ debent coli ex solo testimonio illius scripturæ, inconsulto Romano Pontifice; quod prosequitur Azor. *p.* 1. *instit. moral. lib.* 9. *c.* 8. *q.* 8. & Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 97. *n.* 11. *& seqq.* neque videtur dissentire Io: Andr. *in eod. cap.* 1. *de reliq. & ven. Sanct. n.* 6. quatenus ait, quod possit Episcopus diem festum alicuius Sancti instituere, si antiquitùs Sanctus ille fuerit approbatus.

2 Et in his terminis loquitur S. Concil. Trid. *sess.* 25. in decreto *de inuocat. & reliq. Sanct.* ad quem locum eius S. Congregatio adhibuit eandem distinctionem inter nouas Reliquias, in quibus declarauit in Cæsaraugustana, quod Sanctorum Reliquiæ, si sunt antiquæ, habendæ sunt in ea veneratione, in qua hactenus habitæ sunt, si verò sunt nouæ, Episcopus seruet decretum Concilij.

Ideò summa rei est in comprobanda identitate, quod sit illa ipsa Reliquia, quæ antea colebatur, quod probari potest ex multis circumstantijs, ex quibus admodum verisimilis redditur probatio eiusmodi identitatis, speciatim ex miraculis, ex quibus sumi debet argomentum sufficiens. In hac enim materia Ecclesia contenta est ordinarijs probationibus, vt patet ex Glos. *in d. cap. fin.* Hostien. *ibidem* cum alijs supracitatis, cui probationi ordinariæ circa identitatem cumulatè satisfit per leuiores probationes, etiam coniecturales, ac per indicia Corn. *conf.* 206. *n.* 6. *lib.* 4. Cassador. *dec.* 3. *de procurat.* Mascard. alijque *concl.* 875. vbi agitur de probanda identitate personæ.

3 Adeò, vt concurrentibus demonstrationibus per antecedentem famam publicatis non solùm probata videatur omninò identitas, sed etiam omnis imposturæ scrupulus cessare censeatur, vt in simili arguit D. Augustinus contra *Manich. lib. de vtil. cred. cap.* 3. vbi ait, illos Hæreticos iactantes Manetem postea Manichæum, eorum caput, fuisse Spiritum Sanctum, & Euangelio attestanti, Spiritum Sanctum tempore Apostolorum venisse longè ante natiuitatem Manetis, respondere solitos ante natiuitatem Manetis, nescio quos corrupisse Euangelium, vbi D. Augustinus replicat: quomodò illi potuerunt diuinare futurum aliquando Manichæum, qui se Spiritum Sanctum esse diceret, & ideò Euangelium corrupisse, vt futuro postea Manichæo præiudicarent?

Sed

5 Sed quid si interueniat aliqualis nominis diuersitas? Ex diuersitate nominis arguitur diuersitas corporis secundùm Bald. *in proem. C. n.* 18. negantem posse nomen mutari, quia hoc ingereret difficultatem probationis, nam ex diuersitate nominis præsumitur diuersitas corporum, nisi probetur, quod sit idem corpus. Quin etiam *cons.* 194. *col. fin. vol.* 1. dixit: quæ sunt diuersa in nomine, non sunt idem, vt *in l. ex legato* 18. *n.* 1. *C. de legat.* quod ex nominis diuersitate apparet, nominata esse diuersa in substantia. Quare Glos. *in cap.* 1. *v. formam d.* 99. asseruit, quod diuersitas nominum debet designare diuersitatem rerum, *& in cap. olim* 5. *v. Toleremus d.* 95. quod distinctio nominum differentiam rerum declarat.

6 Idem dicendum de diuersitate temporis. Certum enim est, quod diuersitas temporis inducit diuersitatem factorum, vt Glossa inquit *in can.* 1. *v. honestissima in fin.* 35. *quæst.* 1. Siquidem acta diuersis temporibus dicuntur numeri discreti, qui non debent aggregari, teste Baldo *in l. Sancimus, §. quis autem sub init. C. de donat.* Immò nec temporis incertitudo aliquid probationis habet, cum obstet regula sine præfinito 23. *ff. de pæn. & l. seruus* 10. *C. de præscript. long. tem.* cum similibus, quod dictum sine præfinitione temporis certi, intelligitur de solo decennio. Qua ratione Bald. annotauit *in l.* 1. *num.* 2. *ff. pro Socio*, quod appellatione temporis indefinitè prolati intelligitur decennium, vt *in d. l. seruus n.* 2. & sic est, quod vbi fit mentio de tempore incerto, intelligitur de decennio.

7 Neque videtur referre, si exprimatur patria, professio, locus Martyrij, & huiusmodi alia; quandoquidem identitas personæ sufficienter probatur duabus demonstrationibus, etiamsi alia non conueniant. Nam præterquamquod Bartolus antesignanus dictæ theoricæ *in l. demonstratio falsa* 16. *quæst.* 27. *num.* 14. & 15. *ff. de cond. & demonstr.* exigit omnimodam identitatem, non diuersitatem nominis, non solùm dicendo *in princ. n.* 14. *Debetis scire, quod ad demonstrandam personam perfectè debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, vel indicijs*, addendo etiam in fine. *Ille, qui vult probare quid de corpore; vt sit falsa demonstratio, non intret, si ostendit nomen cum duabus demonstrationibus, seu duabus euidentijs congruis huic personæ, ipse habet fundatam intentionem, quam quia de corpore constat, & licèt aliqua alia demonstratio fuisset adiecta, quæ reperitur falsa, hoc non nocet.* Et ratio est euidens, quia nomina sunt inuenta ad recognoscendum singulos, *l. ad recognoscendos* 10. *C. de ingenu. & manum.* quod etiam sensit Aristot. 4. *Metaph.* Ideòque Tullius *de inuent. lib.* 2. dixit, nomen esse, quod vnicuique personæ datur, quo suo quoque proprio, & certo vocabulo appelletur.

8 Respondetur primò, dicta accidentia patriæ, professionis, & loci Martyrij esse generica, quamplurimis communia, quæ non attenduntur ad firmandam identitatem, requirentem demonstrationes speciales, non conuenientes alijs, ne res inde ponatur in obscuro, sicque dicatur, non constare de corpore certo, sicut *in d. l. demonstratio falsa* supponunt Bartol. *n.* 15. & Castr. *n.* 6. traduntque Corn. *cons.* 91. *n.* 46. & 111. *n.* 14. *vol.* 1. & *cons.* 165. *ad fin. vol.* 3. Ruin. *cons.* 30. *num.* 60. *vol.* 1. Roland. *cons.* 98. *n.* 29. *vol.* 3. Surd. *cons.* 201. *num.* 14. *vol.* 2. Rot. coram Greg. XV. *dec.* 455. *n.* 10. vbi Add. *litt. F.* Caualer. *dec.* 578. *n.* 1. & Buratt. *dec.* 132. *n.* 8. qui alios recenset.

9 Respondetur secundò, dictam conclusionem, quod identitas probatur duabus demonstrationibus, licèt aliæ non verificentur, procedere solùm, quando aliæ demonstrationes non sunt adaptabiles alij corpori, secus quando conueniunt alteri; quia tunc res ponitur in obscuro; nec propterea potest asseri, quod constet de identitate certi corporis, vt inquiunt Castr. & Alex. *l. si in homine* 4. *C. de testam.* ille *num.* 3. *hic cons.* 38. *num.* 5. *vol.* 5. Ruin. *cons.* 115. *num.* 4. *vol.* 2. Abb. *cons.* 10. *n.* 13. Surd. *cons.* 235. *n.* 18. *vol.* 2. Rot. *dec.* 245. *num.* 9. *p.* 1. *rec.* Add. ad Burat. *d. dec.* 132. *num.* 10.

Vndè liquet, quod postulatores teneantur probare, 10
quod Sanctus, cuius officium proprium petunt, sibi concedi, vel Reliquias publicè exponere, sit idem in substantia cum descripto in Martyrologio, vt concludere debent pro fundamento suæ intentionis; quia identitas concludenter probanda est ab eo, qui eam allegat, & in ea se fundat, Corn. *cons.* 144. *post num.* 11. *vol.* 4. Purpur. *cons.* 414. *n.* 8. & *cons.* 434. *n.* 7. & 503. *n.* 14. *vol.* 2. Afflict. *dec.* 23. *num.* 3. *in princ.* Surd. *dec.* 55. *n.* 1. Gregor. XV. *dec.* 195. *n.* 5. Aliàs succumbit, qui specificè non probat identitatem personæ, Signorol. *cons.* 16. *num.* 5. Aym. *cons.* 294. *n.* 4. Surd. *dec.* 336. *n.* 22. Quod non solùm repetit Valenz. *cons.* 110. *n.* 17. *vol.* 2. sed pro ratione subdit. *n.* 18. & *seqq.* hoc prouenire ab incertitudine, cum probatio debeat esse certa, aliàs non releuat tam in causa odiosa, quam fauorabili.

At nihilominùs vnum, atque eundem Sanctum esse 11
vltra nominis vniformitatem, ostendunt patriæ, ac professionis identitas, ac prorsus idem Martyrij genus, locus, & dies, cùm aliàs ad probandum identitatem personæ sufficiant duæ demonstrationes specificæ, quales sunt prædictæ iuxta veram sententiam; quam tradit Bartol. *d. l. demonstratio falsa* 17. *n.* 14. & *seqq. ff. de condit.* Gratian. *discept.* 555. *n.* 56. Cyriac. *cap.* 281. *n.* 6. & Rot. *dec.* 641. *n.* 12. *p.* 3. *rec.* ac *dec.* 600. *n.* 2. coram Merlino, vbi sufficere alteram demonstrationem particularem, asserit *n.* 3. & in Bononiensi fideicommissi 5. Iunij 1651. §. *neque Dominus* coram Eminentissimo Otthobono, vbi ex identitate exercitij, ac loci, in quo quis obijt, infertur identitas personæ. Idque præcipuè, si confirmetur ex Historicis, Rot. *dec.* 212. *n.* 8. *p.* 7. *rec.* in Papiensi fructuum 15. Ianuarij 1638. §. *supradictis* coram Ghisletio, & in Cordubensi decimarum 5. Iulij 1638. §. *Vndè* coram Reuerendiss. Compostellano, & videtur agnouisse S. Rituum Congregatio, dum die 19. Nouembris 1650. approbauit sub ritu semiduplici lectiones S. Crescentiani, qui vti præceptor Typherni colitur cum celebratione proprij Officij, & Vrbini vt patronus sub nomine Crescentini, licèt Rota ad effectum quæstionis Primatus noluerit Chronologis deferre, *vt dec.* 60. *n.* 42. & *per tot. p.* 8. *rec.*

Hinc non obstat leuissima in nomine varietas, quan- 12
do superiùs ponderatæ demonstrationes conueniunt, *l. si in nomine* 32. *ff. de verb. oblig.* Rot. *dec.* 617. *n.* 4. *p.* 7. *rec.* Audiuimusque in dies iuxta diuersitates regionum, præsertim apud Italos aliquam in pronunciatione nominum varietatem irrepere, dum Petrus dicitur Piero, e Pietro, Paulus Paolo, & Polo, Bartholomæus Bartholomeo, e Bartolo, Iacobus Giacomo, Iacopo, Iacomo, & in alijs innumeris. Vndè Baronius obseruauit, Bibianam aliquibus dictam Viuianam, immò & fortè melius Vibianam *in Martyrol.* sub die 2. Decembris. Et frequenter *litt. B.* in *V.* mutationem obseruauit Rhodius in votis ad Scribon. *n.* 60. & *n.* 122. Immò etiam *B.* veluti *M.* prolatum fuisse *n.* 231. & Saluator noster *Christus* Dominus facta tenui mutatione dicitur *Chrestus* apud Suetonium in *vit. Claudij cap.* 25.

Contra idem Baronius nominis similitudine deceptus 13
ex duobus Gabinis, qui Turribus in Sardinia Martyrium subierunt, vnum fecit ex eo, quod vnus dicatur Gabinus, alter Gauinus. In quo quidem errauit; quia olim apud Latinos, & nunc apud Græcos, & alias nationes V. & B. inter se passim permutantur. Porrò duos esse Gabinos, firmiter asserunt Io: Franciscus Fara *de reb. Sardois lib.* 1. *fol.* 75. *an. circiter* 300. Ioannes Arca de Sanctis Sardois *lib.* 2. *fol.* 1. & *seqq.* Pinus *lib.* 3. *tit.* 4. *loc.* 12. *n.* 22. de Christo crucifixo, & Ferrarius in *catal. general. Sanctor. qui in Martyrolog. Rom. non sunt*. Nec mirum est, quod viro alioquin diligentissimo in longo, & difficillimo opere somnus obrepserit: rerum enim singularium notitia obstrusior est, & plerumque in re historica, quæ ad factum pertinet, id contingit, vt quæ in patria alicuius viri Sancti omnibus notissima sunt, alibi delitescant, neque insolitum est, quod nominum similitudine, etiam viri magni interdùm decipiantur. Aliquot huius

gene-

generis hallucinationes in suis notis ad Martyrologium nuper impressis, animaduertit Luc. Holstenius. Atque penè infiniti ostendi possunt errores grauissimorum Doctorum, ac Rotæ Romanæ super statutis, & consuetudinibus, vel moribus quarumdam Ciuitatum, & Regionum, etiam per Italiam; vndè propterea receptum est in iure, quod solis Doctoribus Regionis, vel in ea versatis aliqualiter deferatur circa consuetudines, aliaque in facto consistentia, non autem alijs, Mascard. *de prob. concl.* 528. Gabr. *de prob. concl.* 4. Capyc. *consul.* 98. *n.* 19. Adeòque verissimum esse agnoscimus illud, quod ait Fabius: *Et magni auctores labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare interdum Demosthenes, Horatio verò etiam Homerus ipse videatur.*

14 Neque applicantur authoritates in contrarium adductæ. Quia procedunt præsupposita totali nominis diuersitate, non autem quando concurrit vnius syllabæ, vel vnicæ litteræ variatio, quæ nullam arguit diuersitatem, *arg. text. in cap. ex parte de fid. instr. text. in l. qui habebat* 54. vbi *qui habebat seruum Cratistum, testamento ita cauit: seruus meus Cratinus liber esto*, & tamen Cratistum liberum esse respondit Iurisconsultus, dicens, *nihil obesse, quod in syllaba errasset ff. de manum. testam.*

15 Ad 2. Respondeo negatiuè. Ita Sac. Congregatio Concilij in Vrbinatensi 10. Martij 1663. ad dictum Concilij locum. Sanctorum enim Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in illa veneratione, qua hucusque fuerunt. Si verò sint nouæ, Episcopus seruet hoc decretum Concilij, nempè visitet, atque cognoscat, etiam in Ecclesia exempta. Vndè, quamuis in Ecclesia Regularium proponi publicè non possint Reliquiæ Sanctorum sine Episcopi approbatione, prout ex declaratione S. Congregationis apud Sellium *in select. Can. c.* 3. *n.* 11. & Nouar. *in Lucern. Regular. v. Reliquia n.* 3. colligitur, attamen quando apud eorum Ecclesias fuerint aliquæ Reliquiæ, quæ ab antiquis temporibus in veneratione fuerunt, tunc tales Reliquiæ publicè proponi poterunt; quia S. Congregatio declarauit expressè, quod Reliquiæ antiquæ habendæ sint in illa veneratione, quam hucusque habuerunt, teste Naldo *in sum. v. Reliquia Sanctorum n.* 1. Quoniam tunc possessio, & præsumptio stat pro ipsis Reliquijs.

CONSVLTATIO LXII.

An Consules, Syndici, Nobilesuè Ciuitatis in processione Sanctissimi Corporis Christi incedere liceat cum cereis funalibus post Capitulum, & sic immediatè ante Sanctissimum?

1 Respondeo, non licere eiusmodi laicis præfatum locum occupare. Siquidem cùm in libro Cæremoniali mandetur, quod post Confraternitates laicorum sequantur Religiosi, & successiuè Nobiles, ac Magistratus, atque deinde Clerus, & Canonici, ac vltimo loco Dignitates cùm pluuialibus, sequitur, quod ista loci occupatio sit abusus, atque adeò tolli debeat, dum Clemens VIII. Constitutione sua 69. confirmata ab Innocentio X. mandauerit, formam dicti libri Cæremonialis omninò seruari, quibuscumque consuetudinibus non obstantibus, vt habetur §. 6. & in terminis huius processionis, quod fieri debeat, seruata forma Cæremonialis, declarauit S. Rituum Congregatio in Insulana de Forio 19. Iunij 1604. apud Barbos. *collect.* 606. *n.* 3. ea ratione, quia Cæremoniale Romanum facit ius commune, Rot. *dec.* 701. *n.* 2. *p.* 4. *recent. tom.* 3.

2 Neque vrget, quod antea tenuerint eundem locum. Quoniam in materia præcedentiæ attenditur solummodò consuetudo, quæ sit rationabilis, alioquin dicitur corruptela, & per consequens est impræscriptibilis, Abb. *cons.* 21. *n.* 4. *lib.* 1. Gregor. XV. *dec.* 110. *num.* 5. *& 6.* cùm alijs, quos adducit Eminentiss. Cardinal. Otthobon. Celebratissima illa *dec.* 4. *n.* 36. *cum duob. seqq.* Et quod hæc distinctio procedat etiam in terminis consuetudinis immemorabilis ex mente eiusdem S. Congregationis, firmare videtur Gratian. *decis. March.* 16. *n.* 5. *cum n.* 7. In præsenti autem esse omninò irrationabilem eiusmodi consuetudo, quod scilicet laici præcedant Canonicis, & Dignitatibus, capitulariter incedentibus cùm pluuialibus, atque habitu Sacerdotali, extra dubium est, cum non sapiat honestatem, quod minor præcedat maiorem, Abb. *d. cons.* 21. *n.* 4. *lib.* 1. & in durioribus Gratian. *d. decis. March. n.* 7. & Eminentiss. Card. Otthob. *alleg. dec.* 4. *n.* 39.

Quæ quidem irrationabilitas augetur ponderando, 3 quod, si huiuscemodi laicis daretur præcedentia in processione Santissimi Corporis Christi, eiusque Octaua, esset illis quoque concedenda in Ecclesia, ad quam processionaliter itur, cùm ille etiam sit actus processionis, licèt in illa decantaretur Missa, vt Rota in Cæsaraugustana præeminentiarum 27. Aprilis 1627. quam refert, ac sequitur in Calaguritana præeminentiarum 27. Nouembris 1665. coram Ottalora.

At nihilominùs Sac. Rituum Congregatio sub die 4 13. Februarij 1666. in Taurinensi præcedentiæ censuit, eiusmodi Syndicos, & Consules manutenendos esse in sua possessione. Quod & aliàs censuit in Foroliuiensi 4. Aprilis 1606. his verbis: *Magistratus in processionibus Sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundum antiquam consuetudinem consueuit incedere.* Nam prælatio minoris respectu maioris ita demùm in aliquibus casibus toleratur, quatenus subsistit ratio aliqua dignitatis, vel officij, aliàs omnis consuetudo reprobatur tanquam irrationalis, & impræscriptibilis, Doctores *in cap.* 1. *de maior. & obed.* præsertim Butrius, qui benè declarat *n.* 11. & iudicauit Rot. *in d. Calaguritana* præeminentiarum 14. Martij 1668. coram Ottalora. Dummodò tamen Magistratus non incedat supra Clerum, neque diuidat corpus Cleri. Hæc enim sunt impræscriptibilia.

CONSVLTATIO LXIII.

1 *An Regulares prohibere possint Parochis celebrationem processionis die Dominico intra Octauam Corporis Christi, vel alio die?*

2 *An in suis processionibus possint mutare viam semel electam?*

3 *An extra propria claustra, dum processionaliter incedunt intra limites alienæ Parochiæ, possint deferre stolas?*

Ad 1. negatiuè. Nam de iure ad Parochos spectat 1 facere quascumque processiones intra limites suarum Parochiarum priuatiuè quoad omnes etiam Regulares, qui nequeunt eas facere sine Parochorum licentia, vt per Barbos. *ad Concil. Trid. sess.* 25. *de Regul. c.* 13. *n.* 45. Nil refragantibus Constitutionibus B. Pij V. & Clementis VIII. pro Domenicanis. Nam illæ non comprehendunt Parochos, nec tollunt eorum iura, cùm non fuerit ijs derogatum, & propterea concessæ censentur sine præiudicio iuris Parochialis. Et in specie, quod illæ non comprehendant Parochos, neque ex eis Regulares possint impedire illorum processionem die Dominico intra dictam Octauam, resolutum fuisse à S. Rituum Congregatione in Materanen. 15. Maij 1632. refert Barbos. *de offic. & potest. Paroch. c.* 12. *n.* 14. Præsertim si constet de possessione Parochorum, vel Capituli à tempore, cuius non extat memoria, quæ in materia processionum, & præcedentiarum habet vim legis, Glos. *in cap. deliberatione, v. electioni, de offic. delegat. in* 6. Mastril. *de Magistr. c.* 14. *n.* 1. *lib.* 4. Rot. *dec.* 229. *n.* 1. apud Posth. *de manut.* coram Merlino *dec.* 779. *n.* 2. *& dec.* 4. *n.* 35. coram Eminentissimo Otthobono, & ideò sunt in ea manutenendi, vt censuit Sac. Rituum Congregatio in Taurinensi 9. Aprilis 1633. & tradit Bellett. *disquis. Cler. p.* 1. *de fau. Cler. real.* §. 2. *n.* 7. Nouar. *in sum. de præcedentia in proces. n.* 3. Pax Iord.

lib.

lib. 11. *tit.* 2. *de procef. n.* 62. & dixit Rot. *dec.* 817. *n.* 2. coram Pegna. Aduetſaturque ordini hietarchico, iuti Canonico, Cæremoniali, Cunſtitutionibus Apoſtolicis, & decretis Sacratum Congregationum, quod Regulates præcedant Clericis, illiſque prohibeant per ſuos limites ducere proceſſiones, vt egregiè Sperell. *dec.* 179. *n.* 11. *& ſeqq. tom.* 2. Rot. in Oppidenſi proceſſionum 15. Iunij 1648. coram Veroſpio.

2 Idque, etiamſi Parochi, vel Capitulum aſſocientur à Confraternitate recens erecta in eorum Eccleſijs, & è contra Regulares aſſocientur à Societatibus antiquioribus illis vnitis; quia cum illa ſit eorum membrum, eſt præferenda, tanquam vnita, atque effecta vnum, ac idem corpus cùm Capitulo, vel Parochis, militans ſub eadem Cruce, vt in proximis terminis, quod ille, qui alios non præcedit, vti ſolus præcedat, quando eſt coniunctus cum eo, qui de ſui natura habet præcedentiam, tradit Fert. *de praeced. q.* 52. *n.* 6. Ricc. *in prax. reſol.* 557. *n.* 4. *& ſeqq. p.* 1. & Ventrigl. etiam *in prax. annot.* 12. *de proceſſ.* §. *vn. à n.* 20.

3 Et confirmatur. Quia ne Parochus quidem impedire poteſt alteri Parocho, ne faciat proceſſiones in propria Parochia, vt deciſum eſt à Rota apud Burat. *dec.* 43. *n.* 1. & in Cæſerauguſtana dedicationis 18. Decembris 1618. coram Manzanedo. Nam quilibet Parochus habet ius ad omnia Parochialia exercenda in ſua Parochia, quorum vnum eſt proceſſiones facere. Si igitur aliquis attentat impedire proceſſiones, attentat ipſum priuare proprio iure, atque adeò facit contra iuſtitiam, atque incurrit in excommunicationem Papæ reſeruatam, latam in Bulla in Cœna Domini, & in Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *c.* 11. *de reform.* Deindè nemo poteſt ſe ingerere in ijs, quæ ſunt alterius Parochiæ, *cap. nullus alterius, c. nullus primas* 9. *q.* 2. neque debent Eccleſiæ, & Parochiæ confundi, nec Parochus vnius ſe immiſcere in ijs, quæ ſunt alterius; ſi autem alter Parochus vellet prohibere proceſſionem alteri, ſe immiſceret in ijs, quæ ſunt alterius Parochi, & confunderentur iura.

4 Neque obſtat, quod attentans prohibere ſit in poſſeſſione faciendi proceſſionem illa die, alter verò non conſueuerit facere. Nam ob id non eſt derogatum iuri, quod habet faciendi proceſſiones. Quia eo ipſo quod Parochus retinet in communi ius Parochiale, exercendo aliqua Parochialia, retinet omnia iura, quæ ſibi competunt. Sufficit enim aliqua exercere, vt omnia retineantur iuxta tradita per Innoc. *in cap. dilectus n.* 3. *Capell. Monach.* Cardin. *ibid. q.* 11. Boich. *n.* 11. Io. Andr. *n.* 7. *&* 8. Anchar. *q.* 21. atque Abb. *n.* 19.

5 Quod ad horam autem faciendæ proceſſionis, ſtandum eſt prouiſioni Ordinarij, cui ad euitanda ſcandala in proceſſionibus eſt tributa ſpecialis facultas à S. Concilio Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 13. *de Regul.* maximè quia in dictis Conſtitutionibus nihil de hora diſponitur.

6 Ad 2. etiam negatiuè, cùm non poſſint mutare viam, ſemel à principio electam, ſicut reſoluit eadem S. Congregatio in Piſaurienſi 14. Nouembris 1613. & in d. Materanenſi apud Barboſ. *loc. alleg. & n.* 15. & tradunt Portell. *in addit. ad dub. Regular. v. Proceſſiones n.* 18. Nouat. *in ſum. Bullar. tit. de proceſſion. Regul.* Lezana *v. Proceſſio quoad Regular. n.* 11. Nilobſtante, quod via primò electa intelligi debeat de illa electa, in qua primùm Regulares fecerunt proceſſionē die Dominico, quia potiùs eſt intelligendum de via, per quam proceſſionaliter prima vice ire cæperunt, vt per Portell. *loc. cit.* & in ſpecie de Patribus Dominicanis, quod, licèt ij ſint manutenendi in proceſſione facienda die Dominico infra Octauam, non tamen poſſint mutare viam prima vice electam, tradit idem Barboſ. *vbi ſupra*, & ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. d. c.* 13. *n.* 29. In prima namque proceſſione fuit conſumpta facultas viam eligendi *ad text. in l. apud Aufidium, ff. de opt. legat.* & ſtatim atque elegerunt, iuris fictione translatum fuit in illos dominium, *l. à Titio de furt.*

7 Ad 3. item negatiuè. Quoniam delatio ſtolæ eſt de Iuribus Parochialibus, & proinde ſpectat priuatiuè ad Parochos, vt in puncto reſoluit Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. *Quibus conſequens, &* §. *ſeq.* coram Reuerendiſſimo Zarate Valliſoletano, & tradit Lezan. *in ſum. quaſt. Regul. c.* 12. *n.* 41. vbi *verſ.* 3. ſubdit, fuiſſe declaratum a S. Congregatione Concilij ſub die 2. Iulij 1620. non poſſe Regulares deferre pluuiale, aut ſtolam extra Eccleſiam, aut clauſtrum per alienas Parochias.

CONSVLTATIO LXIV.

An ſit licita conſuetudo immemorabilis cantandi Miſſam de Requiem pro defunctis die qualibet ex deuotione fidelium?

1 NOn eſſe licitam videtur reſpondendum, cùm obſtent Rubricæ Miſſalis, quoad illam celebrandam diebus Dominicis, ac feſtis officij ritus duplicis *tit.* 5. *n.* 2. Vndè abſolutè negant Gauant. *in rubr. Miſſal. d. tit.* 5. *n.* 2. *litt. A.* Gatz. *in ſum. tr.* 3. *difficul.* 8. *dub.* 6. *pun.* 2. *n.* 21. Lezan. *tom.* 1. *qq. regul. cap.* 21. *n.* 28. & Quart. *in d. rubr. Miſſal.*

2 At ego puto, eiuſmodi conſuetudinem poſſe tolerari, atque indulgendum deuotioni, ac pietati fidelium erga defunctos, exceptis tamen ijs diebus, quos S. Rituum Congregatio excipere mandauerit. Primò quia immemorabile ſolitum non eſt ſublatum per Rubricas, propter quod in ſimili iam S. Rituum Congregatio ſolet reſpondere, licitum eſſe continuare celebrationem Miſſæ votiuæ de B. Maria in Aurora, etiam in quibuſuis diebus feſtis, licèt obſtent Rubricæ, vt in ſequentibus declarationibus.

3 *In Burgenſi. Vtrum Miſſa B. Mariæ dotata perpetuà in Sabbato, quæ in Cathedrali dicitur de memoria, ſtante regula Miſſalis, quæ diſponit, quod non dicantur Miſſæ votiuæ in diebus duplicibus, poterit dici, cum non ſit principalis tum propter deuotionem maximam populi confluentis, tum quia motus proprius præcipit regulas Miſſalis obſeruari?*

S. Rituum Congregatio anno 1594. *ſingulis ſingulariter reſpondit, vt infra: Ad ſecundum cenſuit vtramque eſſe dicendam.*

4 *In Valliſoletana. Cùm ab immemorabili tempore ſeruatum fuiſſe, aſſeratur in Congregatione Valliſoletana Ordinis S. Benedicti Congregationis Hiſpaniarum poſt Primam immediatè canere ſingulis diebus Miſſam votiuam de B. Virgine, & in Capitulo generali dicti Ordinis nouiſſimè habito decretum fuerit continuari debere prædictam Miſſam votiuam, magiſter frater Alphonſus de S. Victore modernus Generalis præfatæ Congregationis Hiſpaniarum, & Concionator Regis Catholici ſupplicauit pro approbatione, & confirmatione prædicti decreti.*

Et S. Rituum Congregatio approbauit, & confirmauit, exceptis tamen Dominica prima Aduentus, feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Palmarum cum tota maiori hebdomada, Dominica Reſurrectionis cum duobus ſequentibus, Dominica Pentecoſtes cum duobus pariter diebus ſequentibus, Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, & omnibus diebus, in quibus celebrari debet peculiare feſtum in honorem B. Virginis iuxta præſcriptum in Calendario Romano, ac dummodò diebus, in quibus celebratur dicta Miſſa votiua, præter dictam Miſſam votiuam celebretur etiam Miſſa Conuentualis diei, ſeu feſti currentis, hac die 19. *Nouembris* 1633.

5 *In Marſicenſi. Cùm in Oppido Vigiani ampliſſimo finitimorum concurſu feſtiuitas S. Mariæ de Monte in primis Dominicis Maij, atque Septembris annis ſingulis ab immemorabili tempore celebretur, ſupplicauit Archipresbyter, & Clerus eiuſdem loci, vt vice officij, & Miſſæ currentis, ibidem recitari poſſit Miſſa B. Mariæ. S. Rituum Congregatio, attentis narratis, indulſit, vt poſt peractum officium occurrens, Miſſa votiua de B. Maria in eadem Eccleſia celebrari poſſit, ſeruatis in reliquis rubricis Breuiarij, & Miſſalis Romani, die* 16. *Aprilis* 1644.

6 Secundò, quia Rubricæ non derogant conſuetudinibus immemoralibus, præſertim in ijs, quæ ſe compatiuntur in reliquis cum Rubricis, vt in hoc caſu, quod pro-

ptoptet hanc Missam non relinquitur Missa Conuentualis qualibet die.

7 Tertiò, quia vbi periculum est, quod homines retrahantur à bonis operibus, & agitur de deuotione populi, quam pro ipsis, & pro Ecclesia expedit aliquando in quibusdam locis promoueri, indulgeri conuenit, quoad fieri potest. Rubricæ enim non obligant cùm graui incommodo, earumque obseruantia in tali casu esset impeditiua maioris boni; nam esset causa, cur fideles non facerent celebrare Missas pro defunctis, atque adeò, quod defuncti priuarentur huiusmodi suffragijs. Vnde non est verisimile, quod in hoc casu velit Ecclesia præferri obseruantiam Rubricarum pietati suæ, ac fidelium, quæ oritur ex graui motiuo.

CONSVLTATIO LXV.

An Fratres Ordinis Prædicatorum, ac sodalitates Rosarij erectæ in eorum Ecclesijs ducere possint processionem Rosarij prima Dominica Octobris cuiuslibet anni per alienas Parochias absque interuentu, vel licentia Parochorum?

1 AFfirmandum videtur iuxta priuilegium B. Pij V. illis concessum *in Constit. 86. Inter desiderabilia* §. 4. Præsertim si sint in possessione huiusmodi processionem faciendi, in qua manuteneri debent non solùm ex vi dicti priuilegij, sed etiam ex coosuetudine, quam in his casibus attendi debere nedum pluries in Sac. Rituum Coogregatione decretum est, vt in Melitensi 9. Februarij 1606. & in Fundana 24. Maij 1644. ac in Senogalliensi 15. Septembris 1657. sed etiam in Sacris Congregationibus Concilij, atque Episcoporum, & Regularium sancitum in hæc verba: Sacra Congregatio negotijs Episcoporum, & Regularium præposita in vna Leopolien. 14. Februarij 1642. ad instantiam Mendicantium decreuit, vt infra videlicet. *Oratores, quando habeant ad ipsorum fauorem consuetudinem legitimæ præscriptam faciendi processiones extra ambitum ipsarum Ecclesiarum, atque Co uentuum, non posse prohiberi à Parochis, seu locorum Ordinarijs, ne de cætero ipsas processiones, sic vt præmittitur, faciant sine ipsorum licentia, prout hactenus facere consueuerunt, præmissis, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus.*

2 Sacra verò Congregatio Coocilij in specie loquens de processione Rosarij in vna Nuscana prima Martij 1581. cum ex parte Conuentus Prædicatorum Balneoli inuocata fuisset, vt manuteneret eum in possessione habendi processionem Rosarij per vias publicas, ita rescripsit: *Sac. Congregatio Concilij censuit de his processionibus Rosarij seruandam esse consuetudinem B. Mariæ super Mineruam.* Et quidem in ea manutenendos esse habetur in *cap. fin. de consuet.* vbi Doctores communiter, sufficitque consuetudo decennalis. Nam Sac. Congregatio super Regularibus consulta nomine Conuentuum Prædicatorum Cremonæ, & Suncini pro manutentione in possessione ducendi processionem Rosarij extra ambitum Ecclesiæ per Ciuitatis vias, præcipuè in festiuitatibus B. Mariæ Virginis sub die 6. Decembris 1591. ita respondit: *Censuit S. Regularium Congregatio seruandam esse Consuetudinem, quæ ab annis decem retro seruata fuit in processionibus faciendis in quatuor festiuitatibus B. Virginis pro Rosario per totam Ciuitatem, seu Terram.* Cuius decreti meminit Barbos. *de offic. Episc. alleg. 78. n. 7. & in sum. Apost. collect. 651. n. 5.* Peyrin. *ad Const. 7. Pij V. n. 13.* Fast. *in sum. p. 1. c. 23.* & Lezan. *tom. 1. quæst. Regul. c. 15. n. 62.*

3 Quod est conforme iuri communi. Quando enim consuetudo est circa id, quod innititur rationi, & æquitati iuris, etiam de iure Canonico sufficit consuetudo decennalis iuxta Glos. *v. Consuetudo d. cap. fin. de consuet. in 6.* & ibi Gemin. *num. 9.* Hæc autem consuetudo tota innititur rationi, & æquitati iuris; nam euidens est, quod in solemnitatibus præcipuis Beatæ Mariæ Virginis, inter quas numeratur solemnitas Rosarij, quæ celebratur prima Dominica Octobris ex decreto Gregorij XIII. in memoriam Victoriæ obtentæ contra Turcas à Classe Catholica intercessione eiusdem Beatissimæ Virginis die 7. Octobris 1571. euidens, inquam, est, quod in huiusmodi festiuitatibus ducere processiones per vias Publicas maximè conducit ad Dei, ac Beatissimæ eius Matris honorem promouendum, atque ad excitandam, & formandam deuotionem fidelium summè necessariam propter ingentem populi concursum ad vitandam confusionem, & vt omnes deuotè, ac ordinatè processionem associare possint. Ideò rationi, & æquitati iuris etiam diuini, cui omne ius priuatum Parochorum subordinatur, quàm maximè conuenit, vt huiusmodi processiones in his festiuitatibus per vias Publicas extendantur, sicque fidelium deuotioni, ac Dei, eiusque Matris honori consulatur.

4 Et hoc præcipuè locum habet in supremis Tribunalibus. Nam, vt inquit Aristoteles 3. *Polit.* eos Iudices, quibus ex bono, & æquo iudicare, aut legibus, aut moribus licet, cuiusmodi sunt suprema Tribunalia, quæ præscripto iuris vsquequaque non adstricta sunt, id est, qui interdùm pro re nata liberam causarum disceptationem habent, æquo & bono ita vti debere, vt cæmentarij fabri, & structores Lesbia norma vtuntur. Cùm enim cæteri fabri soleant structuras suas ad normam exigere, Lesbij soli plumbeam normam habentes, pro arbitratu suo flexibilem, & subinde mutabilem ita ad normam structuram suam exigunt, vt interdùm si lapidis natura non facilè ad structuram æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectant, & structuræ normam, non normæ structuram accommodent, quo scilicet opus suum consumari possit. Sic & suprema Tribunalia interdùm non modò iuris præscriptum, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequuntur, prægrauante æqui, bonique lance in perpendendis temporum, personarum, locorum, & alijs qualitatibus. Et hac ratione æquum, & bonum emendatio est iuris scripti, quatenus scilicet aliter de nonnullis statuit, de quibus lex ferri non potuit in vniuersum, quod ipsum, vt fiat, decreto opus est, vel plebiscito. Quippè indefinitarum rerum indefinita & norma esse debet, vt quemadmodum in Lesbia structura, vt dixi, plumbea norma adhiberi solet, quæ ad lapidis formam transformari possit, & subindè immutari, sic ad huiusmodi species rerum, cum vsus venerit, decreta accommodari oportet legi derogatoria.

5 At verò tenendum est, non licere, nisi ex priuilegio. Id probo, tùm ex præscripto iuris communis, tum ex decretis Sacrarum Congregationum Concilij, Episcoporum, & Rituum, quibus vetitum est quibuscumque Regularibus, ac sodalitatibus facere processiones intra limites alienæ Parochiæ absque licentia Parochi.

6 Ex præscripto quidem iuris communis, quia facere processiones est actus iurisdictionis, vt asserit Ricc. *p. 1. dec. 90. num. 2.* Iurisdictio autem in alieno territorio exerceri non potest, atque adeò nec fieri queunt processiones, vt rectè concludit P. Donatus *in pr. rer. Regular. tom. 1. p. 2. to. 13. q. 81. n. 1. & seqq.* & ante ipsum Tambur. *de iur. Abb. disp. 15. q. 7. n. 39. to. 2.* & Zerol. *in prax. v. processiones n. 4.*

7 Ex decretis autem sacrarum Congregationum, quia sic pluries fuisse resolutum, referunt quamplures Regulares, nominatim Peyrin. *tom. 2. priuil. constit. 7. Pij V. §. 10. n. 11.* Nouar. *in Lucern. Regul. v. Processiones n. 25.* & post Dianam, Lezanam, & alios idem Donatus *loc. alleg. n. 5. & 6.* vbi inter cætera ponit integrè duo decreta S. Rituum Coogregationis, quæ mandant: *quod in processionibus faciendis, tam per Regulares, quàm per Confraternitates laicorum seruetur, vt in Ecclesijs habentibus claustrum, processiones fieri non possint, nisi intra claustra, & non extra. In Ecclesijs verò carentibus claustris fieri possint intra ambitum, hoc est propè muros Ecclesiæ, siue exeundo à ianua Ecclesiæ, & per aliam intrando, siue per eandem, & propè muros Ecclesiæ, extra verò ambitum Ecclesiæ non licere neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum*

Cruce

Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesijs, quæ habent in hoc speciale priuilegium faciendi processiones per alia loca.

8 Idem decreuit S. Rituum Congregatio 26. Februarij 1628. in hunc modum: *in Regularium Ecclesijs habentibus claustra fiant processiones intra claustra tantùm. Si non habent claustra, fiant propè muros Ecclesiæ, siue exeundo ab vna porta, & intrando per aliam Ecclesiæ portam, siue per eamdem. Extra ambitum Ecclesiæ non licet Regularibus facere processiones, nisi de licentia, consensuue Parochi saluis priuilegijs, si qua sunt. Processiones verò Confraternitatum non debent extendi per vias, sed circa muros Regularium, qui res regunt.* Quod etiam declarauit in Limana 15. Decembris 1632. & in Aretina Montis Sancti Sauini 19. Maij 1614. & antea in Aretina 1613. & in Gaballicensis Insulæ 28. Augusti 1615. & 18. Februarij 1617. & in Hispalensi 28. Februarij 1628.

9 Id ipsum sæpè sanxit Sacr. Congregatio super Episcopis, vt in Placentina 26. Aprilis 1605. in Terracinensi 26. Maij 1645. in Cortonensi 22. Nouembris 1593. in vna Conuentualium 5. Februarij 1602. & luculenter decreuit Sacr. Congregatio Concilij, cuius verba hæc sunt; *Sacra Congregatio censuit Regularibus, & Confraternitatibus in Regularium Ecclesijs erectis, permissum esse processiones facere intra earum Ecclesias, & claustra tantùm, & non extra. Si verò Ecclesiæ claustro careant, eisdem Regularibus, & Confratribus licere processiones facere intra ambitum duntaxat eiusdem Ecclesiæ, siue exeundo ex vna ianua Ecclesiæ, & intrando per aliam, siue per eandem, & tunc propè muros Ecclesiæ, & non extra ambitum, nisi de licentia, & consensu, aut cum Cruce Parochi, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus. Priuilegijs Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus in suo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè censeatur derogatum. Die 27. Iulij & 21. Augusti, ac 19. Septembris 1628.* Quod decretum fuit à Sanctissimo expressè approbatum, & confirmatum, ac successiuè obseruatum, vt retuli *tom. 1. consul.* 121. *num.* 1. Hoc ipsum decernunt eædem Sacræ Congregationes apud Barbos. *in Collect. Bullar. v. Processio* apud Gauantum, & Nicolium *eodem v.* vt proinde otiosum sit in re aperta inculcare decreta, atque exempla, quæ vulgò sunt plurima.

10 Neque obstat, quod in processionibus Rosarij ex specialibus priuilegijs res diuerso modo procedat, Quia processiones Rosarij in hoc non esse priuilegiatas, ostendit primo loco P.

11 Donatus, qui fuit ex ordine Prædicatorum, vbi optimis rationibus reijcit Fastum contrarium asserentem.

12 Minùs obstat prætensa Consuetudo etiam immemorabilis. Quia vel Regulares ad illam probandum intendunt vti actibus gestis post decreta Sacrarum Congregationum, & huic intentioni resistunt decreta ipsa, quæ specificè derogant consuetudini etiam immemorabili, sique introductionem nouæ consuetudinis impediunt, vt loquens de dictis decretis ingenuè scribit Donatus *d. quæst.* 81. *num.* 9. Vel illam probare intendunt ex gestis ante annum 1628. quo emanauit decretum Sacr. Congregationis Concilij, & Sacr. Rituum Congregationis, & satis est dicere, hanc probationem esse impossibilem ratione ætatis testium, cùm reperiri debeant testes, qui eo tempore essent ætatis quinquaginta quatuor annorum, vt in puncto ad exclusionem immemorabilis fuit dictum *in recent. p.* 6. *dec.* 142. *num.* 5. *& dec.* 266. *ex num.* 16. quod probauit Rota in Calaguritana decimarum 26. Iunij 1654. coram Zarate §. *Prætereà excluditur.*

13 Textus autem *in cap. fin. de consuet.* admittit sane consuetudinem, sed cum duabus qualitatibus, nempè quod sit rationabilis, & legitimè præscripta; Vtrumque hic desideratur. Etenim nequit dici rationabilis eo ipso, quod fit processio intra fines alienæ Parochiæ, quia turbatur illius iurisdictio, & prohibetur à iure. Neque dici potest præscripta, quia non docetur processiones factas fuisse absque licentia Parochi, & Ordinarii. Quare non releuat declaratio Sacr. Congregationis Episcoporum, & Regularium in contrarium adducta, quia loquitur in casu consuetudinis legitimè præscriptæ. Alia verò mandat solùm seruari consuetudinem, quæ semper intelligitur de legitima, & præscripta, ideòque non aduersatur. Immò probata non releuaret, quia cum Parochi habeant iuris assistentiam, contra ipsos immemorabilis non suffragatur, nisi fuerit approbata per tres sententias conformes, Rot. in Beneuentana Iurisdictionis 27. Ianuarii 1653. §. *præterea* coram Zarate. Et quia ipsi etiam derogatur per decreta posteriora.

14 Præsertim si testes, quos ad illam probandam induxerint, sint omnes sodales Societatis Rosarii, ratione enim affectionis fidem non merentur, Rot. *dec.* 193. *num.* 4. *p.* 4. *recent.* neque concludunt prohibitionem, & acquiescentiam Parochorum, cum in his facultatiuis prohibitio, & acquiescentia maximè probanda sit, vt multis relatis firmauit Rot. in D. Calaguritana Decimarum 17. Aprilis eiusdem anni coram eodem Zarate §. *Et insuper.* Vel si Episcopus, vel eius Vicarius testetur, se dedisse licentiam pro faciendis hisce processionibus intra limites alienæ Parochiæ. Id enim excludit immemorabilem, cum illa se non compatiatur cum quolibet etiam minimò actu contrario, vt post aliàs fuit dictum in Calaguritana Cathedralitatis 27. Maii 1658. coram Em. Cerro, §. *tum etiam ex quo continuatio* propè finem.

15 Ex quibus liquet, agi non posse de manutentione. Vel quia petitorium clarum manutentionem absorbet, Posth. *de manut. obs.* 42. *num.* 146. & pluribus *seqq.* vbi innumeri, Vel quia possessio ante decreta Sacrarum Congregationum non probatur, & illa, quæ post decreta probata est, non suffragatur, cum habeat contra se eadem decreta, quæ consuetudini derogant, etiam immemorabili,

16 Pariter neque obstat priuilegium B. Pii V. quia non loquitur de hac processione, sed de facultate accedendi ad processiones alienas. Tandem neque asylum æquitatis; quia Causa Parochorum non modo æqua probatur, & certa, sed æquitate quoque, non modò iure niti.

17 Quare iterum dico, non licere, nisi ex priuilegio.

CONSVLTATIO LXVI.

An in Constitutionibus Apostolicis pœnalibus comprehendantur Clerici, de quibus nulla in eis fit mentio specialis? Et

Quid si in eisdem Constitutionibus nominentur quæcunque personæ cuiuscunque gradus, dignitatis, Ordinis, & instituti, an comprehendantur etiam Clerici, de quibus nulla fit mentio in dictis Constitutionibus Apostolicis pœnalibus?

1 AD primum comprehendi omnes in vniuersum, atque adeò Clericos in materia eis adaptabili, per textum *in cap. Canonum Statuta de constit.* vbi Innoc. *num.* 1. *c. Siquis omnem* 1. *quæst.* 7. *& can. si Romanorum* 19. *d.* dummodò tamen Constitutiones sint generales, *cap. Cum longè* 63. *d. cap. nihil de elect.* Glos. 1. & omnes *in d. cap. Canonum statuta.* Quia lex imponitur subditis, ac proinde obligat etiam Clericos. Lex enim de se habet vim obligatiuam, quia præscribit, quod est necessarium secundùm exigentiam boni communis. Clerici autem sunt capaces talis obligationis, quia tanquam membra totius Reipublicæ sunt propter totum, atque adeò tenentur cooperari bono ipsius. Eo igitur ipso, quod lex pœnalis Canonica generaliter imponitur, consurgit in ipsis obligatio ad pœnam sustinendam. Alioquin multi Canones, ac Constitutiones Apostolicæ, præsertim *can.* 14. 15. 16. *&* 17. *Bullæ Cœnæ Domini* non

comprehenderent Clericos, quos tamen ex subiecta materia, & quia de se sunt generales, nullum excludere, & ad Ecclesiasticos extendi, docent ibi expositores. Vt proinde Constitutionem, *Si de protegendis* B. Pij V. vtpotè generalem comprehendere etiam Clericos, docet Scortia, quem sequitur Carena *de offic. S. Inquisit. lib. . . cap. . . n. . .*

2 Quod absque dubio locum habet, primò quando Constitutio generalis fertur de aliqua re, quæ mala est. Etenim *in cap. Si quis, suadente* 17. *quæst*.4. qui est pœnalis, comprehendi non solùm Clericos, sed etiam Cardinales, quamuis in ea non fiat de illis expressa mentio, asserunt Io. Monach. *in extrauag. Excommunicamus de sent. excom. v. Clericus*, Felin. *in cap. Quod super his de fid. Instrum. vers. Tertiò*. Ac secundò, quando aliquid per Constitutionem generalem statuitur ad tollendum fraudes; sub illa enim Constitutione comprehendi, nedum solos Clericos, verùm etiam Cardinales, notant Paris. *de resign. lib*.8. *q*.8. *num*.146. *& lib*.12. *quæst*.4. *num*.8. Caputaq. *lib*.1. *dec*.211. Ac Tertiò, quando Constitutio fertur ob salutem animæ, comprehendit etiam Clericos, vt asserunt Io. Monach. *loc. cit*. Præposit. *in cap. Non licèt sub init. dist*.10.

3 Ac denique quando non continent odium irrationabile. Tunc autem solùm continent odium irrationabile, quando versantur circa ea, in quibus Clerici sunt specialiter priuilegiati. Eodem modo namque de Cardinalibus resoluunt communiter Doctores, vt nimirùm teneantur legibus, ac constitutionibus Pontificijs vniuersaliter latis, licèt odiosis, quando non continet odium irrationabile, seu quando sunt de ijs, in quibus Cardinales non sunt specialiter priuilegiati. Ita Mantica *decis*. 230. Caputaq. *decis*.83.*p*.2. Cassador. *decis*.1.*num*.3. *de decr*. Simonet. *dec*.51. *lib*.1. Rota in Valentina Archidiaconatus 1531. & in Cauriensi Canonicatus apud Gomez *ad reg. Cancel. Glos*.24. *num*.13. & in Aretina pensionis coram Litta apud Marches. *de commis*.*p*.1. Put. *dec*. 137. *lib*.2. *in correct*. Rota *dec*.46. *num*. 10. *& dec*.464. *num*.2. *& seq*.*p*.5. *rec*. vbi testatur, Rotam ista semper iudicasse.

4 Ratio autem generalis est, quia generalis dispositio est propter bonum Communitatis, atque adeò ex natura sua, tanquam regula publica, dirigit totum corpus Communitatis in ordine ad bonum intentum, & in dicto corpore personas singulares, tanquam membra huius corporis, quæ bono, & commodo totius tenentur cooperari; quia sicuti membra sunt propter corpus, ita etiam sunt propter bonum ipsius, ac proinde afficit omnes, qui sunt membra corporis, quatenus tenentur regulatè viuere in ordine ad bonum Societatis. Omnes autem personæ, quantumuis conspicuæ, & speciali nota dignæ, tenentur regulatè viuere tanquam membra corporis ciuilis in ordine ad bonum communitatis. Et ideò ligantur legibus in eo, in quo non sunt specialiter priuilegiatæ, quia priuilegium declarat, quod non teneantur in tali materia cooperari commodo Communitatis.

5 Atque hinc est, quod lex, & statutum generale comprehendat etiam personas, & causas priuilegiatas, quando in illa speciali materia non habent speciale priuilegium *l. in fraudem* §. *fin. ff. de testam. milit*. ibi: *Quia generalis est ista determinatio*, & notant Bald. *ibid*. Tiraquel. *de retract. lignag*. §.1. *Glos*.14. *num*.97. *& seq*. Rot. *dec*.46. *num*.16. *p*.5. *rec*. quia lex obligat secundùm exigentiam publicæ vtilitatis, propter quam fertur. Publica autem vtilitas exigit omnia membra Communitati, quæcunque illa sint, obligari.



CONSVLTATIO LXVII.

Quis inter Parochos præcedere debeat?

1 ILle, qui prior fuit assumptus ad regimen suæ Parochialis. De iure enim is præcedit, qui in labore est antiquior instar militiæ, *l*.2. *C. de offic. Magistr. l. fin. C. de tyron. lib*.12. Cyriac. *contr*.201. *n*.44. & Seraph. *dec*. 326. *num*.3. & resoluit S. Rituum Congregatio in Maceratensi præcedentiæ, referente Em. Sacchetto, atque habetur in statuto Cleri Romani *cap*.2. §.6.

2 Præcipuè, si vti antiquor per plures annos permansit in quasi possessione præcedendi, quæ possessio potissimum in hac re consideratur, tum ex dispositione Constitutionis 84. Gregorij XIII. quam omninò obseruandam, plures respondit S. Rituum Congregatio, vt dixit Rota in Mutinensi præcedentiæ 25. Iunii 1638. coram Merlino. Tum etiam quia ius præcedentiæ magis competit ratione possessionis, quàm tituli anterioris, *l*.1. *C. de Consul. lib*.12. Fab. de Ann. *cons*.4. *num*.10. Menoch. *cons*.51. *num*.4. *& cons*.162. *num*.3. *&* 6. Gratian. *discept*. 867. *num*.26. *& discept*.940. *num*.7. Cyriac. *d. contr*. 201. *num*.173. Nouar. *in lucer. Regul. v. præcedentia n*.8. Campanil. *in diu. iur. Can. rub*.12. *c*.12. *num*. 12. *& c*.13. *num*. 121. Lotther. *de re benef. lib*.2. *q*.25. *nu*.38. Rot. *dec*.483. *num*.1. *& seq. p*.5. *rec*. cum aliis allegatis in d. Mutinensi coram Merlino.

3 Consuetudo verò in præcedentia inducitur per decem annos, eaque præscribitur, Cyriac. *loco cit. nu*.169. Rota in Seguntina præcedentiæ 23. Iunii 1609. coram Pamphilio, & Add. Gregor. XV. *dec*.124. *lit. A*. vbi conciliat opiniones. Ideòque est obseruanda, cùm habeatur pro iure, & præualeat prioritati originis, ac etiam ipsi iuri, Cyriac. *n*.171. Seraph. *dec*.964. *num*.1. Gregor. *dec*. 154. *n*.2. Sperell. *dec*.36. *n*.4. Rot. *dec*.483. *n*.1. *p*.5. *rec*. & in d. Mutinensi præcedentiæ, accedente præsertim scientia, & patientia aduersarii, Greg. *dec*.417. *nu*.2. Rot. *dec*. 717. *n*.3. *p*.2. *rec*. Coccin. *dec*. 26. *num*. 4. *& dec*.32. *nu*.6. apud Posth. *de manut*.

4 Licèt autem de iure antiquior præferatur iuxta Glos. *in cap.* | *fin. v. antiquiores, de consuet. in* 6. cum similibus, id tamen procedit solùm inter æquales, Marches. *de commis*. *p*.1. *c*.1. *de refer. nu*.21. Cyriac. *contr*. 201. *num*.136. secus verò, quando concurrit persona maioris qualitatis, siue dignitatis, Caual. *dec*.650. *num*.7. Dignitas enim tribuit assistentiam iuris in materia præcedentiæ, Rot. *dec*.483. *num*.1. *p*.5. *rec*. eoque casu attenditur ordo qualitatis, secundùm quem posterior maioris qualitatis præfertur antiquior, Cyriac. *d. contr*.202. *num*.70.

CONSVLTATIO LXVIII.

1 *An Parochus possit peragere functiones Sacerdotales, & solemnes, tam in Capellis aut Ecclesijs, vel Oratorijs Confratrum sitis intra limites suæ Parochiæ, quàm in sitis in propria Ecclesia? Et*

2 *An, peractis per Parochum exequijs, possint Capellani Sodalitatum reiterare in eisdem Ecclesijs, vel Oratorijs Officium super cadauere cum Stola, & aspersorio?* Vbi plures Confraternitatum abusus castigantis, coercenturque.

1 AD primum, seclusa legitima consuetudine, vel priuilegio Apostolico, affirmatiuè respondendum est. Nam Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam ex iure communi super omnibus Ecclesijs, & Oratorijs sitis intra Parochiam, vt colligitur ex Concilio Cabilonensi, relato *in c. Ecclesiæ* 16. *q*.1. & ex Concilio Vuormaciensi *in c. Quicunque ead. caus. & q*. atque ex *c. Ad audientiam* 3. *de Eccles. ædif*. & tradunt Canonistæ ad hæc loca, & *in c. Pastoralis, de ijs, quæ fiunt, & in rubr. de Paroch*. quibus adhæret Rot. *dec*. 1120. coram Seraph. Id, quod de Capel-

pellis, & Oratorijs sitis intra Ecclesiam patochialem, est omninò certum, ne contentum sit diuersum à continente ad textum *in l. Eum, qui ades, ff. de vsucap.* Et regula est, quod dispositum de Ecclesia intelligatur, & habeat locum in omnibus Capellis per textum *in cap. si Ciuitas, vers. ratione quoque, de sent. excom. in 6. & cap. vn. de consecr. Eccles. vel alt.* difficileque creditur, quod sine ptiuilegio, vel legitima consuetudine Capella, vel Oratorium intra Parochialem Ecclesiam situm, Parocho, vel Prælato illius non sit subiectum, licèt non sit impossibile, vt considetatur per Rot. *dec. 686. num. 2. & 3. p. 4. & dec. 697. num. 2. tom. 3. recent.* Cùmque Parochus in sua Ecclesia Patochiali sit Prælatus *arg. c. In apibus q. 1.* Abb. *in cap. Decernimus num. 16. de iudic.* Vbi Dec. *num. 34.* debet præcedere omnes in functionibus solemnibus, Chassan. *in Catal. glor. mund. p. 4. consid. 81.* Rot. *dec. 204. num. 17.* coram Pegna, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 104.* Et licèt quilibet sacerdos habeat ad id potestatem Ordinis, non tamen habet potestatem iurisdictionis, nisi eam accipiat ab Episcopo, vel à Parocho, vel nisi saltem ei competat ex legitima consuetudine præscripta, vel ex priuilegio. Alioquin in eadem Ecclesia duo essent capita, quod est monstrosum, vt de Capella Lauretana dixit Rot. *d. dec. 686. num. 13. & 14.* Estque constans S. Rituum Congregationis sententia, vt in Neapolitana 18. Maij 1602. etiamsi Ecclesia patochialis sit sub gubernio Confratrum. Ita enim declarauit: *Sacra &c. censuit, ad Parochum pertinere functiones Sacerdotales in Ecclesijs, quæ sub laicorum sunt gubernio, non ad Capellanos, atque ad Sacristam, nempè benedictiones cinerum, candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, fontis Baptismatis, delationes Sacramenti, celebratio Missæ feria V. in Cœna Domini, aspersiones Domorum, & quæ fiunt die Dominico, Orationes quadraginta Horarum, & similes.* Et Sacr. Congregatio Episcop. & Regular. in Senogalliensi 5. Iulij 1583. & in Ferratiensis 22. Septembtis 1598. declarauit, Parochum, si velit, posse persoluere officium funeris in Ecclesia Confraternitatis. De quo Lauor. *var. tit. 2. cap. 11. num. 106.* Idem de Missis solemnibus, & delatione Sanctissimi Sactamenti, modò faciat officium gratis, alioquin liberum sit Confratribus vti suis Capellanis, censuit in Laudensi 20. Augusti 1601. & 2. Augusti 1647. Vbi etiam declarauit, posse Parochum interuenire in funeribus, quæ fiunt in Ecclesis Confraternitatum, licèt defuncti non sint de sua Parochia, ac debere huiusmodi functiones Capellanis Confraternitatum permittere, si vocatus noluit accedere. Et præ cæteris extat resolutio eiusdem Sacr. Rituum Congregationis in hunc modum: *Cùm in ciuitate Cæsaraugustana intra fines vetustissimæ Parochiæ Sancti Pauli eiusdem Ciuitatis situm sit quoddam Hospitale cum Capella sub inuocatione B. Mariæ Conceptionis, & Sanctarum Iustæ, & Ruffinæ, cuius Hospitalis Confratres sub prætextu, quod dictum Hospitale extitisset in Monasterio fratrum Carmelitarum, obtinuerunt aggregari Hospitali, siue Ecclesiæ Lateranensi de Vrbe, & ex dicta aggregatione prætendunt per Capellanum, siue Capellanos suos dicto Hospitali inseruientes, exercere posse omnia & singula, quæ ad solum Parochum pertinent, vt Missas cum cantu solemniter celebrare, confessiones audire, communicare, sepelire mortuos, prædicare, Sacramenta ministrare, in die Cœnæ Domini sepulchrum facere, Sanctissimum Sacramentum asseruare, & alia huiusmodi exercere, etiam sine consensu, & licentia Ordinarij, & Parochi proprij, quæ ex dispositione iuris ad solum, & proprium Parochum spectant. Et quia notorium esse asseritur, dictum Hospitale nullam habere dependentiam, seu connexionem cum dicto Monasterio fratrum Carmelitarum; immò omnia prædicta in maximum damnum & præiudicium tam ipsius monasterij, propè quod dictum Hospitale existit, quàm etiam Parochi prædicti Sancti Pauli, & iurium dictæ Parochiæ resultare; proptereà tàm pro parte Parochi prædicti, quàm Prioris, & Fratrum dicti Monasterij Carmelitarum supplicatum fuit in Sacr. Rituum Congregatione, vt dignaretur declarare supra dicta omnia, dictis Confratribus non licere absque expressa licentia Ordinarij. Et cùm negotium ab eadem Sacr. Congregatione commissum fuerit Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium, & Canonicos Ecclesiæ Lateranensis de Vrbe pro eorum interesse ob prædictam assertam aggregationem, & tandem, audita de omnibus prædictis relatione eiusdem Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinalis de Monte, eadem Sacr. Rituum Congregatio censuit, non licere dictis Confratribus Hospitalis prædicti, & Capellæ Beatæ Mariæ Conceptionis, & Sanctarum Iustæ, & Ruffinæ, sitæ sub Parochia Sancti Pauli in Ciuitate Cæsaraugustana prædicta facere sine expressa licentia Ordinarij, & ipsius Parochi. Et ita declarauit die 14. Ianuarij 1612.* Et generatim in Verulana Sacr. Rituum Congregatio respondit, functiones omnes in Ecclesia propria spectare, & pertinere ad proprium Parochum priuatiuè quoad omnes alios. Et ita obseruari mandauit, non obstante quacunque consuetudine Die 12. Martij 1641. Expressim verò in Thelesina pro Terra Cerætti Sacr. Rituum Congregatio respondit, Capellanos in Ecclesijs laicorum, seu Oratorijs non posse benedictiones facere candelarum, cinerum, palmarum, & ciborum Paschalium, sed hæc omnia peragi debere per Curatos in suis patochialibus. Prout nec posse eosdem Capellanos, siue Sacristam in supra dictis Ecclesiis, & Oratotiis Missam celebrare in feria quinta, nec Sacramentum in sepulchro eodem die custodire, cum hæc munia exerceri debeant in Ecclesijs patochialibus, Die 3. Aprilis 1632.

2 Et in Assisiensi 16. Aprilis 1639. In qua Confratres Societatis S. Sebastiani supplicarunt declarari, licere ipsis Missas celebrare in suo Oratorio, & Sacramentum Eucharistiæ ministrare, excepto Paschate, etiam renuente Parocho. Sacra Congregatio respondit, seruari decreta aliàs in his terminis edita.

3 Ac in dicta Thelesina eadem Sacr. Congregatio ad primum respondit, in Ecclesiis non parochialibus non posse vllo modo asseruari Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Ad secundum, neque Capellanos Ecclesiarum non parochialium, neque Regulares posse publicè exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & ita &c. die 7. Iulij 1630. & 2. Aprilis 1632. In eadem Thelesina: *l'Arciprete di S. Martino diocese di Telese supplica l'Eccellenze Vostre à dichiarare, se si possa portare il Santissimo Sacramento nelle 40. hore negli Oratorij, e Chiese di Confraternità di laici. Sacra Rituum Congregatio respondit, nihil ex supradictis licere Confraternitatibus laicorum, aut Capellanis earum, neque cuique alteri Sacerdoti sine expressa licentia, aut consensu proprij Parochi.* Eadem die 20. Iulii 1630. & 2. Aprilis 1632.

4 Hoc etiam tanquam certum supponit Concilium Prouinciale Mediolanense *tit. de Societatibus* apud Bonac. *tom. 1. disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. §. 4. num. 1.* in quo statuitur, quod in Ecclesijs, vel Oratoriis Confratrum &c. neque vllæ benedictiones candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, aliarumque nouarum frugum, ad Parochi iurisdictionem spectantes habeantur. Et ita seruandum, nisi obstet consuetudo in contrarium, rescripsit Sacra Episcoporum Congregatio Episcopo Caietano sub die 26. Martii 1602. & Senogalliensi die 7. Ianuarij 1604.

5 Et licèt quoad Ecclesias, siue Oratoria sita intra limites patochiales dissentiat Rota, tradens Ecclesiam parochialem nullum ius super illis habere, vt *dec. 552. ex num. 3. p. 5. recent. tom. 2.* & Tondut. *q. ciuil. cap. 53. num. 35. & seqq.* nihilominùs contrarium verius est, ac iuri magis consentaneum, atque à Sacris Congregationibus receptum, vt supra ostensum est; accedente præsertim antiquissima quasi possessione Parochi exercendi eiusmodi functiones in ijs Ecclesijs, siue Oratoriis, quæ vel habet vim præscriptionis, Rot. apud Seraph. *dec. 2410. num. 26.* cum aliis per Burat. *dec. 484. num. 12.* Vel saltem tanquam interpretatiua excludere debet functiones solemnes, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* Rot. apud Caual. *dec. 217. num. 6.* Vndè Con-

fratres, alijue, qui prætenso iure quasi ad se pertineant, nolunt Parochum fungi officio suo, iuraque sua parochialia in eiusmodi Ecclesijs, siue Capellis, vel Oratorijs exercere, incurrunt excommunicationem 17. Bullæ Cœnæ Domini, inflictam contra vsurpantes iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus spectantes ad Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum, vt aliàs tradidi, ac docet Nauar. *cap.27.n.21.* Caiet. *excom.5.c.27.* Bonacin. *disp.1. q.18. p. 2.* & Bordon. *in decis. Miscel.421.*

6 Ac ita quidem, vt non obstet, quod Ordinarius in erectione huiusmodi Sodalitatum decernat, functiones sacerdotales, ac solemnes ab earum Capellano, siue Sacrista celebrandas fore, etiam si adsit consensus Parochi, intra cuius Ecclesiam, vel Parochiam Capellæ, Oratoria, vel Ecclesiæ existunt. Nam Ordinarius nequit id decernere, & Parochus assentiri cum præiudicio iurium parochialium absque beneplacito Apostolico, in quo semper etiam ponitur clausula, sine præiudicio eiusmodi iurium, *text. in c. Ecclesia antiquitus, & c.seq. 16. q.1. cap.1. de nou. oper. nunc. cap. Cum olim, de elect. cap. Ad audientiam 1.* cum ibi notatis, *de Ecclef. ædif. Extrauag. Ad Apostolatus, de concess. præb.* Cardin. *cons.8. num.3. dec.360.* Mandos. *super signat. grat. v. Erectiones*, Lapus *alleg.41. num.3.* & alij quamplures.

7 Confirmatur; quia Ordinarius, & Parochus nequeunt facere, quæ sunt in præiudicium Ecclesiæ Parochialis, quia non sunt domini, sed administratores; & ideò tenentur conseruare, non autem destruere iura parochialia; quod si præiudicent, possunt, ac debent reuocare ea, in quibus præiudicarunt, non obstante etiam iuramento, vt statuitur *in cap. Intellecto, de iureiur.* vbi Glos. *sub init.* Et proinde successor in Parochia non tenetur stare ijs, quæ in suum detrimentum à Prædecessore facta sunt, vt tradunt Doctores *in l. prohibere, §. plane ff. quod vi, aut clam, & in c. quicunque 16. q.1.*

8 Quare cùm in huiusmodi concessione, siue erectione non interuenerit beneplacitum Apostolicum, prout requiritur, cùm hoc sit species alienationis, Lapus *alleg. 78. num.3.* sed fortè fuerit tantùm reseruatum, erectio, & concessio remansit imperfecta sub tali conditione, & in suspenso, vt notant Ofasch. *dec.164. n.7.* Rot. coram Durano *dec. 83. num. 27.* Et ex hoc capite non fuit translata iurisdictio in Capellanum, vel Sacristam sodalitatum, vt obseruat Rota coram Puteo *dec. 2. de transact.* aliàs *dec.343. lib.1.* Ideòque subintrat regula, quod nihil censetur factum quandiù superest aliquid faciendum, vt desumitur *ex l. Titia, ff. de verb. oblig. & l. Cum Silanianum, C. de ijs, quib. vt indign.* ibique Ias. *num.3.* Rot. *dec.725. n.7. p.2. rec.*

9 Minùsque obstaret, quod aliquando Capellanos sodalitatis has functiones peregerit. Nam, vel id euenit ex licentia, & consensu Parochi, vel quatenus etiam possessio pro vtraque parte concurreret, adhuc esset præferenda illa Parochi, cùm habeat assistentiam iuris, Rot. *dec.81. num.1. p.1. diu.* Seraph. *dec.1437. in fin.* Post. *de manut. obser.71. num.74.* Vel cùm sint facultatiuæ, & dependeant à voluntate Parochi, non poterunt Confratres acquirere quasi possessionem negatiuam, nisi præcesserit ipsorum negatio, & Parochorum acquiescentia, Caputaquen. *dec.415. p.2.* Rot. *dec.565. num.1. p.1. rec.* & apud Post. *dec.164. num.3.*

10 Atque hinc etiam Parochus cumulatiuè cum Sodalibus potest in Ecclesia, vel Oratorio existente intra limites Parochiæ, quando necessitas, & occasio exposcat, etiam Missæ sacrificium celebrare, & sacramenta ministrare, aliaque iura parochialia exercere. Nam huiusmodi Ecclesiæ laicis sodalitatibus conceduntur cum clausula, sine præiudicio iurium Parochialium. Hæc autem clausula adiecta in concessionibus vsus Ecclesiarum præseruat iura parochialia quoad omnia, quæ Parocho de iure debentur, vt declarauit S. Congregatio Concilij adducta per Barbos. *de Paroch. p.1. cap. 11. nu. 2.* Caualer. *dec.100. sub num.4.* & Rot. *dec.69. n. 8. p.1. recent.* Adeò, vt per huiusmodi limitatam concessionem ad effectum, vt Parocho huiusmodi concessio non sit præiudicialis, Ecclesia dicitur stare in primæuo statu; & prout erat ante concessionem, Caualer. *de dec. 100. sub num.5.* Inter alia autem iura parochalia illud est præcipuum, quod Parochus in Ecclesiis existentibus intra limites Parochiæ non possit impediri, quia per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum functiones parochiales exerceat. Dicitur enim Ecclesia existens intra limites Parochiæ membrum Parochialis ita, vt Parochus sit Prælatus vtriusque Ecclesiæ ratione subiectionis, vt est Glos. notab. *in cap. eam te 20. v. pendeant, de æt. & qualit.* ibi: *Item si Ecclesia parochialis in fundo suo aliam constituat, nihil impedit in ea Vicarium institui, & Prælatum maioris Ecclesiæ Prælatum esse vtriusque.* Quod valdè notandum dicit Abb. *num. 11.* Glos. & Butr. sub *num.10.* & in fortioribus terminis Host. etiamsi Ecclesia habeat suum Rectorem sub *n. 5.* ac ibi Cardin. *num.3.* ac Felio. *in cap. ex parte 2. num.5. de rescript.*

11 Neque Parochus potuerit hoc ius parochiale amittere ob non vsum. Quia præter quod quasi possessio in Parochialibus per non vsum non amittitur, vt in specie est decisio Buratti 43. *num. 6.* traditque Posth. *de manut. obs.58. num.16.* in actibus facultatiuis non vsus nunquam præscribit, cum requiratur prohibitio, & acquiescentia, Add. ad Gregor. *dec.262. num.16* Seraph. *dec.1086. num. 1.* & Rot. *dec.530. num.1. ac seq. p.2. rec.*

12 Ad 2. respondeo negatiuè. Nam id est ius parochiale, Glos. *v. parochialibus cap. Quia ex eo 3. de pact.* siquidem ius sepulturæ cōpetit Ecclesiæ parochiali ex eo, quod talis est ex allegatis per Canonistas *in tit. de Paroch. & de sepult.*

Neque obstat, quod non repugnet, quin Capellanus sodalitatis stolam deferat ex plenè deductis per Gratian. *discept.298. num.55.* & signatè *num.66.* Primò, quia id solum illi conceditur ex consenso Parochorum, & per viam tantùm; vnde non potest extendi ad alios actus. Secundò, quia Parochi non denegant reiterationem officiũ defunctorum, sed tantùm vsum stolæ, & aspersorij, qui spectat regulariter ad Parochos, *Clem. Dudum, §. huiusmodi, de sepult.* Stola enim est signum spiritualis iurisdictionis, quia intra fines Parochiæ non possunt alij, nisi Parochi vti, præsertim in functionibus parochialibus. Et ita censuit S. Rituum Congregatio in Cauensi sub anno 1665. nempè posse Capellanos sodalitatum reiterare officium defunctorum super cadauere parochiani, *absque tamen stola, & aspersorio.*

13 Quin etiam non licèt Confratribus laicis psalmos ad modum officij canere, ac celebrare, vt in puncto respondit Innoc. *in cap. presbyter nu. 4. de celeb. miss.* Oratorium namque non instituitur, vt in eo celebratur, sed vt oretur, Dec. *cons.148. num. 1.*

14 Quod autem ad celebrationem Missarum possunt quidem Confratres illas celebrare facere in suis Oratoriis priuatim duntaxat, & post missam parochialem, vt ex Gauanto in *manuali Episcop. v. Missa num. 10.* non autem solemniter, Barbos. *in collect. Apost.207. num. 17.* & in *collect. Bull. v. Confraternitas*, vbi refert binas resolutiones S. Congregationis. Immò neque id videtur indistinctè eis permittendum, vt colligitur ex decreto S. Congregationis in relata Assisiensi 16. Aprilis 1639. cum Oratoria non sint instituta ad celebrandum, vt diximus, & tradit Mantic. *dec.38. nu.5.*

15 Minùs etiam confiteri queunt in suis Oratoriis ianuis apertis, cum hoc sit munus parochiale, & Confessionalia debeant retineri in Ecclesijs tantùm, Gauant. *loco cit. v. Confessarius n.3.* Nicol. *eod. verb. n. 26.* Fusch. *de visit. c. 12. n.1. lib.1.* & S. Congregatio apud Barbos. *v. Confraternitas §.2. & de iur. Eccles. cap.11. n.105. lib.2.*

16 Neque illis permissum est campanas habere, cum vnica tantùm solis fratribus Mendicantibus sit permissa, Franch. Marc. *dec. Delph.* 1049. *n.3. to. 1.* & regulariter vsus campanarum non debet concedi Confratribus laicis in præiudicium iurium parochialium, vt latè Tondut. *resol. benef. cap. 53. num. 4. & seqq. tom. 1.* Fusch. *de visit. c. 14. n.6. lib.6.* Barbos. *alleg. 22. num.8.* nec sine licentia S. Congregationis Rituum retineri possunt, quæ sub die 27. Sept. 1608. concessit tintinnabulum cuidam Oratorio. Prohibetur quippè in Oratorijs priuatis campana publica, Dec. *d. cons 145. n. 1.* Abb. *in cap. Inter dilectos n. 8. de decimis.* Solũ igitur iis permittitur vsus tintinnabuli, nec

quidem

quidem publicus, sed priuatus, Abb. *in cap. patentibus nu. 2. de priuileg.*

18 Nequeuntque de iure in sui Oratotijs festa solemniter celebrari facere, Nicol. *v. Festam n. 5. in fin.* Barbos. *in collect. d. v. Confraternitas* §. 2. *& de iur. Eccles. c. 11. num. 105. lib. 5.*

19 Celebratio verò anniuersariorum Confraternitatibus regulariter non permittitur, nisi duntaxat in die commemorationis Omnium Defunctorum, nō autem in tertio, & trigesimo die, quod propriè spectat ad Parochum. Et quatenus per eatum Capellanum anniuersarium aliquod celebretur, mortuaria tamen ad illum non spectant, sed ad Parochum, Mantic. *dec.* 298. Sicuti etiam eleemosynæ, quæ fiunt in Oratorio, destribuendæ sunt per Parochum, Caualcan. *de contract. dec.* 17. alias 63. *num.* 69. Mar. Anton. *var. resol. cap.* 112. *num.* 4. *&* 9.

Et quoniam viu probatum est leges egregias, & exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic Oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, Magistratuum auaritia Calpurnia scita pepererunt, verba sunt Poeti Thraseæ apud Tacitum *lib. 5. annal.* Ideò producamus S. Congregationis super Episcopis decreta, quibus Sodalitatum eiusmodi penè abusus coercentur. Cum igitur S. Congregationi super negotijs, & Consultationibus Episcoporum D. Episcopus Bergomensis difficultates quasdam & dubia proposuerit, quæ partim nunc intercedunt, partim videtur intercedere posse inter ipsum Episcopum, & Confratres Ciuitatis, ac diœcesis Bergomensis, etiam vnitos, & aggregatos Archiconfraternitatibus almæ huius Vrbis, eadem S. Congregatio ad singula capita earundem controuersiarum, seu dubiarum quæstionum respondens, ita declarauit, censuit, & decreuit, vt hic inferiùs explicatur.

20 Primò. *Se essi Confratri, e disciplinati, non ostante qualsiuoglia pretesa esentione, siano sottoposti alla giuridittione Ordinaria, così in esser visitati, come in qualunque altra attione, spetante al culto diuino, & alla salute dell'anime, conforme al Sagro Concilio Tridentino sess. 22. cap. 8. & al Concilio Prouinciale Milanese 2. tit. qua ad bona, & iura Ecclesiæ, piorumque locorum pertinent, decreto 22.*

21 *Seruentur decreta S. Concilij Tridentini, & Concilij Prouincialis Mediolanensis in hoc articulo allegata de Iurisdictione Ordinarij, & illius visitatione in huiusmodi Oratorijs, & societatibus, & super sodalibus Confratriarum.*

22 Secundò. *Se sij lecito ad essi Confratri publicare qualsiuoglia Indulgenza senza licenza dell'Ordinario contro il Concilio Tridentino sess. 21. cap. 9. & al Concilio 5. Prouinciale Milanese p. 1. tit. de Indul. & Sacr. reliq. e contro la Bolla di Pio IV. sub datum Romæ 7. Calend. Maij anno secundo, & all'altra 13. calendas Octobris anno 3. e a quella di Gregorio XIII. 6. Calendas Aprilis anno 4.*

23 *Indulgentias solis Confratribus concessas, semel ab Ordinario visas, & publicatas, poterunt sodales sibi & inter se, quoties velint, sine alia noua Ordinarij licentia publicare. Alias verò Indulgentias omnibus Christi fidelibus in eorum Ecclesia concessas non debent publicare sine singulari Ordinarij licentia, quoties huiusmodi publicatio erit facienda, vt diuini cultus ordini, ac decori, ac Christi fidelium spirituali vtilitati, ac deuotionis augumento rectius consulatur.*

24 Tertiò. *Se i Cappellani di essi Confratri debbano essere approuati dall'Ordinario conforme il Concilio Milanese 1. p. 2. tit. quæ pertinent ad Sacramenti Pœnitentiæ administrat. & Concil. 4. p. 2. eod. tit.*

25 *Capellani societatis, alij non sint vlli, nisi approbati ab Ordinario, etiam iuxta decreta Conciliorum Prouincialium Mediolanensium.*

26 Quartò. *Se possano assoluere dà casi riseruati da esso Ordinario contro il decreto del Concilio di Trento sess. 14. cap. 7. & il Concilio 5. Prouinciale Milanese, tit. quæ pertinent ad sacr. panit. adm.*

27 *Capellani, seu Confessores societatis non possunt absoluere sodales, aut alios in casibus Ordinario reseruatis, sine eius licentia, nisi eis sit indultum per priuilegia Sedis Apostolicæ, quæ tenentur Ordinario edere, vt ei de huiusmodi facultate Apostolica constare possit.*

28 Quintò. *In che modo possano i detti Cappellani assoluere dà casi riseruati nella Bolla in Cœna Domini.*

Confessores societatum hoc ferè semper habere solent in priuilegijs Apostolicis, vt sodales in ingressu in societatem, & in mortis articulo possint absoluere à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, etiam in Bulla in die Cœnæ Domini legi solita contentis. Sed de huiusmodi, vel alia simili facultate Apostolica Ordinarius debet certior semel fieri ex lectura huiusmodi priuilegiorum, priusquam Confessores ea vtantur. 29

Sextò. *Se possano i detti Confratri conseruare nel loro Oratorio il Santissimo Sacramento dell'Eucarestia.* 30

Nisi Ecclesia societatis sit Parochialis, vel id societati priuilegio Apostolico, de quo Ordinario constet, sit expressè indultum, non possunt sodales huiusmodi in suo Oratorio Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum conseruare, quod in Ecclesia parochiali conseruari debet. 31

Septimò. *Se i detti Confratri possano esporre il Santissimo Sacramento dell'Eucharestia senza licenza dell'Ordinario contro il Concilio IV. prouinciale Milanese p. 2. tit. quæ ad sanctis. Euch. sacr. pert.* 32

Sacra Congregatio censuit, in hoc articulo seruandum esse decretum Concilij Prouincialis Mediolanensis, nec sine licentia Ordinarij in Oratorio societatis palam esse proponendum Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, nisi Ordinario constet priuilegio Apostolico, id esse societati indultum, cuius priuilegij formam Ordinarius faciet seruare. 33

Octauò. *Se, douendosi esporre il Santissimo Sacramento con la sudetta licenza dell'Ordinario, possano i detti Confratri metter fuori tauole, bacile, nè altro vaso per raccogliere elemosine, ma solamente le loro cassette serrate con chiaui, conforme al Concilio 4. Milanese tit. quæ ad sanctis. Euchar. Sacram. pert. vers. Nec verò.* 34

Seruetur Concilium Prouinciale Mediolanense de eleemosynarum collectione, eiusque modò & forma in hac sacra actione Sanctissimi Sacramenti altaris palàm propositi. 35

Nonò. *Se, non seruandosi hospitalità, per ragione della quale espongono le dette cassette, possono tenerle in modo alcuno contro il Concilio di Trento sess. 25. c. 6.* 36

Si priuilegio Apostolico facultas Eleemosynas quæritandi non sit societati indulta, id non nisi ex Ordinarij licentia fieri debet, & secundum modum ab eo præscribendum. 37

Decimò. *Se possano far queste di sorte alcuna contro il Concilio di Trento sess. 21. cap. 9. & alla detta Bolla di Pio IV. sub datum Romæ 13. cal. Octobris anno eius 3.* 38

Seruentur decreta S. Concilij Tridentini, & litera Apostolicæ fel. rec. Pij IV. de quæst. Eleemosynarum prohibit. 39

Vndecimò. *Se possano senza licenza dell'Ordinario in scritto, & interuento del Rettore della lor Parochiale portare in processione il Santissimo Sacramento.* 40

Licèt Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in processionibus sine interuentu Rectoris Ecclesiæ parochialis, & licentia Ordinarij non videntur deferendum, non debet tamen Ordinarius negare licentiam id faciendi, quod aliquo priuilegio Apostolico concessum reppererit. Verùm Ordinarius prouideat, vt Sanctissimum Sacramentum reuerenter, & honorificè de more deferatur. 41

Duodecimò. *Se possano i Capellani di detti Confratri communicare altre persone, che i medesimi Confratri per gl'inconuenienti, che nascano.* 42

Tametsi nullus debeat Sacramenta Christi fidelibus ministrare, nisi ad id admissus fuerit, & secundùm suæ admissionis limites; rectè tamen faciet Ordinarius, si ad augendam Christi fidelium deuotionem permittat Capellano societatis in illius Oratorio extra tempus paschale, non solùm sodales, sed alias quascunque personas deuotas, sibi notas, communicare, nisi lateat aliquod magnum periculum, vel impedimentum. 43

Decimotertiò. *Se possano i Capellani di detti confratri essercitare alcun'atto di cura d'anime senza licenza del Rettore della Parochiale.* 44

Obseruetur illud, quod aliàs per literas huius sacræ Congregationis decretum fuit de cura animarum per capellanum societatis sine licentia Rectoris Parochialis non exercenda. 45

Decimoquartò. *Se hauendo priuilegi di sepellire ne' loro Oratorij, possano sepellire alcuno, che di sei mesi innanzi la morte non sia stato accettato nella Compagnia conforme al Concilio V. Prouinciale Milanese par. 3. tit. Quæ ad schol. & Confr. vers. Ne in Confratriarum. E che in articolo mortis non si habbia eletto la Sepoltura in* 46

CONSVLTATIO LXX.

1 *Vir quidam laicus, & quadam mulier aliàs contraxerunt matrimonium inter se per verba de præsenti per mandatum Procuræ ab hinc decem annis, à quo tempore illud non consumarunt, neque consumare intendunt. Tum quod dicta mulier vi, & metu ad id inducta fuerit, tum quod inter dictos graues dissensiones ortæ fuerint, & de præsenti vigeant; vnde si dictum matrimonium fieret, neces inter eos, & scandala magna inter eorum consanguineos probabiliter timeri possent, & fierent. Ad tollendum igitur omnes inconuenientes, quod modò inde, & in futurum posset nasci, quæritur, an sit cum eis dispensandum ad effectum remanendi in eo, quo ante præmissa erant, statu?*

1 RESpondeo. Cùm metus cadens in constantem virum, vel mulierem non fuerit purgatus copula spontanea ex affectu coniugali, vel diutina cohabitatione etiam spontanea, quæ talis non est, dum non cessat metus, quantumcunque temporis interuallum distet, & quandiù censeatur causa metus durare, vel ijs actibus, qui sunt indicia sufficientia consensus, vt, si omninò cessante metu se amplexabantur, vti coniuges, vel se tales affectu maritali appellabant, dicendum est, hunc contractum matrimonii esse nullum, quia defecit consensus ad matrimonium necessarius. Quod etiam habet locum in constitutione Procuratoris ad matrimonium, cùm in ea includatur constituentis consensus ad matrimonium, cuius virtute operaturus est postea, & contracturus procurator constitutus. Quare, si per hos actus præsens matrimonium non fuerit ratificatum, non solùm petita dispensatio concedenda videtur in forma tamen commissaria, sed etiam irritum declarandum. Ita elicio ex Sanchez *de matr. lib. 4. disp.* 18. Pontio *eo tract. lib. 4. cap.* 14. & ante eos ex Couarruuia, censuitque S. Congregatio Concilii in Platensi matrimonii 28. Iulii 1662. *ad sess. 24. de refor. matr. c. 5. & cap. 1. & 9.*

CONSVLTATIO LXXI.

Quidam à Confraternitate laicali authoritate Ordinarij erecta accepit ad lucrum mille oues cum solutione annua ducatorum septem pro centenario, eas in fine restituendo in eodem numero, & qualitate. Nunc à Communitate seculari cogitur, vt dictas oues in Catastrum referat, ac pro illis tanquam proprijs soluat omnia onera, & pascua, quæ ab alijs ciuilibus soluuntur. Ideò queritur

Primò, an Communitas possit eum cogere, vt dictas oues ponat in Catastro, cùm sint loci pij?

Secundò, an pariter possit illum cogere ad soluendum omnia onera, quæ à ciuilibus ob propria animalia soluuntur?

Tertiò, an etiam possit vendere pascua communia in præiudicium Ecclesiarum, piorumque locorum? Et

Quartò, an quoque possit illum adstringere ad solutionem pascuorum, quæ dictis ouibus necessaria sint? Vbi alia obiter.

1 QVamquam disputatum sit, vtrum istæ Confraternitates haberent fauorem piæ causæ, & non illis relictum, dicatur relictum ad pias causas, vt notat Tiraquel. *in prf. tract. de priuil. piæ causæ.* Nam ad pias causas videri relictum dixit Petrus Perusin. *de quart. Canon.* Pancirol. *cons.* 31. *& cons.* 32. Paul. Castr. *cons. 5. lib.* 2. Io. Andr. *ad cap. Ioannes, de testam.* & alij. Sed in contraria sententia sunt Bald. *ad l. Illud col. 2. vers. Quod de eo, C. de Sacros. Eccles.* Idipsum notat *ad auth. hoc ius porrectum, eod. tit. & ad l. Id quod pauperibus de Episc. & Cler.* Imol. & Panor. *ad cap. Offic. de test.* & alii citati per Tiraquel. prædicto loco, vbi aiunt, quod fraternitas non dicitur propriè pium collegium per *d. textum, l. Illud, v. nullus.* Siquidem postquam Iustinianus statuit donationes etiam vltra quingentos aureos valere sine insinuatione factas Ecclesiæ, xenodochio, nosocomio, orphanotrophio, ptochotrophio, gerontocomio, brephotrophio, vel pauperibus, adiicit clausulam, *Nulli danda licentia quacunque alia causa, quasi pietatis iure subnixa præter eas, quas specialiter exposuimus, introducenda veterum scita super insinuandis donationibus p.r mutare.* Disputat & Alexander *cons. 102. vol. 7. per lib.* 1. *§. quibus quod cuiusque vniu. nom.* quod corpus fraternitatum potest res suas vendere, quia non est pium collegium, sed omninò profanum, & seculare, & non priuilegiatum. Vndè potest omninò disponere de bonis suis, sicut cætera collegia secularia. Bartolus etiam *ad l. Cum senatus, de reb. dub. & ad leg. fin. de colleg. illic.* concludit, quod huiusmodi fraternitates debent conueniri coram Iudice seculari, vt & Baldus *ad l. Si qui ad declinandum, C. de Episcop. & Cler.* dum tractat, an de relicto facto fraternitati disciplinatorum S. Dominici possit detrahi ab Episcopo quarta, quæ non detrahatur de relicto, etiam pio loco, nisi & is sit religiosus, nec de legato facto hospitali priuato iuxta Alexandrum *lib. cons.* 130. Requiritur enim, vt fiat pro anima, & opus sit pium, & pro loco relinquatur, *cap. fin. de testam.* quod non videtur comprobari in fraternitatibus. Cæterùm hic animaduertendum est cum Alexandro *d. cons. 102. num. 2. & seqq. vol. 7.* quæ sint fraternitates, & num bona illarum consueuerint, vel debeant distribui in pios vsus, & num fuerint institutæ propter pietatem seruandam, & propter opera pietatis, & charitatis exercenda, de quibus constare poterit ex priuilegiis, & concessionibus factis ab Episcopis, per quas appareat, eas fraternitates habere loca erecta cum authoritate Episcopi, ad diuinum cultum, & ad pietatem ibi seruandam. Subinde si habeant proprium templum, tunc deberetur ex illorum relictis quarta Episcopo, vt ait ibidem Alexander; alioquin minimè. Nam debetur de relictis Ecclesiæ *cap. Requisiuisti de testam.* & personis, & non loco relictum videtur, Panorm. *& Imola ad d. cap. Officij eod. tit.* licèt ibi Barbatia teneat contrarium, & *consil. 1. in 4. vol.* super quo distinguit Petr. de Perus. *de tr. de Canon. Episcop. lib. 1. q. 14.* quia fraternitas alioquin non est de iurisdictione Episcopi, cum Episcopus in eam non exerceat iurisdictionem, nec sint loca sacra, vel religiosa, vel Ecclesiastica, quibusque Ecclesiæ non possunt accedere vel alia iura spiritualia, *Clem. Per literas, de præb.* facitque *cap. Sacrosancta, & cap. Massana de elect.* Doctores *ad Clem. Quia contingit, de relig. domib.* & notat Rebuff. *tom. 2. comment. in Constit. Regias, tr. de confratr. siue artific. conuentib. & colleg.*

2 Nihilominùs tenendum est tanquam certum, eiusmodi Confraternitates esse merè laicales, quando non sunt erectæ authoritate Episcopi, quod nec distinguuntur aliquo signo Religionis; secus verò si sint institutæ authoritate Episcopi ad aliquod pium opus, vt puta venerationis Sanctissimi Sacramenti, Rosarij &c. habentes Ecclesiam, vel Oratoria, aliaue Ecclesiastica signa. Ita magistraliter Rota in Romana beneficiatus S. Laurentii in Damaso 7. Febr. 1628. coram Durano *p. 3. diu. dec.* 144. *n.* 1. & coram Certo in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. ac sæpè alibi. Quare ad ea, quæ proponuntur.

3 Respondeo negatiuè. Ratio manifesta, & inconcessa est, quia sunt res Ecclesiasticæ, atque adeò immunes ab oneribus, & à iurisdictione laica. Et ita etiam declarauit S. Congregatio Immunitatis in vna Montis Casini die 23. Augusti 1667. Donantur enim huiusmodi res

Deo

Deo ad pios vsus, ac proinde sunt extra commercium hominum *l. 1. de rer. diu. §. Nullius, Instit. eod. tit.* vbi dicuntur in nullius bonis esse, facitque *l. Inter stipulantem, §. sacram. de verb. oblig.* & *Instit. de inutil. stipul.* Item *l. seruitutes, §. fin. ff. de seruit. l. Caueri, ff. commun. præd.* Ita etiam iure Canonico asseritur, quod omne, quod offertur Ecclesiæ Sanctum Sanctorum efficiatur Domino, & ad ius pertineat Sacerdotum, *c. Nulli 12. q. 2. cap. Qui abstulerit, ead. cauſ. & quæst.* quod & tradit Glos. *in cap. Cauſa Carpensis, de verb. signif.* Vnde quod bona Hospitalium, & Confraternitatum potiantur ijsdem priuilegijs, ac bona Ecclesiastica, declarauit Sac. Congregatio Episcoporum in Barensi 30. Iunij 1617.

4 Hinc Priores Confraternitatum, & Administratores Capellaniarum fundatarum authoritate Episcopi, quarum redditus conuerti debent in celebrationem Missarum, aliorumque diuinorum officiorum, ac piorum operum, quamuis sint laici, quoad administrationem talium redditum sunt conueniendi in foro Ecclesiastico, vt declarauit S. Congregatio Immunitatis die 4. Septembris 1668. in Carinolensi.

5 Episcopus verò non potest prohibere Confraternitatibus laicorum, erectis auctoritate ordinaria, ne faciant expensas extraordinarias excedentes summa scutorum viginti sine sua licentia, quemadmodum declarauit S. Congregatio Concilij in Vrbinatensi 10. Martij 1663. *ad cap. 9 sess. 22. de ref.* Non enim Episcopus potest se ingerere in administrationem bonorum Confraternitatum laicorum, dum illa non dilapidant ex S. Congregatione super Episcopis in Castellanatensi 14. Nouembris 1603.

6 Nec laicorum Confraternitates, quæ ad formam Gregorianæ Constitutionis tenentur subuenire pauperibus monasterijs Monialium, possunt compelli, sed hortari tantùm ad Episcopo ad præstandam annuam subuentionem dictis pauperibus monasterijs iuxta annuam indigentiam eorundem. Nec quia Eleemosynæ ab ipsis Confraternitatibus distribuendæ in victum, & alimenta pauperum, de quibus loquitur dicta Constitutio, sunt tenuissimæ, eædem Confraternitates possunt compelli ad subueniendum pauperibus monasterijs ex aliis redditibus, qui supersunt necessitatibus earundem Confraternitatum. Ita etiam censuit eadem S. Congregatio Concilii in dicta Vrbinatensi 10. Martii 1663. ad *d. cap. 9. sess. 22. de ref.*

CONSVLTATIO LXXII.

1 *An milites S. Iacobi de Spatha, Calatraua, & Alcantaræ, qui emittunt tria vota castitatis coniugalis, paupertatis, & obedientiæ, ac professionem solemnem, gaudere debent priuilegio fori quoad personas, & immunitate ab oneribus, quoad bona? Vbi quid de Equitibus Hierosolymitanis, S. Stephani, militia Christi, S. Mauritij, & Portugalliæ?*

1 CErtant sententiæ. Prima est, eiusmodi milites non esse personas Ecclesiasticas, nec priuilegio aliquo Ecclesiasticorum gaudere, sed esse merè seculares. Huius sententiæ sunt Sarmiento de *reddit. Eccles. p. 1. mon. 55.* Lassart. *de gabell.* siue Alcala, vel decima *vendit. cap. 19. num. 92.* Montalu. *in lib. 8. glos. 1. tit. 1. lib. 2. form.* Pueron. *ad Bull. Can. cap. 15. num. 26. §. Magis tamen.*

2 Secunda sententia vult, quod nec ex toto laici, nec ex toto Ecclesiastici, & Religiosi sint, magisque participent de natura, & conditione laicorum, quàm Religiosorum, Couarruuias referens Sotum *in 4. d. 2. p. c. 3. §. 1. num. 18.* Gregorius Lopez *lib. 1. tit. 7. p. 1. in glos. mag.* Auendan. *de exeq. man. cap. 26. num. 11.* Bellug. *in specul. Princip. cap. 1. rubr. 7. num. 7.* Molin. *de hispan. primog. lib. 1. cap. 13. n. 98.* Azeued. *l. 14. tit. 5. lib. 3. recopil. hispan. n. 3.*

Tertia sententia defendit, quod verè sint Religiosi, ac personæ Ecclesiasticæ, canonis, & fori, ac aliis quibusuis Ecclesiasticis priuilegiis gaudentes. Hanc sententiam tuentur Nauar. pluribus in locis, præsertim *de redditib. Eccles. cap. 3. monit. 55. quæst. 1. & per tot.* Menoch. *contr. illustr. lib. 3. cap. 105. num. 49. 50. & de success. creat. lib. 3. §. 30. num. 302. & seq.* Didac. Perez *l. 10. tit. 11. lib. 4. ord. Reg. Hispan. glos. v. hijos dalgo col. 1. in fin.* Gregor. Lopez *l. 1. glos. 1. tit. 7. p. 1.* & istam pro militibus de Alcantara canonizauit Rota *diu. impres. dec. 266. p. 2. num. 2.* & extat consilium Fortunat. Garz. pro militibus S. Iacobi, vbi hæc opinio latè discutitur, ac pro omnibus Delbene *de Immun. cap. 1. dub. 11. sect. 1. per tot.* 3

Vltima fuit eorum, qui voluerunt, quod, quicquid sit de aliis militibus, tamen milites de Calatraua sint verè Religiosi, ac personæ Ecclesiasticæ, omnibus Religiosorum & Ecclesiasticorum priuilegiis gaudentes sub regula Cistercensium militantes, & eam profitentes. Ita Oltrad. *cons. 300. in princip.* & Gregor. Lopez vbi super *ver. De alijs verò Ordinibus*, & extat celebre consilium Burgos. de Paz 17. per *tot.* Anton. Gomez *in l. Si Taur. num. 68.* Ioan. Gutier. *pract. quæst. lib. 2. q. 111. num. 2.* Azeued. vbi supra. Videndus Diana *p. 1. resol. 49. & p. 4. resol. 86.* 4

Tenendum tamen est, eiusmodi Milites connumerandos esse inter personas Ecclesiasticas, si & quatenus professionem expressam emiserint. Atque ita declarauit sæpius S. Congregatio Immunitatis, præsertim in Reatina die 5. Martii 1652. pro Michaele Vincentio Equite S. Iacobi. Quibus adiicio has declarationes. 5

Equites Hierosolymitani gaudent immunitate iuxta eorum priuilegia S. Congreg. Immun. in Nouariensi 28. Martij 1626. 6

Gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus, eadem S. Congreg. in Tudertina 19. Ianuarij 1638. 7

Gaudent immunitate à collectis, & gabellis, exceptis ijs, in quibus comprehenduntur à Sede Apostolica, ead. S. Congreg. in Anconitana 13. Iulij 1637. 8

Nouitij huius Religionis gaudent priuilegio fori ead. S. Congr. in Melsten. 12. Ianuarij 1649. 9

Non comprehenduntur in contributionibus, nisi fuerint in specie expressi ead. S. Congreg. in Cæsaraugustana 20. Iunij 1671. 10

Equites S. Stephani gaudent immunitate à collectis, & alijs oneribus, ead. S. Congr. in Mantuana 27. Nouembris 1626. & 19. Aprilis 1627. 11

Gaudent exemptione à quibusuis impositionibus ead. S. Congr. in Vrbeuetana 24. Ianuarij 1646. 12

Equites militiæ Christi gaudent exemptionibus in eorum priuilegijs expressis, & à Sede Apostolica confirmatis, ead. S. Congr. in Reatina 10. Februarij 1632. 13

Gaudent priuilegio fori, ead. S. Congr. in Assisien. 28. Februarij 1640. 14

Eximuntur à represalijs, ead. S. Congr. in Anagnina 11. Februarii 1648. 15

In eorum erectione non requiritur, exequatur Regium, sed sufficit auctoritas Apostolica, ead. S. Congr. in Salernitana 11. Iunii 1627. 16

Equites S. Mauritii gaudent immunitate pro bonis patrimonialibus, ead. S. Congr. in Assisien. 13. Augusti 1629 17

Gaudent immunitate quoad bona Commendæ, ead. S. Congr. in Camerinensi 13. Augusti 1647. 18

Gaudent immunitate ab oneribus, ead. S. Congreg. in Tudertina 7. Maii 1651. 19

Gaudent priuilegio fori, ead. S. Congr. in Neapolitana 10. Septembris 1629. 20

Equites Portugalliæ gaudent priuilegio fori, & exemptione Ecclesiastica, ead. S. Congreg. in Tudertina 12. Nouembris 1647. 21



CON-

CONSVLTATIO LXXIII.

1 *An Milites regulares sint capaces pensionum Ecclesiasticarum? Et*

2 *An per exercitium iurisdictionis secularis absque tamen sententia sanguinis pensionem amittant?*

3 *Et quid si sententiam sanguinis cum effectu pronunciauerint?*

4 *Quidue si damnatus ad mortem, veniret in potestatem Curiæ, & Morte afficeretur?*

1 AD I. Affirmatiuè respondendum est; quia, licèt non sint Clerici, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, vt in proxima Consultatione probauimus. Et declarauit S.Congregatio Concilij die 10. Decembris 1600. *Sacra Congregatio Concily censuit, milites Regulares militia S.Iacobi, & Spatha, aliosque huiusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientia esse capaces beneficiorum secularium, siue simplicium, siue curatorum, ac etiam pensionum.*

2 Ad 2. Respondetur negatiuè; quia communis sententia tenet, quod irregularitas non habeat locum, quando effectus non sequatur; nam fundamentum huius irregularitatis est homicidium; siquidem homicidium, licèt iustum, infert defectum lenitatis. Si ergo deficit fundamentum, non habet locum irregularitas. Vndè neque habet locum irregularitas ex delicto ob homicidium, nisi sequatur effectus. Et ita docent Hostien. *in cap. Significasti, de homic.* vbi Socin. *num.*4. Syluester. *v. Homicidium num.*3. *quæst.*2. Nauar. *in man. cap.*27. *nu.*11. Sayr. *lib.*7. *de censur. cap.*16. *num.*4. *in fin. & num.*5. Henriq. *lib.*14. *Sum. cap.*12. *num.*1. Suar. *disp.*47. *de censur. sect.*1. *num.*7. Villalob. *p.*1. *sum. tr.*21. *diffic.*25. *num.*2. Coninch. *de censur. disp.*18. *de irregul. dub.*10. *num.*92. Auil. *de censur. p.*7. *disp.*5. *sect.*2. *dub.*1. Gasp. Hurtad. *de censur. disp.* 2. *de irregul. diffic.*11. *n.*38. Machad. *to.*1. *de perfect. confess. lib.*1. *p.*4. *tr.*18. *dec.*5. *n.*1. & communiter Doctores *in cap. Sententiam sanguinis, ne Cler. vel Monach. & in c. Ad audientiam de homicid.*

3 Quin etiamsi esset Clericus, & non solùm dictasset sententiam sanguinis, sed etiam esset verus homicida, non idcircò pensione priuaretur; quia Doctores, & iura agentia de hac materia semper loquuntur de beneficijs Ecclesiasticis, non de pensionibus reseruatis super prouentibus beneficiorum. Certùm est autem in materia odiosa, qualis est causa priuationis, appellatione beneficiorum non venire pensiones, Crescent. *dec.*296. aliàs *dec.*14. *tit. de re iud.* Pegn. *dec.*311. *num.*39. *& seq.* Vndè neque in constitutione pœnali priuante, vel inhabilitante contineri pensionem nomine beneficij, tenent expressè Nauar. *cons.*12. *n.*15. *de rescript.* & Gonzal. *glos.*5. §.5. *num.*26. & declarauit S.Congregatio Concilij in sequenti declaratione.

4 *Proposito dubio, an homicida voluntarius, eiusque socius possit obtinere, & obtentas retinere pensiones absque dispensatione, non obstante cap.*7. *sess.*14. *quod de beneficiis tantùm loquitur? Die* 11. *Iulii* 1577. *Sacra Congregatio Concilii omnium sententiis censuit dicto cap.*7. *non comprehendi pensiones. Tamen faciendum verbum cum Sanctissimo, & in memoriam reuocandum, quod Cancellaria in Bullis dicit: cum retentione quorumcumque beneficiorum aliàs compatibilium, & pensionum. Referentibus die* 19. *Iulii* 1577. *Cardinalibus Morono, & Alciato, Sanctitas sua non habuit pro bono argumento, quod Cancellaria ita exprimat; idenim fit ad maiorem declarationem. Tamen dixit, in materia fauorabili, vt illa priuilegii fori, appellatione beneficii venire pensionem, non autem in materia odiosa. Die* 8. *Augusti* 1577. *Congregatio generalis, cùm hæc essent relata, dixit, seruandam esse hanc distinctionem, & ita rescribendum.*

5 Quod præcipuè procedit in huiusmodi Militibus, vt decidit Rota in Titasonensi pensionis coram Seraphino 11. Decembris 1570. ea ratione, quia milites regulares non comprehenduntur in odiosis.

6 Quo verò ad priuilegium fori Sanctissimus audita relatione Congregationis die 18. Decembris 1576. declarauit, pensionarium censeri beneficiatum ad effectum gaudendi priuilegio fori Ecclesiastici, de quo Concilium loquitur; idque duabus rationibus. Primò, quia Cancellaria habet pensionarium pro beneficiato, vndè vult exprimi in Bullis pensiones, sicut beneficia. Secundò, quia Pius V. constitutione sua coegit pensionarium ad recitandum Officium, saltem B. Mariæ. Quare postea S. Congregatio consulta, an Clericus primæ tonsuræ, qui in habitu incedit, habetque tanquam Clericus pensionem, sed non beneficium, nec Ecclesiæ iussu Episcopi deseruit, gaudeat priuilegio fori, censuit, gaudere ad instar obtinentium beneficium. Quamuis non desint, qui affirment in pœna priuationis beneficiorum, vel inhabilitatis ad beneficia lata ex ipso iure contineri pensiones, quia dicunt nomine beneficiorum veniunt etiam pensiones, Gloss. *in Clem.*2. *v. Quodcumque de vit. & honest. Cler. & in cap. Quicumque §. Heretici v. Beneficium de heret. in* 6. Et quod licèt priuatus, vel inhabilitatus per sententiam hominis quo ad beneficia, non censeatur inhabilis quo ad pensiones, tamen secùs in priuato, seu facto inhabili à iure, seu per legem pœnalem quoad beneficia, quia hæc pœna continet pensiones, & sententia hominis est stricti iuris. Idque tenent Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.*123. cum Rota, Sarnensi, Crescentio, & Parisio, traditque Farinac. *de heres. quæst.*191. §.2. *num.* 60. & sequitur Castropal. *tom.*2. *de relig. tr.*13. *de benef. disp.*7. *pun.*11. §.3. *num.*6. vbi probabiliorem, & stylo Curiæ receptam asserunt. Alij verò putant tunc contineri pensiones, quando lex pœnalis vtitur particula vniuersali beneficijs quibuscumque, ita Sanch. *in decal. lib.*2. *c.* 28. *n.*36. vbi plures adducit. At nihilominùs non est recidendum à citato decreto S.Congregationis cum approbatione Sanctissimi.

7 Ad 3. Videtur effici irregularis; quia tunc ponitur effectus, atque adeò irregularitas. Verùm existimo, quod neque tunc fiat irregularis, si pro inferenda morte sit necessarius nouus processus, & noua sententia. Tunc enim mors non infertur ex vi prioris sententiæ, quæ se non habet in genere efficientis respectu mortis, sed in genere obiecti qualificantis reum, & reddentis dignum morte. Idem quoque censeo, si per sententiam damnatus ad mortem contingat, tanquam proscriptus, ab aliquo interfici; quia non potest licitè interfici ab aliquo, tanquam ministro iustitiæ, nisi vltra sententiam, qua adiudicatus fuit morti, sequatur etiam sententia proscriptionis, & solùm in virtute huius proscriptionis interfici potest.

CONSVLTATIO LXXIV.

An in funere, cui Capitulum Cathedrale interest, possint Regulares suam erigere Crucem?

1 NEgatiuè, sed omnes incedere debent sub Cruce Cathedralis, quæ omnium matrix est, & præ omnibus debet honorari, vt notant Gemin. *in cap. Qui omnis, §. Quamquam not.*3. *de preb. in* 6. Felin. *in cap. Postulasti, de rescript. & in cap. meminimus, de accusat.* Chassan. *in Catal. glor. mundi p.*4. *consid.*32. *ver. Sed intellige*, Boet. *tr. de auctor. Magn. Consil. num.* 15. *in fin.* Atque ita censuit S. Rituum Congregatio in Andriensi die 12. Nouembris, & in Pisaurensi die 22. Martij 1631. & Aretina 1664. Idque competere etiam Ecclesiæ Collegiali censeo; nam est dignior, ac proinde debet præcedere, *l. Omnes, C. vt dignit. ordo seru.* & tradant Glors. §. *Aliam instit. de bonor. possess. & in l. Quisquis, C. de postul. & in cap. Licèt* 2. *d.*45. Lara *de alim. num.*24. *& in l. honor*, §. *gerendorum, ff. de mun. & honor.* Dec. *in l. Cum quod n.* 7. *ff. si certum pet.* & alii passim, resoluitque Eadem Sac. Congregatio die 14. Maii 1644. *Sacra, &c. censuit, ac declarauit in funeribus vnicam Crucem adhibendam esse illius* Eccle-

Ecclesiæ, ad quam cadauer defertur, nisi Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ funeri interfuerit; quo casu Crux Capitularis priuatiuè adhibenda est.

8 An autem, si fauore Regularium concurrat immemorabilis consuetudo circa delationem propriæ Crucis, ipsis suffragetur, affirmat, relatis declarationibus eiusdem Sacr. Congregationis Passerinus *de homin. stat. quæst.* 187. *art.* 4. *num.* 185. cum *seqq. tom.* 2. Non grauabor tamen adducere quædam decreta eiusdem Sacræ Rituum Congregationis, quæ huc spectant, suntque huiusmodi.

1 *An Parochus, & Clerici parochiali Ecclesiæ Matrici addicti sint præferendi Capitulo, & Canonicis Collegiatæ?*

2 *An Parochus vti Protonotarius, possit vti almutio?*

3 *An Parochus Protonotarius Apostolicus possit vti habitu prælatitio in processionibus, & functionibus Ecclesiasticis?*

4 *An Capitulum quamuis non inuitatum interesse possit generalibus processionibus?*

5 *An Parochus Matricis Ecclesiæ possit ad suum libitum inchoare generales processiones, non expectatis Canonicis Collegiatæ, vel potius eligenda sit conueniens hora?*

6 *An decreta aliàs per dictam Sac. Congregationem emanata, quod Capitulum Collegiatæ in omnibus sit præferendum Archipresbytero Matricis Ecclesiæ, quamuis Archipresbyteralis Ecclesia sit vnica parochialis, & Collegiata animarum cura penitus careat, & cum Capitulum inuitatum fuerit ad leuanda funera, debeant omnes tam seculares, quàm Regulares conuenire in Ecclesiam Collegiatam, & sub vnica Cruce Capituli incedere, debeant seruari, etiam in processionibus generalibus, in quibus inceditur, etiam sub Cruce parochiali, & nullum afferi potest præiudicium iuribus parochialibus, & Parocho? Et quis debeat facere functiones benedicendi campis & maledicendi animalia, & à quo debeat præscribi, & intimari hora huiusmodi processionum?*

7 *An Archipresbyter in propria Parochia assistens tàm in Vesperis, & Missis decantatis, quàm in Concionibus, vti possit habitu Protonotarij?*

8 *An dum Capitulum fuerit inuitatum ad funus, & illud renuat Parochus leuare, possit idem Capitulum ab hæredibus requisitum illud leuare, præuia tamen protestatione Parocho facienda?*

9 *An Capitulum Collegiatæ, dum non habet ius funerandi, & corpus est sepeliendum in eius Ecclesia ex electione defuncti, possit erigere Crucem intra limites Parochiæ, cuius iurisdictio, & territorium spectat ad Archipresbyterum?*

10 *An Officium faciendum in Ecclesia Archipresbyterali circa funus ad eandem delatum pro sepultura, spectet ad Archipresbyterum, & Capitulum, postquam illud associauit ad portam Ecclesiæ teneatur recedere?*

11 *An Officium faciendum in Collegiata circa funus ad eandem delatum pro sepultura spectet ad Parochum, vel potius ad Dignitatem Collegiatæ.*

Sacra Rituum Congregatio ad 1. *respondit Anno* 1666. *mense Augusti, Capitulum, & Canonicos Parocho Matricis Ecclesiæ in omnibus esse præferendos.*

Ad 2. *Non posse.*

Ad 3. *Non posse vti habitu prælatitio in processionibus, & functionibus Ecclesiasticis.*

Ad 4. *Non solùm posse, sed etiam esse laudandum.*

Ad 5. *Non posse, sed spectare ad Collegiatam, & indicenda est hora conueniens.*

Ad 6. *Affirmatiuè. Et functiones benedicendi spectare ad Parochum, & hora debet præscribi, & intimari à prima Dignitate Collegiatæ.*

Ad 7. *Posse.*

Ad 8. *Posse, requisito, & expectato Parocho, & renuente venire.*

Ad 9. *Posse.*

Ad 10. *Spectare ad Archipresbyterum, Capitulum verò posse expectare, vel recedere.*

Ad 11. *Spectare ad Dignitatem viri in propria Ecclesia.*

CONSVLTATIO LXXV.

Pater instituit suum filium hæredem sub hac conditione; dummodò sit absolutus à S. Inquisitione, sitque liber ab eius carceribus, in quibus detinetur. Cùm autem filius in pœnam, siue pœnitentiam, tanquam hæreticus reconciliatus, sit damnatus ad carceres perpetuos S. Inquisitionis, quæritur, an sit locus hæreditati?

PRincipio discutiendum est, an Penitentia sit pœna 1
Ecclesiastica. Et quidem Pœna Ecclesiastica in genere est læsio, quæ ponit, & vindicat, quod quisque committit, inflicta à potestate Ecclesiastica, vt colligitur à S. Augustino relato *in c. Pœnitentia, d.* 3. & ideò continet pœnam, quæ pro foro externo, seu corporis infertur, quæ magis propriè, & in specie dicitur pœna. Item continet pœnam, quæ infertur pro foro interno, seu animæ, quæ dicitur propriè Pœnitentia, quæ vt definit ibidem Augustinus, est dolentis vindicta, puniens in se, quod dolet commisisse. Quæ rursum est duplex. Alia enim imponitur pro foro pœnitentiali, seu Sacramentali. Alia verò pro foro conscientiæ, seu quasi pœnitentiali iuxta tradita à Canonistis *ad tit. de pænit. & remiss.* Abb. *in cap. de his num.* 3. *de accus.* Præpos. *in cap. Præterea,* 2. *de spons.* Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 34. *nu.* 29. Menoch. *de arb. cas.* 539. *num.* 32. cum ibi allegatis. Differt autem pœna à pœnitentia. Primò, quod pœnitentia imponitur, vt satisfiat Deo, & animæ. Pœna autem, vt satisfiat Reipublicæ. Ideò pœnitentia non excusat à pœna. Ita Abb. *in d. cap. De his num.* 3. & Menoch. *loco c. e.* Secundò, pęna infligitur inuito, & independenter ab eius voluntate; pœnitentia autem acceptatione indiget, & consensu pęnitentis. Immò regulariter ab ipso delinquente accipit executionem, vt S. Augustin. *loco allegato.*

Potest tamen peccator cogi ad acceptandam pęnitentiam. 2
Et primò in foro Sacramentali etiam per denegationem absolutionis. Quia habet Confessarius potestatem, non solùm absoluendi, sed etiam ligandi, vt Trident. *sess.* 14. *cap.* 8. *in fin.* Ex quo Decreto communi Doctorum sententia asserit, pęnitentem teneri sub mortali peccato acceptare & perficere pęnitentiam, à Confessario iniunctam rationabilem, nisi velit alium confessarium adire, vt Suar. de pęnit. *disp.* 38. *sect.* 7. *n.* 4. qui contrariam sententiam temerariam ait, Bellarm. de pœnit. *lib.* 4. *c.* 15. Tolet. *lib.* 3. *c.* 9. *nu.* 3. Et hanc conclusionem de fide definitam ex dicto Tridentino decreto, ait Vasquez 3. *p. tom.* 4. *q.* 94. *ar.* 2. *dub.* 1. *num.* 5. Vnde non admitto, quo quidam Authores putant, non obstante dicto decreto, non teneri sub peccato mortali pęnitentem pœnitentiam acceptare, sed sufficere, si habeat propositum satisfaciendi Deo hîc, vel in Purgatorio. Quod asserit Nauar. in *man. cap.* 26. *num.* 20. & alij recentiores apud Dianam *resol.* 52. *miscell.* 1. *tom.* 1. Addo, quod secundùm probabiliorem sententiam potest Confessarius cogere pœnitentem pro crimine publico, & scandaloso acceptare pœnitentiam publicam, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 3. Sylu. *v. Pœnitentia q.* 2. Vasquez *loc. cit. dub.* 2. *n.* 2. Suarez *de pœnit. disp.* 10. *num.* 74. & alii multi, & probatur ex Trid. *sess.* 24. *c.* 8. *de ref.* Quamuis contrarium aliqui teneant; quia putant, hoc fore contra sigillum confessionis. Ita Nauar. *c.* 8. *num.* 10. Eman. Sà. *v. satisfactio, num.* 12. Beya 3. *p. cas.* 1. & alii. Præterea cogi poterit delinquens pro crimine publico, & scandaloso ab Episcopo, seu Prælato per censuras Ecclesiasticas ad acceptandam, & perficiendam pęnitentiam publicam, vt Turrecrem. *in c. Pœnitentes* 50. *d.* & probatur ex eodem Tridentino *d. cap.* 8. *sess.* 24. quod puto intelligendum de pœnitentia publica, non solemni. Nam solemnes pœnitentiæ hodie desuetudine abrogatæ sunt, vt Bernard. Diaz *in prax. cap.* 23. & ibi Salzed. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 6. *num.* 10.

Et non potest quis ab Episcopo cogi ad eam suscipien- 3
dam,

dam, oisi fiat in Ecclesia vniuersalis reformatio, seu restitutio huiusmodi penitentiarum, vt sentit Bernard. Diaz *ibi*. Etenim continent rigorem nostris temporibus nimis grauem; nam solemniter pœnitens per manus Episcopi impositionem accipere debet cilicium, & habitum mutare, & statum penitentiæ profiteri. Vnde & religiosa persona efficitur, & de foro Ecclesiastico, vt Simanch. *de cathol. instit. c.47. n. 21.* Sacra quoque Penitentiaria interdùm cogit penitentes pro publicis, & scandalosis delictis acceptare publicam peniteotiam non solemnem, etiam sub cautione præstiti iuramenti de ea perficienda. Quidquid in contrarium dicat Nouar. *cons. 28. de pœnit. & remiss.*

4 Tertia differeotia, quæ sequitur ex præcedenti est, quod nulla penitentia reperitur latæ sententiæ, seu quæ ipso facto incurratur, seu ad quam quis teneatur aote seotentiam Prælati, seu Iudicis fori aoimæ. Et quidem de penitentia solemoi apparet, quia à solo Episcopo imponitur per illius manus impositionem, & non ab alio sacerdote, nisi de illius mandato, *c. si verè, & c. Pœnitentes 50. d.* ibique Turrecrem. *nu. 1.* Præp. *num. 11.* traditque Bellarm. *tom. 2. lib. 1. tit. de Pœnit. cap. 1. §. 5.* Similiter penitentia publica non solemnis, licet in multis casibus imponatur à iure, non solùm per antiquos canones pœnitiales, sed etiam decretales; tamen non obligar in foro conscientiæ, nisi imposita fuerit ab Episcopo, vel proprio sacerdote. Immò Episcopus potest tales publicas penitentias à iure statutas commutare in secretas, quando sibi visum fuerit expedire, Trid. *sess. 24. cap. 8. de ref.* licèt de iure communi antiquo non posset illas in priuatas commutare, vt Tiraquel. *de pæn. temp. in præf. num. 28.* cum alleg. Et idem dicendum de aliis pœnitentiis à iure statutis, vt carinæ, aliàs carenæ, aliter Carentenæ, hoc est 40. dierum ieiunii cum septem annis sequentibus, de qua *in cap. 2. de spons. duor. & c. Accusasti, de accus.* Nam etiam potest eas proprius Sacerdos pro foro conscieotiæ moderari, vt Barbos. *in d. c. 2. n. 3.* Et generaliter quod omnes penitentiæ, etiam à iure Canonico statutæ, hodie sunt arbitrariæ, id est arbitrio Episcopi, vel confessarij commissæ, ait commonem Clerus §. *fin. prax. q. 83. in fin.* Excipe tamen aliquos casus, in quibus absolotio est reseruata Papæ, & statuitur in Canone, vt absoluantur rei cum cautione iuratoria de publica certa peoitentia agenda, vt *cap. Felicis, de pæn. in 6.* Vel quando à S. Penitentiaria imponitur sub simili caotione præstiti iuramenti, vt supra dictum est; in istis enim casibus non poterunt ab inferiore, etiam Episcopo commutari.

5 An autem possit in aliis casibus Episcopus, vel Confessarius commutare penitentias à Papa, vel à S. Penitentiaria impositas pro casu reseruato, commonis sententia negat, quam tenent Siluest. *v. Confessio, q. 27.* Suar. *de pœnit. disp. 38. sect. 10. num. 14.* Coninch. *disp. 10. de Sacram. pœnit. num. 100.* Henriq. *lib. 5. cap. 22. nu. 5.* Et hanc sententiam seruat stylus Curiæ. Vnde Pænitentiarijs S. Petri specialiter concessum est, penitentias huiusmodi alicui iniunctas ab alio Penitentiario commutari, si tameo non fuerint determioatæ à maiori Penetentiario, seu Regente. Quamuis Bonacina *tr. de Sacram. Pœnit. quæst. 5. sect. 3. pun. 3. nu. 6.* cum aliis teneat, posse commutari à quolibet Sacerdote, quia putant, ablata reseruatione per absolutionem penitentiam illam non manere reseruatam. Illud concedendum est, penitentiam impositam à Papa in casu oon reseruato, posse mutari ab inferiore. Quia manus appositio Papæ in iis, quæ concernont forum interius, non ligat manus Ordinariorum, vt Gonzal. *super. reg. 8. glos. 52. num. 62.* cum ibi allatis.

6 De Penitentiis verò, quæ in Dataria ioiunguotur pro dispensationibus matrimonialibus, concessis in forma commissaria, aliqui dicunt, posse ab Episcopo commutari ex causa rationabili, vt Genuen. *in prax. cap. 20. num. 2.* vbi ait, ita fuisse ab Vrbe rescriptum. Quod puto, non procedere de penitentijs, quæ debent præcedere actum dispensationis. Quia illæ sapiuot formam, & sont loco compositionis.

7 De penitentiis iniuoctis per commutationem pro vntis Papæ reseruatis in materiam non reseruatam, multi dicunt, posse à quolibet Confessario commutari ex ratione illa, quod materia non sit reseruata, quos allegat, & sequitur Sanch. *de matr. disp. 9. num. 20. lib. 8.* & in *decal. lib. 4. c. 40. num. 46.* & hæc sententia est frequentiori calculo recepta. Sed contraria est tutior in praxi, quam tenent multi allegati à Sanch. *loco citat. de matrimon. num. 20.* Quia subrogatum sapit naturam eius, io cuius locum subrogatur. At de his hactenus.

In hac autem re certum est, hæreticum durante hæresi esse incapacem hæreditatis, vt docent communiter Doctores apud Farinac. *de hæres. quæst. 190. n. 93.* à qua sententia, ioquiunt, non est recedendum tam in consulendo, quàm in iudicando. Probant *ex l. Manichæos, §. 1. C. de hæret.* ibi: *Ipsos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate, & successione quolibet titulo veniente*. Hoc ipsum habetur *ex l. Arians, §. Cunctis, C. eod. tit.* Item ex *cap. excommunicamus 1. §. Credentes de hæret.* ibi: *Nec ad hæreditatis successionem accedat*. 8

Hæc tamen doctrina non obtinet io hæretico reconciliato. Is enim per reconciliationem oanciscitur vtramque testamenti factionem, quæ sibi suffragatur, vt possit testari, ac hæres institui, Doctores apud Saochez *in Decal. tom. 1. cap. 14. num. 40.* 9

Obstare tameo videtur condemnatio ad perpetuos carceres, quæ cum æquiparetur penæ condemnationis ad metalla, reddit incapacem cuiuscuoque hæreditatis, Boss. *in pract. tit. de his, quibus vt indign. bon. aufer.* & patet *ex l. 3. de his, qui pro non script. habent*. Cum similibus. Quod videtur seotire Vasquez *opusc. de testam. c. 9. §. 4. dub. 2. num. 123.* 10

Verùm respondetur primò, quod cùm penæ sint odiosæ, non sunt extendendæ de casu ad casum etiam grauiorem, sed solùm locum habent in casibus, in quibus expresè à iure cauetur. A iure autem expresè cautum non est, quod damnatos ad perpetuos carceres sit incapax hæreditatis. Secundò respondetur, quod cum incapacitas succedendi noo ntiatur ex pæna, siue penitentia ob peccatum hæresis, sed ab ipsa hæresi, vtique sublata hæresi per recoociliationem, ac penitentiam, tollitur etiam incapacitas. 11

Restat duntaxat in hoc casu interpretari mentem testatoris, quæ videtur esse, vt eius filius sit hæres, si fuerit absolutus ab omni hæresis suspicione, ac liber à carceribus. Quæ cùm sit conditionata debet impleri in totum, quia conditio est de genere indiuisibilium, *l. Qui duobus, & l. cui fundus, ff. de condit. & demonstr.* Surd. *cons. 156. num. 15.* & sub aliqua conditione concessum, sub apposita ceosetur ademptum, *l. si legatur pure, ff. de adim. leg.* & obseruant Doctores, quos sequitur Surd. *cons. 157. num. 9.* Atque ideò videtur dicendum, quod, assignatis alimentis pro filio, hæreditas deferri debeat hæredi substituto à patre, siue condemnatio huiusmodi sit in penam, siue in pœnitentiam. Potuit quippè pater in odium hæresis, & ob infamiam à filio cootractam, & in suam familiam diffusam ex perpetua carceratione io S. Officio reddere illum indignum hæreditatis. Carceratio enim cum condemnatione in S. Officio infamat. Bordon. *de S. Tribun. S. Offic. c. 12. n. 69. & seqq.* 11



CON-

CONSVLTATIO LXXVI.

Posito, quod aliàs S. Congregatio Concilij in vna Nullius, siue in Squillacensi sub die 15. Nouembris 1626. declarauerit, presbyteris, & Clericis licere terras patrimoniales, ac beneficiales opera laicorum colere, & pro necessariæ cultura vsu boues, aliaque animalia emere, illorumque fructus vendere, eosque si in proprijs bonis habeant quercus, & castaneas, posse animalia, quæ illarum fructibus vescuntur, emere, eaque alere, ac pro sua, & familiæ sustentatione vendere, quæritur, an prædictis presbyteris, & Clericis liceat absque negotiationis Clericis interdictæ nota, oues, boues, aliaque huiusmodi animalia emere, eaque locationis, aut societatis titulo conductori, aut socio tradere, ac lucrum ex huiusmodi locatione, siue societate percipere?

1 AFfirmat Io. Medin. *de restit. quæst. 20. ar. 2.* tum quia cessat ratio prohibitionis. Quippè cùm negotiatio per alium neque distrahat, neque Clerici animum occupet, & modò pecunia ad licitam tradatur negotiationem, peccata, quæ committit is, per quem fit negotiatio, Clerico non imputantur, vt alibi diximus; tum etiam, quoniam iura solùm videntur probibere Ecclesiastico negotiationem per propriam personam, vt patet ex *Clem. 1. de vit. & honest. Cler.* tum quia negotiationem per tertium non esse Sacris personis illicitam, etiam extra necessitatem, censent Sà. *v. Clericus, num. 2.* Valent. 2. 2. d. 5. *quæst. 20. pun. 5.* Lessius, Molina, Rebellius, Aragon, Salon, & alij quos profert Salas *tr. de empt. & vend. dub. 2. num. 8.* & Diana *tr. de contr. resol.* 72. qui pro contraria sententia adducit Magalam, Genuensem, Ricciuni, Hugolinum, Salcedum, & Prospetum ab Augustino. Patetque ex eo, quod scribit Alber. *in l. humilem, C. de incest. nupt.* & quod ibi dicitur, tabernarium inter abiectas personas connumerari, procedere tum demum, si per se exerceat, non si per alios *per l. quæ adulterum in princ. C. de adul.* in illis verbis, *an domina cauponæ, an ministra fuerit.* Nam etiam, inquit, honestæ dominæ vinum vendi faciunt in taberna, nec ibi ministrant, nec assistunt, nec ideò eas dici viles. Et sequitur Alc. *de præs. reg. 1. præs. 48. num. 10. & in lib. 2. verb. sign. & in l. mercis, ff. de verb. oblig.* & Petr. Rebuf. *in interpr. auth. habita, v. Et à vilissimis sæpè hominibus, C. ne filius pro patre.*

2 Et ad hanc sententiam adfert Aleiatus textum in *Clem. 1. de vit. & honest. Cler.* dum illic prohibetur, ne Clerici carnificum, seu macellariorum, aut tabernariorum artem personaliter exerceant. Ergo si per alium exerceant non tenentur pœna illius Clementinæ, vt dicit Gloss. *ibi, v. publicè, & personaliter,* quam sequuntur Butr. Anchar. *in 4. not.* Car. Flor. *in 5. not.* & Imol. *col. 3.* Nam, vt dicit Anchar. *in cap. Nulli 44. d.* Clericus qui non per se, sed per alios eam arte exercet, non notatur, vt tabernarius. Et idem dicit Gemin. *ibi, & in cap. 1. col. 2. de vit. & honest. Cler. lib. 6.* vbi, & ad hoc citat textum *in cap. Significante, de appel.* vbi Canonici habebant ius vendendi carnes, & subdit Geminianus, se aliquando defendisse Clericum, qui in domibus Ecclesiæ tabernam tenuerat, vendendo vinum, quod ex suis vineis collegerat, non tamen administrauerat in propria persona, sed per alium. Idem asserit Franch. *ibi col. 2.* & Dec. *in 2. not.* qui & ad hoc citat textum *in cap. vlt. ne Cler. vel Monach. lib. 6.* vbi Clerici per alios possint exercere iurisdictionem criminalem ad eos pertinentem, licèt per se facere non possint, & *text. in Clem. ne in agro, §. Porrò in fin. v. Personalem, de stat. mon.* Lambert. *de iure patr. ar. 26. q. 9. prin. p. 1. lib. 2.*

3 Facitque textus à contrario sensu *in l. In honoribus, §. 1. ff. de vac. mun.* vbi scribitur, non alios fisci vectigalium redemptores à muneribus excusari, quàm eos, qui præsentes negotium exercent. Quasi scilicet id exercere non censeantur, nisi ipsi præsentes, & per se exerceant. Et est similis propemodum textus *in l. vlt. ff. de excus. tut.* vbi qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur, si modò per semet pistrinum exerceant. Ex quo notat Baldus, quod Doctor non debet habere salarium, nisi per se legat, non etiamsi per substitutum. Et illum textum ad hoc expendit Roman. *in repet. l. Si verò, §. de viro in 24. fall.* quod priuilegia artis non competunt his, qui eam non exercent per semetipsos, vt & idem facit *sing. 64.* vbi dicit, illum textum ad hoc singularem. Et suffragatur Glossa *in l. 1. v. vsurpantes, C. de mancip. & col. lib. 11.* Vide Panorm. *cons. 5. lib. 1.*

Alii tamen distinguunt. Nam, si ille alius, per quem negotiatio exercetur, non sit nisi administer, nec habeat rationem concausæ principalis, putant, negotiationem illam per alium esse Clericis & Religiosis illicitam. Quia is, qui ita negotiatur per tertium, est verè, & propriè negotiator. Sicque accipiunt, quæ habet Straccha *p. 1. de mercat. num. 26.* monstrans negotiationem, per alium constituere verum negotiatorem. Ad hæc talis negotiator, etiamsi tertium adhibeat, ferè tamen obnoxius est omnibus illis inquietudinibus, & fluctibus curarum, ob quas negotiatio per se ipsos vetatur sacris hominibus. Videmus enim maximos quosque negotiatores, etiam si pluribus administris non destituantur, agitari animo, & irrequietos semper esse, ac procul ab illo sancto otio, quod in sacris hominibus Ecclesia, & ipsum eorum institutum deposcit. Itaque talem negotiationem per alium illicitam esse sacris hominibus ponunt extra dubium, sique accipiunt Rodericum *tom. 3. quæst. regul. quæst. 47. ar. 8.* At si agatur de negotiatione per alium, qui sit concausa principalis, & curas omnes, & sollicitudines negotiationis exorbeat, admittunt negotiationem per tertium posse per sacras personas, & Deo dicatas exerceri. Quare volunt, fas esse Ecclesiasticis, ac Religiosis inire contractum societatis cum capsore, aut mercatore conferente totam operam. Religiosis ex parte sua non nisi neruos negotiationes, siue pecuniam conferentibus, in quo ne venialiter quidem peccant. Nam huiusmodi negotiatio caret admixtione defectuum illorum, ob quos negotiatio malè audire solet, nimirùm obnoxietate mentiendi, vel etiam peierandi, & rixandi, nec habet adiunctam eam mensis dissipationem, quæ auertit negotiatorem ab otio, ministerijs Ecclesiasticis, & vitæ Religiosæ consentaneo.

Nihilominùs tenendum est, in nullo vnquam modo licere; quia ordinatur ad lucrum, & veram negotiationem. Ita Rodoanus, & alij *de spol. q. 2.* Difficile enim est inter huiusmodi contractus non interuenire peccatum, *c. Qualitas de pænit. d. 5.* Et semper intelligitur causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur, Glos. *in cap. Decreuit, v. conducere.* Est autem cupiditas mater vsurarum, *c. Virum 45. d.* Et quamuis aliqui non existiment, culpam lethalem esse ita per alios negotiari, aliquid tamen foeditatis, atque indecentiæ ratione status Clericalis interuenire arbitrantur. Quocirca improbandum id esse, quantum est ex se, tenent Molina *de iust. & iur. tr. 2. disp. 342.* Gutier. *de gabell. q. 93. num. 30. & seqq.* Lessius atque alii. 4

Et quidem Capsor, aut Mercator, qui operam, aut etiam partem pecuniæ collaturus à sacris personis accipit pecunias, verè negotiatur. Igitur Clerici, qui hac in parte mercatorij socij sunt, & dicuntur, vt patet ex nomine contractus societatis, citra dubium negotiantur. Quamuis autem in contractu societatis solus capsor, aut mercator ponat totam operam, tamen eum cooperatores habeat Clericos, & ita quidem, vt iis se subducentibus, collapsum esset mercatoris opera, perspicuum est, non minori iure dici negotiatores, quia negotiationis neruos conferunt, quàm mercatorem, qui ferè tantùm confert, quod minùs præcipuum est, operam scilicet, & industriam. Sunt igitur personæ sacræ hac in parte negotiatores. 5

Ad

7 Ad quod facere videtur textus *in l. 2. §. 1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert.* vbi quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet. Et ideò si Decurio subiectis aliorum nominibus, prædia publica colat, quæ Decurionibus conducere non licèt secundum legem vsurpata reuocantur; & ibi notat Glossa, quod non possum per me, nec per alium quoque possum, & allegat alios multos textus concordantes; qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, iuribus vulgatis, & id quidem propriè, vt plurimis placere video, quas congerit Tiraquel. *in legib. connub. glos. 3. v. Contracter n. 181.* Ex quo Bart. *in l. 3. §. si procurator, ff. quod quisque iuris tradit*, statutum loquens in personam facientis, habere locum in eo, qui per alium facit.

8 Nec obstat, id verum non esse, vt propriè facere dicatur, qui per alium facit ex sententia ipsius Bart. *in l. sed si manus §. seruus, ff. de iniur. & in l. fiss, qui pro emptore in 5. q. princ.* & ibi quoque Imol. *ff. de vsucap.* Nam, & si id verum esset, non tamen procederet, vt dicit Alciat. *d. præsumpt. 40.* quando lex, vel statutum considераret actum ipsius personæ exercentis, quæ considerari videtur, vt quis dicatur negotiator ob eum actum. Non tamen omninò vacat culpa, qui & huiusmodi artes prohibitas per alios exercet, vt dicit Glos. *in d. Clem. v. publicè, & personaliter, de vit. & honest. Cler. lib. 6.* quam & in hoc sequuntur Butrius, Imola, & Ancharanus.

9 Atque ita in hac recensuit S. Congregatio Concilij in Romana negotiationis die 7. Octobris 1662.

10 Hinc non solùm censetur Clericis, & Religiosis prohibita negotiatio, siue exercere mercaturam *ex can. Negociatorem, c. fornicary, c. Consequens, c. eyciens. 88. d. cap. vit. de vit. & honest. Cler. cap. 1. Ne Cler. vel Monach. & d. Clem. 1. de vit. & honest. Cler.* Idque sub peccato mortali ex genere suo, Syluest. *v. Clericus 3. q. 1.* Salzed. ad Diaz. *in prax. cap. 58. §. & ex ea pœna*, & de communi testatur Filliuc. *tr. 35. n. 20.* Luysius Turrian. *de iust. disp. 59. dub. 2. n. 4.* Verùm etiam conducere à laicis maximè vectigalia, vt censuit S. Congreg. Episcoporum, ac Regularium in Tarracinensi 11. Ianuarij & 5. Aprilis 1647. Item conductionem aliorum bonorum, nisi ex vrgenti, & præcisa necessitate, nempè pro eorum necessaria sustentatione ab Ordinario declaranda, & petendo prius licentiam à S. Congregatione Immunitatis, vt declarauit 30. Maij 1620. Quando quidem *quæstus omnis*, inquit Liuius, *patribus indecorus visus est.* Et quadrat in hanc rem locus Apostoli vitantis Antistitem, & quemcunque præterea addictum diuinæ militiæ, esse turpis lucri cupidum ad *Tit. 2.* Quamquam enim turpe lucrum potest accipi pro lucro iniusto, quale esset, si Clericus circumueniret suum proximum, eumque litibus inuolueret, vt haberet quomodo eum exsugeret, quod Paulo Samosateno exprobratum est à Patribus Concilij Antiocheni apud Eusebium *lib. 7. hist. cap. 26.* tamen propriè lucrum turpe à lucro iniusto est secernendum, & benè notauit Abulens. *in cap. 25. Matth. q. 223. & 225.* existimans lucrum illud dici iniustum, quo læditur ius alienum, verbi gratia, quia res venditur vltra iustum pretium; illud verò lucrum dici turpe, quod, quamuis non pugnet cum iustitia, quia caret immoderatione, tamen caret honestate, non quod propterea sit malum in se, & absolutè, itaut respectu cuiuscumque sit inhonestum, sed quod ex se sit indifferens, & vacuum honestatis, ac laudis. Hæc tamen turpis lucri interpretatio non placet; quia tale lucrum iuxta Abulensem non est malum, sed indifferens. Quorsum ergo dicitur turpe? Non enim quod pulchritudine, & deformitate æquè caret, dici potest deforme, ac turpe, præcisè quia non est pulchrum; quare dicendum est, idcircò lucrum aliquod denominari turpe respectu certi cuiusdam status, aut certæ personæ, quia est ei dissentaneum, etiamsi in alio aliquo, à cuius statu non abhorreat, minimè dicatur turpe, & ex bono fine captatum possit iustum, & honestum esse. Tale ergo est respectu personarum sacrarum lucrum, quod ex negotiatione paratur, cum negotiatio lucri causa nititur, vt faciunt vulgares negotiatores. Id quippè lucrum respectu Clericorum dicitur lucrum turpe. Quia quamuis supponatur non esse lucrum iniustum, tamen dedecet nobilem statum Clericorum, & Religiosorum, sicut etiam passim censetur dedecere statum nobilium.

CONSVLTATIO LXXVII.

An per omissionem professionis fidei amittantur etiam distributiones quotidianæ?

1 Respondeò negatiuè. Ità S. Congregatio Concilij in Pistoriensi, ac alibi sæpè *ad sess. 24. de refor.* Per omissionem enim professionis fidei amittuntur tantùm fructus præbendarum, non autè distributiones quotidianæ, quas quis seruiendo acquisiuerit; quia appellatione fructuum, quos suos facere non possunt professionem fidei non emittentes ex Trid. *d. sess. 24. cap. 12.* non veniunt distributiones, Cassador. *dec. vn. de Cler. non resid. n. 1. in fin. & dec. 6. de præb. n. 6.* Oldrad. *cons. 118.* Couar. *lib. 3. var. cap. 13. n. 1.* Paris. *de resign. benef. lib. 6. q. 2. n. 30.* Rota apud Cæsar. de Grass. *dec. 216. alias 5. de præb. n. 1. & in nou. dec. 2. eod. tit. & dec. 33. de sent. in antiq.* Azor. *mor. instit. to. 2. lib. 7. c. 2. q. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proem. n. 17.* vbi testatur, pro hac opinione ita respondisse S. Congreg. Cōcilij, sicut etiam testatur Garz. *de benef. p. 3. c. 3. n. 59.* & firmauit Rot. *in Varmiensi* Canonicatus 28. Aprilis & 13. Iunij, ac 4. Februarij 1611. coram Sacrato; quia Concilium loquitur de fructibus, quorum appellatione continentur illa tantùm, quæ recipiuntur in absentia, non autem distributiones, quæ dantur ratione ministerij personalis, & de illis testari quis potest, Doctores omnes *in cap. vn. de Cler. non resid. in 6.*

2 Sic etiam distributiones quotidianæ non dicuntur de corpore beneficij, sed sunt diuersi generis, & naturæ, Cæsar. de Grass. *d. dec. 5. n. 4.* Oldrad. *ibid. n. 4.* & patet ex Tridentino eodem loco, §. *Præterea.* Nam dātur ratione personalis seruitii, & ex hoc infertur, quod qui habet priuilegium, vt in absentia possit percipere fructus beneficii, nō propterea potest accipere quotidianas distributiones, vt benè notant Glos. *in d. cap. vn. de Cler. non resid.* Rebuff. *in prax. p. 3. tit. de Breu. Apostol. n. 45.* Cald. *cons. 1. tit. de Cler. non resid.* Cassador. *dec. 1. eod. tit.* aliique communiter. Sic etiā si alicui esset concessum priuilegium, vt absens posset percipere fructus beneficij eo modo, quo posset percipere, si esset præsens in Ecclesia, non poterit propterea percipere distributiones, Azor. *to. 2. lib. 7. cap. 7. q. 2.* Gig. *cons. 144. n. 23.* Viu. *in com. opin. v. Distributiones in fin.* & tradunt Io. Andr. *in d. cap. vn. in nouel. n. 3.* & ibi Gemin. *n. 5.* & Cassad. *d. dec. vn. de Cler. non resid.* Sic etiam qui est condemnatus, vt restituat fructus beneficii, nō tenetur vi huius sententiæ restituere destributiones; & qui est priuatus ob delictum fructibus beneficii, non censetur esse priuatus distributionibus, Boer. *dec. 340. n. 4.* Gig. *d. cons. 144. n. 18. & 25.* Caputaq. *dec. 29. n. 1. p. 1.* Put. *dec. 383. n. 7. lib. 1.* & Rot. *dec. 1170. n. 2. p. 3. diu.* si verò condemnaretur ad fructus perceptos, & qui percipi potuissent, tunc etiam condemnaretur ad restitutionem distributionum, Pūtan. *tract. de spol. lib. 4. n. 21.* & Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 7. proemial. n. 157. & 160.* ac censuit S. Congreg. Episcoporū, & Regularium in Auellinensi 29. Nouemb. 1600. *Sacra &c. censuit, distributiones non esse inter fructus computandas, licèt Canonicatus nullos alios fructus habeat.*

3 Quod etiam locum habet si distributiones non soluantur dietim, sed post lungum tempus, & in fine anni, dummodò in solutione habeatur ratio ad singulas horas, Achil. de Grass. *dec. 12. de præb.* Seraph. *dec. 1140. n. 2.* licèt contrarium teneat Verall. *dec. 29. n. 4. & 5. p. 2.* sed immeritò id Verallo imponitur, cùm eas decisiones vti spurias pro suis habere noluerit, teste Ricciull. *de iur. person. lib. 1. c. 13. n. 53.* Item locum habet in Anniuersariis Defunctorum, Azor. *loco cit.* Sanch. *in decal. lib. 2. c. 2. q. 5. ante n. 11.*

4 Id tamen limitatur primò in distributionibus, quæ percipiuntur ex interessentia alicuius partis anni; quia tunc non dicuntur verè distributiones, sed magis æquiparātur fructibus, Rot. *dec. 330. n. 4. p. 1.* Ricciull. *loc. alleg. n. 54.* Secundo quando beneficium, siue Canonicatus non habet aliquos fructus, sed emolumenta omnia consistunt in distributionibus quotidianis. Tunc enim, vt pœna

per Concilium adiecta possit in aliquo comprobari, debet intelligi de distributionibus, prout dicitur de condemnatione facta in fructibus perceptis, quibus si beneficium careat, comprobatur in distributionibus quotidianis, vt dictum est, & tradunt etiam Mohedan. *dec. 6. n. 1. & per tot. de preb.* ac Put. *dec. 375. sub n. 6. & seq. lib. 2.*

CONSVLTATIO LXXVIII.

Quidam Apostolicum Indultum ad sacros ordines extra legitima tempora suscipiendos obtinuit solita verborum formula conceptum, nempè: Et subindè ad sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis, seu alijs festis diebus continuis, vel interpositis, etiam extra tempora à iure statuta, &c. Apostolica authoritate concedere, & indulgere &c. Itaque eum Episcopus die Sabbati quatuor temporum Subdiaconatu initiauit, proxima verò die Dominica Diaconatum, subsequenti verò altera die Dominica Sacerdotium eidem contulit. Nunc quæritur, an iste ritè ordinatus fuerit?

1 RESpondendum videtur negatiuè. Quia conditio, siue forma in Indulto Apostolico præscripta non fuit seruata. Quando enim conceditur facultas exercenda sub aliquo certo modo, & forma præscripta pro vsu concessæ facultatis, nulliter, aut minus ritè fit defectu potestatis. Quia cum sit concessa sub tali modo, & forma, non est sine ipsis concessa, immò denegata; nam cùm deficiat requisitum in concessione, deficit etiam concessio, *l. 4. §. Toties, ff. de damn. infect. & l. 2. §. loquitur, ff. de aqu. quot. & est & cap. Indemnitatibus, §. Periculum, de elect. in 6.* Quod autem Indultum inducat formam, satis colligitur ex eo, quod inducit modum, & ordinem, cum quo conferendi sint ordines sacri. Quod operatur, vt dicatur inducta forma, vt notant Bart. *in l. Cum hi, §. Si Prætor. n. 2. ff. de transact.* Dec. *in cap. de appellationibus n. 10. de appel.* Alber. Brun. *de form. solemn. cap. 10. concl. 5. & 7.* Menoch. *cons. 695. n. 8.* Rot. coram Durano *dec. 22. n. 57.*

2 Secundò, quia dum potuit extra tempora ordinari, stante Indulto, & non est ordinatus, sed adhibuit solemnitatem de iure communi, per actum contrarium videtur renunciasse Indulto. Siquidem per vsum contrarium amittitur Indultum, *cap. Gratum, de offic. deleg.* vbi Glos. *v. Recursum, & cap. Ex ore, de his, quæ fiunt à maior. par. cap.* vbi Glos. *v. Renunciasse*, & communiter Canonistæ, *& in cap. Cum accessissent, de constit. & in cap. si terra, & in cap. Accedentibus, de priuil.* & Iuristæ *in l. fin. ff. de constit. princip.*

3 At verò tenendum est, ritè ordinatum fuisse. Desumitur ex Glos. *in l. eius militis, §. Militia, ff. de testam. milit.* Nam quando quis potest dupliciter rem agere, nempè secundum ius commune, & ex priuilegio absque solemnitatibus iuris communis, quocumque modo eam agit, validè, ac ritè agit, nempè siue de iure communi, siue de iure priuilegiatiuo, vt habet Glossa *ibi v. Quocumque modo*. Qui autem habet Indultum suscipiendi Ordines sine solemnitatibus iuris communis, potest vtroque modo illos suscipere; nam ius commune semper illi assistit, & potest Indulto non vti. Et rursus potest redire ad Indultum, quia durat, donec durat potestas suscipiendi ordines, cum sit in ordine ad ipsam, vt habetur etiam ex dicta *l. Eius Militis, §. Militia*, vbi miles, qui testatus fuerat secundum ius commune, potest postea iure militari testari, & valet posterius testamentum, & ideò qui reliquos ordines suscepit ex Indulto absque solemnitatibus, ritè ordinatus est, licèt antea primum ordinem susceperit solemniter, & iuxta ius commune.

4 Quod adeò verum est, vt etiamsi non constet, quod ordinatus voluerit vti Indulto, debet ordinatio ritè sustineri, tanquam de iure speciali priuilegiatiuo facta. Immò etiam si voluisset de iure communi ordinari, & deficeret aliqua solemnitas, deberet quoque sustineri ordinatio de speciali iure per textum *in d. l. similes, ff. de testam.* vbi militem, qui proposuit communi iure testari, & non potuit, aut defecit aliqua solemnitas, vtiliter adhuc testatum decernitur de iure speciali; quia quando quis potest ex duplici iure operari, licèt proponat operari ex vno, non tamen excludit alterum, sed habet interpretatiuam voluntatem, quod actus, si non potest valere de iure, de quo proposuit, valeat de alio iure, cum quo potest operari, vt in eo textu dicitur, nempè. *Neque enim qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renunciauit. Nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia, sed magis vtroque genere voluisse propter fortuitos casus.* Et proinde quando actus non potest valere de iure communi, præsumitur factus, stante Indulto de iure speciali, & priuilegiatiuo, vt tradunt Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. n. 6.* Alex. *in l. Quanquam C. de testam. milit.* Galiaul. *in l. Centurio, n. 143. ff. de vulg. & pupil. subst.* Paul. Leon. *tr. de substit. tit. de compend. num. 228.* Sfort Odd. *eod. tr. p. 5. præmis. 5.* quos sequitur Menoch. *lib. 6. præsumpt. 6. n. 4.*

Confirmatur, quia dispensatio, cum sit relaxatio obligationis legis, non tollit dispensato vsum iuris communis, si eo velit vti, aliàs non esset gratia, sed grauamen, tunc maximè quando dispensatio cumulatiuè se habet, vt in præsenti, ibi: *Etiam extra tempora à iure statuta.* Dictio enim *etiam* non excludit, sed includit tempus à iure statutum. Præsertim quod tunc cessat dispensatio, quando non est sortita suum vltimum effectum, Glos. *in cap. Abbate, de verb. signif.*

6 Nec dicatur, quod qui semel dispensationi renunciauit, non potest amplius, mutata voluntate, dispensatione vti. Etenim respondetur, quod quandiù superior non acceptauerit renunciationem dispensationis, sed in eadem voluntate perstiterit, quod præsumitur *ex cap. Maiores in fin. de baptis. & l. eum, qui, ff. de probat.* potest is, cui conceditur, non obstante, quod impetrationi contradixerit, mutaritque voluntatem, ea dispensatione, vel priuilegio vti ex *cap. literas, de procur. in 6.*

7 Adducta in contentium habent locum in forma substantiali, & in ijs, in quibus lex præter ius commune aliquid de nouo introducit. Tunc enim quicquid in ipsa exprimitur, reputatur de forma, vt docent Rolan. *cons. 82. n. 61. lib. 3.* Ancharan. *cons. 241. n. 6.* Surd. *dec. 298. n. 9.* Boccat. *ad constit. March. glos. 6. n. 163. & 165.* Rot. in Romana societatis 5. Decembris 1616. coram Rembold; quia nimitum se habet, vt regula ordinatiua illius, quod est faciendum, & determinatiua substantiæ actus; & ideò quicquid exprimit, substantiale est, & pertinens ad formam actus. Cùm autem dictum Indultum non tollat ius commune, totum, quod in ipso præscribitur, censendum est non pertinere ad formam, & propterea eo in hac parte non seruato actum subsistere.

8 Nec obstat secunda ratio. Non enim ex eo, quod quis vtatur iure communi in eo, quod potest facere ex iure speciali, censetur renunciare priuilegio, nedum pro tempore subsequenti, sed neque etiam pro illo actu, quem potest facere de iure speciali, vt expresè decernitur in citata *l. similes*. Neque vti iure communi est actus contrarius Indulto; quia Indultum non tollit facultatem iuris communis, vt dicebam, sed aliam cumulat; & ideò remanet in potestate priuilegiati vti ad libitum vna, aut altera facultate, vel vtraque simul, *vt in d. l. similes*. Accedit etiam, quod contrarius vsus, quo amittuntur priuilegia, habet duntaxat locum in priuilegijs negatiuis, quæ eximunt ab aliquo actu præstando, vt soluere tributa, nunc autem agitur de priuilegio positiuo, per quod confertur specialis facultas Ordines sacros suscipiendi. Atque ita declarauit S. Congregatio Concilij in Surrentina Ordinum die 28. Iulij 1662. *nempè Ordines prædictos ritè, ac rectè fuisse collatos.*

CONSVLTATIO LXXIX.

An cognitio negociationis illicitæ Ecclesiasticorum spectet priuatiuè ad Nuncios Apostolicos?

1 REspondeo in hac redaci inter Nuncios, & Ordinarios præuentionem. Ita declarauit. S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in Beneuentana die 2. Maij 1660. & in Oppidensi die 7. Ianuarij 1603.

2 Hinc Emin. Marcus Gallius nobilitate generis, doctrina, & prudentia clarus olim Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano Nuncius, Edictum publicauit tenoris sequentis: *Hauendocigli Arrendatori del ius prohibendi del tabacco di questa Città, e Regno rapresentato, che molte persone Ecclesiastiche così secolari, come Regolari nelle Prouincie di Basilicata, e di Capitanata contro la conuenienza del grado loro, e con scandalo de' popoli fanno incette, e mercantie di tabacco, che poi vendono di contrabando senza pagare i soliti diritti in graue danno della Regia Corte, e di essi supplicanti, e in oltre dano ricetto, e proteggono altre persone, che s'impiegano in simili fraudi, & hauendoci percio fatto instanza di opportuna prouisione, noi, per ouuiare a tali pregiudicij è fraudi, siamo condescesi di commettere all' Abbate Giuseppe Vitale, che proceda all'informatione contro quelli Ecclesiastici, che s'impiegano in dette indebite industrie, che gli saranno denunciati da' supplicanti, e le transmetta a questo tribunale della Nunciatura, con dichiaratione pero, che non debba procedere contro quei, che si riteneßere due sole libre di tabacco, e se prima non haurà prouato, che negotij annualmente, e sia solito negotiare, e far contrabandi. E perche dalla Santità di Nostro Signore è stato conceduto à noi facoltà con lettera della Sacra Congregatione dell' Immunità Ecclesiastica delli 21. Febraro 1668. di fare estraere da qualsiuoglia Chiesa, è luogo immune con l'interuento de' ministri Ecclesiastici, e con la douuta decenza le robbe nascoste, e trafugate di contrabando in fraude in detti luoghi immuni, a fine di fargli consignare con inuentario a Giudice competente, il quale ne disponga, come sarà di ragione, commettiamo al detto Abbate Giuseppe Vitale, che trouando tabacco incettato, e di contrabando nelle case di detti Ecclesiastici, & ouero nelle Chiese, & altri luoghi immuni, gli annoti, e sequestri in nome della Camera Apostolica con consignarle a' superiori de' luoghi con obligo di tenerlo, & esibirlo ad ogni nostro ordine, con mandarne poi subito à noi nota à fine di poter dare la licenza per l'estrattione, communicandogli per mezo di questa la facoltà neceßaria, etiandio di valersi, oltre al braccio secolare, delle censure Ecclesiastiche. Ma dichiaramo, che il tutto debba farsi à sole spese degli esponenti, a' quali sarà riseruata la ragione di ripeterle, mentre si proui quel, che si pretende contro gl' inquirendi. Dichiarando che la presente sia solo valitura per sei mesi. Prohibendo espreßamente al detto Commißario, che non poßa ammettere à transattione alcuno degl' Inquisiti, ò aßoluergli, ò fare altra prouista giudiciaria à pro di essi; ma subito compilati i proceßi mandargli quà per via sicura. Dato in Napoli nel Palazzo della Nunciatura Apostolica, &c.*

3 Simile Edictum promulgauit Eminentissimus Iulius Spinola, olim etiam in dicto Regno Neapolitano Nuncius Apostolicus, cuius verba fuere pauca, & sensu permodesto. Illud est huiusmodi. *Essendosi rappresentato dal Magnifico Andrea Brancato, Regio Arrendatore del ius prohibendi del tabacco, che in questa fedelissima Città, e Regno di Napoli vi siano molte persone Ecclesiastiche tanto secolari, come Regolari, le quali giornalmente commettono contrabandi in comprare, e vendere tabacco in fraude, pregiudicio, & intereße grauißimo, non solo di detto Magnifico Arrendatore, ma anche de' poueri pupilli, vedoue, luoghi pij, e persone miserabili intereßate in detto Regio Arrendamento: & hauendoci giuntamente fatto instanza sopra di ciò di debitamente prouedere, ci è parso fare il presente editto, col quale ordiniamo, e commandiamo à tutte, e qualsiuoglia persona Ecclesiastica, tanto secolare, come Regolare di qualunque stato, grado, e conditione si sia, che sotto pena di ducati cinquecento per ciascheduno secolare d'applicarsi alla Reu. Camera Apostolica, e di priuatione di voce attiua, e paßiua, e d'altre pene à nostro arbitrio riseruate in quanto alle persone Regolari, non ardiscano, e ciascheduno di essi non ardisca comprare, e vendere in contrabande qualsiuoglia sorte, ò quantità di tabacco, eccetto che tante, quanto poteße seruire per mero vso di ciascheduno di essi. Altrimente in caso di contrauentione da prouarsi, etiandio per testimonij si procederà contro di loro, e ciascheduno d'essi respettiuamente all'esecutione, incameratione, e dichiaratione di dette pene irremissibilmente. Et accioche il presente editto venghi à notitia di tutti, e di nissuno si poßa allegare causa d'ignoranza, habbiamo ordinato, che le copie d'eße si rilascino, & affiggano ne' luoghi soliti della Città, Terre, e Castelli di questo presente Regno, le quali habbiano tanta forza, e vigore, come se fußero à tutti, e ciascheduno di essi personalmente notificate. In quorum fidem, &c. Dato in Napoli dal Palazzo Apostolico della Nuntiatura li 15. di Decembre 1664.* Vodè huiusmodi Edicta Sac. Congregatio Immunitatis, non obstante reclamatione Archiepiscopi Neapolitani, substiouit 13. Nouembris 1668.

Eadem edicere possunt Ordinarij, atque agere præuentiuè. Vbi aduerto, res Ecclesiasticorum, quæ ex edicto apprehenduntur, & in fraudem repertæ sunt, non spectare ad Curiam secularem, siue ad Conductores, vel exactores laicos gabellarum, sed ad Cameram Apostolicam, siue ad Ordinarium, vt declarauit Sac. Congregatio Immunitatis in Melphitensi die 13. Nouembris 1668. 4

CONSVLTATIO LXXX.

An Capellani Maiores Regij habeant iurisdictionem spiritualem in Arcibus, & Castris priuatiuè quoad Episcopos?

REspondeo negatiuè. Etenim Episcopi habent pro se suam intentionem fundatam in iure communi, & S. Concilio Tridentino; quare Capellani huiusmodi tenentur ostendere priuilegium, quod habere prætendunt. Nam Breue Clementis VIII. concessum Regi Philippo III. continet solummodò exemptiones spectantes ad personas, non ad loca, neque in eo legitur, quod Capellani Maiores possint deputare personas administrationi Sacramentorum, nisi ex approbatis ab Ordinario. Atque ita declarauit S. Congreg. Immunit. in vna Massæ 13. Nouembris 1668. pro Ecclesia Portus Loogonis. 1

Vnde S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in Tarentina 3. Aprilis 1618. & in Neapolitana 4. Augusti eiusdem anni rescripsit, quod Capellanus Regius Maior Napolis concedere non audeat licentiam celebrandi, ministrandique Sacramenta sine consensu Ordinarij loci; alioquin Confessiones, & Matrimonia nulla erunt, & ipsi non concedetur amplius semestris prorogatio suarum facultatum, vt resoluit eadem S. Congregatio in Brundusina 5. Septembris 1607. in Grauinensi 2. Maij 1615. in Salernitana 16. Februarij 1619. in Neapolitana 11. Aprilis 1620. Quæ etiam declarauit, huiusmodi Capellanos non habere iurisdictionem in Clericos, vt in Lucertina 15. Februarij 1622. 2

CONSVLTATIO LXXXI.

An Episcopus confirmans Constitutiones suorum Prædecessorum, in quibus quadraginta dies de pœnitentijs iniunctis per Indulgentiam remittuntur, possit addere alios quadraginta dies?

NEgatiuè. Id enim vitatè videtur Episcopis omnibus Innocentius III. in Concilio Lateranensi, relato *in cap. Cum ex eo, de pœn. & remis.* & Innocentius IV. in 1

cap. Romana, eod. tit. in 6. & ibidem Bonifacius VIII. *cap. vlt.* vt rectè aduertit Syluester *v. Indulgentia q. 5. §. sextum*, his verbis: *Si Episcopus dedit 40. dies Indulgentiæ, & successor eius totidem, non valet vtraque secundum Geminianum in cap. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6. ex mente Io. Andrea in addit. ad Specul. Quia per talem multiplicationem veniri posset contra Concilium in cap. Cùm ex eo supra allegatum.* Ita ille.

2 Et sanè si Episcopis successoribus hoc permitteretur, ita quidem breui huiusmodi Indulgentiæ multiplicarentur, vt pœnitentialis satisfactio propè eneruaretur contra mentem summorum Pontificum *in cap. cit.* & Tridentini Concilij *sess. 25. sub fine*.

3 Verùm ergo in his non acquiesco. Nam duplex est limitatio huiusmodi potestatis Episcopalis. Vna in quantitate Indulgentiæ, altera in personis, quibus concedi potest; quod attinet ad primam, ea est, vt Episcopus solùm possit concedere vnum annum Indulgentiæ in dedicatione alicuius Ecclesiæ; in anniuersario autem die talis dedicationis solùm Indulgentiam quadraginta dierum, quam etiam concedere potest in quocumque casu, in quo ei occurrit causa sufficiens ad concedendas Indulgentias. Ita statutum est *in d. cap. Cum ex eo, de pœnit. & remiss.* Rationem autem tantæ limitationis aliqui fuisse credunt, quia thesaurus vniuscuisque Ecclesiæ tenuis est. Sed hæc ratio supponit falsum; quia particularis Episcopus non solum concedit Indulgentias ex illis meritis, quæ in sua diœcesi superfuerunt, alioquin, si illa deessent, quod fieri potest, indulgentia esset nulla ex defectu thesauri, & proinde semper esset incerta; quod absurdum est. Habet ergo Episcopus iurisdictionem ad dispensandum simpliciter de thesauro Ecclesiæ, & de omnibus meritis eius, quæ ad effectum sibi proportionatum sufficiunt, quorumcunque fidelium fuerint. Idcircò existimo, nullam aliam fuisse huius rei rationem, nisi quia secundùm prudentem existimationem ad Episcopale munus hoc sufficiebat, & ad impediendas superfluas, & indiscretas Indulgentias erat maximè conueniens. Quæ ratio *in d. cap. Cum ex eo* insinuatur, additurque in fine, summum Pontificem in Ordinarijs casibus vti solere hac moderatione, ac si diceretur sufficere alijs Episcopis, vt id possint, quod Pontifex in ordinarijs casibus solet efficere. Nam quæ maiora sunt, Papæ conueniunt propter excellentiorem potestatem.

4 Aduertendum autem est *in d. cap. Cum ex eo*, cùm conceditur facultas dandi annum Indulgentiæ in dedicatione Ecclesiæ, non addi particulam de iniunctis pœnitentijs, quæ postea additur in Indulgentijs quadragenarijs. Vndè videtur prior facultas amplior quoad hanc partem. Existimo tamen ex vi illius textus, particulam illam cum tota illa concessione coniungi; nam est illa clausula, veluti suspensa vsque ad finem eius. Deindè illa particula non limitat pœnam remittendam, sed declarat, quales dies, & anni pęnæ remittantur. Et ideò puto, quadraginta dies Indulgentiæ absolutè posse concedi ab Episcopis, & valere ad remissionem tantæ pœnæ, & peccatis nondum confessis. Et ita, vt opinor, est in vsu hæc concessio. Postremò obseruandum est discrimen inter has duas Indulgentias; nam indulgentia vnius anni vno actu extinguitur; nolum enim potest concedi pro die dedicationis Ecclesiæ. Indulgentia verò quadraginta dierum concedi potest, vt duret perpetuò, donec reuocetur. Potest enim semel concedi pro omnibus diebus anniuersariæ dedicationis, vel pro alijs similibus causis. Demùm notanda est alia differentia. Nam in priori anno Indulgentiæ additur, quod neque ab vno solo, neque à pluribus Episcopis, etiamsi contingat, eos ad dedicationem concurrere, possit maior Indulgentia concedi. In altera verò Indulgentia hæc restrictio non additur. Et ideò non videtur prohibitum, quod à pluribus Episcopis, vel successiuè, vel simul, si iurisdictionem habeant, possint plures quadragenæ concedi pro anniuersario die dedicationis, vel alia simili causa. Quia nec locus fit incapax secundæ Indulgentiæ propter priorem, neque actio vnius Episcopi impedit alterius potestatem, neque illa conditio in eo textu, vel in alio tanquam necessaria ponitur.

5 Neque ignoro hac de re plura legi apud Hostien. *in sum. lib. 5. tit. de remissionibus, §. Quid ergo*, Geminianum *in cap. vlt. de pœnit. & remiss. in 6.* Syluestrum *v. Indulgentia*, Nauarrum *comment. de Indulgentijs notab. 31. n. 12.* supplementum Gabriel. *d. 45. q. 3. ar. 2. propos. 8.* Cordub. *q. 14.* Qui neque inter se, nec nobiscum conueniunt. Nam Hostiensis iudicat, Episcopum, & Archiepiscopum posse etiam duplicatum annum concedere in Ecclesiæ dedicatione, itant subditi Episcopi suffraganei duos annos Indulgentiæ consequantur. Sed hoc planè repugnat textui. Vndè idem postea id negare videtur etiam de Indulgentia quadragenaria. Existimat enim limitationem additam in priori clausula ad posteriorem extendi. At hoc neque ex textu colligitur, neque oportet fauorem restringere, vbi ius non cogit. Geminianus verò negat, Episcopum, & successorem eius posse distinctas quadragenas eidem loco concedere. Quod Corduba limitat, si pro eodem casu, seu die concedantur, si pro eodem casu. Sed neque hoc modo video sufficientem rationem, cùm neuter excedat suam potestatem, & ex vi illius textus vnus alium non impediat.

6 Neque ratio in contrarium me mouet. Nam cum sit institutus duplex modus satisfaciendi, vnus per opera propria, & alter mediante thesauro Ecclesiæ, quemcunque quisque ex his duobus modis eligit, prudenter se gerit. Et Ecclesia, siue Episcopus dispensans thesaurum in his quoque prudenter se gerit, quia se conformat institutioni Christi. Atque etiam in eo prudenter se gerit, quod videns homines tepidos, & negligentes in satisfaciendo Deo pro peccatis, subuenit ipsorum infirmitati. Si quidem est actus prudentiæ subuenire proprijs membris, & coadiuuare, quoad fieri potest. Quòd si pro indignis, & inimicis Christus mortuus est, exercens in hoc prudentissimè suam misericordiam, neque ex hoc potest dici prodigus proprij sanguinis, & indiscretus profusor, multò minus Episcopus poterit dici indiscretus & prodigus dispensator Thesauri, si dispenset amicis Dei, licèt negligentibus in satisfaciendo.

CONSVLTATIO LXXXII.

An Clericus habens facultatem subdelegandi, ac procedendi contra Ecclesiasticos, eos visitando, ac perquirendo in locis immunibus occasione fraudum, quas in gabellis committunt, possit subdelegare laicum, qui Ecclesiasticos ipsos in carcerem conyciat?

1 RESpondeo ad vtrumque non posse. Et quoad primum, quia laicus est incapax iurisdictionis in personas, & loca Ecclesiastica, Sperell. *decis. 126. n. 34. & seqq.* Bellett. *disquis. Cler. p. 1. de fauor. Cler. §. 3. n. 31. & 33.* Quoad secundum verò, quia facultas visitandi, ac perquirendi Ecclesiasticos in locis immunibus non potest extendi ad carcerationem, fractionem ianuarum, ablationem bonorum, & extractionem, cùm etiam in fortioribus terminis procedendi contra grassatores, confugientes ad loca immunia, seruanda sit forma tradita in Constitutione 7. Gregorij XIV. de qua in Bullario *to. 2.* cuius forma multò magis seruanda est in his casibus, in quibus simpliciter agitur de inueniendis fraudibus, Sperell. *dec. 14. n. 18.* vbi quod si Iudex secularis ex speciali commissione est cognitor causæ contra Clericum, non potest suam exequi sententiam, nec auferre illi bona, sed exequutio facienda est ab Ordinario, & sic talem facultatem strictè interpretari debemus in fauorem immunitatis, Delben. *de Immun. tom. 1. cap. 1. dub. 15. sect. 1. n. 11. & tom. 2. cap. 16. dub. 9. sect. 14. n. 12.* Atque ita, quod non possit procedi in hoc casu absque incursu censurarum contra violatores libertatis, ac immunitatis Ecclesiasticæ, censuit S. Congregatio Immunitatis in Perusina die 20. Martij 1668.

CONSVLTATIO LXXXIII.

An oblationes, quæ fiunt Oratorijs, atque Ecclesijs, siue Capellis sitis intra limites Parochiæ debeantur Parocho?

1 AFfirmatiuè. Habet enim Parochus intentionem fundatam de iure super omnibus oblationibus factis intra limites suæ Parochiæ iuxta textum *in c. Quia Sacerdos, & c. Sanctorum* 10. *q.* 1. & notant Canonistæ *in rubr. de Paroch.* vbi nominatim Hostien. *n.* 1. & Abb. *n.* 4. ac in *cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* Capel. Tholos. *dec.* 483. Leo *in thesaur. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 13. *n.* 19. Marescott. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 42. *n.* 7. Rot. *dec.* 256. *n.* 1. *p.* 4. *rec. & dec.* 37. *n.* 3. *p* 5. Quod quidem procedit etiam respectu illarum oblationum, quæ fiunt Capellæ, siue Ecclesiæ sitæ intra limites Parochiæ, quæ non debentur beneficiato dictæ Capellæ, seu Ecclesiæ, sed Parocho, Butr. & Abb. *in d. Cap. Pastoralis in* 2. *notab.* idem Abb. *in cap. Dilectus sub. n.* 4. *de offic. ordin.* Ferrect. *cons.* 543. *n.* 4. Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 15. Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 57. *n.* 3. Marescott. *d. cap.* 42. *n.* 8. *&* 9. Ricc. *dec.* 170. *n.* 8. *& seq. p.* 4.

2 Ac præsertim quando Parochus præter assistentiam iuris reperitur etiam in quasi possessione exercendi iura Parochialia, & percipiendi oblationes in dicta Capella, siue Ecclesia, idque præcipuè probetur ex depositione Sacerdotum, quibus tanquam de facto proprio deponentibus, plurimum est deferendum ad tradita per Glos. *in c. Monachus* 17. *dist.* Ruin. *cons.* 127. *n.* 2. *&* 13. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 92. *n.* 89. Capyc. *dec.* 12. *n.* 14. *&* 15. Rot. *dec.* 242. *sub n.* 5. *post.* 2. *vol. consil. Farinac. & dec.* 252. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Et maximè si extarent decreta facta ab Episcopis in visitationibus. Tum quia hæc materia oblationum in visitationibus est cognoscenda, Fusch. *de visit. lib.* 1. *cap.* 24. *in princ.* Tum quia in his plurimum defertur iudicio Episcopi, qui præsumitur informatus de redditibus Ecclesiarum suæ diœcesis, vt animaduertit Rot. *dec.* 1026. *n.* 3. coram Seraph. & *dec.* 482. *n.* 6. coram Gregorio XV. *& dec.* 3. *n.* 11. *p.* 6. *recent.*

3 Nec refragatur doctrina Felin. *in d. cap. Dilectus n.* 3. *de Offic. Ordin.* Quod scilicet non agitur de simplici Capellania, sed de titulo, ac Rectoria prorsus separata, & distincta ab Ecclesia Parochiali. Nam si oblationes factæ alteri habenti proprium Rectorem, & bona separata non debentur Parocho, sed ipsi Rectori, multò magis quando est distincta ipsamet Ecclesia, vt infert idem Felinus, & conferunt, quæ tradit Abb. *in cap. fin. in* 1. *not. de præb.* Cald. *cons.* 28. *in pr. eod. tit.* Cassad. *dec.* 11. etiam *de præb.* cum alijs deductis in Vrbeuetana beneficij 15. Decembris 1625. coram Vrgellensi, in qua resoluitur, Ecclesiam mensæ Episcopali vnitam non comprehendere beneficium distinctum in eadem Ecclesia existens; maximè quod voluntas offerentium potest esse indiuidua ad illam Ecclesiam, quo casu non est flectenda, & Parochus remanet exclusus, vt de veriori firmat, Lotther. *de benef. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 31. & declarauit S. Congregat. super Episcopis in Cæsenatensi 2. Aprilis 1601. non obstante Episcopi visitatione; quia auferre vni Ecclesiæ, & dare alteri, non spectat ad Episcopum visitantem, sed requirit authoritatem Pontificis, & causam, Lap. *alleg.* 66. *n.* 3. Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 3. *n.* 4. & fuit dictum in Bononiensi dismembrationis 22. Iunij 1633. coram Ghislerio. Neque de causa statur assertioni Ordinarij, sed sunt aliundè comprobandæ, Oldrad. *cons.* 261. *n.* 2. Caputaq. *dec.* 450. *p.* 3. Garz. *loc. cit. c.* 2. *n.* 120. & Rot. *in d. Bononiensi*, vndè licet à decreto Episcopi appellare, non obstante colore visitationis, Dec. *in cap. ad nostram n.* 1. *& seqq. de appel.* Pauin. *tr. de visit. p.* 4. *q.* 10. *per tot.*

4 Hæc, inquam, doctrina non refragatur, quia procedit, quando non solùm altare, seu Ecclesia habet bona distincta, sed vlterius oblationes fiunt per fideles intuitu ipsius Altaris, vel Ecclesiæ, itaut si id non constet, debeantur Parocho, vt benè se explicat idem Felin. *d. n.* 3. quem sequitur Genuens. *in d. cap.* 57. *n.* 3. vbi ait, non præsumi factas intuitus Altaris, vel peculiaris Ecclesiæ. Et ita declarauit S. Congregatio Concilij in Fulginatensi oblationum die

6. Aprilis 1647. per hæc verba: *S. Congregatio &c. censuit Rectori Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai Belfioris Diœcesis Fulginatensis deberi oblationes, quæ fiunt in Ecclesia simplici S. Mariæ Prati existente intra limites dictæ Parochiæ.* Et iterum 26. Aprilis 1652.

Estque regula, quod oblationes factæ capellæ alicuius 5
Parochiæ, immò etiam imagini depictæ in pariete alicuius domus, de iure communi pertinent ad Parochum, in cuius Parochia existunt, nisi ea ratione offerrerentur, vt in honorem, ornatumque sacelli, vel imaginis insumerentur. Tunc enim offerentium intentio seruanda esset, *cap. causa* 13. *de verb. signif.* Angel. *v. Ecclesia* §. 9. Bona. *to.* 2. *de legib. disp. vlt. q.* 5. *pun. vlt. n.* 4. Rot. apud Farin. *p.* 1. *tom.* 1. *dec.* 256. S. Congreg. Episcop. in Triuentina 20. Martij 1601. in Fanensi 27. Iunij 1659. & alibi. Nam cum eiusmodi Capellæ, siue Imagines sint sitæ intra limites Parochiæ, ius Parochi, quod habet supra Parochiam, extenditur etiam ad Capellas, & Imagines, & ideò oblationes factæ ijs Capellis, vel Imaginibus, pertinent ad Parochum, nisi offerentes aliud disponerent; tunc enim eorum dispositio seruanda est, *arg. ex cap. Porro de priuil.* & notant Seraph. *dec.* 774. *n.* 1. Caual. *dec.* 639. *n.* 6. ac Rot. in Tolet. Capel. 16. Iunij 1631. coram Merlino. Vide Fagnanum *in cap. Pastoralis de his quæ fiunt à Præl.* & nos alibi.

CONSVLTATIO LXXXIV.

An, & quatenus Hospitalia, eorumque Hospitalarij laici gaudeant priuilegio immunitatis, & priuilegio fori?

REspondendum videtur, non gaudere. Primò quia 1
Hospitalia non sunt Domus Dei, sed hominum. Secundò, quia, licèt Hospitalia sint loca pia, & Religiosa, nō tamē exinde sequitur, quod Hospitalarij gaudere debeāt priuilegio fori. Nam exemptio, quæ concessa est Hospitalibus, non est concessa eorum administratoribus, quando ij sunt merè laici in ijs, quæ illorum personam respiciunt, vt tradit Barb. *in Clem. fin. super Glos. v. Statuimus, de rescript. & Clem.* 1. *de relig. domib.* in qua sententia est item Cochier *de iurisd. indic. ordin. in exempt. p.* 1. *q.* 31. *n.* 8. & Zipæus *de iurisd. Eccles. & Ciuil. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 2. vbi ait: *Eum autem, qui ex commissione duntaxat Episcopi administrat Hospitale, Episcopi auctoritate erectum, non ob id gaudere priuilegio fori probabilius est, nisi fortè sit Clericus, et administratio pro officio Ecclesiastico habeatur.* Et ita etiam declarauit S. Congreg. Immunitatis in nullius, seu Foropompiliensi iurisdictionis sub die 18. Nouembris 1664. quamuis illud Hospitale haberet omnia requisita, quæ habere debet locus Religiosus, & pius, cuius administratio concedi non debet laicis, sed viris Religiosis, vel Clericis non coniugatis, & qui perpetuò illi incumbant, vt decernunt Concilium Rauennatense sub Clemente V. *cap.* 25. & Senonense *de visitat. cap.* 29.

Nec obstat, quod eiusmodi Hospitalia visitētur ab Or- 2
dinarijs, rationesque administratorum ij recipiant. Quod fieri posse non videtur, nisi essent loca Religiosa, & Episcopi authoritate constructa, eo quod in priuatis, & profanis Episcopus non habet iurisdictionem, vt dicit Bald. *in auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles.* Vndè necessario est præsumēdum Episcopi authoritate erecta, vt tenet Regens de Ponte *cons.* 18. *n* 2. 3. *&* 8. Nam respondetur, id non rectè inferri, quid Ordinarijs permissum est, non solū Religiosa loca visitare, sed etiam pia, quæcumque sint, quamuis profana, ex dispositione S. Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. *&* 9. exceptis tantummodò ijs, quæ subsunt immediatè Regum protectioni. Idque efficiunt non iure ordinario, sed vt Sedis Apostolicæ Delegati, & ita pluries censuit S. Rota Romana, prout refert Garz. *de Benef. p.* 5. *n.* 602. *in fin. ac differit* Marth. *de iurisd. p.* 4. *cent.* 2. *cas.* 113. *n.* 30. *&* 31. Ansald. etiam *de iurisd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 13. *n.* 37. *& seqq.* ac Duard. ad Bul. Cœnæ *lib.* 2. *can.* 15. *q.* 7. *concl.* 6. *n.* 15. Greg. XV. *dec.* 4. *n.* 16. Quare cùm prouisio ista sit specialiter facta in illis duobus casibus tantummodò in eisdē capitibus S. Conc. expressis, non est trahēda ad consequētiā, sed in cæteris recurrendū est ad ius commune. Hospitalia autem, & Confraternitates sunt de foro laico ex Generali

regula iutis communis, nisi contrarium probetur, Matth. *ibid. p. 2. cas. 18. n. 1.* & visitari nequeunt ab Ordinarijs, Gabr. *cons. 195. n. 15.* Ac proinde Hospitalarij gaudere non debent priuilegio fori Matth. *d. cas. 113. n. 2.* & Felin. *in cap. 2. n. 8. de for. comp.* Idque, etiamsi sint hospitalarij hospitalis verè Ecclesiastici, Clar. *in prax. §. fin q. 35. n. 23.* & constanter Doctores, quos adducit Carol. de Grass. *de effect. Cler. eff. 1. n. 118. & seq.* ac etiamsi sint deputati ab Ordinario, nisi deferant aliquod signum habitus Ecclesiastici. Aliàs enim sequeretur, seruientes Hospitalibus laicorum esse melioris conditionis, quàm Clerici, qui licèt inseruiant Ecclesiæ, si tamen non deferant Clericalem habitum, & tonsuram, priuilegio fori non gaudent, Concil. Trid. *sess. 23. c. 6. de ref.*

3 Quin dato etiam, quod sint loca Religiosa quoad effectus, vt illa subsint Iudici Ecclesiastico, reputenturque loca immunia, atque gaudeant priuilegijs Ecclesiasticis, nunquam tamen dicendum est, quod talia sint habenda ad effectum, vt eorum Rectores laici, alijque inseruientes sint subiecti Iudici Ecclesiastico in ijs, quæ non concernunt hospitalium administrationem. Quoniam vltra illa duo requisita, scilicet exercitij pietatis, & erectionis cum auctoritate Ordinarij, requiritur etiam copulatiuè, quod personæ ita addictæ sint loco pio, vt nequeant seorsum considerari, vt rectè asserit Matth. *loco alleg. p. 4. cent. 2. cas. 113. n. 24.* & Duard. *d. can. 15. q. 7. concl. 1. n. 4.*

4 Vt autem persona loco addicta pro tali cognoscatur, requiritur, vt sit adeò ipsi loco obligata, vt penè inserta eidem sit, ab eoque discedere non valeat, nec se vllo modo separare, vt in specie docet Bald. *in l. si quis 48. §. In omnibus n. 19. C. de Episc. & Cler.* Quare benè Doctores communiter statuunt, quod Hospitalarij, cæterique Officiales hospitalium, etiam Ecclesiasticorum, & auctoritate Apostolica, vel ordinaria erectorum, non gaudeant priuilegio fori quoad sua delicta, vel res proprias, si sint laici, & perpetuò non sint addicti Hospitalitatis seruitio. Id, quod magno numero docent apud Lambert. *de iure patr. ar. 10. q. 1. p. 1. lib. 1. n. 6.* Valasch. *consul. 105. n. 31 & seq.* Borgnin. *decis. 17. n. 69. p. 2.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. eff. 1. n. 118.* & tradunt Ansald. *de iurisd. p. 2. tit. 11. cap. 13. à n. 56.* Barbos. *de iur. Eccles. cap. 39 §. 2. n. 51.* Duard. *ad d. Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q.... concl. 3. sub n. 9.* Bonacin. *tom. 3. de censur. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 4. n. 19. & 20.* alijque passim, & admisit Rota *dec. 482. n. 39. p. 4. tom. 2. recent.*

5 Quibus non refragatur, quod quando dicti Officiales sunt deputati ab Ordinario, contrarium teneant Doctores adducti à Diana *resol. 66. tr. 1. de Immun. p. 3.* Nam Valasch. *d. consul. 105.* non loquitur simpliciter, prout refert Diana, sed vlterius addit, quod sint perpetuò deputati. Barbosa verò *de potest. Episcop. p. 2. alleg. 12. n. 40.* licèt loquatur simpliciter, est tamen intelligendus cum dicta qualitate perpetuæ deputationis iuxta ea, quæ tradiderat *d. cap. 39. §. 2. n. 51.* Immò Diana monet, recurrendum esse ad Decianum, & Duardum; at isti tenent, quod requiratur deputatio perpetua Ordinarij, ita vt non sufficiat illius confirmatio, quæ non potest extendere electionem Hospitalariorum, à laicis factam ad priuilegia sibi non competentia, cùm duntaxat roboret electionem in statu, quo est, Bald. *in l. Item quia, n. 1. ff. de pact.* & in terminis huiusmodi electionum, quæ fiunt per laicos sub confirmatione superioris perspicuum est, quod iurisdictio Officij, & potestas illud exercendi pendet ab electione, non autem à confirmatione, Bald. *in l. Priuatorum 3. n. 2. & 3. ac l. Perniquum 7. n. 4. in fin. C. de iurisd. omn. Iud.* Ac denique Doctores contrarium sentientes intelligendi sunt de ijs seruientibus, qui promiserunt obedientiam, & viuunt intra septa Hospitalium; sicuti ij, qui Concilio Trid. *cap. 11. sess. 24. de ref.* sunt etiam exempti à iurisdictione ordinaria respectu Hospitalium Regularium, cùm non sit verisimile, sed summæ æquitatis, quod qui sunt illius speciei, quos Concilium vult Ordinarijs plenè in omnibus subiectos esse, gaudere debeant exemptione à iurisdictione laicali, vt videtur sentire D. Fagnan. *in cap. Nullus, de for. comp. n. 33. in fin.*

Porrò ad effectum cognoscendi Hospitale esse laicum, sufficit sola institutio, vel destitutio eius Rectoris, facta à persona laica, vt post Roman. *cons. 457. n. 8. & 10.* ac plures alios firmauit Rota *dec. 725. n. 1. p. 1. diu.* Vndè non potest dici, illud habere requisita necessaria ad hoc, vt gaudeat priuilegijs locorum piorum, quamuis adsit campana, & in eo sacrum celebretur. Quia hæc signa ostendunt, esse Ecclesiasticum, quando versaretur in dubio, non autem quando plura concurrunt ad iudicandum, locum esse laicum potius, quàm Ecclesiasticum, Roman. *vbi supra n. 14.* Ac præsertim quando administratio maioris partis bonorum fuit relicta Magistratui seculari, quod suffragio suo ponderauit in similibus terminis Rota coram Durano *dec. 130. n. 2.* 6

Nihilominùs tanquam certum tenendum est. Quando Hospitale est Publicum, hoc est erectum auctoritate Ordinarij, vel Pontificis, ad textum *in cap. Ad hæc, de relig. domib.* vbi Doctores, vel alia concurrunt, ex quibus possit iudicari locus Religiosus, aut Ecclesiasticus, tunc habet omnia priuilegia, quæ conceduntur Ecclesijs, vt ex Imperiali rescr. pro expresso *in l. omnia, C. de Episc. & Cler.* Bald. *in l. si quis ad declinandam, C. eod. & in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacror. Eccles.* Archid. *in c. Definimus 17. q. 4.* Io. Andr. *in cap. Quia contingit, de relig. dom. & in clem. dispendiosam, v. Beneficia, de iudic.* vbi etiam Anchar. *n. 2. & 5.* Socin. *in l. rem, quæ nobis, de acquir. possess.* Barbat. *in cap. Nulli, de reb. Eccles. non alien.* Paul. de Castr. & Angel. filius *cons. 458. vol. 2.* plenè Remig. *de immun. ampl. 17. v. Hospitalia,* & nuper Renatus Chopp. *in lib. 2. Monasticon, siue de iure cœnobiorum tit. 1. art. 27.* Matth. de Afflict. *dec. 67. n. 4.* Roman. *cons. 477.* Tiraquel. *de priuil. piæ caus. in præf. Item relictum hospitali,* multos allegans Franc. Marc. *dec. 1021. n. 2. vol. 1.* Io. del Castil. Sotom. *quotid. contr. iur. de vsufr. c. 54. n. 24.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 4. n. 21.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 30. n. 6.* ac tradunt Doctores, quos sequitur Couaruu. *lib. 2. var. cap. 20. n. 4.* Farinac. *in prax. p. 1. tom. 2. q. 28. tit. de carcerib. n. 36.* Decian. *in tr. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. n. 18.* & Ant. Gabriel. *com. concl. lib. 6. & 10. con. 2.* Syluest. *in sum. v. Immunitatis 3. n. 1.* Suar. *de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 3. cap. 9. n. 9.* Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 10. n. 2. & tom. 4. lit. I. Concl. 59. n. 24.* Delbene *de Immun. cap. 16. dub. 9. sect. 10. n. 2. & 3.* Ciarlin. *contr. for. cap. 116. n. 7.* Sperell. *dec. 51. n. 19.* Nouar. *de elect. for. tom. 1. sect. 2. q. 54. n. 3. & per tot.* alijque, ac iudicauit Rota Rom. *dec. 725. n. 2. p. 1. in nouis.* Quam conclusionem pluribus comprobat Dec. *cons. 488. n. 4. & cons. 504. n. 1.* Grat. *cons. 204. n. 22.* & alij, quos refert idem, Tiraquel. *sub princ. locis allegatis n. 5.* Farinac. *de immun. n. 266.* Regens Carolus de Tapia *in Comment. ad cap. Reg. 95.* quod incipit: *Item statuimus, quod Ecclesiæ n. 7. tit. de his, qui ad Eccles. confug. lib. 1. iuris Regni* ac latè Gabr. *d. concl. 2. n. 1.* & Valasc. *d. consul. 105. & seq.* Idque procedere, etiam quod in eo non celebretur, docet idem Tusch. *vbi supra concl. 10. n. 2.* & Castr. *d. cons. 458. in princip. lib. 2.* Quia cum sit Episcopi auctoritate constructum, factus est locus Religiosus ita, vt ad profanos vsus conuerti non debeat *text. in d. cap. Ad hæc, de relig. dom.* Quicquid dixerit Felin. *in cap. de quarta, de præscript. n. 11.* allegans Cardinalem Zabarellam *in cap. fin. de censib.* 7

Etenim affinia Ecclesiæ sunt loca pia, vt Orphanotrophia, Prochotrophia, Xeodochia, &c. *l. omnes 33. C. de Episc. & Cler.* Monasteria, *tot. tit. extr. de relig. dom.* vbi Panor. Host. & alij, Oratoria, *§. si quis in auth. de Eccles. tit.* Quæ larga huius significatione comprehenduntur, non propria, *cap. 2.* vbi Panor. *n. 1. & 2. de consuet.* Card. *in clem. 1. q. 3. de iudic.* Et in fauorabilibus, non odiosis Ecclesiæ appellatione, ac iure comprehenduntur, *cap. Grandi, de suppl. negl. Prael. cap. 2. de in integr. rest. lib. 6.* & priuilegijs gaudent, *§. de temporalibus in auth. de Eccles. tit.* Hoc distant, quod hæc vsibus, ac alimentationi Religiosarum, aut miserabilium personarum, Ecclesiæ verò cultui præcipuè Diuino dedicentur, *instit. de rer. diu §. Sacra cum seq.* Affinia etiam sunt loca Religiosa, Sancta & publica, *l. 10. inst. de rer. diu. §. 2. & 3.* quibus cum eodem plurimùm iure, ac pri- 8

uilegio

uilegio Ecclesia vtuntur, *l. vlt. C. de sacros. Eccles.* Quæ omnia, sicut Ecclesiæ ipsæ Episcopo loci subsunt, *cap. 3. & 4. de relig. dom.* nisi doceantur exempta, *clem. 2. eod. tit.* Concil. Trid. *sess. 22. c. 8. & sess. 25. c. 8. de refor.*

9 Idque multò magis, quando ex longi temporis cursu, vt rectè post plures obseruat Menoch. *de præsumpt. lib. 3. cap. 132. n. 51.* vbi de solemni erectione specificè non constat, adsunt signa, & coniecturæ, ad quas recurrendum est ex Felin. *loc. cit. n. 13.* ex quibus Hospitale efficitur locus sacer, & Ecclesiasticus, vt nimirùm si habeat formam Ecclesiæ, & in eo sit altare, siue Oratorium consecratum cùm campanile, & campanis, si in eo celebretur Missa, aliaque fiant, de quibus *in tomo primo.* Hæc enim esse signa indubitata, quod sit erectum authoritate Ecclesiastica, docet Archid. *in c. nemo de consecr. d. 1.* Innoc. *in cap. Inter. dilectos, de donat.* ex cuius dictis fuisse decisam Florentiæ magnam quæstionem, refert Felin. *loco proximè cit.* & multos congerit Mascard. *de prob. concl. 869. sub princ.* Gabr. *loco alleg. n. 5.* Guttier. *can. quæst. lib. 1. cap. 35. n. 20.* cum innumeris, nemine contradicente, ac signatæ Romanus *conf. 477. n. 13.* vbi Add. *lit. B.* alios refert Lotther. *de re benef. lib. 3. cap. 6.* Marth. *dec. seu vot. Pisan. 169. n. 3.* quibus subscribit Rota inter *diuers. d. dec. 725. n. 3.*

10 His verò deficientibus coniecturis, ac signis, non illicò Hospitale iudicandum est profanum, & priuatum, quanquam in eo Hospitalitas, aliaue opera pia exerceantur, vt voluit Bald. *in d. l. siquis ad declinandum,* Alex. *conf. 120. n. 3. lib. 1.* Ias. *conf. 218. n. 1.* Cur. iun. *conf. 1. per tot.* Ioseph. Ludouic. *decis. 90. n. 9. p. 2.* Mastr. *dec. 100. n. 16.* vel saltem tale est præsumendum, vt post Federic. de Sen. *conf. 125.* Roman. *sing. 35.* Riminal. sen. *conf. 486. n. 13.* decisum per Rotam Florentinam, testatur Magonius *dec. 61. n. 15.* Ea ratione, quod non omnis locus pius, Sacer, & Religiosus est, & proinde immunis. Nam hæc qualitas distincta, & separata est à pietate, vt benè considerat Roman. *d. conf. 477. in fine,* Bald. *conf. 5. vol. 3.* cum cæteris relatis à Gabr. *d. concl. 2. n. 1.* Cùmque sit fundamentum intentionis, non præsumitur, nisi probetur, vt aduertit Regens de Ponte *conf. 18. n. 5.*

11 Sed ad alia recurrendum est ex natura exemplorum, quæ declarant regulam, non restringunt, *l. regula in fin. de iur. & fact. ignor. §. hactenus, instit. de gradib. cap. Romana, §. si autem, de appel.* Ad alia igitur recurrendum est, quæ locum efficiunt sacrum, & Religiosum, prout rectè sentit Guttier. *d. cap. 35. n. 26.* Et primò si vt tradit Host. *in cap. cum olim 2. §. Iudices autem, de priuil.* ad erigendum Hospitale Episcopus ante omnia locum Deo consecraoit, figens in eo salutis nostræ signum. Quod sequitur Mar. Ital. *de emm. Eccles. lib. 1. c. 4. n. 19.* Item si Hospitale est subiectum Dominio alicuius Ecclesiæ. Impossibile enim est, quod Hospitale sit de Dominio Ecclesiæ illi vnitæ & quod possit reputari profanum, & laicum, subsitque foro laicali. Nam Hospitalia Ecclesijs vnita sunt de foro ipsius Ecclesiæ, & tàquam quid accessorium sequuntur suum principale, Rebuff. *tr. de nomin. q. 15. n. 14.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. glos. 5. §. 4. n. 16.* Ita in fortioribus, si Ecclesia habet duntaxat Dominium directum in bonis, semper agendum est in foro Ecclesiastico, licèt agatur de solo Dominio vtili inter laicos. Quia Dominium directum Ecclesiæ est inseparabile ab vtili, & tanquam dignius trahit vtile minus dignum iuxta celeberrimã Rotæ decisionem in Romana domus de Scapuccis coram Coccino, quæ est impressa post Pacific. *de Salu. interced. decis. 237. per tot.* & coram Merlin. *decis. 803. n. 1. & seq. ac n. 7. & seqq.* quæ est in appendice excusa post indicem, ac in Romana census, seu emphyteusis 30. Maij 1655. coram Priolo, & declarauit S. Congregatio Immunitatis in Carmolensi die 4. Septembris 1669. & in Sorana die 20. Nouembris 1657. ac alibi sæpè, scilicèt *S. Congregatio &c. censuit meros laicos pro bonis emphyteuticis, ac redditijs Ecclesiæ pro eo, quod spectat ad dominium directum, non posse conueniri in foro laicali.*

12 Ac etiam quando Hospitali laico vnitum est, atque aggregatum aliud Hospitale Ecclesiasticum, exigente ab eo Camera Apostolica pro dicta vnione, & aggregatione quindennia, quæ debentur loco annatarum, & solui solent pro solis beneficijs Ecclesiasticis vnitis vigore Constitutionum Apostolicarum, quas referunt Pasif. *de resignat. lib. 4. q. 10. n. 4.* Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 29. n. 1. & seqq.* Modern. *de styl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. n. 1. & seqq.* Nouar. *in addit. ad sum. Bullar. tit. de quindenmy solut. n. 8. & seqq.* ac Rot. *dec. 474. n. 18. in fin. & n. seqq. p. 9. recent.* Hinc enim non solùm resultat qualitas Ecclesiasticitatis, sed tollitur possibilitas, quod eiusmodi Hospitale possit esse laicum, dum constarum est ex vnione bonorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, in quibus laici nullam possunt habere, neque exercere iurisdictionem.

Aut si in Hospitali Hospitalitas seruetur. Hæc enim 13
reddit rem certam pro fori priuilegio, Gabr. *de concl. 2. n. 6. tit. de pia causa.* Nam, vt Hospitale dicatur locus pius, sufficit, quod opera pietatis exerceat; quia priuilegium non datur loco, sed causæ ex adductis ab Antonell. *de regim. Eccles. cap. 10. §. 7. n. 72.* Vel si Hospitalarius residet cum sua familia in Hospitali, addictus illius seruitio. Tunc enim gaudere debet, vt in terminis de Hospitalario habitante cum vxore, & familia in Hospitali, quod gaudeat immunitate, etiamsi sit vxoratus, quotiescumque Hospitale est erectum authoritate Episcopi, tradit Lap. *de Hospital. q. 1. n. 11. & 12.* in tet *tract. vniu. iur. tom. 14. fol. 164.*

Et insuper si in Hospitale sit deputatus Rector ab Epi- 14
scopo. Vndè consequitur, illud præsumendum erectum eiusdem auctoritate, vt expressè decisum fuit per Rot. *d. dec. 725.* ac tenet Marc. Anton. *var. resol. lib. 1. c. 14. n. 4.* De qua institutione constare debet per legitimam, & authenticam Bullam; testes enim non sufficiunt. Nam compertum est in iure, eum, qui se fundat in aliquo actu, qui scripturam desiderat, vel saltem de communi stylo per scripturam solet expediri, teneri eam exhibere, eo quod hoc casu scriptura est essentia, vt docet Butr. *in propria materia in cap. in nostra de rescript.* & latissimè Afflict. *dec. 398. & 453. n. 3.* Vel saltem debet probari scripturæ, seu litterarum amissio ex Theorica Bart. *in l. Sicut. C. de fid. instr.* & notat Guido Pap. *in com. ad statut. Delphin. si quis per litteras in proem. n. 23. & q. 474.* vbi Ferer. eius addit. Et testes deponentes super tenore scripturæ amissæ debent esse periti, vt cognoscere possint vitia scripturæ, alias non probarent, ad notata per Bart. *in l. 2. §. Duos, de iur. fisci, & in auth. Si quis in aliquo n. 19. C. de eodem* cùm alijs relatis per Cancer. *var. resol. tom. 3. cap. 3. de priuil. & rescript. n. 171.*

Fateor tamen & ego non ex eo solùm, quod Epi- 15
scopus hoc vnum ius Episcopale in Hospitale exercuerit, inferri necessariò, fuisse ipsius authoritate constructum. Nam doctè satis, & eleganter in specie respondet Abb. *in cap. 1. n. 5. de relig. domib.* non idcircò Hospitale esse Religiosum, nisi aliundè constet. Nam, inquit, contrarium consuluit Federicus de Senis *conf. 215.* quia ex possessione vnius articuli non est inferendum ad alios articulos, *vt in d. cap. Cum contingat,* cùm similibus, nec obstat iste textus, quia locus ille necessariò debebat esse subiectus alicui Episcopo, ideò præsumptio est pro eo, qui exercuit ibi aliqua iura. Sed non sic est in Hospitali, quia Hospitale non Religiosum non tenetur Episcopo ad iura Episcopalia, *cap. ad hæc de relig. dom.* idcòque sumus extra terminos huius capitis, vt sic dicamus tantùm fuisse præscriptum, quantum probatur fuisse possessum, & confert hoc plurimum ad multas quæstiones diluendas; quam doctrinam meritò celebrat Mascard. *d. concl. 869. n. 8.* Et tandem potest id fieri ab Episcopo, & quod mortuus sit Hospitalis fundator. Quo casu etiam in profanis, & priuatis cura ipsorum ad eum pertinet, vt docet Abb. *in cap. de Xenodochijs n. 3. de relig. domib.* Federic. de Sen. *conf. 111. sub princ.* & Gratian. *discept. for. tom. 3. cap. 481. n. 9.* Quare hoc solum signum non est omninò infallibile erectionis Episcopalis.

Ac præterea si constat de expressa dotatione ad tradita 16
per Felin. *de cap. de quarta, n. 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. cap. 79 n. 4.* Rot. *dec. 508. p. 1. in nouis* & expressius post alios tenet Caualcan. *dec. 17. n. 65. p. 2.* Nam aliàs si solum stipendium, vel introitus quorundam bonorum essent pro operibus pijs designati, tunc locus esset profanus. Verùm id non approbo; sufficit enim, quod sit locus

locuspius, qui Ecclesiæ nomine includitur, *cap. Requisisti extr. de testam.* Lap. *de hospit. n.13.* Giron. *de priuil. n.520.* Garz. *de benef. p.5.c.1.n.60a.* vbi tradit, ita quandoque S. Congregationem declarasse. Præterea non ex eo, quod hospitale, vel Capella non habeat dotem, sequitur illud nunquam vllo tempore fuisse dotatum. Quia potuit dotem, & prouentus vsurpatione, vel alia causa amittere, Lambert. *de iure patr. lib. 1. ar. 2. q. princ. 1. p. n. 10.* Rota coram Cardin. Mantica *dec. 65. num.7.*

17 Hæc autem immunitas non solùm competit hospitalibus, eorumque bonis, sed etiam personis, siue ministris inseruientibus, ac deputatis ad illa regendum, quando eorum electio confirmatur ab Ordinario. Etenim isti quoque siue inseruiant hospitalibus Regularium, siue aliorum, adhuc gaudent priuilegio fori, siue sint regulares, siue laici; quia censentur personæ Ecclesiasticæ, sicuti sunt ipsa hospitalia, vt post alios egregiè probat Lezan. *tom. 1. sum. cap. 6. n. 17.* & ante ipsum Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 12. n. 40.* Dian. *tr. 1. de immun. resol. 66.* Castro Palaus *oper. mor. tr. 1. q. vn. pun. 2. n. 10. in fin.* Quod procedit, etiamsi hospitalarij soleant præfigi ad tempus. Quotiescumque enim confirmantur authoritate Ordinarij, gaudent, & reputantur, tanquam perpetui; nam priuilegium non conceditur ratione personæ, sed ratione Officij, ac muneris, quod exercent; quam ob causam S. Congregatio Immunitatis sæpissimè rescripsit, *laicos inseruientes mensæ Episcopali gaudere priuilegio fori.* Quin sæpè etiam censuit, non solùm villicum Episcopi, sed etiam ipsos operarios, & colonos hoc priuilegio gaudere, quamuis sint conductitij ad breue tempus, vt in Ariminensi 13. Iunij 1631. confirmata in Auximana mense Octobris 1663. Quare multò magis gaudere debent hospitalarij, qui aliquando toto vitæ cursu hospitalibus inseruiunt, ac reputantur tanquam personæ Religiosæ exemplo lotici, qui huiusmodi pietatis officia iouenisse dicitur ex adductis per Lap. in aute allegato loco *n. 1.* estque textus in *d. l. Omnia, C. de Episcop. & Cler.* vbi Glossa referendo & ipsa exemplum lotici apertè innuit, priuilegia omnia concessa lotico, primo hospitalario, extendi ad omnes successores, similia opera pia exercentes, atque etiam ad cæteros omnes hospitalibus inseruientes, idque intuitu pietatis.

18 Hanc sententiam vti de iure veram sequuntur Specul. *in tit. de stat. Monach. n. 41.* Butr. *cons. 40.* Felin. *in d. cap. 2. sub n. 8. de for. comp.* & alij relati à Carol. de Grass. *d. eff. 1. n. 117.* Valasch. *d. cons. 105. n. 32.* Squill. *de priuil. Cler. cap. 7. n. 45.* Quibus manum porrigit Fermosin. *in d. cap. 2. q. 15. n. 6. de for. comp.* Rationem autem, mirum est, quam variè, & confusè Authores expediant, quantamque eis difficultatem iam olim, ac nunc facessit, vt videre est apud ipsos, quorum plerique affirmant, hospitalarios huiusmodi non posse dici personas Ecclesiasticas, atque adeò non gaudere priuilegio fori, nisi promiserint in manibus Episcopi castè viuere, & vxore mortua aliam non ducere, ac proprijs renunciauerint; quod videtur sentire Abb. *in d. cap. 2. n. 11. de for. compet.* & prosequuntur ij, quos plena manu adducit Carol. de Grass. *d. eff. 1. n. 118.* vbi post Aloys. de Leon. *in auth. Cassa, n. 21. C. de Sacros. Eccles.* videtur etiam requirere, vt deferant Crucem, vel aliud signum in vestibus. At hi Doctores loquuntur de hospitalarijs, qui viuunt in domibus proprijs, & non sunt addicti hospitalibus, sed tantùm præsident eorum negotijs exemplo Tutorum, & Curatorum, qui habent quandam generalem, & externam administrationem. De hisce autem nos nihil asserimus, sed tantùm de personis, quæ necessariò seruitio hospitalis addictæ sunt. Istæ enim cùm degant intra septa hospitalis, & versentur circa frequens ministerium, dicuntur pars ipsius hospitalis, cum hospitale esse non possit sine personis, adeò vt locus, & personæ constituant vnum corpus integrum, cùm personæ sint de forma, & nequeant separatim considerari, vt benè aduertit Duard. *ad Bull. Can. can. 15. q. 7. n. 4.* vbi considerat tria requisita, quæ huc spectant. Primò, vt locus, & personæ, quæ exiguntur ad necessitatem seruitij, nequeant separatim considerari; quia non potest considerari hospitale actu, nisi adsit hospitalarius, qui seruiat. Secundò, vt locus sit ordinatus ad, pia opera exercenda. Tertiò, vt sit erectus auctoritate Papæ, vel Ordinarij. Id, quod scitè comprobatur ex Baldo *in d. l. Siquis ad declinandum sub n. 19. C. de Episcop. & Cler.* vbi concludit, quod quando persona est obligata, & inserta loco, censetur vnum, & idem, ac dicitur inter personam, & locum adesse inseparabilis coniunctio, adeò, quod vnum sine altero considerari nequeat. Pulchrè Oldrad. *cons. 11.* vbi tenet, quod priuilegium Xenodochio concessum extendatur etiam ad Oeconomos, & administratores Xenodochij, quorum opera pauperes carere nequeunt. Facitque ad hoc textus elegans *in l. huius, ff. qui potior in pign.* ibi: *sine quibus nauis salua peruenire non poterat, text. in l. administrantes, §. 1. ff. de excus. tut. text.* notabilis *in l. 1. §. si vir, aut vxor ff. ad S. Cyllan.* ibi: *sed quia commixta familia est, & vna domus, ita iudicandum atque in proprijs seruis,* Hippol. *sing. 180.* Bald. *in cap. fin. n. 6. in fin. de iuram. calum.*

Quò pertinet vulgaris regula, aliquem ex alterius 19
persona consequi, quod ex sua consequi nequit, *text. in cap. authoritate, fin. de conuf. preb. lib. 6. & in l. si communem ff. quemadmodum seru. amit. & in l. Is, qui duos, ff. de lib. leg.* Ias. *in l. Si emancipati num. 5. cum seq. C. de collat.* Regulariter enim vno concesso & reliqua concessa intelliguntur, sine quibus illud commodè explicari nequit, text. *in l. 3. §. Qui habet, ff. de ser. rust. præd. & in l. 1. §. 1. ff. si vsufr. pet. & in l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud.* vbi communiter Doctores, latissimè verò Iason per multa exempla huius necessariæ consequentiæ, quem adhoc omninò vide, text. *in cap. Præterea, de offic. deleg.* Bart. *in l. de quib. in 2. lect. n. 2. ff. de legib.* dicens feudo præscripto omnia eius accessoria præscripta censeri. Idem tenet Ias. *in d. l. 2. n. 11. in 2. limit.* Euerard. *in loco à concessione antecedentis* per text. *in l. si aliena, §. 1. ff. de vsurp.* Panorm. *in cap. venientes n. 3. de iur.* & Oldrad. *d. cons. 11.*

Quod adeò verum est, vt non sit opus, quod huius- 20
modi seruientes seruitio hospitalis addicti voueant castitatem; quia dicuntur personæ Ecclesiasticæ, etiamsi non teneantur ad continentiam, sed vtantur legitimo matrimonio, vt post Glossam *in c. Duo sunt 12. q. 1.* aduertit Vasquez, *contr. illustr. lib. 3. cap. 105. n. 52.* vbi probat à simili de Acolythis, & Templarijs, qui sunt Ecclesiastici absque voto continentiæ. Insuper vota huiusmodi emitti non possunt extra Religionem à Papa approbatam, atque adeò neque ab his hospitalarijs, vt in specie non obscurè iudicat Abb. *cons. 104. n. 4. lib. 1.* immò neque à Clericis secularibus. Minùsque necessariò exigitur, quod deferant Crucem, vel signum aliquod in vestibus, cùm eos necessitas seruitij faciat de foro Ecclesiastico, non autem diuersitas vestium, Fermosin. *d. q. 15. n. 6.*

Atque ita declarauit sæpiùs S. Congregatio Immuni- 21
tatis, præsertim in Beneuentana 20. Martij 1630. ibi: *Hospitalarius perpetuo addictus seruitio gaudet priuilegio fori, & exemptione pro bonis,* & in Ripana die 24. Iunij 1644. *nempè S. Congregatio, &c. censuit, hospitalarium Terræ Columellæ, dum permanet in seruitio hospitalis, & hospitale est erectum auctoritate Ordinarij, gaudere priuilegio fori.*

Et in Salmonensi die 28. Augusti 1663. *Sac. Congre-* 22
gatio &c. censuit, Iosephum, Custodem hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ, durante seruitio, gaudere priuilegio fori, si dictum hospitale sit erectum auctoritate Ordinarij.

Et in Albanensi die 4. Septembris & 2. Octobris 1668. 23
S. Congregatio censuit, hospitale erectum auctoritate Ordinarij gaudere immunitate, sicut etiam eius hospitalarium, durante seruitio, & quod hospitale, vti Ecclesiasticum, gaudeat immunitate Ecclesiastica declarauit eadem Sac. Congr. in Ciuitatis Castellanæ 8. Aprilis 1631.

Hospitalis verò apothecæ locatæ vsui profano non 24
gaudent immunitate, eadem S. Congr. in Verulana 13. Iulij 1637.

Vndè non obstat, quod requiratur hospitalarios ita 25
perpetuò esse hospitali addictos, vt separari non possint

iuxta

iuxta tradita per Felin. *in d. cap. de quarta n.* 11. Nam talis perpetuitas d ici noo potest extra Religionem, Abb. *d.conf.*104.*n.*4.nec reputatur necessaria ad effectũ exemptionis, & im nunitatis, Vasquez *d. cap.*105. *n.*52. exemplo etiam Eremitarum, qui suo libitu possunt ad sæculum redire, & sine aliqua professione gaudent priuilegio Ecclesiæ, vt 16.*q.*1.*c. Qui verò*, & notat Innoc. *in cap. Cum Monasterium, de elect.* Item exemplo familiarium, ac ministrorum Episcopi, qui pro eo tempore tantùm gaudent, quo sunt addicti eius seruitio, vt alibi probauimus.

26 Nec obstat, quod noo sint electi ab Episcopo, sed tantùm coofirmati. Quia hæc confirmatio non pertinet ad Episcopum, nisi quando hospitale est locus Ecclesiasticus, vt firmat Roman. *d.conf.*477.*n.*8. Matth. *d. dec.* 169.*n.*6. & Rot. *diuerf. dec.*725.*n.* 1.*p.*1.

27 Minùsque obstant Doctores firmantes, hospitalarios non gaudere priuilegio fori; quia eorum dicta procednot in hospitalarijs conductitijs, qui pro certa mercede fortuitò conducuotur, & dimittuntur; secus autem in illis, qui ab Episcopo destinantur, tanquam ministri hospitalium, vel perpetuò, vel ad aliquod tempus ibidem inseruituri. Isti eoim priuilegio fori potiuntur, vt distinguendo probat Abb. *in d. cap.*2.*n.*11. *de for. compet.* & ibi Barbat.*n.*68. Carol. de Graff. *d. eff.* 1.*n.*117.*& seq.*

28 Tandem non applicatur decretum S. Congregationis Immunitatis in nullius, seu Foropompiliensi iurisdictionis, cum io eo casu nec hospitale erat subiectum Episcopo, neque ab eo erectum, neque hospitalarius ab eo deputatus, neque taodem aliquod signum appatebat, ex quo esse Ecclesiasticum dignoscebatur.

CONSVLTATIO LXXXV.

An Episcopus cogere possit ad Clausuram Moniales exemptas, & Regularibus subiectas? Vbi plura eodem spectantia.

1 PRæmittendum est cum commuoi Doctorum sententia, quod omnes de Clausura tractantes supponunt, & videri possunt Booacina, Miranda, Sanchez, Tambutinus locis infra citandis, Azor. *lib.*13. *instit. moral. cap.* 8. *q.* 2. & colligitur euidenter ex Constitutiooe Bonifacij VIII. quæ incipit, *Periculoso*, *& ex cap.*9. *sess.* 25. Concilij Tridentini, atque ex motu proprio B. Pij V. *Circa Pastoralis*, scilicet Moniales esse io triplici differentia. Aliæ enim suot immediatè subiectæ Episcopis. Aliæ immediatè Sedi Apostolicæ. Aliæ verò immediatè Regularibus, quæ etiam dicuntur exemptæ. Insuper duplex io Episcopo potest dari potestas. Alia ordinaria. Alia delegata, de quibus Doctores passim.

2 Expendendo igitur hoc triplex Monialium genus cum hac duplici Episcoporum auctoritate, certum est, quod ius cogendi ad clausuram Moniales Episcopo subiectas est ipsius Episcopi auctoritate Ordinaria. In Monasterijs verò Sedi Apostolicæ immediatè subiectis est ius eiusdem Episcopi auctoritate delegata Sedis Apostolicæ. Certum etiam est apud omnes, Episcopum non habere ius super Clausuram Monialium exemptarum auctoritate Ordinaria. Ideò enim vocantur exemptæ, quia non subduntur iurisdictioni Ordinariæ Episcoporum. Huius ratio est generalis exemptio Regularium à iurisdictione Episcopi, de qua nemo huc vsque dubitanit. At Moniales exemptæ Regularium regimini subiectæ, sunt in numero Regularium, potiunturque respectiuè Regularium exemptionibus, & immunitatibus spiritualibus, ac temporalibus, vt ex diuersis Summorum Pontificum Constitutionibus, præsertim Sixti IV. & Leonis X. demonstrat Tambur. *de iur. Abbatis disp.*12. *q.*1. Rodriquez *tom.*2. *quæst. regul.* 20. *ar.* 22. Atque adeò etiam Moniales exemptæ ab ordinaria iurisdictione Episcopi eximuntur. Tota igitur difficultas reducitur ad potestatem delegatam, an hanc habeant Episcopi quoad clausuram super Monasteria exempta?

3 Qui fauent Episcopis præ cæteris, vt Zerola *in prax. Episcop. p.* 1. *v. Moniales ad* 4. *&* 8. *quæst.* asserentes nonnullos Doctores, colligere putant ex decreto Concilij Trid. *sess.* 25. *c.* 5. quod in omnibus, & per omnia inoouauit B. Pius V. d. motu suo proprio, quod sit delegatum ius Episcoporum interdicendi, atque exeommunicandi Moniales exemptas in ordine ad Clausuram.

4 At Regulares rationibus, & Doctorum auctoritatibus ducti certissimè tenent, nullam Episcopis delegari iurisdictionem super Moniales exemptas, etiam in ordine ad Clausuram. Ad id probandum adducunt verba Concilij *eo cap.* 5. quæ sunt ista: *Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ incipit, Periculoso, renouans Sancta Synodus, vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus Monasterijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent, inobedientes, atque contradicentes per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes.* In hoc autem decreto, inquiunt Episcopi, annotata sunt illa verba, nempè, *vt in omnibus Monasterijs sibi subiectis ordinaria; in alijs verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram, &c.* Ex his enim manifestè datur à Concilio Episcopis auctoritas delegata super clausuram in alijs Monasterijs sibi non subiectis.

5 Verùm Regulares aiunt, quod medullitus considerando intentionem, & verba Concilij, constat per particulam illam, *In alijs*, non intelligi Monasteria exempta, Regularibus subiecta, sed tantùm Monasteria subiecta immediatè Sedi Apostolicæ. Nam particula hæc *in alijs* solùm potest intelligi in sensu, quem patiuntur, & possunt admittere aliæ particulæ, aliaque verba eiusdem decreti, aliàs sibi ipsi contradiceret. Priora autem verba decreti solùm possunt admittere, & manifestè inferunt, quod illa particula *in alijs*, intelligatur de subiectis immediatè Apostolicæ Sedi duntaxat cum exclusione exemptarum. Quippè priora verba elata sunt: *Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ incipit, Periculoso, renouans Sancta Synodus.* Atqui Bonifacij Constitutio clarissimis verbis determinat, quod Monasteria exempta quoad clausuram, subsint proprijs Prælatis Regularibus, & Episcopis dat delegatam solùm super subiecta immediatè Sedi Apostolicæ. Cùm itaque Concilij Tridentini decretum sit renouatio Constitutionis Bonifacij, intelligendum est iuxta Constitutionem, quam innouat, non contra. Aliàs non esset innouatio, sed abrogatio.

6 Confirmatur afferendo integrum *cap.* 9. eiusdem Concilij *cit. sess.* 25. vbi sic habetur: *Monasteria Sanctimonialium S. Sedi Apostolicæ immediatè subiecta ab Episcopis, tanquam dictæ Sedis delegatis, gubernentur: Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur sub eorum cura, & custodia relinquantur.* Concilium autem in hoc capite se non retractauit, nec determinauit appositum eius, quod decreuerat in *cap.*5. Igitur, vt Concilij decreta consequenter loquantur, dicendum est, ex *d. cap.* 5. non conferri auctoritatem delegatam Episcopis super Moniales exemptas, & Regularibus subiectas, quæ expressè ipsis denegatur *in d. cap.*9.

7 Nec iuuat effugium, quod hoc *cap.* 9. non sit ad rem, quia in eo nullus est sermo de Clausura, sed de cura, & custodia. Nam custodire aliquem quid aliud est, qoàm à perturbantibus, inuadentibus, insidiantibus præcauere? Quæ nam autem quæso est proprijssima Sanctimonialium custodia inter alia, vt earum puritas, & innocentia præseruetur à mundi insidijs, quàm ipsa clausura? Per hanc enim verè, ac propriè custodiri dicuntur. Si igitur Moniales exemptæ sub custodia Regularium relinquuntur, sanè Regularibus datur potestas super clausuram. Vndè non frustra post verbum *cura* additum est *custodia*, vt scilicet per illud intelligeretur earum regimen quoad alias obseruationes Regulæ, per hoc auctoritas in Clausuram.

8 Minùs facit pro Episcopis dictus motus proprius B. Pij V. *Circa Pastoralis*. Nam Pontifex initio Constitutionis dicit, se sancire, quod seruetur Clausura iuxta formam

main

nam Constitutionis Bonifacij VIII. *Periculoso*, in Sacro Concilio Tridentino approbatam, & innouatam: *quam*, inquit, *nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus*. Sed, vt iam vidimus, Bonifacius clarè statuit, Prælatos Regulares, & non Episcopos esse Iudices, & superiores quoad clausuram Monialium exemptarum sibi subiectarum. Ergo & Pius volens, vt in omnibus, & per omnia seruetur Bonifacij Constitutio, districtè præcipit Episcopis, ne se intromittant in clausuram Monialium exemptarum, & se explicans sic habet: *Mandantes Patriarchis, &c. quatenus in Monasterijs Monialium sibi Ordinario iure subiectis, sua; in his vero, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate, vna cum superioribus eorundem Monasteriorum clausuram seruari procurent*. Quibus verbis Pontifex suis respectiuè superioribus, siue Episcopo respectu propriorum, iniungit curam clausuræ. Illa enim particula vna cum superioribus eorundem Monasteriorum non facit sensum copulatiuum, quasi quod & Episcopi, & Prælati Regulares simul iunctim ex æquo debeant talem clausuram procurare in Monasterijs exemptis, id quod etiam Aduersarij docent, volentes, quod clausuræ custodia Episcopis tantùm sit demandata cum exclusione Regularium; sed facit sensum distributiuum, ac commodum ita, quod tam Episcopi, quàm superiores Regulares respectiuè in Monasterijs sibi subiectis clausuram procurent: Hunc autem esse germanum Pij V. sensum patet. Tum quia aliàs contrarium sanciret ei, quod in eadem Constitutione clarè statuit, præcipiens, vt seruetur Constitutio Bonifacij, in qua clausuræ custodia iniungitur expressè superioribus Regularibus respectu Monialium sibi subiectarum. Tum quia circa finem eiusdem Constitutionis, vt omnis tolleretur dubitatio, his verbis concludit: *Per hoc autem in Monasterijs exemptis Ordinarij locorum nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus attributam*.

9 Solùm quispiam inquirere posset: Cur si Episcopis datur delegata auctoritas super clausuram Monialium immediatè subiectarum Sedi Apostolicæ, non detur etiam super Moniales Regularium, cum illæ sint maioris prærogatiuæ, vtpotè insignitæ immediata subiectione Sedis Apostolicæ? Responderur, disparem esse rationem. Nam Monasteria Sedis Apostolicæ ideò subijciuntur delegatæ auctoritati Episcoporum, & non exempta, non quia illa sint minoris prærogatiuæ, quàm ista; sed quia, cùm Monasteria requirant immediatam custodiam, nec Pontifex per seipsum possit esse vbique, delegat Episcopos vti suos ministros. At Monasteria exempta cum habeant præsentes suos proprios Prælatos, à quibus possunt custodiri, non erat necessarium, ad hanc Episcopos delegare.

10 Vt verò Doctorum sententijs, qui à tempore Concilij Tridentini vsque adhuc idipsum docuerunt, rem illustremus, occurrit imprimis Nauarrus vir in vtroque iure, ac in moralibus omnium consensu peritissimus. Is enim *comm. 4. n. 6. de Regular.* sic ait: *licèt Concilium videatur significare, quod Episcopi possunt includere omnes Moniales etiam exemptas sui Episcopatus; tamen mens eius clara est, quod Episcopi possunt, & debent includere omnes Moniales sibi subiectas auctoritate sua, & etiam exemptas, S. Sedi Apostolicæ immediatè subiectas auctoritate illius. Non tamen exemptas ab eis, & subditas alijs Prælatis exemptis aliorum Ordinum. Nam potestatem includendi huiusmodi Abbatibus, & superioribus suis concedit Constitutio Bonifacij, secundùm quam intelligi debet cap. 5. sess. 25. Concilij Tridentini, tum Constitutio interpretans in dubio sit intelligenda secundùm interpretatam. Id quod sentire videtur Pius V. in extrauaganti incip. Decori*.

11 Thomas Sanchez scriptor rerum moralium Princeps, vtinamque haberemus eius opus in decalogum absolutum. Hic *tom. 2. in Decal. lib. 6. cap. 15. q. 3.* inquirens, cuius sit Moniales ad Clausuram cogere, sic habet: *Circa hanc partem ansam dubitandi præbet decretum Tridentini sess. 25. cap. 5. Vbi clarè ea facultas concedi videtur Episcopis, tam respectu Monasteriorum, etiam exemptorum, quæ Regularibus subijciuntur, vt sustinet Thomas Zerola. Cæterum dicendum est, nullam Episcopis facultatem concedi indicendæ clausuræ Monialibus exemptis, quæ Regularibus subiecta sunt; sed id esse superiorum Regularium; quare mens Tridentini est, vt Episcopi auctoritate ordinaria Moniales sibi subditas ad clausuram cogant, auctoritate autem Apostolica Moniales, quæ immediatè Sedi Apostolicæ subiectæ sunt, non tamen exemptas ab eis, & subditas alijs Prælatis exemptis aliorum Ordinum; quod apertò probatur ex cap. Periculoso, §. vlt. de stat. Regul. in 6. cui decreto Tridentinum non derogat, immò se illud renouare protestatur, atque illud interpretatur: at Constitutio interpretans in dubio est intelligenda iuxta eam, quam interpretatur, etiamsi noua lex declarans loquatur strictius, vt ex multis probaui lib. 7. de matr. disp. 46. n. 21. Præterea quia id etiam ferè expressis verbis dicit Pius V. in suo motu proprio, Circa Pastoralis, & Tridentinum sess. 25. cap. 9. non statuit Monasteria exempta, Regularibus subiecta, ab Episcopo gubernanda, sed quæ Sedi Apostolicæ sunt immediatè subiecta*.

12 Bonacina *de Clausur. q. 1. pun. 6. n. 1.* hoc idem quæsitum resoluens, ita inquit: *Onus cogendi Moniales ad clausuram incumbit Episcopo auctoritate ordinaria in suis Monasterijs, auctoritate verò Sedis Apostolicæ delegata in Monasterijs Sedi Apostolicæ subditis, vt constet ex Tridentino sess. 25. cap. 5. In Monasterijs verò exemptis hæc facultas non competit Episcopo, sed Superioribus illorum Ordinum ex cap. Periculoso, de stat. relig. in 6. ex Trid. sess. 25. cap. 9. & ex motu proprio Pij V. qui incipit, Circa Pastoralis*.

13 Ascanius Tamburinus *de iur. Abbatis. disp. 24. q. 9. n. 5.* idem asserit ipsissimis verbis Sanchez Idem docet *disp. 84. q. 4. n. 6.* sic habens; *Colligitur Moniales ergo clausuræ adstrictas cogendas esse ad illam seruandam, per Episcopum quidem auctoritate ordinaria erga suas, delegata verò erga subiectas Sedi Apostolicæ. In Monasterijs autem Regularibus subiectis hoc munus spectat ad Prælatos Regulares, quibus Moniales subijciuntur*.

14 Ludouicus Miranda *de Sacr. Monial. q. 2. art. 14.* ita inquit: *Quia aliqui interdum Episcopi ex decreto Concilij Trid. sess. 25. cap. 5. colligere volunt, quod possunt ingredi Monasteria Monialium etiam exempta, Prælatisque Regularibus subiecta ad videndum vtrum ipsarum clausura sit collapsa, ne hac in re decipiantur, sequentem statuo conclusionem certissime tenendam. Ingredi nullo modo licet Episcopis Monialium Monasteria exempta, Prælatisque Regularibus subiecta, etiam prætextu videndi, an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu, quo publicè constaret ipsam esse violatam; nec in tali casu, nisi postquam eadem de re semel, & iterum admonuerint ipsarum Prælatos ordinarios. Hæc conclusio satis constat ex cap. Periculoso, de stat. regul. in 6. §. Et quoniam, vbi cura reparandi clausuram in Monasterijs, Prælatis regularibus subiectis, ipsis conceditur in illis verbis, Abbates verò, & alij, &c. Per quæ verba satis datur intelligi, quod hoc ipsorum, non autem Episcoporum officio incumbat*.

15 Pellizarius *de Monial. cap. 5. sect. 1. q. 5.* quærens, ad quem spectet ex officio adstringere Moniales ad obseruantiam clausuræ Regularis, respondet, *spectare ad Episcopum quoad Moniales quidem ipsi immediatè subiectas ex potestate ordinaria, delegata verò erga subiectas Sedi Apostolicæ. Ad Prælatos autem regulares quoad Moniales ipsis subditas. Ita Nauar. Sanch. Tambur. alijque docti recentiores à me consulti*.

16 Nec refragantur aliqui Doctores, vt Castropal. *tr. 16. disp. 4. pun. 6. num. 2.* Barbos. *de offic. Episc. alleg. 102. num. 7. & 8.* qui talem potestatem Episcopis tribuere videntur. Nam ij non quomodocunque, nullaque vrgenti ratione, aut scandalo, aut pro cuiuslibet Episcopi sensu eis tribuunt hoc ius innouandi, ac immutandi clausuram, sed cum necessitas scandali, & publicæ fractionis exigit. Sicque sentire omnes Doctores, quotquot Episcopis tribuunt delegatam auctoritatem super exempta Monasteria, tradit Andreas Victorellus, relatus à Tamburino *loco citato*

tato

cato. Et hanc sententiam probabilem censet Thomas Delbene *de Immun. cap. 14. dubit. 22. n. 20.*

17 At nihilominùs ego non solùm improbabilem, sed etiam falsam existimo post Concilium præsertim Tridentinum, ac post Constitutionem sa. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, de qua *infra*. Quia verò hæc delegata potestas, quæ Episcopis competit, vel à Romanis Pontificibus, vel à Concilijs specialiter eis demandari oportet, ideò cardo huius controuersiæ in eo versatur, vt videamus, an illa verè demandata sit. Itaque audiamus Sacram Congregationem Concilij Tridentini interpretem. Hæc autem scribens Cardinali Paleotto sic ait: *Più volte è stato risoluto, etiam di mente di Nostro Signore, e scrittosi anche à diversi Prelati, che i Vescoui visitando la Clausura delle Monache gouernate da Regolari, conforme alla facoltà, che dà loro il sacro Concilio di Trento, possono, e debbono con questa occasione inuestigare diligentemente, e informarsi, se la clausura è in alcun modo violata, parlando sopra diciò particolarmente alle Monache per intendere secretamente da loro, se vi è mancamento alcuno. Il che per tanto vtile, e quasi necessario in questa materia à chi vuol far l'vfficio di Visitatore nella maniera che conuiene, che non si dourà lamentar niuno di questa risolutione. E però dourà V. Sig. Illustrissima così eseguire, à 26. di Aprile 1583. & 24. Februarij 1583. licet Episcopis in visitatione clausuræ Monasteriorum Regularibus subiectorum inuestigare diligenter, & informationem capere, etiam à Monialibus, an clausura aliquo modo sit violata.*

18 Et Sacra Congregatio Eminentiss. DD. Card. Conc. Trident. Interpr. aliàs censuit: *licere Episcopo quoties opus esse iudicauerit Monasteria Monialium Regularibus subiectarum quoad Clausuram visitare, Monialesque ipsas in his, quæ ad clausuram pertinent, alloqui, & examini subijcere absque Regularium interuentu, & ipsis inconsultis. Fr. Card. Verospius. Locus ✠ sigilli Fr. Paulutius S.C.C. Secret.*

19 Et scribens Archiepiscopo Mediolanensi, dixit: *Episcopus visitans clausuram Monialium Regularibus subiectarum potest eas examinare in his, quæ pertinent ad clausuram, & potest etiam sermonem habere ad Moniales intra vel extra ad Crates, & Sacramenta ministrare, die 23. Martij 1578.*

20 Ac in eadem Mediolanensi: *Episcopus in Monasterijs Monialium suæ diœcesis, alteri Episcopo subiectis, ex Concilio Tridentino habet ius visitandi quoad clausuram, & eandem potestatem quoad alia, quam habet in Monasterijs subiectis Regularibus, die 24. Aprilis 1579.*

21 Et in Viterbiensi die 26. Iunij 1627. *Sacra, &c. sæpius censuit, Episcopum ad clausuram custodiendam, etiam in Monasterijs Regularibus subiectis, posse excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reseruatam imponere circa aperitionem ostij clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus, & colloquia cum Monialibus, ac dictam excommunicationem ligare nedum Regulares accedentes, verùm etiam Moniales, si de ipsis mentio fiat adeò, vt superior Regularis ab eadem excommunicatione absoluere nequeat, cap. Monasteria 8. de vit. & honest. Cler.* Hanc declarationem afferunt etiam ex Regularibus Peytinus *in addit. decret.*

22 5. Delbene *d. cap. 15. dub. 22. n. 24.* Id autem spectare ad Ordinarium cumulatiuè quoad superiores Regulares, non autem priuatiuè declarauit Sac. Congregatio Episcoporum in Fossanensi 31. Augusti 1658. independenter tamen à superioribus Regularibus. Ita quod superior regularis non possit prætendere visitare velle clausuram Monialium sibi subiectarum simul cum Episcopo, vel assistere illius visitationi, vt declarauit eadem Sac. Congregatio Episcop. in Fulginatensi 10. Ianuarij 1648. & sæpius decreuit Sacra Congregatio Concilij. Ac censuit nouissimè in Vrbinatensi die 10. Martij 1663. *ad c. 5. sess. 25. de regul.* cum enim quæreretur, *an in edicto, quod nemo ingrediatur Monasteria Monialium, vel cum ipsis loquatur sine licentia Archiepiscopi, possint comprehendi Moniales Sanctæ Claræ exemptæ à iurisdictione Archiepiscopali, Sacra &c. respondit affirmatiuè.*

23 Luculenter autem idem declarauit eadem Sacra Congregatio Concilij in Ratisbonensi die 24. Martij 1647. Cùm enim aliàs Abbas Monasterij in Allerbarsch Ordinis Cisterciensis Ratisbonensis diœcesis prætenderet, Episcopo Ratisbonensi vigore Concilij Tridentini, ac Bullæ sa. me. Gregorij XV. quæ incipit, *Inscrutabili*, non competere ius visitandi circa clausuram Monasterij Sanctimonialium loci, quem vocant Vallis beatæ diœcesis, & Ordinis eorundem, tanquam non comprehensum in dispositione eiusdem Concilij, & Bullæ; ideò prædictus Episcopus, & Abbas supplicauit Sac. Congregationi, vt declarare dignaretur, an in Tridentino, & Bulla prædicta comprehendantur Monasteria etiam ordinis Cisterciensis.

Die 24. Martij 1647. Sacra Congregatio respondit, comprehendere omnes ordines etiam Cisterciensem.

24 Et inter cætera, quæ in infrascripta responsione, quam Eminentissimi Patres eiusdem Sac. Congregationis Episcopo Satrianensi Sacra limina visitanti dederunt, hoc etiam continetur. Omnia, licèt non ad rem, ita se habent. *Nos Petrus Aloysius tit. S. Martini in montibus S.R.E. Cardinalis Carafa nuncupatus, &c. attestamur, &c. retulisse Em. Patribus, qui mirati sunt, executum adhuc non fuisse mandatum in præcedenti visitatione factum, vt curæ animarum Ecclesiæ Cathedralis aliqua certa præbenda perpetuò iniungeretur ad hoc, vt subiectus populus certum pastorem agnosceret. Tum Capitularium appositiones, & inhibitio à Tribunali Auditoris Cameræ emanata potuissent per recursum ad ipsum Auditorem Cameræ, vel sanè ad S. Congregationem, vel ad Tribunale signaturæ Iustitiæ è medio tolli.*

25 *Pro instaurando seruitio Ecclesiæ Cathedralis ob amissas ex popularibus tumultibus distributiones quotidianas, tertia pars fructuum in distributiones quotidianas erit erigenda iuxta Sacri Concilij cap. 3. sess. 24. de ref.*

26 *Contra debitores Monasteriorum Monialium ita demum per censuras procedi poterit, si & Camerali obligatione teneantur; quo cessante alijs medijs à iure permissis experiendum erit.*

27 *Competit Episcopo, indubitatum ius visitandi Moniales S. Iacobi Regularibus subiectas, nedum ex Sacr. Concilio Tridentino, verùm etiam ex Constitutione s. m. Gregorius XV. de exempt. priuil. Ideò eadem visitatio nullo pacto differenda erit.*

28 *Absolutio excommunicationis incursæ ob non seruatam formam Breuis Apostolici in alienatione bonorum à Sanctissimo petenda erit, à quo Breue emanauit.*

29 *Contra Clerum non soluentem Cathedraticum, & decimas Episcopo debitas debet Amplitudo sua iure proprio, seruatis seruandis, vti.*

30 *Quoad Canonicum theologum commissionis subcollectoriæ spoliorum clypeo seruitium Ecclesiæ debitum detrectantem, monebitur R. D. Nuncius Apostolicus, vt dictam commissionem omninò reuocet, licèt illius exemptio ad seruitium Ecclesiæ non possit se extendere. In quorum, &c. Romæ 27. Februarij 1649.* Alia decreta retuli *in primo tomo.*

31 Sed pergamus audire Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium negotijs præpositam. *Sacra, &c. die 24. Augusti 1594. censuit, quod Moniales Regularibus licèt subiectas, alloqui nemo possit absque licentia Episcopi, vel eius deputati.*

32 Quod decretum non solùm fundatur in doctrina Sacr. Concilij, quod clausuræ custodiam Ordinario committit, sed etiam in ratione boni regiminis ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, etiam absque alio Canone, vel Decreto ex officio spe-

ſpectanti, vt declarauit eadem Sacr. Congregatio in Bononienſi 26. Auguſti 1597. in Auximana 3. Septembris, in Nouarienſi 24. Nouembris eiuſdem anni, & in Aquilana 22. Februarij 1647.

33 Item die 25. Iunij 1596. *Sacra, &c. cenſuit, Epiſcopum viſitare poſſe clauſuram Monialium non ſibi ſubditarum ſine aſſiſtentia ſuperiorum Monaſterij.*

34 Die 25. Februarij 1583. *Sacra, &c. cenſuit, poſſe Epiſcopum interrogare Moniales Regularibus ſubiectas de pertinentibus ad clauſuram. Et idcirco Monaſterium ingredi, ead. Sac. Congr. 28. Aprilis 1584. Idque etiamſi nunquam aliàs viſitata fuerint, ead. S. Congr. 24. Nouembris 1617. Ac toties quoties expedire iudicauerit, ead. S. Congreg.* apud Gallettum, Zerolam, & Armendariz. *Ac interrogare Moniales de omnibus pertinentibus ad clauſuram, ac prouidere,* ead. Sacr. Congr. in Mediolanenſi 24. Aprilis 1581. *Et ſuperiores Regulares non poſſunt illum impedire* ead. S.Congr. in Ferrarienſi 2. Maij 1600. *Neque Nuncius Apoſtolicus* ead. Sacr. Congregat. 19. Iunij 1648.

35 Die 17. Iunij 1605. in Ianuenſi, *Sacra, &c. cenſuit, acceſſum ad collocutoria, vel Rotas, vel alias Monaſteriorum Monialium partes eſſe materiam pertinentem ad clauſuram, & per conſequens ſpectare ad Ordinarium, etiam in Monaſterijs ſubiectis Regularibus, qui ea ad libitum viſitare poteſt.* Quod decretum quoad primam partem eſt contra Paſqualigum *quæſt. moral.* 167. vbi perperam defendit, facultatem Epiſcoporum quoad clauſuram Monialium exemptarum, non ſe extendere ad allocutionem. Cura enim, atque cuſtodia clauſuræ Epiſcopis demandata intelligi debet non ſolùm materialiter, ſed formaliter. Sed quid tergiuerſamur? Ita enim ad eludenda omnia ſubterfugia declarauit S. Congregatio Concilij, approbante Sanctiſſimo D.N. Clemente IX. Die 11. Maij 1669. *Sacra Congregatio Eminentiſs. S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares abſque licentia crates Monaſteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non eſſe interdictum per breue tempus etiam vſque ad quadrantem horæ cum dimidia, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliaſque perſonas intra clauſuram exiſtentes alloqui. Et hanc opinionem tanquam tutam affirmant, diſſeminent, & forſan etiam ſcriptis euulgent, proprias grauiter illaqueantes conſcientias, & ſcandala conſonentes; ad huiuſmodi pernicioſos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, reijciens, ac damnans declarauit, Regulares cuiuſcumque Ordinis Militiæ, Societatis, Congregationis, Inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad Monaſteria Monialium, quamuis ab Ordinarij iuriſdictione quomodolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubiecta, vel aliàs ſpeciali mentione digna, abſque legitima facultate accedunt, colloquendo, etiam per quodcumque modicum temporis ſpatium cum Monialibus, aut alijs intra clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, alijſque contra Regulares accedentes ſine licentia ad Monaſteria Monialium ſtatutis pœnis, poſſe ab Ordinario tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato coerceri. Et die 7. Iunij eiuſdem anni, facta relatione Sanctiſs. D. N. Sanctitas ſua præſentem declarationem approbauit, ac typis dari, ſeruarique iuſſit.* Quæ declaratio omnem cunctationem dubitandi, ac ſolemnem anſam ſummæ, & vltimæ tergiuerſationis, non minùs inanem, quàm impudentem exemit.

36 Immò eadem Sac. Congregatio cenſuit, neque ipſos ſuperiores Regulares ingredi poſſe in Monaſteria Monialium ſibi ſubiectarum ſine licentia Ordinarij in ſcriptis. Ita habetur authenticè in Taurinenſi 23. Ianuarij 1651. ac in Ciuitatis Pennenſi 18. Iunij eiuſdem anni.

37 Verùm omnium maximè ita rem clariſſimè decidit Gregorius XV. vt non verear, ne vllius mentis habeat ſapientibus, ſi alia produxero. Summus igitur Pontifex in illa ſua ſaluberrima Conſtitutione, quæ incipit, *Inſcrutabili*, inter cætera hæc ait. *Sane Tridentina Synodi decretis prouidè cautum eſt, &c. vt Epiſcopi vniuerſi ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate, clauſuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes, &c. verùm quia, &c. hac generali, ac perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, &c. vt deinceps tam Regulares, quàm ſeculares nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, ac corrigi valeant; Et quia dubitabatur, an ſub illis verbis, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, comprehenderetur allocutio cum Monialibus, Sac. Congregatio Concilij reſpondit, comprehendi.* Ita autem declaratio ſe habet. *Quæritur, an poſita dicta Conſtitutione, Regularis abſque legitima licentia accedens ad Monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquens, à diœceſano Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato exerceri, & puniri poſſit? Sacr. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit poſſe; quam Congregationis ſententiam Vrbanus VIII. ad ſe relatam approbauit.*

38 Quid ad iſta? Ita enim clara ſunt, vt à nemine, qui vel tantillum habeat mentis negari poſſint; valdèque miror, viros alioquin doctos, nempè Tamburinum, Delbene, & Pellizzarium, atque alios poſt Gregorianam Conſtitutionem contrarium, tanquam probabile, ſcriptis ſuis conſignaſſe. Quaſi verò ijs extemporibus ſtatuerit ille, quæ non ab omnibus recepta Epiſcopi publicè profiterentur.

39 Iam reſpondeamus ad adducta ab Aduerſarijs, & ex Concilio Tridentino petita. Ex inſpectione enim ipſius Concilij, cuius verba modò relata ſunt in Conſtitutione Gregorij, collata citatione aſſerti *cap. Periculoſo, de ſtat. Regul.* parebit rationes Aduerſariorum æquiuocatione laborare, ſicut & illorum alia quàmplurima; quippè ita in eo legitur: *Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis diſtrictè in virtute Sanctæ obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij; & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in Ciuitate, ac diœceſi propria, in Monaſterijs Monialium, ſibi ordinario iure ſubiectis ſua, in ijs verò, quæ ad Romanam immediatè ſpectant Eccleſiam, Sedis Apoſtolicæ auctoritate; Abbates verò, & alij tam exempti, quàm non exempti Præfati Eccleſiarum, Monaſteriorum, & ordinum quorumcumque in Monaſterijs huiuſmodi, ſibi ſubiectis de clauſura conuenienti, vbi non eſt, ipſorum Monaſteriorum expenſis, & fidelium eleemoſynis, quas ad hoc procurent diligentiùs facienda, & de ipſis Monialibus includendis, quamprimum commodè poterunt prouidere procurent.* Ex his enim elucet, Bonifacium in hoc capite loqui de clauſura, quæ non erat extruenda, & de Monialibus in ea claudendis, at Concilium loquitur de clauſura violata reſtituenda, & de inuiolata conſeruanda.

40 Ad *cap. 9. ſeſſ.* 25. eiuſdem Concilij reſpondetur, ibi relinqui Moniales, quæ à Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia non quoad clauſuram, ſed quoad alias, nempè rerum temporalium, & huiuſmodi; ibi enim cuſtodia diligenter rei curam, & qualem bonus, ac diligens paterfamilias in ſuis rebus præſtare ſolet, diligentiam ſignificat, *l. 13. §. vltim. de pign. act. l. 2. vſufr. quem cau. l. 5. §. quod verò, & §. vſque adeò commod. l. 14. in princ. & §§. ſeqq. de furt. l. 35.*

ſi ven-

si vendita, de contr. empt. l. 4. & 28. C. de loc. l. 17. §. Si cum mihi ff. de Præf. Vrb. l. 52. §. Damna ff. pro soc. & apud Paul. *lib. 2. sent. tit. 4.* Nec præsumendum est, quod Concilium statim, ac in continenti se ipsum corrigat, *l. Cum hic status, §. 1. C. de donat. inter vir. & vx. & l. Præcipimus in fin. C. de appell.* Immò semper vitanda est correctio, quoad fieri potest, *l. Si quando, C. de inof. test. & cap. 1. de nou. op. nunc. & cap. Cum expediat, de elect. in 6.* passimque Doctores. Quod præsertim verum est, quia praxis, & consuetudo interpretatur legem, *cap. Dilectus, de consuet. & Clem. exmi §. Item quia de verb. signif. & l. Minimè, & l. si de Interpretatione ff. de legib.* Præcipuè si fundetur in publica auctoritate, qualis est praxis visitandi Monasteria Monialium quoad clausuram, licèt Regularibus subiecta; nam huiusmodi visitatio est actus publicus, & auctoritatiuus. Reliqua ipsis aranearum telis inaniora prætereo.

41 Quoniam verò vtili materia deuoluti sumus, placet huic rei paulisper insistendo alia eodem pertinentia, & tanquam theoremata adducere. Et in primis adducam Capitula, & Ordinationes Monialium à S. Congregatione anno 1572. promulgata, quæ sunt ista.

42 Curent Archiepiscopi, & Episcopi, ac locorum Ordinarii omnia cuiuscumque Ordinis, & Religionis Mulierum Monasteria, vbilibet constituta iuxta Sacrorum Canonum, ac nouissimi Concilii Tridentini præscriptum, nec non Bullas Pii V. & Gregorii XIII. in debita custodiri clausura, eamque inuiolatam, illibatamque perpetuò seruari.

43 Sicubi ex Concilii Tridentini præscripto certus Monialium numerus pro modo redituum, vel solitarum eleemosynarum nondum præfixus est, prædicti omnes in Monasteriis quorumcunque Ordinum sibi subiectis, intra duos menses, in aliis verò Regularium, siue aliorum Superiorum curæ commissis, intra tres menses à die, quo superiores eorum moniti comparere neglexerint, numerum certum pro redituum, & eleemosynarum solitarum facultatibus iustè, ac proportionabiliter præscribant, nulla tamen intereà, donec numerus statuatur, recipiatur, aut receptæ vestiantur, vel ad professionem admittantur. Quod si leuis factum fuerit, ipsorum Ordinariorum culpa, præterquamquod neglectæ Tridentini Concilii Constitutionis Sanctissimi D.N. Papæ rationem reddent; nouerint se prætereà in foro conscientiæ teneri ad illa damna, monasteriis resarcienda, quæ ex huiusmodi transgressione quoquomodo obuenerint.

44 Superiores verò Regulares, si ad hoc eorum accesserit consensus, omni officio priuentur, atque ipso facto inhabiles reddantur ad vocem tam actiuam, quàm passiuam. Quam pęnam Abbatissæ incurrant etiam, & aliæ Monialium Superiores, quæ consensum præbuerint.

45 Si in Monasteriis plures esse reperiantur, quàm præscriptus numerus patiatur, nullæ amplios admittantur quoadintra dictum numerum fuerint reductæ, nisi Episcopus aliter expedire iudicauerit. Quo casu nulla Monasterium ingredi, vel profiteri permittatur, nisi eam dederit dotem in bonis stabilibus, aut certis, & legitimis censibus, ex cuius fructibus vna Monialis commodè possit ali, aut eam pecuniarum summam, ex qua tantundem emi possit, & cum effectu ematur. Ac prætereà ipsius Monialis parentes, aut propinqui obligare se efficaciter teneantur ad certam summam pro locorum, & Monasteriorum qualitate, supradictorum Ordinariorum, & Superiorum arbitrio terminandam annis singulis, quoad vixerit, eidem dependendam.

46 Porrò si quæ puellæ vltra præscriptum numerum in Monasterijs iam acceptatæ, vel etiam introductæ, non tamen sint vestitæ, illæ ne introducantur cum dote, quàm fortasse persoluerint, sed damnum remittantur, nisi tantum dederint, vt supra statum est.

47 Puellæ vestitæ, non tamen professæ, si numerus nondum æquatus fuerit, ad professionem non admittantur, nisi doto aucta pro modo facultatum.

48 In his Monasterijs, vbi reditus, & consuetæ eleemosynæ per se Monialium victui sufficiunt, vel per Bullas Pij V. & Gregorij XIII. illarum necessitatibus subuentum fuit, vel non plus vna, aut altera numerum excedat, nullæ moniales, siue sorores, aut albæ, aut conuersæ quæstuandi causa egredi permittantur. Quod idem longè magis seruari debet, vbi hucusque clausura fuit inuiolata.

49 In illis verò Monasterijs, in quibus ob monialium multitudinem, & redituum exiguitatem ad petendas eleemosynas data est exeundi licentia, si iuxta Bullas Pij V. Gregorij XIII. commodè eis prouisum non fuerit, ea quæstuatio ad Monialium necessariam sustentationem tandiù erit toleranda, quandiù ad præfixum numerum sint reductæ. Circa quæstuandi verò modum illæ conditiones seruentur, quas anno Superiori quarto idus Februarij mandatum fuit obseruari, admonendo interim, vt Conuersis potissimùm, aut alijs hæc quæstuandi solicitudo committatur.

50 Monasteria Tertiariarum, in quibus nec vota Religionis emittuntur, nec clausura seruatur, quæque nisi mendicando sustentari non possunt, supprimantur, ita vt illis decedentibus, de cætoro nullæ amplius recipiantur.

51 Mulieres, seu puellæ, quæ in huiusmodi Tertiariarum Monasterijs, vbi Clausura nulla seruatur contra ordinationem literarum Pij V. receptæ, vel etiam professæ sunt, cum illarum professio irrita sit, & nulla iuxta illarum tenorem domum remittantur.

52 Si in dictis Monasterijs accepta sit clausura, ipsæque Tertiariæ vota emiserint, redditusque, & eleemosynæ Monialium congruenti numero sufficerint, constituendus nihilominùs eisdem erit numerus, & aliarum acceptatio vltra præfixum numerum prohibenda, concessa interim mendicandi licentia.

53 Ne in Monasteriis, quæ ex decreto extingui debent, amplius Monialis vlla ad habitum recipiatur.

54 Facultas generalis accipiendi Moniales cum minori dote præter taxam præscriptam, nunquam vlli monasterio concedatur, sed tantùm in casibus singularibus: Item & ista:

55 Che le Zitelle introdotte, e vestite quando gli Ordinarii per la verità conosceranno, che i parenti loro non potranno dar più dote della promessa, nè meno potranno dare, ò obligarsi à dare ogni anno in grano, vino, ò denari, ò altre cose commestibili, durante la vita della Monaca, tanto quanto possa corrispondere alla dote statuita dagli Ordinarii, nè parte alcuna, ancorche poco, se le permetta far la professione.

56 Il medesimo si osserui con le introdotte, e non vestite, quando hanno pagato la dote, ò maggior parte di essa, & il Monasterio non hauerà modo di poter restituire, grauando in ciò sempre la conscientia de' Vescoui.

57 I quali dui capi così dell' introdotte, e vestite, come dell' introdotte solo, non s'intendono hauer luogo ne' Monasteri de' Tertiarij, che non hanno professione, ne clausura.

58 Che per le Zittelle accettate, le quali hanno pagato la dote, e furono cacciate dal Visitatore, obligandosi i parenti à dare ogni anno durante la vita delle Monache tanto di più, quanto bisognarebbe à fare vna dote secondo gli ordini nuoui, si possino rimetter dentro de' Monasterij, e non hauendo commodità di poterla crescere ancora in questo modo, ne il Monasterio commodità di poter restituire la dote pagata, i Vescoui possano di nuouo farle introdurre ne' Monasterii con minor dote, ò augumento ad arbitrio loro grauando loro in ciò la coscienza.

59 Che le putte accettate da' Monasterii prima della proibitione del Visitatore, e doue non è stato il Visitatore, prima della proibitione fatta dalla Congregatione, le quali hanno dato parte, ò tutta la dote, e non potendo i Monasterii restituirla, ne esse commodità di crescerla in denari alla mano, ò in altri redditi fermi à beneficio perpetuo del Monastero per la quantità tassata dagli Ordinarii, per quelle si vogliono monacare, si concederà il poter' essere

intromesse, & esser vestite, e far la professione, dando esse per il supplimento, che manca alla dote, statuita dall'Ordinario in pane, vino, ò denari ogni anno, durante la lor vita, quanto si comprerebbe per la dote statuita, se si sborsasse il restante in danaro; ò non potendo accrescerla nel modo sudetto, si serbino loro i primi luoghi, doppo che il numero sarà ridotto alla prefissione fatta.

60 Quelle, che si sono mandate fuori de' Monasterij per sapere la volontà loro, e sopravenendo l'ordine del Visitatore, ò della Congregatione non hanno potuto reintrare, godino il priuilegio di quelle, che sono ancora ne' Monasterij.

61 Le doti delle Monache si possino spendere in estinguere gl'interessi, che haueuano i Monasterij, e le compagnie degli officij.

62 Che delle doti delle nuoue Monache se ne possino pagare i debiti fatti per la Clausura.

63 Che ne' Monasterij molto bisognosi, ne' quali il numero sopravanza di molto all'entrata, si possano accettare Monache, e delle doti di esse vna parte, arbitraria all'Ordinario, si debba impiegare onninamente, e il restante in viuere, e pagare i debiti, obligando però i parenti di essa à dar quel tanto di più ogn'anno, durante la vita della Monaca, che computato il reddito dell'impiegato, la Monaca non venga ad essere onerosa al Monastero, il quale con tratto di tempo, auanzando parte della dote sudetta, venga à rimettersi, andando però ritenute in pigliarne, quanto meno si potrà.

64 Le doti, ò beni, che si compreranno con esse per le Monache, che si riceueranno oltre il numero prefisso, fin tanto si ridurrà al numero statuito, seruano ad augumento al detto numero, come per esempio. Se oltra il numero di quaranta, mentre si riduca questo numero, se ne pigliassero dieci, che le doti di quelle dieci restino nel Monastero, il qual s'intenderà hauer da sostentare cinquanta Monache, cioè dieci sopra le quaranta, e morendo vna dell'accettate sopra il numero, s'intenda esser mancata vna di quelle, ch'erano sopra il numero, accioche tanto più tosto si finisca il sopra numero.

65 Che il numero si prefigga ne' Monasterij, che non ponno possedere beni stabili, & in prefiggerlo s'habbia in consideratione non solo l'elemosine quotidiane, ma quelle, che si receuono per le doti fra tanto, che si determinerà, se hanno da possedere immobili, & il numero in queste, se saranno Monasterij, che al presente non si trouano in debito, ò altri disordini, si potrà stabilire nel numero, che si trouano, caso che non si possa temer della qualità de' tempi, ò de' luoghi, la diminutione dell'elemosine, e i monasterij restino con buon numero. E caso, che i Vescoui à chi si scriue, non paresse altrimente, e che si possa pigliar vna, ò più Monache à giudicio dell'Ordinario con le doti, delle quali si possano sodisfare à i debiti, e questo di più s'aggiunga al numero, che s'hauerà da pigliare, non douendosi verisimilmente temere, che l'augmento di vna, ò di due in Monasterij numerosi, e regolati possa
66 cagionar disordine considerabile.

Che alle Conuerse non si possa prefiggere il numero, ma sì bene che le dote s'impieghino.

67 Alle Terzarole, che fino à quest'hora non hanno fatto la professione, non prefiggendo la Bolla di Pio V. tempo à douerla fare, volendo di presente farla, s'ammettino.

68 I beni de' Monasterij delle Terziarie, estinti che saranno, s'applicheranno à gli altri Monasteri di Clausura. E quando le Terzarole saranno ridotte à poco numero, e che sopravanzerà loro buona parte d'entrata, quel sopravanzo s'haurà da dare a' Monasterij di Clausura, etiamdio viuendo il resto delle Terzarole.

69 Che le Conuerse, ancorche siano delle incluse ne' Monasterij, & ancorche doppo la Clausura non hauessero hauuto la licenza d'andar fuori, possano andar questuando, etiamdio fuori della Città, e pernottare, allogiando in Monasterij, ò in casa de' parenti, ò di persone da bene.

Le Conuerse s'intendano annouerate nel numero 70
prefisso a' Monasterij, ma la dote loro possa esser meno, computandosi in parte di dote sotto vn certo modo di quotidiana fatica, che hanno in seruire l'altre, e le accettate di lungo tempo ne' Monasterij si lascino perseuerare.

Che le serue, che si sono date a' Monasterij, e che 71
i Monasterii similmente hanno accettate, possano andar questuando nel modo, che vanno le Conuerse.

Il medesimo d'andar questuando si concede alle Mo- 72
nache, che altre volte soleuano andare, se bene di questo ancora non si è parlato specificatamente, nè apertamente detto, che possano pernottare.

De Tertiariis verò ista:

Moniales Tertiariæ, siue de pœnitentia dictæ, quæ 73
tria vota substantialia solemniter emiserunt, cogendæ sunt omnino ad obseruandum clausuram. Quod verò attinet ad illas Tertiarias, quæ dicta vota non emiserunt, si quidem illæ in Hispania sunt, seruandam esse in illis præcisè Bullam Pii V. editam anno 1566. 4. Kal. Iunii, sicque declarandum esse Breue, aliàs à Pio V. 20. Septembris 1567. scriptum Nuncio Hispaniarum pro Tertiariis Hispanis, quæ ea vota emiserunt, vt quatenus in eo concessit, vt permanerent, prout antea vixerant, intelligatur hæc permissio iuxta præscriptum dictæ Bullæ, hocque sensu nunc scribendum ad Episcopum Zamorensem, & ad Nuncium Hispaniarum. In aliis autem Tertiariis, vbicunque locorum degentibus, quæ dicta tria vota non emiserunt, seruandam esse, & exequendam illam iussionem, quæ ab eodem Pio V. facta fuit in hunc modum. Quod præfigererut illis terminus quindecin dierum, aut viginti votorum sustantialium, & si facerent, Episcopi eas intra monasterium clauderent, & ad perpetuam clausuram seruandam cogerent, earumque curam gererent. Quod si nollent, tunc eas è monasterio eiicerent, vt ad domos parentum, aut propinquorum remitterent, easque amplius non finerent neque in monasterio, neque in Congregatione degere. Quæ quidem per plures litteras, præsertim in Congregatione Concilii, & à nonnullis Protectoribus Regularium scriptas, nec non etiam per Episcopos, generales Visitatores significata iam fuit, & in pluribus locis executa. In illis autem locis, in quibus adhuc significata non fuit, vel significata, nondum executa significetur, & executioni mandetur.

Secundò adducam moderationem circa clausuram 74
Monialium Tertii Ordinis S. Francisci obtenta à s. m.
Gregorii XIII. 4. Id Febr. 1573. quæ est huiusmodi. 75

Sanctissimus D. N. auditis querемoniis Sororum, vel Monialium S. Claræ, & Tertii Ordinis S. Francisci, quæ subsunt Ordini fratrum minorum de obseruantia circa necessitatem, quam asserunt se pati ob nouam formam clausuræ, quam hactenus obseruare coactæ fuerunt, & attendens, quod applicatio eleemosynarum facta per Sanctitatem suam Monasteriis Monialium egentium, & Clausuram huiusmodi obseruantium non ita præsentaneum remedium, sicut oporteret, afferre possunt, propterea concessit, & ordinauit, vt Episcopi, intra quorum fines diœcesis Monasteria huiusmodi sita sunt, etiamsi alias oppida, Terræ, ac loca, vbi dicta Monasteria sunt sita, exempta, & nullius diœcesis esse dicantur, vnà cum Ministris Prouincialibus dicti Ordinis quamptimum diligenter indicent, an eiusmodi Monialium prædictarum necessitati per remedia in Constitutione Pii V. expressa, vel alia remedia prouideri non potuerit, neque possit sufficienter. Quod si ita esse repererint, tali casu iidem Ministri Prouinciales eligant ex singulis monasteriis huiusmodi pro qualitate ipsorum certum numerum Conuersarum, tam professarum, quàm non professarum, vel etiam vbi Episcopus vnà cum Prouinciali ministro id valdè necessarium iudicauerit, & antè dictam Constitutionem Pij V, id per alias Moniales blancas, vel aliter nuncupatas, fieri consueuerat, ex eisdem monialibus blanchis, seu aliter nuncupatis, quæ tam Conuersæ, quàm Moniales huiusmodi in totum non excedat nume-

numerum octo, quæ ſaltem binæ ſimul incedant, ſintque ætatis non minùs annorum quadraginta, & vitæ eaemplaris, bonæque ædificationis, quæ per tres menſes à data præſentium, & non vltra Monaſterium exire, & ad quærendum victum, & alia neceſſaria pro Monialibus liberè, & licitè poſſint, & valeant, dummodò non exeant extra Ciuitatem, Terras, & loca, in quibus Monaſteria huiuſmodi conſiſtunt, niſi ſi ex loci anguſtia, & paupertate ſecus Epiſcopo, & Miniſtro Prouinciali viſum fuerit eſſe neceſſarium, & dummodò extra ſua Monaſteria non pernoctent. Oneratque S. D. N. ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis Epiſcoporum, & Miniſtrorum Prouincialium conſcientias. Quodque interim durante dictorum trium menſium ſpatio, omni diligentia curari debeat ab ijs, ad quos Bulla Sanctitatis ſuæ dictæ applicationis eleemoſynarum executio pertinet, & omni mora ceſſante, executioni demandetur.

76 Tertiò adducam Edictum Viſitatoris Apoſtolici. Tra molte cure Paſtorali, importantiſſima cura è l'inuigilare, e con gran ſtudio attendere, che niſſuna coſa poſſa macchiare coloro, e maſſimamente donne, che ſotto il ſoaue giogo della Religione, & holocauſto di caſtità, ſeruono à Chriſto Redentore, e Signor noſtro. E perciò la ſanta memoria di Pio V. con gran pietà, e prouidenza con le ſue lettere Apoſtoliche volle, ordinò, e commandò, che ogni, e qualunque Monaca, così da all'hora, come nell'auuenire, fuſſe pur di qualſiuoglia Religione, ordine, ò militia, anche Geroſolimitana, le quali foſſero allora accettate, ò per l'auuenire ſi accetteranno in qualſiuoglia Monaſtero, ò Caſa eſpreſſamente, ò tacitamente profeſſe, ancorche foſſero Monache conuerſe, ò d'altro nome, e ancorche per l'inſtituto loro antico, ò per fondatione, ò per regola loro, non fuſſero obligate alla clauſura, nè mai ne' loro Monaſterij, ò caſe da tempo immemorabile foſſe ſtata ſeruata clauſura alcuna, doueſſero nondimeno per l'auuenire ne' loro Monaſteri, ò Caſe ſtar ſotto perpetua clauſura come nell'altra ſimile Conſtitutione di Bonifacio VIII. ſuo Predeceſſore, nella quale commandò, che ſe alcuna delle Monache ſudette ſi ritrouaſſe, che fuſſe per inſtituto della ſua Regola, ò per antichiſſima conſuetudine immemorabile voleſſe ſtar renitente, ouero oſtinata, e che perciò ricuſaſſe d'oſſeruare perpetua clauſura, doueſſe, e con rimedij di ragione, e di fatto, come rubelle, e incorrigibili eſſer conſtrette perpetuamente all'oſſeruanza della perpetua clauſura, e come più amplamente apparo nelle ſudette lettere, ò Bolla ſopra di ciò fatta, e publicata in Roma l'anno 1566.

77 Noi dunque, che viſitando i Monaſterij habbiamo nuoua di molte Monache profeſſe, anche eſpreſſamente, le quali ſotto preteſto, che le loro Regole, e Monaſterij non l'aſtringano à clauſura, dicendo, che mai à memoria di huomo contraria le loro antiche l'hanno oſſeruata, ma ſono andate ad ogni loro volere alle Chieſe per la Terra, alle proceſſioni, e alle caſe de' loro parenti, pernottandoui ancora à loro voglia, e che non ſolo di preſente non ſeruano la clauſura, ma con vanità ſuperba ricuſano ancora per l'auuenire d'oſſeruarla, dicendo eſſe di voler viuere, come hanno fatto ſempre le loro antiche, preſupponendo quaſi di non eſſer ſottopoſte ad altre leggi, nè ad altra diſciplina, poco prezzando altra riforma. E ſapendo noi, che per altro non ſono fatte le leggi, ſe non per raffrenare l'vmana preſuntione, e col timor della pena introdurre il zelo, e la carità, con le preſenti intimiamo, notifichiamo, deduciamo à notitia di ciaſcuna Monaca di qualſiuoglia Ordine, Religione, e militia la Conſtitutione, e ordinatione Apoſtolica ſudetta, il tenor della quale è ſtato pienamente riferito, & in virtù di ſanta vbbedienza, e ſotto la pena di ſcommunica, e maledittione eterna con l'autorità Apoſtolica, che noi hauemo, commandiamo à ciaſcheduna Monaca, come di ſopra ò velata, ò Conuerſa, ò Profeſſa tacitamente, ò eſpreſſamente, che per l'auuenire debbiano, e debbia ciaſcheduna oſſeruare perpetua clauſura, nè mai vſcire di Monaſterio, ò Caſa loro, ſe non ne' caſi permeſſi da' Sacri Canoni, e da altre Conſtitutioni Apoſtoliche, e con licenza de' loro Prelati, e Superiori, e caſo che le Monache foſſero ò renitenti, ò trouate diſubidienti, in tal caſo con l'autorità Apoſtolica ſudetta commandiamo a' Prelati, e Superiori loro, che chiamando l'aiuto del braccio Secolare, quelle, che ſaranno ſtate diſubbedienti primieramente le dichiarino ſcommunicate, e maledette, e poi per forza le faccino condurre in altri Monaſterij, doue poſte in ſtretto, e formal carcere, da eſſo non ſiano mai liberate, ſe non con l'eſpreſſa licenza di Sua Santità. E in euento che tal renitenza, e inobbedienza ſi cagionaſſe dal commun volere di tutte le Monache, ò maggior parte di eſſe, in tal caſo le debbano dichiarare non ſolamente ſcommunicate, ma ancora rubelle, e incorrigibili, e poi arreſtin loro ogni, e qualunque reddito, frutto, e pronento del Monaſtero, e non permetta, che ſia loro condotto à caſa coſa alcuna di detti redditi, ma ſtiano ritenuti in ſeqneſtro, e non ſi rilaſcino ſenza licenza di Sua Beatitudine. E in caſo, che ancora ſteſſero indurate, e non voleſſero vbbidire con oſſeruar la clauſura, come ſi è detto, ordiniamo, che tutte le Monache di quel Monaſtero vna, ò più che ſaranno, ſiano compartite in più Monaſterij, e per forza ſiano iui condotte, e carcerate di perpetuo carcere, e i loro Monaſterij, ò Caſe con ogni, e qualunque beni, s'intendino applicati ad altri Monaſterij, ò ad altre Monache, che vorranno eſſer nell'iſteſſo luogo più vbbidienti, e oſſeruare la Clauſura, ò vero che ſiano diſpenſate, riſeruati gli alimenti di eſſe Monache rubelle, mentre viueranno in carcere, ſecondo piacerà, e ſarà ordinato da Sua Beatitudine.

Quartò referam decreta generalia eiuſdem S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium negotijs præpoſita ſub Gregorio XIII. 78

Acciò che le coſe, che ponno eſſer contrarie al propoſito della caſtità ſi leuino, come è di douere da' Monaſterij delle Monache, ordiniamo, e commandiamo intimarſi, e publicarſi, come per il preſente intimiamo e publichiamo all'iſteſſe Monache, e loro Rettori. Gouernatori, operarij, Abbadeſſe, Prioreſſe, e altre Superiori i decreti del Sacro Concilio Tridentino, tutte le Bolle Apoſtoliche, e maſſime l'vltima di Papa Gregorio XIII. di fel. mem. ſopra la Clauſura delle Monache vltimamente publicata.

Et acciò che alcuno non poſſa delle coſe predette pretendere ignoranza, & allegare coſ' alcuna, ordiniamo 79 à tutti, e ſingoli predetti, inſinuarſi, come per il preſente inſinuamo le graui pene, che incorrono, ſe commettono alcuna coſa, ò omettono contro la debita Clauſura, e che oltre a quelle, che per officio ſono tenute à viſitare Monache, non ammettino, nè laſcino andare qualſiuoglia altr'huomo, etiandio, che foſſe del medeſimo Ordine, e Religione non ſolo dentro à i Clauſtri, ma nè anche alle ſtanze del Confeſſore, nè alcun confeſſionale, nè à Parlatorij di eſſe Monache.

E che per editto publico s'inibiſca, come per il preſente inibiamo à qualſiuoglia perſona, che non vada a' 80 Monaſterij di Monache ſenza licenza de' Superiori in iſcritto ſotto pena pecuniaria ad arbitrio, e in ſuſſidio di ſcommunica.

L'Abbadeſſa, e Prioreſſa, che permetterà, ò tollererà contrauentioni al preſente Capitolo, incorra, e ſia 81 punita nella pena di carcere per vn meſe, e la Monaca, che contrauerrà, ſia priuata per ſei meſi del velo irremiſſibilmente.

Et acciò che la Clauſura delle Monache ſi conſerui inuiolata, e le coſe ſpettanti ad eſſa ſiano con diligenza 82 eſegnite, ordiniamo, che tutte le feneſtre nelle mura principali, che chiudono eſſi Monaſterij, ſi chiudino in tutto, che il muro ſia vguale, e tutti gli edificij, & arbori che poſſono far ſcala dentro, e fuori, ſiano rouinati, e ſpiantati, e quando per neceſſità di lume s'haueſſe da laſciare qualche apertura, benche picciola, ſi facci à tromba di legno, ò di mattone, perche ſiano impediti tutti i ſopra ſotto riguardi indecenti. E perche le Monache deſponſate à Chriſto Noſtro Signore

conuiene, che stiano ascose, & aliene dal secolo, ordiniamo, che ogni fenestra di parlatorio, & audienza loro sia con due grate di ferro, e di fuori sia vna lama di ferro perforata, la quale sia talmente da tutte le bande confissa, che non si possa in alcun modo muouere, e tutte le ruote, che ci sono di legno siano circondate con trè cerchi di ferro.

83 E per esser sopra l'altare, ò al lato di esso ordinariamente le fenestre, ò grate, dalle quali si sentono le messe, ordiniamo, che à ciascuna si faccia vna fenestra di legno con vna fodra, e si curi, che si vada chiudersi, e non s'apra mai, se non quando si ha da celebrare la messa, e quella finita, si chiuda, e si tenga sempre chiusa sotto pena ad arbitrio.

84 A fine che le confessioni delle monache siano, come si deue, ascoltate, ordiniamo, che in ciascuna Chiesa di esse, sia vna fenestrella con grata di ferro perforata, ben confitta nel muro, con telaro, e tela negra, doue si habbiano d'ascoltare in confessione. Et accioche questo luogo non sia così publico, che facilmente ci possa ciascuno entrare, ordiniamo, che ciascuna bossola, ò cancello composto di legno sia serrato con chiaue, da tenersi sempre dal Confessore.

85 E meno conuenendo, che nelle camere, e luoghi, doue stano, ò mangiano, ò dormono i Sacerdoti, sia commodità di guardare, ordiniamo, che tutte le fenestre nelle Camere, e luoghi predetti siano affatto murate, e che si leui in tutto il prospetto, & il riguardo come sopra.

86 Per la Communione delle Monache ordiniamo, che dal lato del Vangelo di quell'altare, al quale son solite vdir messa, s'accommodi vna fenestrella di larghezza, & altezza d'vn palmo, e non più, la quale sia molto ben dipinta & ornata, e fortificata con due fenestre di legno, vna dentro, l'altra fuori con diuerse chiaui serrate, delle quali vna si tenga dall'Abbadessa, ò Prinressa, e l'altra dal Confessore.

87 E perche non sia in potestà delle Monache, nè delle Superiore introdurre ciascuno per leggier causa nel Monastero, ordiniamo, e commandiamo à tutte le Superiore di tal Monastero, che ogn'anno scriuano i nomi di quelli, che deuono esser permessi per qualche vrgente causa entrare nel Monastero, e ne diano vna nota alla Superiora, l'altra la tengano appresso di se, e così ogni anno rinouandola, e diligentemente pensando alla qualità delle persone, mutino quelle, che douranno esser mutate.

88 Perche i Monasterij non siano grauati di più peso di quello, che ponno, in conformità de' decreti del Sacro Concilio di Trento, e delle Constitutioni de' Sommi Pontefici, ordiniamo, che non si riceuano più figliole da monacarsi di quelle del numero prefisso à ciascun monasterio, e che l'ordine dato vltimamente per la Santità di nostro Signore Papa Gregorio XIII. sopra il numero delle Monache sia in tutto osseruato.

89 Le Monache chiamate Conuerse, mentre sia fatta la prouisione di casa per abitarion loro appresso i loro monasterij secondo la dispositione della Bolla di Pio V. permettendo solo per causa di necessità vscire à cercare le limosine, ordiniamo siano di quarant'anni, e non vadino sole, ma à due à due, e che si osserui la Bolla di Sua Santità, e tutti gli ordini de' Superiori, e che in tanto dette Conuerse siano ammonite, che in tutto si portino modestamente, e come conuiene, non entrino in botteghe d'artigiani, nè in case priuate.

90 E perche i Monasterij non siano macchiati, e i costumi delle Monache non siano corrotti, ordiniamo, che non si permetta abitare appresso monasterij meretrice alcuna, nè infami, e disoneste persone, ma si cerchi con tutte le forze, inuocando anche il braccio secolare, se bisognerà, per discacciarle lontano da monasterij.

91 Che le porte del Monasterio debbiano continuamente star serrate, nè si possano aprir mai, se non per necessità d'introdurre coloro, c'haueranno hauuto licenza d'entrare, se non per vrgente necessità, conforme alla Bolla di Nostro Signore, nè si possano far visite, nè ragionamenti in dette porte, quando anche fussero aperte per necessità, come di sopra, sotto pena di scommunica.

92 Che sopra tutto alle porte del Monastero siano posti due forti catenacci, l'vn di dentro, e l'altro di fuori con le serrature diuerse per ciascheduna porta, delle quali chiaui vna per porta sia tenuta, e custodita dall'Abbadessa, ò Priora, che sarà di tempo in tempo, e l'altre dalle portinaie deputate; si che non si possano aprire senza licenza della Superiora, sotto pena in caso di contrauentione alla Superiora, e portinaie della priuatione dell'Officio, e della voce attiua, e passiua per cinque anni.

93 Che i Carreggiatori, i quali saranno introdotti per la porta per le some, non possano entrar dentro nelle Clausure, ma stijno fuori, & iui scarichino, e spediscano le loro facende, eccettuando il portare del vino nella Canena, i formenti, le farine, le legna ne' luoghi deputati; nel qual tempo douranno tutte le Suore star talmente riserrate, che non siano mai vedute.

94 Che mai per tempo alcuno, nè per qualsiuoglia ragione le Suore possano introdurre nel Monastero nè Donne, nè Huomini, piccioli, ò grandi di qualsiuoglia età, e conditione per vedere il Monastero, ò per fermaruisi dentro ò poco, ò molto. E caso che alcuna figliuola fosse dispensata di poter entrar dentro, ò stare nel Monastero in dozzena, ò in prouisione, se vna volta vscirà fuori, non possa mai più entrar dentro, saluo se poi fusse accettata, ò volesse entrare per pigliar l'habito, e farsi Suora.

95 Che le deputate alle ruote non siano di minor'età di quarant'anni, ò d'altra età approuata secondo la discretione del Superiore, purche siano discrete, e prudenti, nè altra che esse sole possano dare, ò riceuere alcuna cosa per la ruota, la quale dourà star sempre serrata, e le chiaui douranno esser tenute dalle Ruotare.

96 Che nell'vscio de' parlatorij di dentro sia buona serratura, e la chiaue sia custodita da vna delle deputate, nel qual Parlatorio non possa andar niuna Suora per parlare à niuna persona, se non sarà prima stata presentata, & accettata la licenza de' Superiori, nè anche senza la presenza d'vna Ascoltatrice, à ciò deputata.

97 Che non possan le Suore parlare ad alcuno ne' giorni di Festa, e di Solennità principale, nè anche ne' giorni di Domenica, e meno nel tempo dell'Auuento, e della Quaresima, nè tampoco in que' giorni, ne' quali si saranno communicate, eccettuando da questa obligatione i Fattori, Agenti, Seruitori, ò altri messi, che verranno per la necessità del Monastero, e questi ancora cercheranno di speditsi il più presto, che sarà possibile.

98 Che nel giorno della Festa, titolo del Monastero, nè meno in altre Solennità si possano far musiche nella Chiesa di fuori, ma debbano le Suore esser contente del loro solito canto nelle loro Chiese, e si proibisce anche loro il dar pranzo a' Sacerdoti, ò altro, ancorche fussero dell'istesso Ordine; ma debbano i Ministri del Monastero dare in denari contanti quella somma, che sarà necessaria per quel pranzo, purche mai passi la somma di tre scudi in tutto.

99 Che quando vi saranno persone con le licenze, & altre osseruanze di sopra ordinate à ragionare con le Suore, gli vsci de' Parlatorij di fuori debbano star sempre aperti, acciochè coloro, che ragioneranno, possano esser veduti da tutti.

100 Che se occorrerà, che vna Suora per malitia parlasse nel Parlatorio, ò nella Ruota con alcuna persona simulata, ò vero supposta, che non fusse quella, che si era espressa nella licenza, sia detta Suora subito priuata del velo, e della grata per sei mesi, con penitenza poi di digiunare ogni Venerdì in pane, & acqua per detto tempo.

101 Che non possano le Suore scriuer lettere, nè polize, nè mandar presenti ad alcuno, nè accettarne da altri, se prima e le lettere, e i presenti non saranno stati veduti dalla Superiora.

102 Che il Medico, Barbiere, Procuratori, ò altri seruienti,

ti, dell'opera de'quali le Suore haueranno da seruirsi, habbiano però prima veduto, e considerato così circa l'età, come la vita, e custumi loro, quelli solamente, che saranno approuati, e con licenza in scrittura, esser ammessi, e non altri, con dichiaratione, che alcuno degli ammessi non possa star dentro doppo il tramontar del Sole, nè entrarui prima, che sia leuato il Sole, riseruando il Confessore in caso di amministrare il Sagramento a qualche Suora inferma, & anco il Medico in caso d'incidente, ò altro caso repentino, e di necessità vrgente, doue il Confessore non douerà mai in tempo alcuno entrare, saluo che con la cotta, e con la stola.

103 E perche la faccia delle dedicate a Dio deue conseruarsi solamente per esser pretiosa nel cospetto del Signore, douranno le Suore tutte in ogni occorrenza, ò necessità c'hauranno di parlare a qualsiuoglia persona, e'hauerà licenza, ancorche fusse Superiore, tirarsi talmente il velo sù gli occhi, che non possano totalmente esser vedute.

104 Che non s'introduca mai nel Monastero persona alcuna nè per burattar farina, nè far pane, ma debbano le suore per se stesse far tali esercitiI, e sopra ciò si douranno sempre deputare alcune sufficienti per tale vfficio; nè alcuna dourà ricusare tal seruitio sotto pena della carcere per venti giorni.

105 Che i panni di lino si facciano bianchi ne'monasterij da quelle Suore, che si douranno sopra di ciò deputare. O se pure accaderà per qualche incommodo dargli a far bianchi fuori di casa, allora vna delle Ruotare, e non altra, habbia il carico di dargli, e di riceuergli, e non per altro luogo, che per la Ruota, e non mai per la porta.

106 Che non possano le Suore accettare, ò introdurre nel Monastero nouitia alcuna, se prima l'Ordinario, ò Superior loro, considerate l'entrate del Monastero, non haueranno conosciuto, che iui sia il modo d'alimentarla, ouero che le sia proueduto da'suoi parenti dote, che sia competente per alimentarla, & anche di prouisione mensuale, non minore d'vn quarto di Scudo il mese, conforme alla mente del Sacro Concilio di Trento, e di Papa Gregorio XIII. per Bolla particolare sopra ciò fatta, e publicata.

107 Che non possa alcun Sacerdote, ò seculare, ò claustrale, che sia, ingerirsi per seruire a Suore, nè anche in dir loro la messa, e amministrare i Santissimi Sagramenti, se prima non sarà approuato dall'Ordinario, e Superiori del Monastero, il quale anche douerà esser d'età matura, di prouata vita, e pij costumi sotto la pena della supensione a diuinis per vn'anno.

108 Che i Medici, Barbieri, & altri Deputati alla cura, e al seruitio delle Suore non possano, ancorche fussero legitimamente impediti, mandare in suo luogo altra persona, se però non fusse anch'essa approuata dal Ordinario, e Superiori sotto pena di esser priuato perpetuamente di tale vfficio.

109 Che ninna persona così secolare, come Ecclesiastica, possa esser' ammessa da qualsiuoglia Superiore, tanto per Medico corporale, come per Medico Spirituale, ouero agente a qualsiuoglia negotio di qualsiuoglia sorte, la quale fosse stata inquisita, ò processata nel Sant'Officio dell'Inquisitione, ò che fusse stata condennata ad abiurare in publico, ò in priuato, ò fusse stata giudicialmente riputata fautore d'Eretici, ò ligermente, ò grauemente sospetta d'eresia. E se per caso alcuno di questi tali al presente fusse impiegato ne'seruigi di Suore, sia ciascuno di essi rimosso, proibendogli espressamente, che per l'auuenire non debbano più ingerirsi in simili esercitij sotto pena a chi contrauerrà di scudi mille, e di scomunica in sussidio.

110 Che i Medici, Barbieri, Ortolani, Fattori & altri seruienti, che dall'Ordinario saranno ammessi al seruitio delle Suore non possano entrare ne'Monasterii, se prima non haueranno giurato nelle mani dell'Ordinario, ò suo Vicario generale con l'assistenza de'Superiori de'Monasterij nel modo, e forma, che sarà descritto nel fine de'presenti Capitoli, mutatis mutandis, & singula singulis congruè referendo.

Che ciascuna chiaue delle porte, ruote, parlatorij, & altri luoghi di Clausura, debbano ogni sera esser presentare alla Superiora, lequali essa dourà tenere sempre appresso di se, e custodire ogni notte, nè confidarla à persona alcuna con dichiaratione, che se alcuna delle officiali mancasse di consignare ogni sera tali chiaui, come di sopra, questa la mattina seguente sia denonciata à Superiori, accioche sia ripresa, e penitentiata à loro arbitrio.

Che in tutti casi di contrauentioni di qualsiuoglia de'- 111
sopranominati Capitoli, doue non sia specificata la pena, sia in arbitrio dell'Ordinario, e d'altri Superiori imporre quella pena, che parrà loro, deu'esser più espediente, e più profitteuole per l'osseruanza inuiolabile di essi.

Tenore, e forma del giuramento. Io N. N. Medico fi- 112
sico, di età approuata eletto e deputato alla cura del Monastero N. per medicare l'inferme, che saranno in esso, giuro, e prometto, che io non entrerò nel detto monastero à mio piacere, ma solamente ne'casi, ch'io giudicherò di vrgente necessità per medicare, e curare l'Inferme, e anderò io in persona, e non manderò alcuno altro in mio luogo, se non sarà approuato, e con l'istesso giuramento, e licenza de'Superiori. Et ogni volta, che io entrerò nel Monastero, anderò al luogho dell'Inferma per la più brieue strada, e iui fatto, & ordinato, c'hauerò quello, che spetta all'officio mio, me ne tornerò senza fermarmi à parlare, nè andando, nè tornando con alcuna Suora, eccettuando con quelle, con cui non si può far di manco di ragionare sopra le cose necessarie per l'inferme. E di più, che mai entrerò solo nella Camera dell'Inferma, ma sempre anderò accompagnato dalle deputate à quest'vfficio. E più, che non m'intrometterò per fare accettare veruna putta, nè per monaca, nè per istare in altro modo nel Monastero, nè nuoui fattori, lauoratori, nè altri vfficiali per seruitio del Monastero; ma il tutto lascerò alla cura de'Superiori. E tutto ciò giuro e prometto osseruare. Così Iddio m'aiuti, e questi Santi Vangeli.

Quintò adducam decreta particularia eiusdem Sacr. 113
Congregationis Episcoporum & Regularium. Reggio al Vescouo. V.S. si assicuri, che non si può dar certa regola a i casi, che si chiamano necessarij, per entrare nella Clausura delle Monache; percioche il tempo, e il luogo suol mutare, e variar la natura de'casi sudetti secondo gli accidenti. E perciò è di bisogno, che la prudenza del Prelato distingua e consideri bene le cose, che occorrono, e poi risolua, secondo che alla coscienza sua parrà, che sia maggior seruitio di Dio, nostro Signore. E così si è detto anche ad altri Prelati, che hanno fatto il medesimo quesito di V.S. Quanto poi alla facoltà dell'Ordinario ne'Monasterii esenti, non si estende oltra la visita, e riforma della Clausura esteriore, & interiore, per occasione della quale si può anche domandare alle Monache, se fanno cos'alcuna, che pregiudichi à detta clausura dentro, ò fuori del monastero, secondo che il Prelato giudicherà essere ispediente. E così si osserua altroue.

Verùm S. Congregatio Concilij declarauit, quod cau- 114
sa necessaria, propter quam permittitur Episcopo, ac Superiori dare licentiam ingressus, solùm intelligitur, quando necessitas militat à parte Monasterij, non autem solùm à parte externorum, qui ingressuri sunt. Ita in Rauennatensi 9. Septembris 1611. quod autem censuerat Gloss. *in d. cap. Periculose, v. Causa in princ. de stat. Regular. in 6.* Vnde non licet Episcopis licentiam concedere, vel permittere mulieribus, vt seueritatis gratia sequestrentur apud Monasteria Monialium ex causa litium matrimonialium, vel adulteriorum, aut dissentionum inter viros, & vxores. Immò ingredientes etiam ex tali causa, & cum huiusmodi permissione, vel licentia, incidere in excommunicationem à Concilio impositam, tradit ex S. Congregatione in Salmantina Diana *p. 3. tr. 2. resol.* 130. quam licentiam & ipsa S. Congregatio rarò, & cum difficultate concedit. Pro casibus tamen repentinis præcisè necessitatis consueuit ab Ordinarijs, & Legatis anticipari licentiam, obtinendo pro aliquo paruo numero, d. Rauennatensi. Liceret tamen in Conseruatorijs, in

quibus Clausura non seruatur. Aliàs in Monasterijs, vbi est Clausura, Ordinarii nullam auctoritatem habent introducendi mulieres, vel puellas, nisi ad effectum habitus illic suscipiendi in locis numerariis, ac directo ad locum nouitiatus eundi. Salernitana 10. Febr. 1645. & 11. Iunii 1646. & in Ostunensi 21. Augusti 1648. Nisi consuetudo esset, puellas in habitu seculari detinendi per duos, vel ad summum per tres dies. In Brixiensi 13. Ionij 1594. Aliàs tamen ingredientes, quàm recipientes incurrunt in censuras, & pœnas Bullæ Gregorii XIII. In Auximana 13. Nouemb. 1589. in Astensi 18. Decembris eiusdem anni. Hinc non est causa sufficiens ad ingrediendum clausuram videre, an locus sit capax pro recipiendis puellis, S. Congreg. Episcop. in Vercellensi 15. Nouembris 1606. Neque collocandi in Monasterio Virginum aliquam mulierem, ne reuertatur ad vomitum, in Mediolanensi 16. Augusti 1588. Neque ad discendum aliquam artem, puta serici, vel texturæ, nisi cùm Conuersa perita non poterit reperiri, in Mediolanensi 11. Martii 1586. 16. Maii 1588. 14. Febr. 1614. in Ianuensi 28. Nouembr. 1620. in Neapolitana 2. Decembris 1624. & in Lucensi 20. Decembris 1653. ac alibi. Neque regulariter ad conficiendum panem, in Rauennatensi 15. Iulii & 19. Augusti 1603. Neque aquam inferendi gratia ingredientium, & egredientium mulierum continua conuersatio permitti debet, sed intus accomodari cisternæ, in Alateren. 3. Maij 1603. Multominùs videndi comœdias, vel repræsentationes recitatas à Monialibus, neque de licentia Ordinarii, in Anconitana 4. Septembris 1627.

116 Amerino Episcopo. Veramente la moltiplicatione ne' Monasterij di Monache per le molte necessità, nelle quali si trouano li già fatti, e instrutti, è da euitarsi. Ma poiche V.S. dice, che la Terra di N. è grossa, e popolosa, e che sà instanza del Monastero per hauer doue collocare le loro figliuole, che vogliono seruire alla Maestà di Dio in castità, la Congregatione viene in parere, che si possa conceder loro questa gratia di erigere questo nouo Monastero, quando sia ridotto à perfettione di Monastero, e capace di quaranta Monache almeno, come ella afferma, che sarà, e con la certezza delle rendite, & entrate, che ella dice, nel qual caso, e di poiche hauerà prouisto di Monaca atta al gouerno delle nouitie, e non prima, potrà cominciare à riceuer le Zitelle, che stanno preparate à questo con la dote conueniente. Auertendo sopra tutte l'altre cose à quello, che altre volte se le scrisse, di non fondar questo Monastero, se non s'assicura d'hauer in quel Castello preti secolari, ò religiosi atti e buoni per ogni tempo alle Confessioni, ouero che il Monastero habbia tanta entrata, che oltre il bisogno per la spesa delle Monache, potrà sostentare vn Confessore forastiero à tal'effetto à 7. di Ottobre 1575.

117 Parmensi Episcopo. A i due quesiti, che V.S. hà fatto con la sua, se le Monache consacrate non da' Vescoui, ma da' semplici Sacerdoti, siano mal consacrate, ò di nuouo si debbano consacrare, e similmente se quelle, che sono consacrate, non precedente la professione, siano mal consacrate; Rispondo in nome della Congregatione, che le Monache solo di S. Benedetto si sogliono consacrare, la qual consacratione non può fare, se non il Vescouo. Però queste, che sono state consacrate da' Sacerdoti, essendo nulla la consacratione, s'hauranno da consacrar di nuouo. Quelle poi, che senza la professione sono state consacrate, se bene è stato errore, douendo preceder prima la professione, pure essendo consacrate, si posson tolerare, nè si ha da far altro con esse, che far loro supplire cautamente la professione. à 17. d'Aprile del 1577.

118 Papiensi Episcopo. Subito, che riceuei la vostra de' 25. del passato, m'occorre andar da Nostro Signore, & hauendogli esposto ancora il desiderio, che V.S. hà d'introdurre le spetierie in cotesti Monasterii, e di seruirsi à questo effetto d'vna delle monache di Valenza, ne ottenni la gratia, come referirò in Congregatione, e il Signor Cardinale Alessandrino ne scriuerà secondo il solito, al quale è bene, che V.S. scriue in simili occorrenze, che in ogni modo io la seruirò vgualmente.

Quanto alle Compagnie, che sono nelle Chiese de' Regolari, e non erette con facoltà Apostolica, ouero ordinaria, non si douranno comportare, & in ogni euento sono sotto alla giuridittione dell'Ordinario, quanto al visitarle, e riueder loro i conti. Circa poi alle Monache non è dubio alcuno, che per penitentiarle non si possano trasferire da vno all'altro Monasterio senza facoltà particolare di questa Santa Sede; la quale, se bene secondo le occorrenze de' casi alle volte si è concessa, com'ella dice, nondimeno questo è di raro, e solo in certi casi particolarissimi, a' 3. di Nou. 1587. Quindi si scrisse a' 28. d'Ottobre passato al Vescouo d'Agubbio doppo essersi più volte parlato in Congregatione del negotio di quella Suora N. Monaca nel Monasterio di N. che diede il vetro pisto all'Abbadessa, e ad altre, hauendo finalmente questi miei Illustrissimi Signori con molta diligenza studiato la causa, concordamente la giudicarono degna di molta pena, conforme all'eccesso, che fù atrocissimo, e che contro di lei si vsasse tutto il rigore della legge, in modo che, come dicono alcuni Canoni per più bene della sua vita, le fusse grata la morte, e che fusse fatta specchio di vendetta, come fù di sacrilegio. Poiche qual superiore sarà sicuro, se vn'Abadessa di Vergini, che hanno rinunciato al Mondo, e a tutte le vanità, e concupiscenze, sia insidiata nella vita da loro stesse, perche cerchi di gouernarle santamente, e più lontano dal peccato che può, com'è tenuta? Contuttociò si mostrarono questi miei Illustrissimi Signori miti nella sentenza, e nelle pene, che se le diranno qui abasso, hauendo hauuto qualche consideratione all'età sua, e con speranza, che la pena, che le diedero, fusse in modo, che possa esser di quell'essempio, che altre, e altri di correttion tale, che si debba emendare, e ritornare alla buona vita, e col parere anche di Nostro Signore si risoluette di dar carico al detto Vescouo di far eseguire quanto si è ordinato circa la detta pena, che fù la seguente.

Che si chiuda per cinque anni in vna stretta prigione nel medesimo Monastero, ou'ha fatto il delitto, e che stia serrata in modo, che non si possa aprire, se non quando sarà finito il tempo sudetto, ò per qualunque necessità d'amministrarle i Sagramenti in caso d'infermità. E deue ancor esser riserrata in modo, che nissun'altra Monaca le possa parlare, se non con licenza dell'Abbadessa alle volte per intendere il profitto, che farà in questa penitenza, & anco per confortarla alla perseueranza con patienza, per sodisfare più compitamente a' suoi graui peccati.

Che, come priuata in perpetuo di voce attiua, e passiua, non interuenga mai più ne' negotii del Monastero.

Che ogni Lunedì di questi cinque anni dica l'vfficio de Morti, oltre à gli altri oblighi, ch'ella ha.

Che ogni Venerdì del medesimo tempo dica i setti salmi con le litanie, e preci ordinarie.

Che il prim'anno digiuni i Venerdì tutti in pane, & acqua.

Che resti anche in perpetuo priuata del Velo. Riseruandosi questa Sacra Congregatione di mitigare, & anche accrescere la sudetta pena, secondo che intenderà i portamenti della delinquente. Farà dunque V.S. che così s'eseguisca, e auuisi minutamente di tutto quello, che ella haurà fatto.

Ariminensi Episcopo. V.S. faccia mettere in prigio- 120
ne tutti quei frati, che si trouarono à i Monasteri di Monache, etiam soggetti agl'istessi Regolari, se però non saranno tali, che per officio loro vi conuenga andarci, e potrà poi consignarli a i loro superiori, che gli gastighino, e facciasi il tutto senza scandalo, e senza leuare il buon nome delle Monache. E tanto V.S. eseguisca, ch'è mente di Nostro Signore a' 14. di Luglio del 1578. Quinimmò neque ipsi Superiores Regulares ingredi possunt in Monasteria Monialium sibi subiectarum sine licentia Ordinarii in scriptis. Taurinensi 23. Ian. 1651. & Ciuitatis Pennæ 18. Iunii eiusdem anni.

Spoletano Episcopo. Se il dubio, che V.S. hà mandato 121
di quella Zitella, che fece professione infra annum probationis contro la forma del Concilio, sia semplicemen-

te,

te, come V. S. lo scriue con la sua, si deue restituire al Padre la sua dote, detrahendosi però le spese fatte per la Zitella dal Monastero, a gli 11. di Nouembre del 1578.

121 Ariminensi Episcopo. Essendosi inteso, che la frequenza de' Religiosi a' Monasteri, gouernati da loro medesimi, & ancora da altri, e molto scandalosa, vuole la Sacra Congregatione, che costì si osserui ciò che si è ordinato altroue. E questo è, che niun Regolare, che non habbia da fare ne' Monasterij, etiam proprij, non vi possa andare. Ond'ella farà decreto, ch'eccettuato il Confessore, ò Cappellano loro, e i superiori Ordinarii, ò Visitatori, altri non possino andarui; e controuenendosi, V. S. ordini al Vicario, che gli faccia pigliar prigioni, i quali si douranno poi consignare a i loro Superiori, che gli gastighino. Il che si farà intendere anche qui a' Generali, acciò che anch'essi diano l'ordine, che bisogna in questo senso, a' 2. di Genaro del 1579.

23 Pistoriensi Episcopo. Si son letti in Congregatione tutti i capi del memoriale, che V. S. hà fatto dare, a i quali questi Illustrissimi miei Signori hanno ordinato, che si risponda in questo modo. Quanto al primo dell'augumento della dote, considerati i bisogni grandissimi de' Monasterii, la Congregatione lo hà hauuto per bene, etiam che fusse stato maggiore, e se altri verranno a richiamare, si farà loro la risposta, che conuiene. Quanto al secondo par brutta cosa il tolerare, che il Cappellano entri ne' Monasterij per dirui la messa per communicar le suore fuori de' casi di necessità. Però si tolga in tutto questo abuso, e si proueda di luogo commodo per la Communione. Quanto al Terzo, V. S. non manchi d'assignare vn termine ad arbitrio suo proportionato, che in quelle Chiese di Monache, che hanno i Parlatorii si leuino, e mettinsi in luogo più decente fuori. Quanto al quarto circa alla stanza di coteste Monache, oue sogliono ordire le tele, e che V. S. hà ridotto prudentemente in Clausura, dicono questi miei Signori, che vi si può prouedere facilmente, che le Monache non vsciranno della Clausura, e le donne forastiere potranno vedere ordire, facendo vn fenestrino sicuro di fuori, per il quale le donne possano vedere il fatto loro, e assicurarsi di non esser gabate. Ma auertisca V. S. che quel fenestrino non serua ad altro vso, che al sudetto, proibendo sotto graui pene. Quanto al quinto, meritano gastigo grande quelle Monache, c'hanno hauuto ardire d'accettar Zitelle senza licenza di V. S. e senza farnegli pur motto: onde dourà ella punirle, secondo la forma del Concilio, in modo che non ardiscano mai più di fare vn simil errore; nè meno hora si deue permettere, che possano vestire altre, e valersi de' danari di quelle doti, che piglieranno per comprar si da viuere, ma s'hauranno da impiegare in tanti stabili, secondo ch'è stato ordinato per tutto. Circa a i casi vrgenti di necessità, che alle volte occorrono, ne' quali alcuna Monaca è ricercata à dare vdienza al Padre, ò ad altri suoi parenti ne' giorni, che si farà communicata, la Congregatione se ne rimette à V. S. che ad arbitrio suo possa, quando le piace permetterlo con la prudenza, che si ricerca, e ch'ella conoscerà a' 24. di Febraro del 1579.

124 Eidem, l'Ambasciatore, che vltimamente fù quì per i Monasterij di cotesta Città, fè otto petitioni, le risposte delle quali son queste.

Alla prima, e seconda delle porte de' Monasterii, ch' entrano in Chiesa, la Congregatione non hà voluto concederle, solo si è contentata, che per il Monasterio di N. V. S. assegni vn brieue termine d'accommodare la difficoltà, passato il qual termine subito farà murare quella porta, ch'entra in Chiesa.

125 Circa la terza petitione, V. S. haurà inteso il senso della Congregatione, che non vuol permettere, che i Cappellani entrino nella Clausura, fuori de' casi della mera necessità.

126 Alla quarta di cercar le limosine, si contentano questi miei Signori, che i Monasterij poueri talmente, che secondo la conscienza di V. S. la quale s'incarica efficacemente, non possono viuere altrimente, che con cercar le limosine in tempo del raccolto del grano, vino, e castagne, mandino fuori quattro, ò sei Monache conuerse d'età maggiore di quarant'anni, e d'aspetto meno pericoloso, e sopra tutto V. S. eleggerà delle più mortificate che vi siano, le quali occorrendo loro pernottar fuori de' loro Monasterii, douranno alloggiare in altri, se ve ne farà commodità, ouero in casa de' parenti, ò di persona da bene, e di buona fama. Alla quinta dell'ordir delle tele, già si è scritto à V. S.

La Congregatione in modo alcuno non vuol concedere la sesta petitione. Perciò V. S. non permetterà mai, che i Monasterii possan mandar fuori le loro seruigiali per far le facende di Casa, fuori del caso sudetto del cercar le limosine a' tempi debiti con le conditioni prescritte. 127

Ne anche vuol conceder la settima domanda di permetter, che le figliuole etiam piccioline entrino, & escano di Monasteri, quando lor pare per imparare à cucire, e leggere, come già si costumaua. E però V. S. lo proibisca sotto graui pene. 128

Parmensi. Quanto a i decreti, che toccano alle Monache circa la proprietà, Nostro Signor vuole, che l'Abbadessa tenga tutte le cose, che sono date alle Monache particolari, ò che esse guadagnano, per spenderle primieramente in seruitio di quella moneta, alla quale saranno state date, e quello ch'auanza, si potrà spendere per commodità del monastero; & habbiate cura, che alla Monaca, che haurà hauuto le sudette cose, non se le manchi in modo alcuno. 129

Alle Monache, etiam che sia Abadessa, si deue in ogni modo leuare, come prudentemente ordinò il Visitatore, ma la penitenza à quelle, che controuerranno sia moderata, come parrà al Vescouo, il quale non cessi per questa via leuar questo abuso. 130

I Camini nelle Camere si potranno tolerare per quelle vecchie solamente, che l'hanno sin' hora; ma per l'auuenire non si douranno concedere a niuna, sia chi si voglie, e morendo le Monache, che hora hanno detti camini, si leuino in ogni modo, guastandosi affatto. 131

Quanto alle doti di tre cento scudi, e dieci scudi l'anno, mentre che viuerà la Monaca, si hà da intendere in que' Monasteri, che hanno Monache sopra il nomero; ma se fussero sotto il numero, la Congregatione vuole, che il Vescouo serbi que' luoghi più, che potrà per dargli alle pouere Zitelle, e con quella dote, che à lui porrà. Perche in que' Monasterii sotto al numero, la dote hà da essere arbitraria al Vescouo. E quando vi sarà alcun caso degno di consideratione, che non si possa dare la dote di trecento scudi, e i dieci in que' Monasteri, oue le Monache sono sopra il numero, scriuendosene quà, si haurà consideratione secondo che la Congregatione giudicherà conueniente, la qual concede anche liberamente al Vescouo, che quanto alli dieci scudi sopra la dote possa dispensar con quelle, che le parrà, etiam che la Monaca, che le dourà dare, fusse sopra il numero. 132

L'armi, ò insegne delle famiglie proprie, che alcune Monache si son fatte fare nelle celle loro, per compatire all'imbecillità di quelle, si potranno tolerare, ma che non se ne facciano più dell'altre, sia chi si voglia, che simili vanità non conuengono, a' 24. Giugno 1579. 133

Nuncio Portugalensi. Si è riferito a Nostro Signore la presuntione, ch'alcuni Prelati di cotesto Regno banno hauuro di leuare di propria autorità le Monache da vn Monastero, e metterle in altro, ò per causa di riformar quelle, doue si trasferiscano, ò per gastigare le traslate, credendosi essi che la Bolla di Pio V. de Clausura Monialium non comprenda questi due casi. Il che è parso a Nostro Signore assai nuouo, e contro l'osseruanza riceuuta ormai in ogni luogo, etiam da alcuni Prelati di cotesto Regno, i quali hanno fatto domandare quì la sudetta facoltà, e se si considera bene la detta Bolla, e così chiara, che non lascia luogo da dubitare probabilmente. Però V. S. faccia intendere, che ogni bisogna, che non si ponno leuar le monache fuori de' loro Monasteri, se non ne' tre casi specificati nella sudetta Bolla, e con- 134

controuenendosi s'incorre nelle censure, che in essa si contengono, à 25. Maggio 1580. Contrarium consuluit Nauar. *cons.48. de Regul.* sed frustra.

135 Hinc non datur Moniali licentia exeundi ad balnea, vel mutandum aerem propter quamcunque infirmitatem extra casus contentos in dicta Bulla B.Pij V. scilicet incendij, lepræ & epidimiæ, licèt morbus esset aliàs contagiosus 20. Septembr. 1594. & 2. Martii 1602. & 27. Maij 1603. Vel phreneticus, sed Monialis includi debet in cella monasterii, 3. Iulij 1589. & 26. Martij 1591. Nouitia verò, quæ detegitur infirma morbo contumaci, remittenda est ad curandum in domum suam, 10. Februarij 1649. in Salernitana. Ex quacunque tamen causa exemerit ante professionem, non potest postea recipi sine licentia S.Congregationis, 29. Ianuarij 1601. & 15. Aprilis 1603. Caueant sibi locorum Ordinarij, vel Superiores regulares, ne aliquam ex Monialibus sibi subiectam, vel causa seditionis, vel incorrigibilitatis, vel criminis perpetrati ab vno ad aliud Monasterium transmitti curent, multòque minùs inde expellant, vel exeundi licentiam concedant, ne contentis in Pii V. Constitutione censuris, ac pœnis innodentur 27. Maij 1603. in Tortonensi

136 Isernia al Vescouo. Si è dato conto in Congregatione de' dubij, che V.S. mi hà mandato intorno al gouerno di coteste monache dell'Ordine di S.Benedetto, sopra i quali hãno questi miei Signori prese l'infrascritte risolutioni, secondo le quali V.S. si dourà gouernare. E prima quanto al velo bianco, che dette Monache portano in capo in fino alla loro consacratione, si dice ch'ella non deue innouare cosa alcuna, perche ciò si osserua anche in molti altri luoghi di coteſto Regno. Circa poi il mangiar carne, che fanno contro la legge di S.Benedetto, si risponde à V.S. quello, che Nostro Sigoore hà fatto dire ad altri Prelati, che proposero simil dubio; cioè, che si vadi dissimulando senza farsi rumore alcuno. Et ella sappia, che quasi tutte le monache d'Italia di quest'Ordine sono oel medesimo stato. Del cantar l'Vfficio, V.S. non ne faccia altro motiuo, purche lo dicano ogni dì letto in Chiesa, come sono tenute. Quanto al tener Zitelle per educatione, quando in ciò si osseruino le conditioni, e circonstanze solite, si può permettere, e sono queste. Che il Monastero sia solito educar Zitelle. Che n'interuenga il consenso dell'Abbadessa, e della maggior parte delle Monache, da ottenersi per suffragi segreti capitolarmente. Che si dia buona caotione di pagar gli alimenti a'tempi debiti. Che vesti modestamente. Che non possa condurre seco serue. Che osserui la medema legge di clausura, e parlatorii delle monache. Che vscendo vna volta fuori, non possa reintrare senza nuoua licenza dell'istessa S.Congretatione, nella quale si dourà fare espressa mentione di tale vscita, se pure non sarà vscita di licenza della detta S.Congregatione, ò se pure non vorrà monacarsi. Che sia maggior di sette anni, e minore di venticinque, e se doppo i 25. anni ricuserà d'vscire con iscusarsi, che si voglia far monica, dourà il Vescouo prefiggerle vn termine, dentro al quale ò essa, ò riceua l'habito, e a questa nuoua diliberatione la S. Congregatione suol concedere sei mesi, & anche vo' anno à quelle, ch'entrano maggiori per fare sperienza dell'Instituto. Suole ancora la S. Congregatione dispensare con lettera con le Zitelle, che han compiuto il sesto anno, e con le maggiori non si dispensa, se non con beneplacito del Papa regorlarmente, che non sia sopra il numero delle Zitelle proprie del Monastero. Che stij in luogo separato dal dormitorio delle Monache, e dal loro lauotiero.

137 Circa gli Vfficiali del Monastero, V.S. deue hauere buona cura, che siano buoni, & vtili, e trouandoli altrimente, leuarli, e farne prouedere de' nuoui, che siano sufficienti, & ella non permetta, che alcuno così maschio, come femina vada à parlare alle monache, se non con licenza di lei, eccetto il Padre, Madre, Fratelli, e Sorelle, e lei, con i quali oon si dee osseruare il rigore, che si conuiene con gli altri, ma questi ancora nelle festi solenni, e certi tempi deono astenersi d'andarui, come nella Quaresima, Auuento, e quando le Monache si comunicano, ne quali tempi è necessaria la licenza, anche ad essi. E chi contrauerrà, V.S. lo castighi, e massime le Monache, che haueranno dato audienza, e le Superiore, che l'haueranno permesso, à 17. d'Ottobre del 1581.

Prohibitio alloquendi moniales non solet comprehendere seculares coniunctos in primo, vel secundo gradu. 138
Perusina 19. Ianuarij 1618. Monopolitana 6. Martii 1625. Excepto casu, in quo ex Constitutionibus Monasterii, vel speciali Episcopi decreto prohiberentur, etiam coniuncti in primo gradu Moniales alloqui sine licentia, quæ tamen, nisi aliud obsistat, coniunctis in primo gradu concedi debet ad anuum pro alloquendis Monialibus sibi coniunctis, semel in mense, Verulana 10. Februarij 1599. Monasteria verò Pœnitentium, vulgò Conuertitarum, puellas ad educationem recipere neque solent, neque possunt, stante prohibitione S.Congregationis sub die 12. Martii 1619.

Malfi all'Arciuescouo. Col parere anche del Cardinal 139
Carrafa si risponde à V.S. che in modo alcuno si deue permettere, che coteste Monache, le quali fanno i tre voti sostantiali, stiano alle case loro, ma si hanno da constringere à viuere insieme, e in Clausura. Et è stato error ootabile à tolerarlo sin'hora. E però V.S. le farà assoluere da ogni censura perciò incorse, e poi le riduca insieme, come si è detto, conforme alla Bolla di Pio V. non solo le predette, che fanno i tre voti in mano del Proposto, ma aoche l'altre Tertiarie di S.Francesco, che pure fanno i medesimi voti. E così ella non manchi di eseguire, vsando altretanta diligenza, e sollicitudine, quanto è stato il fallo della toleranza passata, à 5. di Decembre del 1582.

Viterbo al Vescouo. *Suora N.* rittrouandosi spiritata 140
nel Monastero di N. hà fatto supplicare questi Signori, che volessero contentarsi, che alcuna buona persona entrasse nella Clausura per esorcizarla. E perche pare questo caso veramente necessario; però sarà bene che V. S. dia licenza, che possa essere esorcizata da qualche Sacerdote timorato di Dio, con entrar la Clausura à questo effetto solamente, à 10. di Nouembre del 1582. Nulla Monialis energumena intra Monasterij septa à quocunque Presbytero seculari, vel regulari etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem eiusdem monasterij (obtenta prius à S. Congregatione licentia) ea de causa deducatur, vel transferatur. In translatione autem huiusmodi, sicut & in actu exorcizationis, honestæ personæ consanguineæ, vel aliæ mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuersationis energumenam comitentur. Exorcista sit ad actum huiusmodi ab Ordinario approbatus. Exorcizatio minori, quo fieri potest, fiat strepitu. Ecclesiæ ianua, eòusque occlusa remaneat, quòusque exorcizatione completa, ad monasterium energumena reducatur. Cæterum tam in reditu, quàm in accessu ad Ecclesiam, & Monasterium respectiuè, rectà, & sine diuerticulo tendatur 1. Iulij 1606.

Auersa, al Vescouo. *Si è riferito a Nostro Signore* 141
quanto V.S. hà scritto intorno à quelle due Monache del monastero di N. vna delle quali vorrebbe ritornare al suo primo Monastero della Consolatione, e l'altra venir costà io vn'altro monastero per curarsi d'vna sua infermità, con animo di tornar poi, come sarà guarita. E così come Sua Santità si è contentata di far gratia per la prima, pareodole conueniente, che possa ritornare al monastero, doue hà fatto la professione, e d'onde vscì per vbidienza è per venire ad aiutare il deno monasterio, così la seconda non le piace, che esca di Monastero suo per causa di curarsi, non essendo il suo male di quelli, che sono compresi nella Bolla di Pio V. à 2. di Decembre del 1562.

Pisa, all'Arciuescouo. *Si è parlato con Nostro Signo-* 142
re del negotio scrittomi, e quanto all'Abbadessa del Monastero N. decrepita, e inferma, dice Sua Beatitudine, che il leuarla hora dall'Officio, e priuarla, non sarebbe altro, che accelerarle la morte, che non può esser molto lontana, e che però se le dee hauer compassione per questi pochi giorni, ne'quali, accioche il Monastero non patisca, dourà V.S. fare, che il Conuento elegga vn'altra

tra

tra Monaca per coadiutrice dell'Abbadessa cō futura successione, se detta Abbadessa morisse dentro il triennio, in maniera che mancando l'vfficio di Coadiutrice, non si duri più di trè anni, come anco non potrà durare l'Abbadessa, se non fusse perpetua, conforme alla Bolla del Papa à 12. d'Aprile del 1583.

143 Al Priore N. si è dato conto à questi miei Signori di quanto mi scriuete intorno à cotesste Monache Ierosolimitane, & è stato caro d'intendere, che il negotio della visita sia passato bene. Del capo della perpetuità dell'Abbadessa si è dato conto à Nostro Signore, il quale hà detto, che se l'Abbadessa moderna fù eletta perpetua, e se è buona, non è bene di leuarla, ma quando non fusse il caso del Monastero, e per la riforma, etiamche sia stata eletta perpetua, andare considerando, se ella hà fatto qualche cosa, massime contro la Clausura, per la quale si possa secondo le Bolle Apostoliche, e Sacri Canoni priuare, e trouandola dichiararla priuata, che sapete bene, che i Prelati regolari facilmente si ponno priuare, e poi ordinate all'altre Monache, che ne eleggano vna nuoua triennale secondo la forma della Bolla di Gregorio XIII. E se esse ricusassero di volerla eleggere, dateci auuiso, che si prouederà con nuoua facoltà di farne vna nuoua senza esse à 17. di Genaro del 1584.

144 Doppo essersi discorso in Congregatione sopra il dubio, che mosse, V.S. intorno alle donne Terziarie di S. Francesco, hanno finalmente risoluto, che presupposto per vero, ch'elle non facciano i voti solenni, nè alcuna professione, nè meno habbiano cosa propria, nè habitino insieme in forma di congregatione, e non siano sottoposte a' Superiori dell'Ordine sudetto, ma à V.S. come Ordinario loro, non si deono molestare in conto alcuno, come non comprese nella Bolla di Pio V. E perciò attenda pure V.S. à fauorirle, & aiutarle, accioche vadino seguitando nelle buone operationi, che hanno cominciato a salute di molte anime, & edificatione di tutta la Città, e non dubiti V.S. che il Superiore de' Frati Osseruanti le dia più fastidio, perche se gli scriue assai chiaramente la risolutione sudetta, accertando però V.S. à far leuar loro il sottogola, che è proprio delle monache, se pure lo portano à 20. di Marzo del 1584.

145 Al Cardinal Paleotto. Nostro Signore, il quale in diuerse occasioni è stato informato, quanto incommodo apporti a' Monasterij di Monache, oltre à qualche dissolutione, il permetter, che nelle feste loro vi vadino musici à cantare, ouero à sonare. Et hauendo questo inteso, che tale abuso era in molti Monasterij di cotesta Città, hà commesso, che io scriua a V.S. si come si è fatto altroue con ordine, che non si permetta più per l'auuenire in qualsiuoglia Monastero, etiam soggetto à Regolari, si faccia più alcuna musica da' forastieri, douendo bastar quella sola, che sapranno far le Monache di dentro. E però sarà V.S. seruita far'intendere à tutti i Monasteri di cotesta Città, che osseruino quest'ordine, e non lasci, che in niuna maniera sia violato, auuisandone quanto per quelli, che sono gouernati dà Regolari, i loro Superiori, assicurandoli, che se non s'vbbidirà intieramente, se ne farà il risentimento, che conuiene à 20. di Marzo del 1584.

146 Spoleto, al Vescouo. V.S. sa che hormai si osserua in ogni luogo la risolutione, che fecero questi miei Signori alcuni anni sono, che non si permetta più alle Monache il mandare altre Monache intorno à cercar la limosina, violando in questo modo la clausura, essendosi conosciuto per isperienza, che non permetteua conto il tolerarlo più lungamente per li scandali, & altri abusi, che ne seguiuano. Contuttociò quando vn Monastero è ridotto a tal termine di pouertà, che le Monache si morirebbon di fame, se non andassero attorno alcune di esse a raccoglier le limosine, è stato solito di conceder loro licenza in numero conueniente, purche siano di età matura, e non vistose, che per l'auuenire non si accettino più Monache in quel Monastero, ma si estingua a poco a poco, e si trasferisca, ò si vnisca ad altro più commodo, oue si osserua intieramente la Clausura. E perchè s'intende, che il Monastero delle Monache di N. è ridotto alla sudetta pouertà, V.S. per ordine di questa S. Congregatione dee permettere, che alcune di esse possann andar fuori per raccoglier le limosine nel modo sudetto, purche accettino il decreto dell'estintione, che V.S. dourà fare in virtù di questa mia, e tener poi saldo, che in modo alcuno non si accettino più Nouitie in quel luogo, sopra il quale dourà V.S. diligentemente inuigilare, accioche viuano nel resto conformi a' voti, e allo stato loro, a' 14. di Luglio del 1584.

In iis Monasteriis, ex quibus Moniales ad quæritandas Eleemosynas emittuntur, ad habitum regularem puellæ deinceps non admitantur, nisi à S. Congregatione per litteras particulares, non autem per licentias impresas, hæc facultas eis fuerit impartita. Conuertitarum tamen Conuentibus exceptis, quibus peculiariter concessa sit facultas recipiendi ad habitum suæ qualitatis mulieres, etiamsi moniales ad eleemosynas conquæritandas emittant. 147

Pauia, al Vescouo. Circa poi alle Monache, non è dubio alcuno, che per penitentiarle non si possano trasferire da vno in altro Monastero senza facoltà particolare di questa Santa Sede a' 3. di Nouembre del 1584. 148

Parma, al Vescouo. Quì in Roma, e in ogni altro luogo, doue si tiene buona cura de' Monasterij delle Monache, si suol fare vna lista di persone, che sono necessarie, come fornaro, muratore, falegname, ferraro, facchini per certe occasioni, oltre il medico, cirusico, e barbiere, a quali per vna volta si dà licenza per sempre, sin tanto che non è riuocata di poter secondo i bisogni entrar nel Monastero per far ciò, che occorre di loro mestiere; auuertendo di pigliar persone approuate di età, e costumi buoni, e così dourà fare anche ne' suoi, con proibire insieme, che non entrino altre persone, che quelle, che sono necessarie, che così è stato scritto, e ordinato in molti luoghi, a' 20. di Nouembre del 1584. 149

Al P. Generale de' Camaldoli. Oltre a quello, che si dirà a bocca a V.P. sopra i dubij dati, questi miei Signori mi hanno commesso, che io per sua sodisfattione le dica con questa mia, che V.P. ha la medesima autorità, e Superiorità ne' Monasterij di Monache soggetti all'Ordine, che hanno gli altri Superiori regolari ne' proprij, percioche non vi è nè legge, nè ordine che gliele habbia leuata, se bene i Vescoui Ordinarij sopra i medemi Monasterij hanno così ancora quell'autorità in certi casi, ch'è stata concessa loro dal Concilio di Trento. 150

Non può già ella sola, come nè anche altri Superiori Regolari, far monachar Zitelle senza saputa dell'Ordinario. Percioche in questo caso vi bisognano molte cose, che non si deono fare senza interuento dell'Ordinario. 151

Parimente nè ella, nè altri Regolari hanno facoltà di dar licenza alle Zitelle di educarsi ne' Monasterij; ma si domanda quì, doue si concede licenza con otto conditioni. 152

Non dee il Confessore entrar mai nel Monastero, se non è necessario d'essercitar l'vfficio suo, e non per altra occasione. 153

Quei, che portan legna, vino, grano, e simili cose, deono essi ancora hauer licenza ogni volta. Ma non è necessario, che queste persone entrino sempre ne' Monasterij, perche si può far con iscaricare le robbe alla porta. E ben vero, che certi manuali necessarij, come muratori, falegnami, ferrari, facchini, e simili deuonsi vna volta approuare, in modo che possano senz'altra licenza entrarui sin tanto, che non sarà riuocata à 30. di Nouembre del 1584. 154

Stabulum, & alia necessaria pro seruitio animalium, & iumentorum esse debent extra Clausuram, in Capuana 9. Ianuarij 1595. & in Bononiensi 2. Ianuarij 1601. 155

Pistoriensi. Resolutiones super quinque dubiis propositis à Reuerendissimo Domino Episcopo Coadiutore Pistoriensi, factæ in Congregatione die 16. Iulij 1585. 156

Se le Monache spiritate si hanno da esorcizare dentro la Clausura, ò fuori, e alla presenza di cui.

Exor-

Exorcizentur per bonos & peritos ad feneſtram, vel inter Clauſuram, ſi erit oeceſſe.

Si ritrouano nella Dioceſe alcuni Monaſterii, che per eſſer poueri mandano queſtuando non ſolo le ſeruigiali, ma altre Monache, ſi domanda, ſe ſi dee permettere.

Nulla Monialis egrediatur, niſi licentiam in ſcriptis hic datam oſtendant.

Se ſi dee permettere, che le monache foraſtiere in occaſion di viaggio, debbano alloggiare dentro la Clauſura, com'è ſtato ſolito.

Nulla hoſpitetur intra Clauſuram.

Se dee permetterſi, che dentro la Clauſura entrino huomini, e donne per miſurar panni di dette Monache, accioche noo ſiano ingannate, com'è ſtato tolerato.

Hæc negotia omninò agantur ad cratem, & non intra portam Cluſuræ, & Epiſcopus paternè conſulat indemnitati monialium ſua prooidentia alio modo.

Se ſi debba permettere, atteſa la ſtrettezza de'Monaſterij, che il Sacerdote parato, entri dentro la Clauſura à celebrare, e predicare.

Intra Clauſuram nemo celebret, nec ſermonizet.

157 Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Cardioales Sacræ Regularium Congregationi Præfecti. Ad occurrendum ſcaodalis, quæ contingere poſſunt, aliiſue iuſtis, & rationabilibus cauſis, animum ipſorum piè mouentibus, de ſpeciali, & expreſſo mandato Sanctiſſimi D.N.D. Sixti, diuioa prouidentia Papæ V. viuæ vocis Oraculo eis facto, decreuerunt, & mandarunt, nulli poſthac Religioſo cuiuſcunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat (Superiore, cui monaſterij, ſeu domus cura incumbit, viſitatore, vel viſitatoribus, Cooſeſſarioque Ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputabitur duntaxat exceptis) licere abſque liceotia expreſſa eiuſdem S. Congregationis accedere ad monaſteria, ſeu domus quarumcunque monialium, vel ſororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis. Quod ſi aliquando mandato ſoi Superioris aliquos Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum Monialiom, ſeu ſororum Eccleſiis, ſiue Oratorijs exterioribus, ſiue extra clauſtra exiſtentibus, mitti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religioſi vllo quæſito colore Moniales, ſorores, aut quamlibet aliam perſonam intra Clauſuram degentes, alloqui poſſint. Confeſſariis autem ſimiliter interdixerunt, ne in ædibus monaſterij, ſeu domus, vel Monaſterio, ſeu domui Monialium, aut ſororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel aliàs ſecum retioeant, neue extra tempora generalium confeſſionum, quibus ſoli tantùm confeſſario refectionem diurnam vix accipere permittitur, & tunc demum cum ſua habitatio, aut virorum domus, vel Monaſteriom, in quo degit à Monialium, ſeu Sororum Monaſterio, vel domo nimium diſtat, niſi tamen ex eo caſu contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit, ibi oullo modo comedant, reficiantur, aut cibum ſumant. Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis, alijſque eiuſdem Congregationis arbitrio præceperunt inuiolabiliter obſeruari. Iniungeotes cunctis Reuerendiſs. Patribus Generalibus, Prouincialibus, & aliis quorumuis Monaſticorum, & Mendicantium, ac non Mendicantium Ordinum, & Congregationum Superioribus, ad quos ſpectat, quatenus infra terminum vnius menſis à die, qoo præſens decretum ipſis notificatum fuerit, computandi, debeant eiuſdem decreti copiam cum huiuſmodi præcepto omnibus ſuorum Ordinum, & Religionum Monaſterijs, domibus, & Conuentibus intimare, & notificare, ac intimaſſe, & notificaſſe, ne vllam aliquando deſuper ignorantiam allegare in futurum, aut prætendere quoquo modo poſſiot. Nonis Maij 1590. Vide motum proprium Alexandri VII. de quo in primo tomo.

158 Sacra &c. Attentis narratis, & dubio ipſo mature diſcuſſo, & examinato, cenſuit, & declarauit, Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium contra formam decreti, quo huiuſmodi acceſſus per S. Congregationem prohibetur, vltra pœnas priuationis officiorum, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis die 1. Iulij 1606. & 20. Martii 1621. in Neapolitana, & ita etiam cenſuit S. Congregatio Concilij 12. Ianuarii 1619.

Per hoc decretum nõ prohibetur, qnin Regulares prædicent Monialibus capitulariter congregatis die 1. Iunii 1593. Epiſcopo Interamnenſi. 159

Ma non potranno già accommodar differenze, nè riſoluer caſi, ò fare altra coſa in particolare, Catanzaro à 22. d'Ottobre del 1593. 160

Neque hoc decretum habet locum in Gallia die 23. Iunii del 1593. Prouinciali Capuccinorum Lugduni. 161

Hoc decreto non cauetur, quominus Regulares poſſint alloqui ad crates cum ſecularibus fœminis, quæ in Monaſterii degunt; Al Veſcouo di Ferrara a 9. d'Agoſto del 1593. 162

Procuratores Monaſteriorum Monialium ſi ſunt Fratres, aut Monachi, non poſſunt abſque incurſu pœnarum huius decreti alloqui cum Monialibus. A Don Elia da Milano 3. di Nouembre 1593. 163

Decretum hoc non comprehendit Regulares Militiarum. Ianuenſi 16. Maij 1594. 164

Sacra tamen Congregatio Concilij cenſuit in Placentina 9. Decembris 1651. per Epiſcopum fieri poſſe præceptum Regularibus, ne abſque ſua licentia accedant ad Eccleſias Mooaſteriorum Monialium pro celebrandis ibidem miſſis. 165

Poteſt tamen hodie coocedi licentia quater in anno Regularibus conionctis in primo, vel ſecundo gradu, etiam per Ordinarium, cum quibuſdam conditiouibus in ſequenti, decreto expreſſis. Cùm aliàs de anno 1590. per Sacram &c. fueritque poſtmodum declaratum, etiam Equites S. Ioannis Hieroſolymitani ſub eodem decreto comprehendi, & quoſcunque contrauenientes ab alio, quàm à Sede Apoſtolica, aut à S. Congregatione abſolui, aut rebabilitari non poſſe, ampliſſimi eiuſdem S. Congregationis Patres decreta huiuſmodi innouanda, ac iouiolabiliter obſeruanda ſtatuerunt. Verùm quia experientia compertum eſt interdùm ob pias, & rationabiles cauſas, eaſque ita ferente caſu repentinus, vt ab eadem S. Congregatione licentiam expectari ſummè incommodum, vel inutile ſit Regularibus ſupradictis colloquendi cum Monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obuenire. Facto verbo cum S. D. N. Vrbano VIII. ac de Sanctitatis ſuæ expreſſo ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in poſterum locorum Ordinarijs, vt quatenus ſibi viſum fuerit in domino licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno cuiuſcunque Regulari, vt Moniales ſibi primo, & ſecundo tantùm cooſanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui poſſit, id verò non aliter, quàm ſeruata ad vnguem forma infraſcripta. Vt id nullo modo liceat diebus feſtis, aut in Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, Sabbato, & vigilijs. Prædictaque liceotia obtenta ab Ordinario, & ab alio ad quem ſpectat, eam concedere conſignetur Confeſſario Ordinario Monaſterij, qui penes ſe retinere debeat, ijſque aſſociet, & præſens ſit, & auſcultatrices de more, non autem aliæ aſſiſtant. Prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in ſcripris concedatur, ac in libris Cancellariæ eiuſdem Ordinarij adnotetur; quod ſi prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel io vlteriori gradu coniunctis, aut aliter, quàm ſeruata forma ſupradicta, licencias conceſſerint, vel permiſſerint, ſciant ſe intentionis S. D. N. & S. Congregationis tranſgreſſores, iudiciumque reformident. Regulares autem pœnis in ſupradicto decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, & arbitrio S. Congregationis ſeueriùs puniendos. Romæ 12. Kal. Decembris 1623. 166

Milano 23. di Nouembre 1592. al Commiſſario Apoſtolico oſſeruante. Che il ſopra ſcritto decreto non comprende il Miniſtro delle Prouincie, nè gli altri Superiori per quei Monaſterii, che ſtanno ſotto il gouerno, e cura loro.

Al Vicario Apostolico d'Vrbino 25. di Genaro 1593. che vn Frate, il quale era stato nell'Ospitio del Confessore d'vn Monastero per alcuni giorni ad effetto di curarsi, non era incorso nella pena del sopradetto decreto, purche non hauesse parlato con Monache, ò mangiato nel Monastero.

Al Vicario di Ferrara 10. di Febraro 1593. Che riuocasse la prohibitione fatta al Confessore, Medico, e Barbiero di poter'entrare ne' Monasteri sonata l'Aue Maria senza sua licenza, bastando la licenza generale, che così si osserua in Roma.

Al Commissario Apostolico, mandato à Napoli per riforma de' Monasterii à 12. di Ottobre 1593. Che ne' Monasteri, ne' quali non si può far l'Infermeria formalmente, si deputino in luogo di essa alcune stanze separate, e rimote dall'altre, prouedendole del debito seruitio.

Al Coadiotore di Verona 15. di Febraro 1593. Che la Congregatione di mente di Gregorio XIV. decretò, che ne' Monasterii di Monache si debbano mutare i Confessori ogni tre anni, massimamente doue non mancano suggetti. E che ciò facesse eseguire così ne' Monasterii suoi, come negli altri, sottoposti à Regolari, & esenti.

Al Vescouo di Faenza 29. di Marzo 1593. Che per vna Monaca pazza, e furiosa non ci è miglior rimedio, che tenerla prigione in vna stanza più rimota dall'altre, che si possa, purche sia dentro la Clausura.

Al Vescouo di Spoleto 29. di Marzo 1593. Che le licenze, le quali si concedono generalmente à Medici, Confessori, & altri Ministri ordinarij de' Monasterii sottoposti a gli Ordinarij inferiori debbano esser sottoscritte ancora dal Vescouo.

166 Al Nuntio di Napoli 29. di Marzo 1593. Due figliuole fuggite di casa de' loro padri per sospetto della vita si ritiranno in vn Monastero di Conuertite, e iui presero l'habito. E perche la Corte temporale voleua procedere contro alcuni, che haueuano tenuto mano à detta fuga, pretendeua d'hauer dette figliuole nelle mani per poterle esaminate. La Congregatione risoluette, che douesse bastare alla Corte secolare esaminar le figliuole per quel, che toccaua à complici senza che vscissero dal Monastero, giache il fallo di esse si perdona con la dedicatione fatta à Dio, e alla Religione.

167 Al Vescouo di Como 16. di Marzo 1593. Che le porte de' Monasteri, che seruono per vso de' Carri, e delle some si tengano sempre serrate di fuori con catenacci, e le chiaui si tengano dal Confessore, ò da altra persona deputata dal Vescouo, le quali porte non s'aprano mai, se non per l'vso narrato.

168 Che non si possa introdurre per le porte ordinarie quelle cose, che ponno entrare per le ruote, e che le Suore non possan parlare nelle dette porte con persona alcuna.

169 Che le nouitie stiano tutte sotto la cura, e gouerno della Maestra. Che il medesimo facciano l'Educande, per le quali si dee deputare habitatione particolare, nella quale non istia, se non la Maestra, e sua Compagna, e si prescriue il numero di tali educande secondo la capacità delle stanze.

170 Al Vescouo di Potenza 26. d'Aprile del 1593. Che potrà permettere, che delle due chiaui della porta della Clausura, vna sia tenuta dal Confessore, e l'altra dal procurator del Monastero.

171 Montefiascone al Vescouo 20. Settembre 1593. Questi Illustrissimi miei Signori hauendo veduto, e diligentemente considerato i capi degli ordini, fatti da V. S. per la riforma delle sue Monache, e per ridurle all'Osseruanza della Regola, e de' decreti del S. Concilio di Trento, doppo hauer lodato la cura, e vigilanza, che mostra in beneficio del suo gregge, si sono contentati di riformare, & approuar gli ordini sudetti nel modo però, che seguirà appresso, e prima.

172 Che ne' Monasterii delle Monache sottoposti alla sua cura, si habbia da viuere in comune tanto circa il mangiare, bere, vestire, quanto circa tutte l'altre cose senza poter tener cos'alcuna di proprio, ancorche menoma, eccetto che quello, che sarà concesso alle Monache dall'Abbadessa per vso ne' bisogni loro, che douranno anche esser pronte, e preparate di rendere, e restituite, cessato il bisogno, ouero giudicandosi così espediente dalla detta Abbadessa, sotto pena di priuatione di voce attiua, e passiua per due anni, e di esser punite secondo le Constitutioni della Regola, conforme al decreto del S. Concilio di Trento.

173 Che per mantenere più facilmente questo viuere in comune, e leuar via affatto la proprietà, si deputi vna Maestra sopra i lauori, per mano della quale passino tutte le robbe, che si mandano al Monastero per farle lauorare, e che la maestra sola sia quella, che dispensi il lauoro alle Monache particolari, il qual finito, ritorni in mano della Maestra per consignarlo poi a' padroni, e riscuoterne la mercede.

174 Che per dar animo alle Monache di lauorare, e faticare in comune, si faccia vna cassa del deposito con tre chiaui, vna delle quali tenga l'Abbadessa, l'altra la depositaria, e la terza la più vecchia delle discrete, nella quale non solo si metta il prezzo, che si caua da i lauori, dati sotto nome di quella Monaca, che lo fà, ma ogn'altra cosa, che sarà data, ò mandata, donata, ò lasciata particolarmente à qualche Monaca, con ordine espresso, che in caso di necessità si habbi il denaro da impiegare prima per beneficio della Monaca istessa, che lo hà guadagnato, e di poi si possa spendere sempre, che vi sarà bisogno vrgente per beneficio, e seruitio comune del Monastero.

175 Che in niuna Camera priuata si possano tener vestimenta, ò altre robbe di qualsiuoglia sorte sotto qualsiuoglia pretesto, eccetto quelle, che sono necessarie per vso quotidiano, ò le saranno concesse dall'Abbadessa, e se alcuna ardirà di fare altrimente incorra irremissibilmente nella detta pena delle proprietarie.

176 Che niuna Monaca particolare possa vendere, donare, ò prestare cos'alcuna, nè tampoco lauorar gratis per alcuno, nè fare elemosina senza licenza della Superiora sotto pena di perdere il velo per vn mese, e di far tre volte la disciplina: non proibendo però à detta Superiora il poter concedere, che a i parenti, e benefattori si possa donare qualche cosa di diuotione, e far qualche lauoro di poco momento.

177 Che l'Abbadessa non possa dar licenza a Monaca alcuna di tener denari sotto qualsiuoglia pretesto, ancorche fusse menoma la somma, e guadagnate da esse stesse; ma il tutto si habbia da metter nella cassa del deposito da conseruarsi, e distribuirsi, come di sopra, sotto pena di priuatione dell'vfficio, e di voce attiua, e passiua per tre anni.

178 Che l'Abbadessa insieme con la Vicaria faccia tre volte l'anno diligentemente la Visita per il Monastero, e per tutte le celle, e trouando alcuna con proprietà, proceda alle pene, da noi poste di sopra, contro le proprietarie, e se trouerà qualche cosa, alla quale per se stessa non possa rimediare, ne dia notitia al Vescouo, ò al Confessore del Monastero sotto la pena, che meriterà la dilinquente.

179 Che le Ruotare non chiamino alcuna, che sia domandata alla Ruota, ò alla Crata, se non vi concorrano queste tre conditioni. La prima che la persona di fuori habbia la licenza sottoscritta da V. S. ò da chi sarà da lei deputato, la quale si faccia mostrare. La seconda, che la Monaca, che sarà chiamata habbia hauuto la licenza dall'Abbadessa, altrimente le Ruotare, che lasceranno parlare senza le dette licenze, siano ipso fatto priuate per tre mesi di voce attiua, e passiua, nel qual tempo facciano la disciplina ogni Venerdì, e le Monache, le quali parleranno, non solo incorrano nella detta pena, ma di più siano priuate di poter parlare per lo spatio de' detti tre mesi a persone esterne di qualsiuoglia sorte. La terza, che la Monaca, la quale haurà da parlare nella Ruota, douendo ragionar con huomini, non le sia lecito senza la presenza di vna Ascoltatrice, la quale haurà d'auertire, che i ragionamenti siano breui, e honesti, come è conueniente.

180 Che le medesime Ruotare non diano presenti, lettere, ò al-

ò altra cosa; nè dentro, nè fuori, che prima non l'habbia mostrato all'Abbadessa, e da lei hauutane la licenza, ne le Monache possano accettarla senza la medesima licenza sotto l'istesse pene contenute nel precedente Capitolo.

181 Che l'Abbadessa debba leggere tutte le lettere, che verranno di fuori alle monache, e quelle, che saranno da esse scritte fuori, non solo habbia da leggerle, ma suggellarle, ò farle suggellare nella sua presenza, e così suggellate, acciochè non si mandasse vna lettera per vn altra, mandarle subito per la deputata da lei, à chi anderanno sotto pena di priuatione d'vfficio.

182 Che le Zitelle per educatione siano tutte sotto la cura d'vna Maestra, ò due, e se occorrerà, che alcuna vi habbia dentro qualche Monaca parente, questa non le sia Maestra principale, ma sopranumeraria.

183 Che dette Zitelle quanto alla Clausura, silentio, parlare, riceuere, ò mandar presenti, lettere, ò altra cosa, osseruino l'istesso, che sono tenute osseruare le Monache per vigore della lor Regola, e secondo che è stato ordinato di sopra.

184 Che quelle Zitelle, che vsciranno vna volta di Monasterio, non vi possano più reintrare, se non per farsi Monache, se però non hauranno nuoua licenza dall'istessa Congregatione, ò da N. Signore istesso.

185 Che le dette Zitelle stiano tutte in vn luogo tanto alla scuola, quanto al mangiare, e dormire, e con esse stia la Maestra, ò altra deputata dall'Abbadessa.

186 Che niun Prete di qualsiuoglia sorte, e conditione, eccetto i deputati da V.S. alla cura de' Monasterij, possa sotto pena riseruata all'arbitrio di lei, andare à parlare alle Monache senza licenza, sottoscritta da lei medesima di sua propria mano, e con detta licenza vi possano parlar solo con l'interuento dell'Abbadessa, e non altrimente.

187 Che ne meno i laici di qualsiuoglia sorte, e conditione possano andare à parlare alle dette Monache senza la licenza, sottoscritta da V.S. ò da chi sarà da lei deputato sotto pena d'vno scudo per ogni volta, che saranno trouati parlare senza detta licenza. Dichiarando però, che i Gouernatori del luogo, che saranno pro tempore, e il fattore, il giardiniero, e i garzoni ordinarii del Monastero possano senz'altra licenza parlare all'Abbadessa, & vfficiali per l'occorrenze, e seruitio del Monastero, e non ad altre.

188 Vogliamo ancora, che i padri, le madri, fratelli, e sorelle carnali, fuori però della Quaresima, ò dell'Auuento, e i giorni, che le Monache si comunicheranno, possano senz'altra licenza parlare con le figlie, e sorelle vna volta la settimana solamente.

189 Brindisi, all'Arciuescouo, a 20. di Settembre del 1593. Fù fatta relatione a questi Illustrissimi miei Signori degli ordini, stabiliti da lei per la riforma, e buon gouerno delle Monache di cotesto Monastero di S. Benedetto, e doppo matura discussione si è risoluto, che lasciate da banda quelle cose, nelle quali non si è trouata difficoltà, io habbia d'auuisarla per mezzo della presente sopra d'alcuni particolari, che dourà riformare, secondo che si dirà appresso.

190 E prima, quanto al numero delle Monache dourà rimanere auuisata, che ha da esser tale, che possano le Monache commodamente viuere delle entrate loro, auanzando ogn'anno qualche cosa per la fabrica, & altri bisogni, che potranno loro occorrere, rimettendosi nel resto alla prudenza di V.S.

191 Che la limosina dotale è ben stabilita in 300. ducati. Ma sappia, che di essi si dee consignare cedola di deposito nel giorno, che si riceue all'habito la nouitia, e non si può risquotere parte alcuna, se non doppo, che la nouitia haurà professato, con questa dichiaratione però, che durante il nouitiato s'han da pagare per la nouitia gli alimenti, & il denaro sudetto non si può spendere, ne impiegare in altra cosa, che in compra de' Censi perpetui, ò beni stabili senza ordine espresso di questa Santa Sede.

192 Che si leui all'Abbadessa la facoltà di dar licenza alle Monache di poter fare siroppate, e confettioni, ò cuocere altre viuande per i parenti, dissimulando con tuttociò, se in questo vltimo caso alcuna contrauenisse per parenti molti stretti, e massime, se infermi.

Che dourà proibire assolutamente a i proueditori del 193
vino, & altre cose necessarie, d'entrar nel monasterio, ordinando, che se occorrerà caso di necessità, habbiano da venire da V.S. per la licenza, la quale non dourà loro negare ne' bisogni.

Che non è bene deputar nominatamente ne gli or- 194
dini il Confessore straordinario, douendosi dare quando vno, e quando vn'altro secondo il decreto del Concilio di Trento.

Che quanto all'introdurre Monache secolari dentro 195
al Monastero dourà esser cauta di non permettere, che si faccia nè per causa di seruitio, nè per educatione, siano di qualsiuoglia età, e prerogatiua senza espressa licenza di questi Illustrissimi Signori, essendo ciò prohibito per vna Constitutione della fel. mem. di Gregorio XIII.

Che dourà anche auuertire, che essendo vietato alle 196
Monache di S. Benedetto il mangiar carne per virtù della Regola loro, non si dee mai dispensare dalla Superiore, se non di rado, e mai per tutto il Conuento, essendo solito concedersi la carne nel giorno della ricreatione, la quale si dee fare diuidendo le Monache in modo, che sempre ne resti vna parte in Rifettorio, che faccia l'osseruanza della Regola.

Che quanto a i fuochi, che si tengono per il Mona- 197
sterio, e per le Cocinière priuate dourà per ogni modo proibirsi, ordinando, che se ne faccia vno, oltre a quello della cucina, e dall'infermeria in vna stanza commune per certe hore solamente, come si costuma in tutte le Religioni.

Circa la pena della Scomunica, la qual dichiara in 198
molti casi, si è giudicato, che debba raffrenare, e particolarmente contro il Confessore, che non auuiserà quelle, che mancano di confessarsi. Si come non si approua, che i Chierici, che hauranno in qualche modo aiutato à cosa contro la Clausura, habbiano da essere sospetti di sagrilegio, bastando loro quella pena, che si dichiara contro di loro nella Constitutione della fel. mem. di Gregorio XIII. nè tampoco, che chi assoluerà le Monache, ò altri incorsi in scomunica per conto loro, s'intendano cascati in quelle pene, che son poste contro di chi assolue ne' casi riseruati a questa S. Sede.

Si auuertisce a V.S. che nella Chiesa delle Monache 199
non dee esser'altra Grata, che quella per la quale hanno esse da vedere il Santissimo Sacramento mentre si alza alla Messa, & ha da esser posta tanto alta da terra questa Grata, che non possano le Monache per essa veder persona alcuna, che stia in Chiesa. E però conuerrà, che ella faccia leuare le fenestre de' parlatorij, lasciata solo a canto all'altare maggiore la fenestrella della Communione, che si dourà tenere serrata con chiaue da conseruarsi in mano dell'Abbadessa.

Vltimo intorno all'età delle Zitelle, che si douranno 200
ammettere per causa d'educatione, si è risoluto, che V.S. habbia da osseruare il decreto di questa S. Congregatione, cioè c'habbiano da esser maggiori di sette anni, e minori di venticinque.

Giacco. al Vescouo a' 13. d'Ottobre 1593. La Santità 201
di Nostro Signore è informata, che ne' Monasteri di cotesta Città, e sua Diocese, e massimamente ne' sugetti a' Regolari, occorrono molte cose, che hanno bisogno di riforma. Et essendosi compiaciuta la Santità sua di commandare a questi miei Illustrissimi Signori Cardinali della S. Congregatione sopra i negotij de' Vescoui, e Regolari, che debbano prouederui doppo matura discussione sopra quello, ch'è stato proposto d'ordine delle Signorie loro Illustrissime: dirò io qui a V.S. quanto dourà fare eseguire.

E vogliono, che V.S. con suo Editto proibisca gene- 202
ralmente, che niuno possa andare a' parlatorii delle Monache per parlare con gente, che viua dentro la Clausura senza sua espressa licenza sotto quelle pene, che a lei parerà di specificare, eccettuato la scomunica, che si dee riser-

riseruare per maggior cosa, con dichiaratione quanto a' Monasterij sottoposti a' Regolari, che oltre la licenza di V. S. debbano anche hauere quella del superiore del Monastero, e debbiano essere escluse dalla prohibitione le persone congiunte in secondo grado, per le quali sia bastante la licenza del superiore sudetto Regolare.

203 Che V. Sign. debba prouedere, che i Confessori non pernottino in stanze contigue a' Monasterij, ma nelle case, e Conuenti loro. Et essendo ciò incommodo per la lontananza, ò altro giusto rispetto, si dia loro l'habitatione disgiunta dalle mura del Monastero, facendo con effetto murare di buona fabrica qualsiuoglia fenestra, che trouerà corrispondente dentro la Clausura, leuando ogni crata, e ruota, che fusse fuori del Parlatorio, eccettuato se sarà bisogno hauer nella Chiesa vna Crata per fare i sermoni, e gli scrutinij, la quale si potrà tollerare, anche non serua ad altro effetto; auuertendo, che i ferri tanto di questa, come di quella del Parlatorio siano doppi, ben fermi nell'estremità del muro, e così strette, che le fenestrelle non siano più larghe di due dita, e che dourà lasciare quelle, che trouerà più strette ne' termini loro, eseguendo questa riforma ne' Monasterij sottoposti a' Regolari con l'interuento de' loro superiori, e non altrimente.

204 Che si debba prouedere, che niuna Monaca possa donare nè al Confessore, nè ad altre persone cosa alcuna, nè anche di mangiare sotto pena di priuatione d'vfficij, e di voce attiua, e passiua.

205 Che a' Confessori, e Predicatori non si debba dar da mangiar nelle stanze contigue a' Monasterij, ma nelle lor case, e Conuenti, con far loro assignare, se sarà possibile, vn tanto il mese in danari, ò in cose comestibili, come si và introducendo in questi nostri Monasterij d'Italia, la qual riforma in questi due vltimi capi vogliono le Signorie loro Illustrissime, che V. Sign. faccia eseguire subito ne' Monasterij suoi; e quanto a' quei de' Regolari con auuertire a' superiori loro, che commandino l'istesso, e con le medesime pene, auuisando, se mancheranno de' nomi delle persone, e di quall'Ordine, perche l'assicuro, che vi si farà efficace prouisione. Habbia dunque V. Sign. a cuore questa riforma necessaria pel buon gouerno, e honor di Dio, e del suo gregge.

206 Confessarij accipere non debent à Monialibus victum dietim, nec vtensilia, vel lineam supellectilem, sed tantummodò annuam prouisionem, eadem Sac. Congregat. in Bononiensi 19. Iunii 1601. in Ianuensi 28. Ianu. 1603. in Recanatensi 19. Aprilis 1624. Quæ non excedat duos Julios pro quolibet die, eodem Sac. Congregatio in Neapolitana 27. Septembris 1652. Quæ merces non soluitur ex capitalibus, sed ex fructibus in Natniensi 27. Septembris 1652. Nec pro ea sequestrandi fructus omnea, sed accipienda paulatim in Assisiensi 6. Septembris 1652. Nemo Regularium quacumque de causa comedat, aut refectionem corporalem sumat in locia, vbi sunt crates, vel rotæ in Monasterium correspondentes, vel in locis adeò vicinis, vt videri, vel audiri possint à Monialibus; neque ante portam Clausuræ eadem refectio corporalis permittatur. Multò minùs intra Clausuram, etiamsi superiorea Ordinum essent, 13. Septembris 1583.

207 Al Vescouo di Reggio a' 9. d'Agosto 1593. d'ordine di Nostro Signore, che faccia essequire gl'infrascritti ordini non solo ne' Monasterij ad esso sottoposti, ma etiam in quelli, che sono sudditi a' Regolari.

208 Primo, che i Parlatorij si habbiano da leuare dalle Chiese accomodandogli fuora di esse in luoghi opportuni con la sua ruota, e ferrate doppie in ogni fenestra, e così strette, che da vn ferro, e l'altro non sia più di due dita di larghezza, e si pongono nelle due estremità del muro con la landa di ferro perforata, e con la tela, ò velo secondo l'vso, che costà si troua introdotto.

209 Secondo che i Confessionali debbano leuarsi dalle stāze priuate, e mettersi dentro in Chiesa in luogo cōspicoo construtti con fenestra serrata da landa parimēte di ferro stabile, e fermo in maniera che non si possa smuouere.

210 Terzo che le habitationi de' Confessori habbian da esser disgiunte, e separate dalle muraglie de' Monasterij, se in esse haueranno da pernottare, ò da mangiare; ma se le stanze hauessono da seruir solo per vn ricouero, se li permettono anche contigue, & attaccate al Monastero, purche non sia in esse ruota, nè fenestra, che corrisponda dentro alla Clausura.

Al Patriarca di Venetia a' 21. di Settembre 1593. Che non dee irritarsi l'ammissione, nè il tempo del nouitiato d'vna figliuola, che haueua preso l'habito nel Monastero senza l'esame dell'Ordinario; ma benaì hà da correggere il superiore, e il medesimo Ordinario dourà esaminare l'istessa figliuola dalla crata senza cauarla di Clausura, lasciandola continuare, se si trouerà ben disposta, e facendola ammettere alla professione, computatole l'anno del nouitiato dal giorno dell'ingresso, come se al tempo debito fusse stata esaminata. 211

Idem decreuit die 22. Nouembris 1593.

Al Vescouo d'Assisi a' 13. d'Ottobre 1593. Acciòche ne' Monasterij poueri si mantenga Cappellano sufficiente, restringa, e supprima due luoghi del nomero già prefisso, e stabilito. 212

All'Arciuesc. di Zara a' 27. d'Ottob. 1593. Nō permetta, che le Monache si facciano scriuere trà le Cōsuore delle Compagnie del Rosario, e del Cordone, ò d'altre. 213

Al Vescouo di Terni a' 6. di Luglio 1593. Vna nouitia trouata grauida partorì nel Monastero segretamente per opera d'vna sua Zia Monaca, e nel cauare il parto fra certi panni, l'Abbadessa lo scoprì, e tutte le Suore voleuano cacciar via detta nouitia. Il Vescouo operò di quietarle, come fece, mostrando, che essendo il caso palese solo alle Suore, e la figliuola nobile, cacciandola, i parenti l'ammazarebbono, e così si fermarono; e consultato il caso in Congregatione, fù risposto, che si reuesse detta Nouitia in carcere dentro detto Monastero con prohibitione, che niuna Suora tratti seco, e da detto carcere non si muoua senza ordine della Congregatione, e trattanto non le corresse l'anno del Nouitiato. 214

Al Patriarca di Venetia, a' 9. d'Agosto del 1595. Perche nelle Chiese esteriori de' Monasterij si ritrouauano molte cappelle con obligo di Messe da dirsi da frati, la Cōgregatione per leuar quella pratica, ordinò, che dette Cappelle si trasferissero nelle proprie Chiese de' frati, lasciādo in quelle delle Suore solamēte due Messe per ciascheduna 215

All'Arciuescouo di Milano, a' 29. d'Agosto 1593. che nelle Chiese di Suore non si faccia musica da forastieri. 216

Non permittatur accessus secularium ad Monasteria Monialium sub prætextu eaa docendi sonum cymbalorum, vel alterius instrumenti, aut etiam musicam, vel cantum, etiam ad Crates 17. Septembris 1583. 217

Al Vescouo di Nocera a' 5. d'Aprile 1593. Per conuentione de' Monasterij poueri stante la carestia, la Congregatione hà fatto gl'infrascritti decreti.

Che si accettino figliuole sopra il numero prefisso con dote duplicata applicandone la metà per lo viuere, e l'altra metà in censi, e beni stabili. 218

Se ciò non basta, si costringano i luoghi pij alla terza parte delle limosine, che sogliono fare a' poueri ne' luoghi, doue sono Monasterij, esteradendo a questo caso la Constitutione di Greg. XIII. che comincia: *Deo sacris Virginibus*, e questi luoghi pij non sono obligati, se non ā Monasterii al luogo, doue sono, al Vescouo di Rimini a' 3. di Maggio del 1593. 219

Si concede licenza di mandare alla cerca delle limosine due, ò al più quattro Conuerse, ò vero Monache professe d'età matura sopra quarant'anni, nel qual caso non pernottino fuori del Monastero, eccetto in caso di necessità; e all'hora in casa di persone honeste, e parenti alle Suore, se ve ne saranno. 220

Che si debbano costringere i parēti delle Suore, ciascuno a sostentare quelle, che gli sono più congiūte di sāgue. 221

All'Arciuescouo di Sorrento a' gli 8. di Giugno 1593. che haueua fatto male in ammetter l'appellatione interposta da vno, che pretendeua esser procuratore d'vn Monastero, & era stato escluso dal Vescouo suffraganeo, perche non hauea quarantacinque anni, però riuocasse l'inibitione, non essendo questa materia da trattarsi in giudicio, douendosi deferire dalla prudenza del Vescouo. 222

223 Al Vescono si scrisse, che in tal materia dee attendersi più la buona vita, e costumi, che l'età.

224 Al Prior di S. Domenico di Camerino. Consultando, se le figliuole, le quali si trouano nel Monasteto, debbano vscire in Chiesa, quando hanno da pigliar l'habito. La Congregatione rispose, che in ciò douesse osseruarsi la consuetudine, patendo tolerabile, che possano vscite, come si vsa in Roma, & altri luoghi. Onde circa il dar l'babito deesi osseruare, che la figliuola esca da Clausura nella Chiesa esteriore, e iui sentir la messa, e riceuer il Santissimo Sacramento dell'Eucarestia, il che finito con vna ghirlanda, e con vna Croce sopra la spalla torni dentro, doue se le dourà dar l'habito con le solite ceremonie, senza che niuno vi entri, à 14. di Aprile del 1594.

225 Quidam Vicatius volens visitare Monasteria Monialium intrauit septa Monasterij associatus à sex laicis tantùm; & cum dubitaretur, an incurrisset censuras in Bulla Gregorij XIII. contentas, dictum fuit, quod non, sed grauiter errasse, cùm assumendi sint Sacerdotes seniores, & non laici in huiusmodi functione.

226 Corneto à 4. di Aprile 1594. Il Vescouo consultò, se doueua permettere che il Confessore d'vn Monastero entrasse nella Clausura ad effetto di dar l'acqua benedetta nella stanze, e la Congregatione rispose, che nò, mà l'Abbadessa pigliata l'acqua benedetta di fuori facesse tale officio.

227 Torcello à 16. di Maggio del 1594. la consacratione delle suore dee celebrarsi da' Prelati, stando le Monache dentro la clausura, imponendo esse il velo della consacratione per vn fenestrino corrispondente nella Chiesa esteriore,

228 In Cathacensi die 15. Februarij 1595. fù giudicato dalla Congregatione caso necessario quello di dar licenza al Notaro, e testimonii per entrare nella clausura ad effetto di fare il testamento per qualche persona secolare, che si trouasse iui dentro inferma.

229 Ordine dato dalla S. Congregatione a tutti i Procuratori degli ordini, e delle Congregationi sotto i 54. d'Agosto del 1594.

230 Essendo le persone secolari più conosciute da i loro Prelati Ordinarii, che da' Religiosi di qualsiuoglia Ordine per abbondare in cautela, questi Signori Illustrissimi della Congregat. hanno risoluto, che per l'auuenire non si habbia da ammettere persona alcuna à parlare alle Monache, nè tampoco dentro alla Clausura di esse ne' Monasterii suggetti a' Regolari senza espressa licēza in scritto dagli Ordinarii de' luoghi, oltre a quella, che si dourà perciò ottenere da' superiori Regolari, non ostante qualunque legge, statuto, e consuetudine anche di tempo immemorabile in contrario, con ordine, che io debba auuertir al P. V. accioche lo significhi al P. Generale, e a tutti i Prouinciali, perche facciano osseruare in ogni luogo la sudetta risolutione senza eccettione alcuna.

231 Confessarii Monialium nullatenus ingrediantur Claustra Monasterii prætextu comitandi operarios, Medicos, Chirurgos, vel alios, Vigiliensi 20. Augusti 1600. Si verò ingrediantur ad ministranda Sacramenta rectà, & absque diuerticulo eant, redeantque, nec ad aliam Monasterii partem diuagentur, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio minimè sit necessaria. Scientes autem, infirmam ad Confessionale Ecclesiæ accedere posse, nullo modo audeant Monasterium ingredi, vt ei Pœnitentiæ Sacramentum ministrent. Ingredientes insuper Sacramentum pœnitentiæ ministraturi absque socio ingrediantur, idemque faciant in administratione Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis. Dum verò confessiones audiunt infirmarum, Cellæ ianua remanere debet aperta, & ambæ comitatrices ad eandem Cellæ ianuam, ita vt ibi manentes Confessarium, & infirmam commodè cernere possint, audire tamen non possint, 13. Septembris 1583.

232 Cùmque Sanctiss. D. N. Bulla cautum sit, nequis Monasteria Monialium sine vrgentibus necessitatibus ingrediatur, quæsitum fuit, an Sacerdotibus in Monasterium sæpiùs introire liceat, vt iis Monialibus, quæ perpetuo, aut diuturno aliquo modo laborant, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta sæpiùs administrent, licèt aliàs, cùm ægrotare cœperunt, semel Sacram Eucharistiam sumpserint? S. Congreg. Conc. die 18. Maii censuit licere.

233 Item concedendus est ingressus eidem confessario ad assistendum morienti, eiusque animam ritè Deo commendandam. Tanta est enim necessitas existentium in articulo mortis, vt ei nulla diligentia par esse possit. Sac. Congr. Episcop. in Lucen. 29. Martii 1589. & 22. Decembris 1620. Ad quem effectum cùm aliqua Monialis laborat in extremis, conceditur confessario pernoctatio in sua solita mansione extra Clausuram, vt ingruente necessitate, illicò prestò esse possit vocatus, eadem S. Congreg. 22. Decembris 1592.

234 At eadem S. Congregatio 13. Septembris 1583. censuit, quod, administrato Sacramento Extremæ Vnctionis Monialibus infirmis, ac animabus earum Altissimo commendatis, Confessarii non amplius ibi morentur, sed exhortari eas ad benè moriendum aliis Monialibus sit curæ. Sacramentum Pœnitentiæ in casu necessitatis administraturus, ingrediatur in Clausuram sine socio. Idemque in administratione Sanctissimæ Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis obseruetur. Sciens, infirmam ad Confessionale Ecclesiæ accedere posse, nullo modo audeat Monasterium ingredi, vt pœnitentiæ Sacramentum ei ministret. Non liceat ei, nec aliis Regularibus ingredi Monasterium sub prætextu sepulturæ tradendi cadauer alicuius Monialis, aut officia funeralia peragendi, sed hoc officii, si intra Clausuram sepelienda est, ab aliis Monialibus, vel à duobus operariis, ab Ordinario approbandis peragatur, vel si in Ecclesia exteriori humanda, cadauer ad portam Clausuræ deferatur; receptumque à Regularibus ibi sepeliatur. Non ingrediantur Monasterii septa Confessarius, aut alter superior, nec etiam Episcopus, aut Ordinis Generalis prætextu concedendi habitum nouitiis, vel recipiendi professionem. Multò minùs ad interessendum electioni superiorum, aut officialium Monasterii, cum hæc functio ad crates fieri debeat iuxta dispositionem S. Concilii Tridentini. Neque etiam occasione benedicendi, vel consecrandi Abbatissas, ac solemniter velum concedendi, vbi solitum est ea benedici.

235 Præter autem ordinarium debet bis, aut ter in anno Confessarius extraordinarius ab Episcopo Monialibus offerri ex Tridentino *sess.* 25. *cap.* 10. *de Regul.* coram quo omnes se præsentare successiuè debent, etiam quæ confiteri nolunt, ne discerni possit, quænam indigeant, nec ne S. Congreg. Episcop. in Tornacensi 19. Octobr. 1621. in Canariensi 26. Iulii 1651. Vndè Confessarius extraordinarius nunquam datur pro Moniali particulari, eadem S. Congr. in Panormitana 27. Maij 1603. Nec perpetuus, neque ad tempus; eadem S. Congr. in Ianuensi 27. Aprilis 1657. ex *d. sess.* 25. *cap.* 10. Nisi per Sacram Pœnitentiariam pro vna vice tantùm, vel de licentia S. Congregationis, vt decreuit die 1. Septembris 1645. & 11. Ianuarii 1647. Sacra tamen Congregatio Concilii censuit, supradictum decretum non procedere in viris Regularibus, licèt ex suis Constitutionibus prohibeantur peccata confiteri aliis, quàm Regularibus sui Ordinis. Monialibus subiectis Regularibus deputentur Confessarii extraordinarii, etiam qui eiusdem Ordinis non sunt Regulares. S. Congr. 12. Iulii 1577. in Neapolitana.

236 Confessarii verò pro Monialibus quantumcunque exemptis, etiam Regularibus subiectis, ab Episcopo sunt approbandi, alias confessio est nulla ex d. Constitutione Gregorii XV. *Inscrutabili* §. 5. cùm declaratione Sacr. Congregationis Concilii, cuius occasione quæsitum fuit à nonnullis Regularium superioribus. Primò an stante eadem Constitutione Gregorii XV. Prælatus regularis, cui Monialium cura commissa est, possit aliquibus ex ipsis Monialibus facultatem concedere ad plures annos, seu indeterminatè duraturam, confitendi Sacramentaliter peccata sua Sacerdoti, qui ordinarius, seu extraordinarius Confessarius non sit totius Monasterii? Secundò, an stante dicta Constitutione quælibet Monialium Regularibus subiecta, sentiens se non grauatam mortali culpa, possit de venialibus validè confiteri Sacramentaliter cuicumque Sacerdoti, etiam non approbato ab Ordinario, & hoc absque licētia, immò & re-

& renunente superiore eiusdem Monialis? Sacra Congregatio secundùm ea, quæ proponuntur respondit, non posse in vtroque casu, die 9. Iunij 1657. in vna Ianuensi.

237 Quæ Constitutio Gregorij XV. seruari debet etiam in Vrbe, vt ex sequenti decreto fa. me. Alexandri VII. *Cùm nuper Sacra Congregationi Visitationis Apostolicæ innotuerit in quampluribus Monasterijs, ac domibus Monialium Vrbis minime seruari Constitutionem fel. record. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, quæ incipit: Inscrutabili Dei prouidentia edita anno 1622. & Vrbis Vicarium in eisdem Monasterijs, & domibus emisisse electionibus Abbatissarum interesse, ac præsidere, ab illorum administratoribus rationis administrationis exigere, Confessores approbare, & alia facere, quæ in eadem Constitutione prout ei sancita sunt; his ad S.D.N. delatis, Sanctitas sua ex ipsius Congregationis sententia innouandam duxit, & præsenti decreto innouauit memoratam Constitutionem, iussitque eam in omnibus, & singulis Monasterijs, ac domibus Sanctimonialium almæ Vrbis à quibusuis personis cuiuscumque status, gradus, conditionis existant, etiam S.R.E. Cardinalibus eorundem Monasteriorum, ac domorum, vel Ordinum, seu Congregationum Regularium apud Sedem Apostolicam Protectoribus inuiolatè obseruari, non obstantibus indultis, exemptionibus, & priuilegijs, aliisque omnibus, quæ Constitutio ipsa voluit non obstare. Quibus omnibus, & singulis quoad ea, quæ prædictæ Constitutioni, aut præsenti decreto quomodolibet aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sanctitas sua specialiter, & expressè derogauit, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ die 29. Septembris 1660.*

238 Sanè Episcopus remouere potest Confessarios, & Administratores Monialium, si eorum superiores ab eo admoniti, id facere renuant: nec superioribus Regularibus causam, cur id faciat, significare tenetur; quæ tamen facultas non competit inferioribus Prælatis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, nec Episcopis in personas nullius Diœcesi, eadem Constitut. Gregor. XV. Post autem triennium remoueri, seu mutari debent, nulla alia subsistente causa. Triennio enim elapso non possunt amplius audire Confessiones in eodem Monasterio per aliud triennium absque licentia S. Congregationis, aliàs declarantur suspensi ab audiendis confessionibus, eadem S. Congreg. in Comensi 4. Martij 1591. in Ragusina 2. Octobris 1626. & die 27. Martij 1647. ac alibi; quod habet locum etiam in Confessario Conseruatoris puellarum, vel aliarum quarumcunque mulierum, eadem S.Congr. 18. Martij 1649. & in Lucensi 25. Iunij 1655. *cap. Indemnitatibus 43. §. supradicta siquidem de elect. in 6.* Confessarij verò Dominicani, vel Cassinenses non possunt durare in huiusmodi officio audiendi Confessiones Monialium, nisi per biennium ex eorum Constitutionibus, eadem S.Cong. 17. Nouemb. 1645. & 8. Iunij 1657. Generaliter verò ab Episcopo approbati, non possunt vigore illius generalis approbationis confessiones Monialium audire, sed egent speciali approbatione, & approbatus ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij, non potest audire confessiones Monialium alterius Monasterij, extraordinarius toties approbari debet, quoties deputatur, nec sufficit esse semel approbatus, nisi pro ijs, quæ obtinuerint Indultum S. Pœnitentiariæ eligendi ex approbatis pro Monialibus semel tantùm. Eorum verò porta respondere debet in viam publicam, eadem S. Congr. 10. Ianuarij 1648. & tam ipsi, quàm alij Ministri Monialium neque ab Vniuersitate, neque ab ipsis Monialibus eligi debent, sed ab Ordinario deputari, ead. S. Congr. in Lauretana 20. Septembris 1588. in Tusculana 25. Octobris 1601. in Regiensi 4. Septembris 1602. in Vallisoletana 26. Octobris 1604. Vicarius verò non potest esse Confessarius Monialium, quia Moniales de ipso non confiderent, ead. S. Congr. in Sorana 23. Iulij 1587. in Mutinensi 3. Februarij 1597. Neque Curatus, si exinde Cura notabiliter pateretur, eadem S. Congreg. in Venetiarum 26. Iulij 1594. in Parmensi 7. Martij 1652. in Taurinensi 2. Augusti eiusdem anni, & alibi passim. Neque minores Conuentuales, quibus id prohibitum fuit à Pio V, Ead. Sacr. Congr. in Ortonensi 30. Iunij 1599. & in Neapolitana 20. Martij 1621. Neque obseruantes Prouinciæ Reformatæ S. Antonij Lusitaniæ, quibus probibitum fuit à S. Congregatione sub die 7. Nouembris 1653. & generaliter Regulares, non solùm non possunt esse confessarij ordinarij, sed neque Cappellani Monialium Ordinario subiectarum, eadem S.Congreg. in Pistoriensi 16. Maij 1653. Confessionalia verò amoueri debent ex sacristia, ac locis occultis Monialium, & collocari in Ecclesijs exterioribus, ead. S. Congr. in Camerinensi 19. Nouembris 1605. Ita tamen tecta vt confessiones audiri non possint, in Fulginatensi 15. Nouembris 1652.

Hæc autem Clausura introduci debet, non obstante 239
qualibet contraria consuetudine, ead. Sac. Congreg. in Virdunensi 15. Ianuarij 1602. & in Constantiensi 25. Iunij 1603. Dummodò Monasteria habeant necessaria, alioquin extinguenda sunt, in Calaguritana 18. Septembris 1618. & si renuant, prohibetur receptio ad habitum, in Pampilonensi 10. Februarij 1593. in Tarracinensi 5. Martii 1603. & in Constantiensi 13. Augusti 1616. Non tamen tenentur Moniales emittere quartum votum de Clausura, quia comprehenditur sub tribus, in Zamorrensi 7. Februarii 1592. In aliquo tamen casu iussæ fuerunt illud expressè emittere, in Attrebatensi 3. Aprilis 1618.

Vbi verò relaxata fuerit, remitti debet sine rigore 240
cum suauitate, & cautela, ac temporis beneficio, in Salutiensi 12. Ianuarii 1604. Et nimis ampla debet restringi, in Cassanensi 6. Iulii 1618. Eiusque clauis ad custodiendam ianuam à parte interiori per Abbatissam tenenda debet fieri diuersa ab exteriori, quam tenet Confessarius, in Marsicana 5. Decembris 1600. Vel alia persona moribus, ac ætate grauis ab Ordinario eligenda, quæ non ideò licentiam habere censeatur ingrediendi Monasterium, in Gallipolensi 29. Martii 1589. Non autem illam tenere debet Capellanus iunior, vel Magistratus secularis, vel eius Syndicus, vel alius quilibet laicus, nisi in defectum Ecclesiasticorum, & ad nutum, in Telesina 17. Februarii 1601. in Marsicensi 27. Maii 1603. in Licieosi 4. Iunii 1610. in Tarentina 26. Nouembris eiusdem anni. Multò minus superior Regularis ipsarum Monialium, in Perusina 19. Augusti 1603.

Cùm exteri, quicumque sint etiam Confessarius, 241
ingrediuntur clausuram, Moniales omnes secedere debent, nec sinere se conspici præter superiores, & Comitarios, in Iannensi 1. Octobris 1602. in nullius Capensi 23. Decembris 1603. in Neapolitana 10. Iunii 1616. licentia verò tam manuscripta, quàm impressa pro ingressu debet concedi ministris, ac seruientibus necessariis pro illis solis seruitiis, quibus non possunt supplere Conuersæ, & quò breuius, ac parcius fieri poterit cum renouatione trimestri, in Placentina 6. Iunii 1614. Nec debent admitti licentiæ ingrediendi, nisi ipsæ Moniales capitulariter, secretisque suffragiis consentiant, in Mediolanensi 20. Septembris 1604. Vrbanus VIII. 27. Octobris 1624. Constitut. quæ incipit: *Sacrosanctum*.

Nequit tamen Episcopus etiam de mandato S. Con- 242
gregationis ponere puellas ad explorandam voluntatem in Monasteriis subiectis Regularibus, in Ferrariensi 12. Decembris 1581. in Pisana 22. Maii 1582. in Regiensi 6. Decembris 1593. Vicarius verò foraneus non potest concedere huiusmodi licentias sine facultate speciali, in Pistoiensi 3. Decembris 1602. In Monasteriis autem à Ciuitate remotis debet Ordinarius personam Ecclesiasticam delegare ad has licentias concedendum, quas ipse tamen in principio anni recognoscet, in Papiensi 5. Februarii 1607. Nec debet procurator, vel Syndicus habere licentiam ingrediendi, in Lyciensi 15. Martii 1595. & 4. Iunii 1610. & in Tarentina 26. Nouembris eiusdem anni. Neque cum Sacerdote ingrediente ad ministranda Sacramenta, in Senogalliensi 26. Ianuarii 1603. Neque cum aliis superioribus intrantibus in casibus necessariis, non obstante contraria consuetudine, quæ sublata fuit per Constitutionem Gregorii XIII. in Ariminensi 10. Iannarii 1617. Factor verò, si non patiatur exceptiones, habitare poterit

io Camera intra collocutorium, sed extra Clausuram, in Nouariensi 5. Decembris 1600. in Ianuensi 15. Martij 1606. Et ingredi potest, prout moris est, ad accomodanda dolia, recondcndum vinum, & alia necessaria seruitia peragenda, in Perusina 9. Octobris 1618.

243 Introducens verò infantes cuiusuis sexus, vel ætatis, incurrit in censuras violatæ Clausuræ, in Tudertina 7. Aprilis 1579. in Neapolitana 22. Martii 1580. in Tauriniensi 20. Iunij 1650. Quod est contra Sanchez *lib.6. in decal, cap.16. n.5.* Dian. *resol.67. tr.2. to.2.* & Laym. *lib. 4. tr. 5. cap. 12. num. 2.* Vndè tolerari non debet, quod puellæ licèt paruulæ ingrediantur, & egrediantur ad libitum, in Pistoriensi 24. Februarij 1579. Et Abbatissa, quæ hoc permittit, priuatur officio, voceque passiua, S. Seueri 8. Maij 1595. At intrusæ permittuntur remanere in casibus præcisæ necessitatis, in Maceratensi 23. Iulij 1649.

244 Prohibetur comedere, ludere, pernoctare, &c. intra septa Monialium. Cum nuper ad notitiam Sanctissimi, &c. Vt nulli mulierum huiusmodi, &c. liceat ibi pernoctare, aut refectionem sumere, sed neque libros profanos, longèque minùs amatorios, vel obscœnos, neque aleas, vel taxillos eò inferre, aut cum Monialibus, vel alijs intra Clausuram ludere. Præterea quæ facultatem habent ingrediendi simul cum vna, vel pluribus matronis, aut ancillis, non possint eas, quas semel duxerint prætextu, vel causa cuiuslibet, etiam legitimi impedimenti, mutare, aliasue in earum locum substituere. Quod si aduersus ea, quæ superius præscribuntur, vel eorum aliquod contrafacere præsumpserint, gratia, quam impetrauerunt ingrediendi clausuram, nulla sit eo ipso, & sic ingressæ, tanquam si nullam licentiam obtinuissent ob violatam clausuram latæ sententiæ excommunicationem incurrant; à qua non ab alio, quàm à Beatissimo Romano Pontifice absolui possint, &c. 5. Iulij 1630.

245 Intra eandem clausuram non potest Missa celebrari, non obstante qualibet contraria consuetudine, in Bononiensi 2. Ianuarij 1601. Neque ibidem Monialibus Eucharistia ministrari, in Cracouiensi 23. Aprilis 1616. Et in hoc Sacr. Congregario regulariter dispensare non solet, in Mantuana 13. Iunij 1591. Estque abusus non ferendus, quod aliquæ Moniales exeant ad audiendum Missam in Ecclesiam exteriorem sub prætextu, quod interior non sit omnium capax, in Camerinensi 3. Septembris 1597. Quæ tamen licentiam habent extra clausuram degendi, ire possunt ad missas, & alias deuotiones per Ecclesias Ciuitatis ea modestia, & comitatu, quæ habitum minimè dedeceant, in Tiburtina 15. Augusti 1586. clausæ tamen in curru, & de licentia Ordinarij in casibus particularibus obtinenda, in Neapolitana 17. Februarij 1607.

246 Limitare ianuæ valdè foras porrectum debet amoueri, vel extra clausuram declarari, in Ciuitatis Castelli 12. Martij 1601. Nec Sacristana, nec Priorissa, nec alia Monialis egredi potest in Ecclesiam exteriorem occasione claudendi illius ianuam, vel quolibet alio prætextu, in Brixinensi 12. Decembris 1608. Neque in hoc datur licentia, in Amerina 22. Ianuarij 1577. in Comensi 8. Decembris 1579. in Neapolitana 1. Octobris 1599. in Theanensi 27. Octobris 1603. sed pro necessitate claudendi ianuam respondentem in viam publicam debet prouideri de nocte cum sera à parte exteriori, cuius clauis teneatur à Confessario, vel Procuratore, vel alia persona vicina sene, ac timente Deum, 20. Septembris 1594.

247 Conuersarum in locum teneri non possunt mulieres seculares, maximè quæ facultatem habeant eundi, ac redeundi ad arbitrium suum, vel Monialium, Baruli 27. Iulij 1604.

248 Sextò adducam pœnas contra violantes Clausuram Monialium; & quidem *ex cap. 1. de stat. Regul. in 6.* nulli aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia ingressus, vel accessus pateat ad easdem. Et ex Tridentino *sess. 25. cap. 5. de Regul.* ingredi intra septa Monasterij nemini liceat cuiuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis fuerit sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtinenda sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs; neque alius vllo modo possit, etiam vigore cuiuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.

Hæc excommunicatio, quatenus ex vi huius decreti non est reseruata; si tamen violatio fiat clausuræ per ingressum ad malum finem, idest luxuriæ extra Vrbem Romam per totam Italiam est reseruata Papæ, vt neque priuilegiati possint absoluere ex decreto Sacr. Congregationis, seu Clementis VIII. de quinque casibus reseruatis. Item secundùm opinionem multorum, quam sequitur stylus Curiæ in omni casu, etiamsi ingressus fiat non ad malum finem, excommunicatio est Papæ reseruata ex alijs Constitutionibus, de quibus mox dicemus, vt neque Episcopus possit absoluere, nisi tamen casus sit occultus, iuxta Trident. *sess. 24. cap.6. de ref.* 249

Incurrunt autem hanc excomunicationem Tridentini etiam intrantes cum licentia, sed subreptitia ex falsis narratis. Facultas verò generalis concessa verbi gratia Abbatissæ ad concedendas licentias non requiritur, vt sit in scriptis, neque licentia concessa pro ingressu in necessarijs casibus debet esse toties, quoties, sed potest esse generalis pro casibus specificatis ex *d. cap. 1. de stat. Regul. in 6.* 250

Alia excommunicatio Papæ reseruata lata est à Gregorio XIII. in sua Constit. quæ incipit, *Vbi gratia* contra quascumque personas, etiam Comitissas, Marchionissas, Ducissas, aut Comites, Marchiones, Duces ingredi audentes prætextu facultatum, ibi reuocatarum Clausuram Monialium; excommunicatio quoque simili tenore lata est à Paulo V. in Constitut. quæ incipit, *Monialium*, & licèt hæ Constitutiones videantur loqui de ingredientibus prætextu dictatum facultatum, tamen ex stylo Curiæ intelliguntur generaliter, etiam de intrantibus sine tali prætextu. Ita tenent Nauarrus, Beia, Villagot, Azorius, Zecchius, & Graffius apud Sanchez *d. lib.6. cap. 16. num. 77. in fin.* Cherubin. *in compend. super Bulla* 28. *Gregory XIII.* Bonacin. *tr. de suspens. punct. 5. num.* 35. & si contrarium teneant Suarez *de censur. disp. 22. sect. 6. num. 14.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 31. n.* 10. Sanchez *loco cit. n.78. & 79.* & alij. 251

Vndè in excõmunicationem Papæ reseruatam incidere, qui sine necessaria licentia intrant in clausuram, licèt id faciant propria auctoritate, & sine prætextu priuilegiorum, declarauit Sac. Congregat. Episcop. in Comensi 15. Septembris 1578. & in Mediolanensi 19. Maij 1579. Et etiam cum licentia in casibus non necessarijs, puta ad visitandas Moniales consanguineas etiam infirmas; & illæ mulieres, seu viri, qui cum vno saxo, vel ligno, vel qualibet alia re intrant sub prætextu deferendi necessaria pro fabrica, & Moniales, quæ tales introducunt, 11. Iunij 1583. Et qui licentiam habet intrandi pro vnu seruitio, si postea intret pro alio 6. Augusti 1601. & 14. Iunij 1630. Secùs qui ingreditur etiam sine licentia ad extinguendum incendium, vel ad seruandum seipsum, aut Monasterium ab incendio, vel ad succurrendum in alijs casibus repentinæ ruinæ, in Interamnensi 18 Decembris 1601. in Alatrina 12. Martij 1602. in Vrbeuetana 18. Martij 1603. Et tamen datur ad cautelam absolutio, si petatur, in Æsina 11. Iulij 1653. Puella verò, vel Vidua, quæ temerè ingreditur ad suscipiendum habitum, & Abbatissa recipiens, incidunt in censuras. Hæcque debet grauiter puniri, illa expelli, nec amplius admitti sine licentia speciali Sac. Congregationis, 8. Nouembris 1601. & 5. Februarij 1649. & 8. Nouembris 1652. Nec pro educanda, nec ad probandum institutum, 5. Decembris 1600. 3. Decembris 1601. & 8. Octobris 1649. Si tamen ingressa fuit non ad malum finem, postquam exiuit, absoluitur cum pœnitentia salutari absque vlla pœna pecuniaria, 20. 252

Nouem-

Nouembris 1654. Qui verò intrat pro vno seruitio, & postea vagatur per Monasterium, plusquam requirit suum officium, vel permittit licentia, incidit in excommunicationem, sicut & Moniales id permittentes, 4. Augusti 1602. in Assisiensi,& 57. Septembris 1602.

253 Ex alia verò Bulla Pauli V. quæ incipit *Facultatum* declaratur, quod quoties facultas à Sede Apostolica conceditur alicui, verbi gratia mulieri, etiam Comitissæ, Marchionissæ, Ducissæ ingrediendi aliqua Monasteria Monialium certis vicibus, verbigratia *bis* intelligitur illa particula *bis*, aut similis, collectiuè, idest, de omnibus Mnnasterijs concessis, non autem distributiuè, seu de singulis. Et additur, vt mulieres aliter tales licentias interpretantes, aut illis vtentes, seu abutentes, incurrant ipso facto pœnas ex Concilio, & Constitutionibus Apostolicis inflictas intrantibus sine licentia. Idque accipi debet de interpretatione praticta, seu non separata ab ipso vsu. Quia dictio alternatiua *aut*, vel *seu* posita post genus resoluitur in expositiuam, seu declaratiuam, Rot. *p.* 1. *dec.* 300. *num.* 26. *recent.* Et idem est, quando aliàs recederetur à iure communi,& fieret dispositio exorbitans, cum debeat sic intelligi, vt iuri communi magis adaptetur. Et de tali interpretatione, qne sufficiat ad incurrendas pœnas violationis clausuræ, & in simili Seraph. *dec.* 393. *n.* 7. *& seqq.* vbi quod in tali casu dictin alternatiua potest stare expositiuè.

254 Mnniales verò siue alij alignem introducentes, seu intrare permittentes in Clausuram sine licentia legitima nnn incurrunt excommunicationem ex vi decreti Coocilij Trid. *d. sess.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* quia de ijs nulla est facta mentio, sed snlùm de ipsis intrantibus. Verùm ex Bulla Gregorij XIII. *Vbi gratiæ*, fertur excommunicatio Papæ reseruata, & pœna priuationis dignitatum, beneficiorum, nfficiorum, & inhabilitatis ad hninsmodi contra Abbatissas, Abbates, Conuentus, & alios superiores vtriusque sexus Monasteriorum Monialium, & personas quocumque nomine vocentur, si quemquam prætextu licentiarum, quas ibi reuocauerat Papa, ingredi faciant, vel permittant,& omnes istæ pœnæ sunt latæ sententiæ. Item ex Bulla Pauli V. *Monialium*, fertur excommunicatio Papæ reseruata, & priuatio nfficiorum, & inhabilitas contra Monasteriorum Monialium Abbatissas, Priorissas, & superiores alias, si quemquam prætextu licentiarum ibi reuocatarum introducere, admittere, vel admissum quocumque modn retinere ausæ fuerint, aut præsumpserint. An verò snlùm incurrant superiores viri, vel fœminæ introducentes, an aliæ etiam personæ Religiosæ particulares, masculi, aut fœminæ, Sanchez *d. cap.* 16. *n.* 84. Miranda *tom.* 3. *man. de Monial. q.* 2. *art.* 12. *concl.* 3. Roderic. *quæst. regul.* 47. *ar.* 3. *tom.* 1. & Dian. *resol.* 33. *&* 34. *miscel. tom.* 1. dicunt solùm superiores contineri, non priuatas personas; quia illam particulam, *& personas quocumque nomine vocentur* in Bulla Gregnrij positam putant, intelligi de personis eorum superiorum; in Bulla verò Pauli solùm superiores fœminæ exprimuntur. Contrarium tamen tenent Llamas apud Sanchez *ibid.* & Filiuc. *tr.* 15. *n.* 119. asserentes ex Bulla Gregorij, etiam priuatas personas incurrere excommunicationem, & pœnas; quam sententiam videtur sequi S. Congregatio in Assisiensi 4. Augusti 1602. & in Cremonensi 17. Septembris eiusdem anni. Estque conformius dictę Constitutioni *Vbigratiæ*, in qua id prohibetur non solùm vtriusque sexus superioribus, sed etiam personis quocumque nomine vocentur, ac proinde etiam Monialibus.

255 Excepta autem excommunicatione, aliæ pœnæ secundum aliqnorum opinionem non obligant in conscientia ante declaratoriam. Ita Suarez, qui de magis communi testatur *tom.* 4. *de relig. lib.* 1. *cap.* 7. *in fin.* Quamuis alij dicant, pœnam inhabilitatis nbligare ante declaratoriam criminis commissi. Et hæc est magis communis; quia hæc pœna est purè priuatiua, non requirens factum hominis positiuum ad sui executionem, Caietan. 2. 2. *q.* 62. *ar.* 3. & multi, quos allegat Sanch. *in decal. lib.* 2. *cap.* 39. *n. vlt.* & communem dicit Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 2. Alij tamen prnbabiliter tenent, non ligare in conscientia ante declaratoriam, vt Nauar. *de datis, & promiss. n.* 31. *&* 44. Mnlin. *disp.* 96. *tom.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 30. *num.* 1. *& opuscul. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 5 a. *n.* 11. *&* 13. Filiuc. *tr.* 10. *n.* 264. Tanner. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 8. *n.* 97. Soul. *super Bull. Clem. VIII. de largit.* §. 9. Castellin. *de elect. can. prælud.* 1. §. 6. *n.* 20. Malder. a. *q.* 96. *ar.* 4. *memb.* 4. Quia esset valdè graue, quod quis ante declaratoriam priuetur iure quæsito, vel ciuili, vel naturali, vel Ecclesiastico magni momenti; sed hæc sententia nullo modo intelligi potest, vt procedat in censuris, & irregularitate. Nam ex antiquissima Ecclesiæ vniuersalis consuetudine semper obligarunt absque alia declaratoria, vt Tiraquell. *in l. si vnquam, v. Reuertatur n.* 401. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 30. Salas *de legib. disp.* 15. *sect.* 2. *sub princ.* Suar. *de censur. disp.* 3. *sect.* 2. Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 30. Alij verò distinguunt. Si pœna inhabilitatis apponatur simul cum alijs pœnis, quæ non obligent in conscientia ante declaratoriam, vt cum pœna priuationis nfficij, vel beneficij, tunc neque hæc obligabit; aliàs secus, si ponatur per se, vel cum alijs merè priuatiuis, Molin. *d. disp.* 96. §. *duo* cum Couaruuia, & tenet Filiuc. *tr.* 34. *n.* 79.

256 Media tamen sententia tutior, & in praxi passim recepta, præsertim ex stylo Curiæ, quod dicta priuationis officiorum Ecclesiasticorum pœna obliget in conscientia, quando casus est manifestus; quia tunc superioris acta incipiunt esse nulla, cessante tituln colnrato ob priuationis notorietatem; quandiù autem priuatin est occulta non videtur obligari in conscientia; quia eius acta ratione publici officij sunt valida, manente titulo colorato, vt Doctores, quos allegat Garz. *p.* 5. *c.* 4. *n.* 329.

257 Atque hinc fit, quod manente reo in possessinne sui iuris, seu bonntum cum tituln colnratn, non possint subditi iura denegare, vel obedientiam, nisi vel delictum, & commissio pœnæ sint notoria, vel si sint occulta, saltem probari possint, & ipse excipiens, & denegans iura id faciat cum intentione recurrendi, & probandi coram Iudice competente; quamuis si velint, possint iura reddere vsque ad declaratoriam. Post declaratoriam autem non poterunt subditi parere, nisi quando ob nimiam potentiam superioris cogerentur, non in contemptnm clauium Ecclesiæ, & ita tenet Syluest. *v. hæresis* 1. *n.* 14. *vers.* 51. Banez, Valentia, & alij, quns allegat Farinac. *q.* 189. *n.* 66. Illud autem communiter receptum est, pœnam inhabilitaris ad officium pro illa vice, vel quoad illud numero officium, obligare in foro conscientiæ ante omnem declaratoriam. Idem dico de inhabilitate prouenienteex censura, vel irregularitate.

258 Nomine verò officiorum in lege pœnali continentur aliquando officia publica tam Ecclesiastica, quàm laicalia, quæ tantùm sunt officia dignitatis, vt administratio publica cum honnre coniuncta, Castr. *cons.* 462. *n.* 2. *tom.* 1. & bis non formaliter quis priuatur ob crimen proprium, sed aliam ob causam, vt propter infamiam, vel propter hæresim paternam. Aliquando lex ipsa pœnalis inhabilitat, vel priuat tantùm Ecclesiasticis officijs in pœnam propriè dictam, & tunc nomine officij intelligitur munus habens administrationem rerum, vel personarum Ecclesiasticarum cum superioritate. Vndè continentur officia habentia iurisdictionem ordinariam, vt Generalis, Prouincialis, superioris localis, & Vicarij. Item continentur habentes iurisdictionem Delegatam ratione certi nfficij, seu personatus, vel ita, vt sint in ea maiores Ordinarijs, vt Visitatnres Prouinciarum. Non verò continentur Diffinitores, Discreti, & Procuratores ad Capitula generalia, & Prouincialia. Nec continentur officia Concionatoris, Lectoris, Confessarij, Regentis studiorum, Assistenris Generalis, Magistri Nnuitiorum, Consultoris, Admonitoris, & Præfecti sacristiæ. Aliquando tamen lex non priuat, sec inhabilitat ad officia Ecclesiastica, nnn propriè ratione pœnæ, sed propter bonam gubernationem, & inconueniens auertendum. Et tunc latior fit interpretatio, cùm sit lex fauorabilis, & sic nomine officiorum continentur etiam officia sacristæ, Oeconomi, Lectoris,

Concionatoris, & aliorum. Nomine verò gradus secundùm aliquos continetur gradus Doctoris, Baccalaurei, Lectoris, & Prædicatoris. At secundùm alios continentur tantùm dignitates; quod consonat Bullæ 71. Sixti V. *Ad Romanum*, vbi cum declarasset, illegitimos in Religione professos inhabiles esse ad honores, gradus, & dignitates, ostendit, hæc tria tanquam synonima intelligenda, & ijs contineri officia superiorum Regularium, vt Generalis, Prouincialis, & localis, ac similia cum honore, & superioritate coniuncta, non autem Magistri, Regentis, Prædicatoris, neque vocis actiuæ, & alia huiusmodi, quæ sunt magis oneris, quàm honoris.

259 Aduertendum tamen est, quod sacra Pœnitentiaria, quando absolutionem, vel dispensationem concedit Regularibus super introductione mulierum intra eorum Claustra ad malum finem, scilicet luxuriæ, solet decernere, vt remaneant priuati officijs, & dignitatibus eorum ordinum, & inhabiles in futurum ad similia. Quia non intendit cum talibus dispensare in totum, sed super sola irregularitate, si celebrarunt in talibus censuris. Quando autem introductio non fuit ad malum finem, tunc solet in totum eos rehabilitare.

260 In sæpè citata Constitutione Gregorij XIII. incipiente, *Dubijs, quæ emergunt*, statutum est, vt Prælati Monialium tam seculares, quàm regulares facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta, vti possint tantùm in casibus necessarijs, & paucis, ijsque senioribus, & Religiosis personis comitati, etiamsi tales superiores sint Episcopi, aut Cardinales. Aliàs transgressores Episcopi quidem incurrant eo ipso interdictum ab ingressu Ecclesiæ pro prima vice, pro secunda autem suspensionem à munere Pontificali, & à diuinis, tertia autem, & vlteriori incurrant excommunicationem. Superiores autem regulares incurrant pœnam priuationis omnis Officij Monasterij, & excommunicationem similem.

261 Hæ autem excommunicationes non sunt reseruatæ. Vndè Episcopus, seu Prælatus, qui inciderit in hanc excommunicationem, antequam sit nominatim denunciatus, potest delegare facultatem Sacerdoti, vel Confessario, à quo ipse absoluatur; quia, dum non est denunciata excommunicatio, non priuat eum iurisdictionis vsu, vt de communi testatur Sayr. *de censur. lib. 2. c. 2. n. 6.* Et licèt Episcopus, siue Prælatus excommunicatus peccet vltrò cum alijs communicando, etiam in vsu iurisdictionis; tamen id non procedit, quando ob bonum, & iustum finem emendationis suæ, ac pœnitentiæ vteretur; post denunciationem verò non potest delegare. Similiter neque supradicta suspensio est reseruata, neque interdictum illud, ideòque potest Episcopus delegare hanc facultatem Sacerdoti, à quo absoluatur, siue in Sacramenti Confessionis actu, siue extra, cum ei competat ad id iurisdictio de iure communi.

262 Pœna etiam priuationis officiorum non obligat in foro conscientiæ ante sententiam. Nec incurrunt in pœnam inhabilitatis ad similia; quia non est hìc lata talis pœna, neque sunt inhabiles ad recuperanda ea, quibus sic priuati simpliciter fuerint. Secùs autem esset, si fuisset apposita particula *perpetuò priuati*, vel, *vt depositi existant*.

263 Illa quoque suspensio à munere Pontificali est suspensio ab exercitio Pontificalium, non autem iurisdictionis Episcopalis; in pœnis enim strictior fit interpretatio. Hæc autem suspensio rectè prohibet actum apparatus Pontificalis, scilicet insignia Pontificalia, vt vsum baculi, mitræ, pallij etiam in illis, quibus pallium competit. Sic igitur suspensus, quamuis Missam priuatam celebrare non prohibeatur, aut alia facere sine ornamentis Pontificalibus, quæ ei ratione Sacerdotalis officij competunt, vt baptizare, pœnitentias dare, & huiusmodi; Missæ tamen sacrum cùm mitra, & baculo celebrare non potest. Immò verò consequentem etiam suspēsio hæc omnem actum Ordinis Pōtificalis prohibet, cùm actus Ordinis Episcopalis non debeant, nec soleant sine ipsis insignibus Pontificalibus exerceri; qua de causa Glossa *in extr. suscepti regiminis in v. A Pontificalibus, de elect.* docet, suspensum à Pontificalibus prohiberi etiam ab ijs, quæ sunt sibi aliàs vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis, puta ab Ordinum celebratione, frontis Chrismatione, Basilicarum, seu Virginum consecratione, & similibus; quod si quis actus sit, qui sine istis insignibus solet exerceri, ille non est prohibitus.

Istæ autem pœnæ non militant contra Vicarios Generales, vel Prælatos seculares Episcopis inferiores, habentes quasi Episcopalem iurisdictionem in Moniales; quia hic non sunt expressi. Neque aliam censuram incurrunt, aut pœnam latæ sententiæ, quia nullibi lata est. Neque procedunt contra Prælatos intrantes ex causa necessaria, sed associatos à multis, vel iunioribus, vel secularibus, licèt malè faciant, sed solùm si sine causa necessaria intrent. 264

At ex decreto Sacr. Congregationis casus violationis clausuræ Monialium est reseruatus Papæ per totam Italiam extra Vrbem Romam cum derogatione ad omnia priuilegia, etiam Regularium. Tenor autem decreti est huiusmodi: *Sacr. Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita iussis, & grauibus causis id exigentibus, ac de S. D. N. Clementis Papa VIII. speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito Sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quàm regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus ad confessiones audiendas approbatis quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quarumcunque aliarum quoquis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel eius authoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, seu aliàs quomodocunque sub quibusuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum alicui cuiusuis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis tam Ecclesiastica, quàm secularis etiam Regiæ, vel Imperialis ab vllo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, vel aliàs quomodocunque Sedi Apostolica reseruatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, eiusue successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum noua, vel speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum quoad casus ab ipsis tantùm reseruatos, respectiuè impetrata in scriptis licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat; sed cum opus fuerit pœnitentes ad superiores, legitimosque Iudices suos accedere consulant sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm secularibus, excommunicationibus priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcumque officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto absque vlla alia declaratione incurrenda. Super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquàm in mortis articulo possit impartiri: Sanctitas enim sua, quatenus opus sit, facultates, & concessiones ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscumque. Præterea nouerint Pœnitentes absolutionem, si quam obtinebunt contra huiusmodi prohibitionum, esse nullam, nulliusque roboris, vel momenti, &c. Datum Romæ die 9. Mensis Ianuarij 1601.* 265

Cùm autem dubia quædam, ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem emersissent, eadem Sacr. Congregatio, ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & 266

vt

vt clariùs appareat in quibus casibus vigore eiusdem decreti reseruatis intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem S. D. Clementis Papæ VIII. similiter viuæ vocis oraculo super ea habito, ipsum decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantùm imposterum comprehendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur, ac prætereà violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis fel. rec. Gregorij XIV. quæ incipit, *Cum aliàs nonnulli*, violationis clausuræ Monialium ad malum finem, Prouocantium, & pugnantium in duello iuxta decretum Sacr. Concilij Tridentini, & Constitutionem fel. rec. Gregorij Papæ XIII. incip. *Ad tollendum*, Inijcientium violentas manus in Clericos iuxta *Can. si quis suadente 17. quæst. 4.* & iuris dispositionem, Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel imposterum reseruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus duntaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones eadem Sac. Congregatio vult, & mandat dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere. Ac prætereà declarat eos quidem Sacerdotes tam Seculares, quàm Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vsu ante idem decretum receptas, & quæ sub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantùm, & non aliàs absoluere à casibus in præsenti declaratione non comprehensis; alijs verò Sacerdotibus huiusmodi priuilegia non habentibus nihil de nouo concedi, &c. Facultatem verò, & licentiam absoluendi à casibus reseruatis, quæ in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viua voce concedi posse declarat, &c. Contrarijs quibuscumque non obstantibus, Romæ die 26. Nouembris 1602.

267 Casus igitur violationis Clausuræ Monialium est Papæ reseruatus; quod intellige ad malum finem, idest luxuriæ. Non tamen continetur casus, quo quis cum legitima licentia ingressus, ibi deinde subsistit, & fornicationis, seu luxuriæ peccatum cum Moniali committit, Diana *resol. 67. tr. 2. tom. 2.* cum ibi allegatis. Possunt autem Episcopi absoluere ab hoc casu, si sit occultus; quia non est derogatum in hoc decreto Concilii Tridentini *sess. 24. capit. 6. de reform.* Doctores apud Dian. *resol. 35. miscel. 2. tom. 1.*

268 Peccatum verò fornicationis cum Moniali est sacrilegium grauissimum contra votum castitatis eius, vel etiam contra consecrationem, & est crimen depositione dignum in Clericis, Diaz *cap. 84. prax.* Farinac. *q. 146. num. 26. text. in can. si quis Episcopus, & in c. si qua 27. q. 1.* Vndè condemnatus de hoc crimine, efficitur eo ipso de iure infamis, & irregularis per ea, quæ *alibi* dixi, & est detrudendus in Monasterium, seu ergastulum ad pœnitentiam ex eodem textu; sed hodie aliter punitur arbitrio Iudicis loco dictæ detrusionis, Menoch. *de arb. lib. 2. cas. 360. n. 58.* laicis autem de iure statuta est pena mortis, *auth. de Sanct. Episc. §. penul. can. si quis rapuerit 27. q. 1.* Farinac. *d. q. 146. n. 3.* Hæc tamen pœna non habet locum pro copula attentata, nisi sit cum raptu, saltem attentato, Farinac. *q. 145. n. 1.* Et in hoc casu etiam condemnatus efficeretur infamis. De iure autem Canonico laicus ob fornicationem præfatam, etiam sine violatione Clausuræ est excommunicandus *ex d. can. Si qua, & can. Virginibus, ibidem*, tametsi Aloysius de Leo *in rubr. C. de rapt. Virg.* dicat, illam esse excommunicationem latæ sententiæ, quod etiam sentit Menoch. *de arb. casu 389. num. 24.* sed planè absque fundamento.

269 Ex dicto *cap. 1. de stat. Regul. in 6.* statuitur, ne Moniales tacitè, vel expresse professæ valeant quacumque ratione, vel causa, nisi fortè tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs absque graui periculo, seu scandalo commorari, è Monasterio egredi. Ex Tridentino verò *d. sess. 25. cap. 5. de Regul.* nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire è Monasterio, etiam ad breue tempus, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis, & priuilegijs quibuscumque non obstantibus. At ex Bulla Pij V. *Decori*, declaratur ad prædictum egressum requiri causam vrgentem, vt magni incendij, lepræ, aut epidemiæ simul, etiamsi Monasteriorum sit sub superiore Regulari, & ea licentia debet esse in scriptis, quando de infirmitate agitur. Aliter egredientes, & licentiam exeundi concedentes, & comitantes, & receptantes incurrere excommunicationem latæ sententiæ Papæ reseruatam.

Item tam ipsas egressas, quàm Præsidentes, & alios 270
superiores prædictos licentiam dantes incurrere ipso facto priuationem officiorum, & administrationum, & inhabilitatem ad illa, & alia huiusmodi obtinenda. Hanc Bullam explicat Sanchez *lib. 6. in decal. cap. 5.*

Absoluere autem ab hac censura potest Episcopus 271
vigore Tridentini *d. sess. 24. cap. 6. de ref.* si casus sit occultus (quod vix potest contingere) Sanchez *d. cap. 15. num. 76.* Et idem de dispensatione super dictis pœnis priuationis, & inhabilitatis dicendum, aliqui aiunt, alij negant, vt apud Sanchez *num. 77. & 78.* Et quidem regulariter loquendo nullus inferior dispensare potest antecedenter super pœnis statutis à lege superioris ipso facto incurrendis, idest præseruare ab illarum commissione casu, quo tale delictum committatur; quia inferior non potest dispensare super lege, vel præcepto superioris, nisi vbi id ei reperiatur concessum, *cap. Cum inferior, de maior. & obed. cap. Dilecti, de temp. ordin.* estque communis sententia. At circa pœnas latæ sententiæ ex ipso iure iam commissas, seu incursas, variæ sunt Doctorum sententiæ.

Prima asserit, inferiorem Prælatum posse dispen- 272
sare super pœnis huiusmodi vbicumque non reperitur prohibitum, etiam si sint latæ à iure Pontificio, quia eo ipso censetur esse de genere permissorum, Diana cum multis *resol. 87. miscel. 6. tom. 2.* Secunda tamen, ac probabilior sententia asserit, Episcopum, seu Prælatum non posse dispensare super pœnis latæ sententiæ, nisi vbi ius tacitè, vel expresse illi dispensare concedit, ita Archid. *in cap. licet canon, de elect. in 6.* Felin. *in cap. At si Clerici, §. de adulterijs, num. 4. de iudic.* vbi testatur de communi, & Tiraquell. *in l. si vnquam, v. Reuertatur, num. 370. C. de reu. don.* Et generaliter de omni pœna tenent multi, quos allegat Barbosa *alleg. 33. num. 19.* qui eam dicit magis communem recentiorum. Et quod dicitur de Episcopo, idem per extensionem dicunt de Prælato regulari Sanchez *d. cap. 15. num. 77.* & Bonac. *de Clausur. quæst. 1. punct. 5. num. 5.*

Priuilegiati autem poterunt absoluere, etiamsi casus 273
non sit occultus, ab excommunicatione etiam in Italia; quia decretum Clementis VIII. de supradictis quinque casibus loquitur tantùm de violatione clausuræ Monialium per ingressum ad malum finem, non per egressum. Sed aduerte, quod quoad Moniales absoluendas debet esse Confessarius à diœcesano approbatus specialiter pro Monialibus ex Constit. Gregorij XV. *Inscrutabilis*. Nec requiritur licentia, quando graue periculum esset in mora eam expectandi, vt in graui subito incendio, terræmotu, ruina, &c. Neque incurrunt in dictam censuram, & pœnam comitantes, vel receptantes Monialem egressam in graui necessitate illius ex misericordia.

Tandem ex Trident. *d. sess. 25. cap. 5.* præcipitur Epi- 274
scopis sub interminatione maledictionis æternæ, vt in omnibus Monasterijs, etiam exemptis, vel alijs, Prælatis regularibus subiectis in ipsorum diœcesi, clausuram, vbi violata fuerit, seu disrupta, diligenter restituant, inobedientes per censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas, appellatione remota compescendo, inuocato etiam, si opus

fuerit,

fuerit, auxilio brachij secularis. Hortaturque S. Synodus Principes, vt tale auxilium præbeant, & præcipit omnibus Magistratibus secularibus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, vt moniti tale auxilium præsteut. Sed non est excommunicatio reseruata, & est solùm contra Magistratus, non contra Principes, nec procedit, nisi ij fuerint de tali auxilio requisiti.

275 Quid antem appellatione Clausuræ veniat, dic venire totum illud spatium Monasterij, seu domus Religinsarum personatum, ad quod liber est accessus ipsis Religiosis, & non secularibus personis. Vndè onn continetur Ecclesia, nec locutoria exteriora, Ita definiuit Gregorius XIII. *in cit. Constit. Deo sacris*. Incipit autem clausura ab ea porta, in qua sedes est ianitoris ad clausuram seruandam, cuius limites statuere pertinet ad Prælatum loci illius, qui habet ius visitandi clausuram, siue Ordinarium, siue delegatum, quod intelligendum est non de qualibet domo, vbi habitant aliquot personæ Religiosæ, sed vbi in forma Monasterij, seu Conuentus, vel Collegij viuitur cum Ecclesia, & Eucharistia, secùs si per modum hospitij ad tempus sine Ecclesia, & sine Eucharistia, Quarant. *v. Monasteria pag.* 306. *in fin.* §. *Addit*, *Nauarrus*. Ea consistit in indiuisibili; vndè non potest in huius violatione dari paruitas materiæ. Nam siue parum vltra lineam Clausuræ transeas, siue multum, dummodò totus transeas, perfectè diceris clausuram violasse. De limine verò Portæ quidam dicunt, illud neque esse intra, neque extra clausuram. Sed inspiciendum est, qua parte Porta claudatur. Quia si ea clausa limen remanet intra, erit comprehensum in clausura; si verò extra remanet, dicetur extra clausuram, vt per Bartol. *in l.* 1. *ff. de cloac.* Franch. *dec.* 402. *n.* 11. An verò tectum contineatur sub clausura? Negat Diana *p.* 5. *tr.* 13. *resol.* 88. At affirmatiuè resoluit S. Congregatio, dum mandauit absolui cum pœnitentijs salutaribus ad arbitrium quasdam Moniales, quæ bona fide ascenderant supra tectum ad siccanda frumenta, & pastas ab ipsis elaboratas, siue ad videndum quoddam festum, cum speciali prohibitione illuc vltra ascendendi propter quamcunque causam. Ita in Comensi 18. Septembris 1609, & in Lyciensi 16. Septembris eiusdem anni.

Cum dubitaretur, an prata, & horti Religiosorum Monasterijs eorum contigui comprehendantur constitutione fel. rec. Pij V. ita, vt mulieri absque incursu in censuras in eos ingredi liceat? S. Congregatio 13. Septembris 1583. censuit, comprehendi mulieres, quæ si ingressæ fuerint, absolutione indigere.

276 Porrò non licèt S. R. E. Cardinalibus Monasteria Monialium ingredi sine licentia speciali Sedis Apostolicæ, aut nisi ipsa Monasteria sint eisdem aliqua ratione subiecta, & in casibus necessarijs tantùm, vt probat Mirand. *de Sac. Monial. q.* 2. *art.* 13. Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.* 24. *q.* 9. *n.* 1. & desumitur ex d. Constitutione Gregorij XIII. in declaratione §. 1. quæ in specie loquitur etiam de Cardinalibus. Inquisitores non possunt neque debent ingredi, vel ire ad Monasteria Monialium nisi ex causa S. Officij, cum sint etiam comprehensi in Constitutione Clementis VIII. in hanc rem edita, vt declarauit S. Congregatio S. Officij 16. Febr. 1628. Regulares Vicarij S. Officii, dum non agitur de rebus spectantibus ad S. Officium, non accedant ad Monasteria Monialium sine licentia Episcopi, vel Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, eadem S. Congregatio S. Officii anno 1640.

Vltimò adducam formulam visitationis Monialium præsertim quoad clausuram.

An clausura inuiolatè seruetur, & vbi violata sit restitui studiosè curetur?

An quæ de ingressu intra Monasteriorum septa tum S. Concilii Tridentini decretis, tum Sanctionibus Apostolicis, vel Ordinum Constitutionibus statuta sunt, exactè, atque inuiolatè seruentur.

An ad Monasteria Monialium contra Sac. Congregationis decretum quispiam accedat, aut accedendi facultatem detur?

An licentiæ ad præscriptum seruentur?

An quæ de collocutionum locis, cratis, & caminis, aut per Visitatores Apostolicos, aut per superiores decreta sunt, executioni demandata sint?

An Confessarii tum Ordinarii, tum extraordinarii Sac. Congregationis decretum seruent?

An superiores debitè admoniti, vel requisiti transgressores puniant?

An in Ecclesiis Monialium sine superioris licentia, earum permissu quispiam celebret?

An quæ de secularibus recipiendis, nouitiis profitendis, puellis in Monasterio educandis, aut S. Concilii Tridentini decretis, aut Sanctionibus Apostolicis, aut Sac. Congregationis Ordinationibus, vel Ordinum statutis præscripta sunt, exactè seruentur?

An instrumenta Musica præter Organum, in Ecclesiis Monialium contra Ordinum Constitutiones adhibeantur, vel Monasteriis seruentur?

An vlla sit quæ pecuniam extra communem eleemosynarum capsulam teneat, vel quicquam vt proprium possideat?

An Monasteriorum bona, facultate non impetrata, alienentur?

An calculi, siue computi ad Constitutionum præscriptum reddantur?

An communis vitæ vsus retineatur?

An Sacræ peccatorum Confessiones, itemque Sacra Communio ad Regulæ, sacrique Concilii Tridentini præscriptum fiant?

An diebus festis ab externorum collocutionibus abstineant?

An congruis temporibus Confessarii extra ordinem dentur?

An vlla sit, quæ contra Constitutionum dispositionem literas det, recipiatue?

An iterum munera contra præscriptum dentur, recipianturue?

An amicitiæ cum externis quibusuis contrahantur, retineanturue iam contractæ?

An sanctæ Obedientiæ, Paupertatis, & Honestatis vota inuiolatè seruentur?

An vlla sit, quæ libros profanos, figurasue obscœnas habeat?

An Animalia, & præsertim canes, equi, muli, & asini in Monasteriis sint?

CONSVLTATIO LXXXVI.

An, & quatenus Ecclesiastici obligentur legibus, ac statutis laicorum?

AFfirmant quidam. Primò ex Rom. 13. *v.* 1. *Omnis anima potestatibus superemmentibus subdita sit.* 1
Sinmnis, erga & Clericorum; quis enim eos excepit ab Vniuersitate? Si quis tentet excipere, conatur decipere, D. Bernard. *ep.* 42. Secundò quia Christus ipse Magistratui tum in personalibus, tum realibus subiectionem, & obedientiam præstitit, Matth. 17. *n.* 27. Ioan. 19. *n.* 11. Tertiò quia etiam Apostolus Paulus coram Cæsaris Tribunali iudicari oportuit, Act. 25. *num.* 11. Quartò quia nec in primitiua Ecclesia vllam sibi iurisdictionem Pontifices in Sacerdotes arrogabant, teste ipso Iustiniano in *Nouel.* 123. *l. repetita*, *C. de Episcop.* Ecclesia enim, vt Optatus Mileuit. *lib.* 3. ait, in Republica, non Respublica in Ecclesia est, ex quibus ritè colligitur, Clericum æquè ac laicum crimen læsæ Maiestatis committere posse, adeòque à Magistratu politico debitè puniri, ac coerceri, *Nouel.* 83. §. 2. 123. *c.* 24. *&c.* Certè nihil potest cogitari Reipublicæ perniciosius, nihil iniquius, quàm si dicatur, Clericos subditos non esse, cogi pro Pontifice contra Rempublicam pugnare. Hæc enim doctrina immediatè Regum parricidia parit, nonnunquam etiam grauissimorum impunitatem scelerum. Nec obstat, quod superior non sit subiectus inferiori. Sacerdotes autem, & Clerici sunt superiores Magistratibus secularibus. Nam hoc argumento turpiter con-

fun-

funditurs superioritas, & potestas spiritualis cum seculari, iuxta quam Magistratui politico adhuc subsunt.

2 At nihilominùs assero, tanquam omninò certum, leges ciuiles, quæ aliquo modo pugnant cum Ecclesiasticorum dignitate, aut contrariantur legibus Canonicis, illos non obligare. Ita statuitur *in cap. Nouerint, de sent. excom.* & in S. Concilio Trid. *sess* 24. *de refor. cap.* 2. Quæ verò non repugnant statui Ecclesiastico, & legibus Canonicis obligant Ecclesiasticos in conscientia in ordine ad communitatem ciuilem. Nam, si Ecclesiastici non seruarent has leges, inuerterent debitum ordinem politicæ ciuilis; quippè hæ leges eo ipso, quod sunt iustæ, sunt etiam necessariæ pro conseruatione Communitatis cum debito ordine. Ecclesiastici autem ratione exemptionis non possunt inuertere ordinem, & gubernationem politicam. Prætereà qui sunt de diuersa Communitate, tenentur seruare leges illius communitatis, vbi est res, de qua agitur, aut vbi fit contractus, vt proinde ibi sortiatur forum, *cap. Licèt de for. comp.* Quando igitur materia, de qua est lex, concernit publicum commodum politiæ ciuilis, aut requirit consortium aliorum, tenentur Ecclesiastici seruare leges; quia agitur de eo, quod est sub dispositione ciuili, cui Ecclesiastici se immiscent. Non tamen obligantur legibus ciuilibus, quæ disponunt de actionibus merè personalibus, etiamsi non repugnent statui Ecclesiastico; quia lex non obligat neque directè, neque indirectè eos, qui sunt de alia Communitate, nisi quatenus volunt simul communicare. Personæ autem Ecclesiasticæ sunt de alia Communitate sub alio capite. Sunt enim omninò exemptæ à iurisdictione laicorum, ita vt laici nullam habeant facultatem imperandi, vt decernit Innocentius III. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de constit.* Atque ita Bartol. *in l. Cunctis populos, C. de Sum. Trin.* Medin. 1. 2. *q.* 96. *ar.* 5. Malder. *tit. de Ecclesiast.* & communiter Theologi, ac Legistæ.

3 Neque obstat, quod laici nullam habeant potestatem in personas, & res Ecclesiasticas, *c. Bonum quidem, d.* 96. *& c. Inter hæc* 33. *q.* 1. lex autem non obligat in conscientia, nisi proueniat ab eo, qui habet potestatem, Nauarr. *cons.* 4. *n.* 5. *de const. in* 1. *edit.* Graff. *tom.* 1. *dec. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 14. Nam obligatio in conscientia, licèt non proueniat à potestate laica, prouenit tamen vel ex naturali æquitate, vt vult. Medin. *cap. de restit. quæst.* 36. Azor *p.* 1. *lib.* 15. *cap.* 12. *q.* 3. Laym. *lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 9. *n.* 6. Malder. 1. 2. *q.* 69. *ar.* 1. & alij, vel quia leges ciuiles approbantur per Sacros Canones, vt placet Decio *in d. cap. Ecclesia, n.* 27. *de constit.* Panorm. *n.* 13. Butr. *n.* 17. Suar. *lib.* 3. *de leg. cap.* 34. *n.* 13. Vasquez 1. 2. *disp.* 153. *cap.* 2. alijsque. Vel quia Ecclesiastici illis subijciuntur directè quoad vim directiuam, vt arbitratur Bart. *in d. l. Cunctos populos C. de sum. Trin.* Victor. *de potest. Ecclesiast. q. vlt. n.* 4. Sot. 2. *de iust. & iur. q.* 6. *ar.* 7. Sanch. *lib.* 7. *sum. cap.* 3. *n.* 20. Mærar. *tom.* 1. *sum. disp.* 16. *de legib. sect.* 4. Vel tandem quia obligatio seruandi leges ciuiles in Ecclesiasticis prouenit ex iure naturæ, & ex ipsa lege ciuili, non vt imperatiua, sed vt directiua, ita vt coniuncta cum lege naturali compleat vnam vim obligatiuam, quatenus lex naturalis obligat in communi, & lex ciuilis determinat obligationem. Lex namque naturalis obligat ad seruandum vnicuique ius suum, atque adeò obligat Ecclesiasticos ad seruandas leges ciuiles. Communitas autem habet ius ad rectum regimen sui ipsius, & Ecclesiastici tenentur illi seruare hoc ius, alioquin læderent ordinem politiæ ciuilis, ac proindè ius Communitatis. Vndè seclusa approbatione Ecclesiæ, tenentur Ecclesiastici seruare leges ciuiles; quoniam si non seruarent has leges seclusa probatione, inducerent defectum in ordine publico, non secus ac laici. Hinc leges ciuiles non obligant Ecclesiasticos iurisdictionali modo ex vi legis, atque adeò nec ex vi potestatis legislatiuæ, quæ est in laicis; quia Principes laici non habent aliquam iurisdictionem in personas Ecclesiasticas in ordine ad temporale, *cap. seculares, de for. comp. in* 6. *& d. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* Leo X. in Concil. Later. *sess.* 9. in Bulla *de reform. Curiæ*, vbi decernit, quod tam iure diuino, quàm humano nulla competit potestas laicis in personas Ecclesiasticas, vt nos alibi.

Nec refragatur primò, quod laici non habent potesta- 4
tem supra Ecclesiasticos seorsim à laicis, secùs autem quoad leges communes tam laicis, quàm Ecclesiasticis. Secundò quod plures Patres doceant, Ecclesiasticos esse subiectos legibus Regum terrenorum. Tertiò, quod Episcopus, si occupatur à Rege sine fraude, excusatur à præcepto Metropolitani, *c. si vobis* 23. *q.* 8. Quartò, quod Princeps tenetur ex iustitia defendere Ecclesiasticos, non tenetur autem, nisi respectu suorum subditorum. Quintò quod si Ecclesiastici essent exempti à legibus ciuilibus, esset contra rationem ad ipsas obligari, quia exemptio esset rationabilis; cùm autem non sit contra rationem, non erunt exempti. Sextò, quod leges ciuiles valeant etiam apud Ecclesiam. Septimò, quod Iustinianus Imperator sanciuit plures leges circa res, & personas Ecclesiasticas.

Ad primum enim respondetur. Si laici possent impo- 5
nere leges in communi, adhuc Ecclesiastici essent sub communi iurisdictione cum cæteris, ac proinde non esset verum, quod laici nullam habent iurisdictionem in Ecclesiasticos contra definitionem summorum Pontificum. Ad secundùm: Patres sunt intelligendi de subiectione impropria, quæ solùm dicit obligationem modo explicato. Ad tertium: Episcopus excusatur ex indulgentia iuris Canonici, non autem quia subiectus sit Regi. Ad quartum: Defensio ex titulo iustitiæ non solùm est debita titulo subiectionis, sed etiam ex alio capite, vt ex protectione assumpta. Princeps autem tenetur defendere Ecclesiasticos in compensationem ministerij, quod exhibent laicis. Ad quintum. Esset contra rationem obligari ex eo capite, ex quo sunt exempti, non autem ex alio capite. Sunt autem exempti, quatenus leges ciuiles sunt actus iurisdictionis, & ideò est contra rationem ex hoc capite obligari. Ad Sextum: Leges ciuiles valent etiam apud Ecclesiam, non ex vi potestatis ciuilis; sed quia Ecclesia disponit esse seruandas, quatenus conducunt ad proprium finem. Quod fit vel generaliter, quatenus disponit, quod deficiente iure Canonico, subintret ciuile; vel quia in speciali accipiat aliquam legem ciuilem. Et tunc requiritur specialis approbatio Pontificis. Et in hoc casu lex ciuilis fit Canonica, & acquirit diuersam materiam secundùm determinationem. Ad septimum: Non sunt veræ leges, quatenus respiciunt Ecclesiam, cùm excedant potestatem legislatiuam, *cap. litteras, de iur. calum. & l. Priuilegia, C. de Sacros. Eccles.* Vndè fuerunt factæ illæ leges ad obligandos Ministros Imperiales in ordine ad ea, quæ seruanda erant pro Ecclesia.

Quare Ecclesiastici nullo pacto subijciuntur potestati 6
coactiuæ legum ciuilium in ordine ad laicos, Sot. *in* 4. *d.* 25. *q.* 2. *ar.* 2. Azor. 1. *p. lib.* 5. *cap.* 12. Salas *disp.* 14. *de legib. sect.* 10. & Doctores communiter *ex c. lege Imperatoris d.* 10. *& ex c. si Imperator, & c. Nunquam d.* 96. *& cap. Nouerit, & cap. Grauiter, de sent. excom.* vbi passim reprobatur quicquid præiudicat immunitati Ecclesiasticæ. Maximè autem præiudicat vis coactiua laicorum, qui nullam habent in Ecclesiasticos iurisdictionem, atque adeò nec etiam possunt exercere vim coactiuam. Solùm itaque leges ciuiles obligantes Ecclesiasticos accipiunt vim coactiuam à lege naturali. Nam vis coactiua sequitur vim obligatiuam legis respectu subditorum; quia potestas obligatiua, siue coactiua posset frustrari suo fine. Cùm autem lex naturalis communicet legi ciuili vim obligatiuam in ordine ad Ecclesiasticos, communicabit etiam vim coactiuam.

Non obstat textus *in c. filij*, 16. *q.* 7. vbi habetur, 7
quod si Metropolitanus defraudet res Ecclesiæ, denunciandus est Regi; ergo debet cohiberi à Rege. Nam esset denunciandus in ordine ad id, quod est in potestate Regis, vt nimirùm moneat, & instet de prouisione apud summum Pontificem. Ita Archidiaconus, & Panormitanus in hunc locum.

Minùs obstat textus *in c. Principes* 23. *quæst.* 5. Ex 8
quo Ecclesiasticus contemnens Ecclesiasticam Disciplinam debet cogi rigore Principum; quia debet cogi, quando ab Ecclesiasticis imploratur bracchium seculare iuxta *cap.* 1. *de offic. Ordin. & cap. Postulasti,*

de

de homic. non autem quando non imploratur.

9 Ad initio deducta respondet egregiè Bellarminus *lib. 1. de Cler. cap. 28.* & Martha *de iurisd. Eccles. p. 2. c. 6.* ac nos hic, & alibi.

CONSVLTATIO LXXXVII.

An clauis capsulæ, in qua Sanctissimi Corpus Christi feria quinta in Cœna Domini seruatur, tradenda sit laicis?

1 NEgatiuè respondendum est; quia laici nullam sibi auctoritatem attribuere possunt super Ecclesijs, & Ecclesiasticis, tum personis, tum rebus, *cap. Ecclesia S. Maria de constit. cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Glos. *in cap. Quamuis 17. de decim.* Roman. *cons. 299. num. 9.* Sunt enim incapaces iuris spiritualis, Glos. *in cap. Causa, v. Detinere*, & ibi Abb. *in 1. notab. de prascript.* Io. Monach. *in cap. 2. n. 1. de prab.* & Io. Andr. *col. fin.* Card. *cons. 88. sub princ.* & *cons. 57.* ac prudentissimè declarauit S. Rituum Congregatio, *id non licere*, damnauitque contrariam consuetudinem, tanquam abusum; quia tempus etiam immemorabile non facit laicum capacem spiritualium, *cap. Quanto*, & ibi Abb. *cap. 2. in 1. notab. de consuet.* Quippè cursus temporis per se sine possessione non operatur; possessio autem ex eo deficit, quod laici sunt incapaces huius possessionis, ad tradita per Glos. Abbat. Io. Monach. Io. Andr. & Cardin. locis allegatis, & cum eadem consuetudo ex sententia eiusdem S. Congregationis sit irrationabilis, nullo vnquam tempore potest præscribi, *cap. fin. de consuet.* & resoluit Rot. *dec. 232. n. 15. p. 7. recent.*

2 Accedat, quod cum *ex cap. 1. de custod. Euchar.* hæc custodia spectet ad Parochum, & quidem sub pœna suspensionis in casu negligentiæ, nulla ratio permittit, vt possit inuitus cogi ad tradendum alteri claues, ac tantæ rei, sibi specialiter creditæ, & vt ait Glossa vlt. *in ca. fin. 24. q. 1.* laicis de omnibus, quæ spectant ad officium Sacerdotis id solùm licet, etiam in necessitate, quod in iure expressum inuenitur.

3 Quod etiam procedit respectu laicorum habentium iuspatronatus in Ecclesia; quia patroni nihil proprij iuris acquirunt in Ecclesia, *c. Pia memoria cum tribus seqq. 16. q. 7.* nec minùs possunt vigore patronatus se ingerere, nec inspectantibus ad sacramenta, nec in visitationem ornamentorum, nec in huiusmodi alijs ex sacro Concilio Trid. *sess. 24. cap. 3. in fin. de reform.* Declarationes S. Congregationis sunt istæ.

4 *Sacra Rituum Congregatio respondit Episcopo Ciuitatensi, Sanctissimum Sacramentum feria quinta in Cœna Domini sub vnica tantùm claue asseruari debere, retinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum, & nullo modo apud personas laicas, & seculares cuiuscumque status, gradus, vel conditionis existant, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum esse declarauit. Item præfatum decretum afficere omnes Ecclesias tam seculares, quàm Regulares quouismodo à iurisdictione Ordinarij exemptas, & ita omnino in Ciuitate, & Diœcesi Ciuitatensi Prouincia Compostellana seruari mandauit die 22. Decembris 1631.*

5 In Pacensi. *Cùm Episcopus Pacensis à S. Rituum Congregatione declarari procurauerit, cuinam consignanda sit clauis capsula, in qua feria quinta in Cœna Domini conseruatur Sanctissimum Sacramentum, sumendum in Crastinum, quam ipse honoris causa, vt moris est, in multis Ecclesijs Hispaniarum, consignauit Gubernatori Ciuitatis, & quam Decanus Ecclesiæ sibi consignandam prætendit. Eadem S. Rituum Congregatio respondit, nequaquam Gubernatori Ciuitatis dictam clauem esse consignandam, sed potius illi Dignitati, vel Canonico, qui in crastinum feria sexta in Parasceue erit celebraturus. Et ita eadem Congregatio censuit, & declarauit die 30. Ianuarij 1610.*

6 Ita fuit etiam decretum in Cauriensi die 15. Decembris 1632. & in Hispalensi die 28. Martij 1637.

7 Et in Calaguritana. *Capitulum Ecclesiæ collegiatæ Ciuitatis de Victoria petijt mandari obseruantiam decretorum S. Congregationis, quod clauis sacrarij, sub quo Sanctissimum Corpus Christi Sacramentum in feria quinta in Cœna Domini asseruatur non custodiatur à laicis, etiamsi illustribus, qui plerumque id sibi vsurpare conantur?*

8 *Sacra Congregatio, decretis antiquis inhærendo respondit, clauem Tabernaculi, in quo Sanctissima Eucharistia Sacramentum feria quinta in Cœna Domini asseruatur, nequaquam à laicis, etiam illustribus, tradendam esse, sed potius Dignitati, vel Canonico in crastinum celebraturo. Et ita in Ecclesia præfata seruari mandauit die 13. Septembris 1642.*

9 Sed quid si consuetudo generalis, ac immemorabilis vigeat in toto aliquo Regno tradendi personis secularibus Illustribus vnam ex dictis clauibus? Pro obseruatione respondendum videtur; quia consuetudo generalis vnius Regni in omnibus Ecclesijs illius est seruanda, *cap. Cùm olim*, & ibi Glos. *v. in Anglicanis Ecclesijs, extr. de consuet.* talisque consuetudo immemorabilis vim habet priuilegij Apostolici, Rot. *dec. 11. n. 2. & seqq. p. 2. recent.* Quod facilius procedit in patrono, cui debetur ius honorificum, quale censetur dicta retentio clauis, præsertim si reperiatur in possessione, *cap. Nobis in fin. de iure patr.* Rocch. de Curt. *de iure patr. v. Honorificus n. 1.*

10 Nec obstat, quod decreta deducta contineant derogationem quarumcunque consuetudinum in contrarium; quia sub tali derogatione comprehenduntur consuetudines inferiores, & particulares, nunquam autem immemorialis, quæ propter sui excellentiam est digna speciali nota, Gonzal. *glos. 33. n. 5. & 6.* Gratian. *discept. 492. n. 6.* sicuti non comprehenditur consuetudo generalis, vt in puncto casus nostri post emanatas resolutiones fuit ab eadem S. Rituum Congregatione decisum in Hispalensi 1637. Et propterea ordinatum, vt non publicaretur decretum antea factum super prohibitione traditionis clauis secularibus, attento quod, vt ibi dicitur, in tota Hispania contrarium seruatur in honorem Magnatum; ex consuetudine igitur immemorabili, ac generali simul id licere puto. Hoc idem Romæ in Ecclesia S. Iacobi inclytæ Nationis Hispanæ seruatur, & in toto penè Regno Siciliæ.

CONSVLTATIO LXXXVIII.

An Ecclesiæ Regularium, ac alia quæcumque vllum habeant ius, vllaque eis competat actio super Quarta funeralium eorum, qui in eis sibi eligunt sepulturam, quando in eisdem Ecclesijs dicta funeralia non fiunt?

1 REspondeo negatiuè, sed actionem omnem petendi integrum funerale non factum pertinere pleno iure ad solam Ecclesiam Parochialem.

2 Primò ex Concilio Viennensi *in Clem. Dudum, §. Verùm de sepult.* vbi postquam Regularibus concessum fuit, vt in Ecclesijs, vel locis suis liberam habeant sepulturam ita, vt omnes ad eam recipere valeant, qui in illis sepeliri elegerint, subditur, vt ipsi Regulares de funeralibus, relictis, datis, donatis fratribus ipsis, vel alijs pro eisdem, quartam partem Parochialibus Sacerdotibus, seu Curatis largiri integrè teneantur. Solùm igitur quartam funeralium, quæ in ipsorum Ecclesijs fiunt, relinquuntur, dantur, donantur, sibi retinere possunt, non autem petere quartam funeralis non facti, non relicti, non dati, non donati; quare cùm iste Textus concedat solùm sepulturam in Ecclesijs Regularium ex electione defuncti, & oblationes ab eo factas, vel legata ab eo relicta, non autem ex eius actione obuenientia; ideò non est à verbis legis recedendum *l. 1. §. fin. qui nauem ff. de exercit.* Hinc Petr. de Vbald. *de can. porc. Paroch. cap. 4. n. 15.* animaduertit, quod ea, quæ gratiosè Regularibus conceduntur, tanquam à iure exorbitantia, sunt restringenda, *cap. odia de regul. iur. in 6.* Ea verò, quæ conceduntur in fauorem Curatorum, vt sunt emolumenta sepulturæ, cùm sint à iure communi concessa; immò in eis ius commune limitetur, sunt etiam ad consequentiam tradenda per *d. Clem. Dudum §. verùm.*

Deindè

3 Deindè clarissimè id probatur, quia funeralia sunt ius Parochiale, atque adeò Parochis tantùm actionem competere illa petendi, non autem alijs. Illa enim inter iura Parochialia Romæ connumerari, tradit Lauorius *var. elucubr. tit. 2. c. 10. n. 21.* & generatim plories firmauit Rota Romana coram Merlino *decis. 480. n. 8. ac 9.* his verbis: *Oblationes, & eleemosyna, quas pro defunctorum ope, vel ad cohonestandum eorumdem funus Christi fideles elargiri consueuerunt, ac ipsa funeralium emolumenta debentur Parocho, quia recensentur inter dictas obuentiones, & eleemosynas, qua sunt de iuribus Parochialibus, & etiam eidem Parocho debita sunt in recompensationem laborum, quos sustinet in celebrando diuina officia, & in administrando Sacramenta defuncto, dum viueret; neque id propter se* (notandum) *hoc est ratione salarij, seu laboris humandi corporis, sed propter Ecclesiam, cui præsidet, qua super eis habet intentionem fundatam, tàm ratione cura specialis, quàm ratione ipsius immediata Parochia.*

4 Idipsum breuiùs firmauerat antea coram Mantica *decis. 294.* per hæc verba: *Funeralia inter iura Parochialia connumerantur, & Parochiali Ecclesia debentur cap. 1. cap. relatum, & cap. Cum liberum de sepult. Abb. in rubr. de Paroch. n. 2. Vndè Parocho debentur, qui curam exercet animarum, non propter se, hoc est ratione salarij, seu laboris humandi corporis, sed propter Ecclesiam, cui præsidet, Bonif. Vital. in Clem. Dudum, §. Verùm n. 9. de sepult.* Idem deciditur coram Caual. *decis. 101. n. 1.* coram Coccino *in Auersana funeralium* 23. Iunij 1634. *decis. 552. n. 8. p. 5. recent. to. 2.* & coram Seraph. *decis. 802. n. 1. ac 2. & decis. 1092. n. 1.* Ac proindè soli Parochi actionem habent petendi funerale non factum, non autem alij quicumque.

5 Tertiò quia in vrbe maximè funeralia sorrogata sunt loco decimarum, vt per Romao. *cons. 344. §. hoc autem*, Tusc. *v. sepultura concl. 105. n. 5.* & Gratian. *discept. 210. n. 27. in fine.* Decimæ autem debentur solis Ecclesijs Parochialibus iure diuino, naturali, positioo, de quibus D. August. *in can. Decima 16. q. 1.* estque Textus *in can. Quæsti, & in can. statuimus 16. q. 1. in cap. fin. de Paroch. & in cap. ad Apostolica de decim.* Neque ex eo, quod quis in Ecclesijs Regularium, aut in alijs audiat diuina, & percipiat Sacramenta, debentur illis decimæ, sed soli Ecclesiæ Parochiali, in qua habet domicilium, cùm in ea diuina audire, & Sacramenta percipere debeat, *cap. 2. de paroch. & cap. cum quis §. 1. de sepult. in 6.* Paria enim sunt recipere, vel recipere posse, & per aliquem non stare, quominùs recipiat, *l. quod te, ff. si cert. pet.* & cum per Parochos non stet, non est eis imputandum, *l. in iure, ff. de reg. iur.* cùm alijs, traduntque Nauarrus, Rebuffus, Federicus de Senis, D. Thomas, Caietanus, & Sotus apud Monetam *de decim. cap. 7. q. 2. n. 20.*

6 Quartò quia funeralia debentur, vt inquit Roman. *d. cons. 344.* loco canonicæ portionis Ecclesiæ Parochiali debitæ, aut tanquam pars congruæ, quæ siue respectu altaris, & Diuini Cultus, siue in honestam sustentationem, aut ipsius Ecclesiæ, aut eius Rectoris, ac ministrorum, aut etiam in eiusdem Ecclesiæ, aut Curæ onerum supportationem, siuè etiam ad instar quartæ, quæ debetur filijs in bonis Parentum, Parentibus in bonis filiorum, viro in bonis Vxoris, & vxori in bonis viri, ac tanquam alia legitima portio, qua Ecclesia, vti mater, seu pater, aut filius fraudari non debet. Quod prosequuntur Surd. *decis. 255. n. 13. 15. ac seq.* Ostiens. *in sum. de sepult. n. 10.* vbi tradit quod filius spiritualis Patrem spiritualem scilicet Ecclesiam Parochialem in hac parte exhæredare, aut fraudare non potest, Petr. de Vbald. *loc. alleg. cap. 2. n. 9.* Feder. de Sen. *cons. 3. n. 8. ac 9.* Anchar. *in cap. Officij de testam. n. 5.* ibique Abb. *n. 3. & 5.* vbi quod *Ecclesia Parochialis est creditrix ex dispositione iuris, quia ius vult, quod Testator omninò relinquat Ecclesia Parochiali*, Tusch. *v. quarta concl. 2. n. 1. & 2. & v. sepultura d. concl. 195. n. 5.* ac Bonac. *de contract. disp. 3. q. 21. pun. 2. n. 1.* passimque alij. Idque adeò verum est, vt neque in hoc libera sit ipsius Testatoris voluntas, vt egregiè D. Augustin. *in can. placuit, §. sed non videtur* libera, & *in can. si quis irascitur 13. q. 3.* Quæ omnia nullo modo conuenire possunt alijs Ecclesijs, atque adeò nullatenùs illis competit ius, atque actio vlla super funeralibus in illis non factis.

Tandem quia funeralia debentur Ecclesiæ Parochiali 7
ratione administrationis Sacramentorum iuxta ea, quæ tradunt Abb. *in cap. extirpanda §. Qui verò n. 11. de præben.* Reboff. *in concord. tit. de collat. §. statuimus, v. Parochialis*, Nouar. *de nou. iur. Pontif. concl. 1. tit. de decim.* Ricc. *in prax. resolut. 291. n. 2. p. 4.* Quia ius ad funeralia sequitur ius administrandi Sacramenta. Ius autem administrandi Sacramenta solis Parochis competit; atque adeò solis Parochis competit actio petendi funeralia non facta, non autem alijs.

Non obstat quod Regulares, atque alij fortasse ha- 8
beant priuilegium, ac ius sepulturæ, atque adeò ad funeralia. Nam primò id vltrò concedimus de funeralibus, quæ in eorum Ecclesijs fiunt, de quibus tantùm loquuntur statuta Cleri Romani, *& d. Clem. Dudum §. Verùm*; secùs autem de ijs, quæ non fiunt. Deindè habent quidem priuilegium ad sepulturam tantùm, non autem ad petendum funerale non factum. Hæc enim duo iura sunt inter se distincta. Illud est ius funerandi, quod alijs Ecclesijs potest competere. Hoc est ius solius Ecclesiæ Parochialis, vt docet Lapus *alleg. 59. n. 3.* & Abb. *in cap. 1. de sepult. & in cap. cum super in fin. eodem tit.* Petr. de Vbald. *de can. Paroch. cap. 7. q. 12. post n. 17. & q. 18. n. 24. vers. Dices ergò, Canonicam deberi soli Ecclesia Parochiali.* Quod sequitur Franch. *in cap. Cum quis post princ. & cap. seq. post n. 2. de sepult. in 6.*

Minùs obstat *cap. Cum liberum de sepult.* in quo man- 9
datur restitui corpus illius mulieris, & beneficia, quæ occasione sepulturæ ipsius recepta fuerunt; quia mulier illa non erat Parochiana Ecclesiæ spoliantis, vt verius putat Glossa ad dictum Textum, *v. disposuit*, sed erat Parochiana Ecclesiæ spoliatæ, cui de iure corpus, omniaque alia debebantur, atque idcircò fuerunt restituta, ac proindè non refragatur id Ecclesijs Parochialibus, sed potiùs eis suffragatur. E contra autem videtur pro Parochis casus decisus *in cap. fraternitatem tuam eodem tit. de sepult.* vbi mandatur Parocho reddere corpus dumtaxat illius, qui elegit sepulturam apud Monachos Santi Stephani, non autem beneficia, quæ occasione ipsius sepulturæ Parochus acceperat; quidquid autem de his sit, obseruanda nunc est in hac materia, *d. Clem. Dudum* tanquam lex posterior, quæ edita fuit in Concilio Viennensi pro dirimendis huiusmodi controuersijs inter Parochos, & Regulares, idque iuxta ea, quæ à nobis initio dicta sunt.

Solus igitur Parochus actionem habet petendi fune- 10
rale non factum, Iudicis officio implorato, ad Text. expressum in *cap. ad Apostolicam de Sim.* vbi Gloss. *v. Laudabilem*, & in *d. cap. abolenda v. exigere*, traditque Abb. *in cap. suam nobis eodem tit. à n. 5. & in d. cap. ad Apostolicam*, vbi post verba Textus, *& pias consuetudines præcipimus obseruari*, ita concludit: *ergo fiet compulsio cum effectu; nam licèt alibi ipsi Clerici compellantur desistere à molestia, per hoc tamen necessariò non obseruaretur consuetudo, cuius contrarium hic præcipit Papa, quod scilicet honestas consuetudinis omninò obseruetur.* De quo etiam Diuus Thomas 2. 2. q. 100. *art. 3.* & Rituale Romanum *in rubr. de exeq. §. Caueant.* ibi: *Sed eis eleemosynis Parochi contenti sint, quæ aut probata consuetudine dari solent, aut Ordinarius constituerit.* Idque iuxta qualitatem, & facultates personarum, vt fusè tradidit *tom. 4. integr. consultat.* 225.



CONSVLTATIO LXXXIX.

An decretis Concilij Prouincialis confirmati à Sede Apostolica derogari possit per visitationem Apostolicam?

1 RESpondeo. Præsupposito, quod huiusmodi confirmatio sit ex certa scientia, & cum causæ cognitione, siuè in forma specifica, non potest, nisi id habeat expressum in suis facultatibus, quod raro, vel nunquam conceditur. Primò, quia nomine visitationis continetur correctio; idcircò enim instituitur visitatio, vt corrigantur, quæ sunt corrigenda, *arg. cap. ea quæ v. & iam in spiritualibus, & v. si vero Abbates de stat. Monach.* Concil. Trid. *sess. 21. cap. 8. & sess. 24. cap. 3. de ref.* Decreta autem Concilij Prouincialis confirmata à summo Pontifice nulla indigent correctione, quia in fide, ac moribus errare non possunt, & contrarium existimare, est temerarium, erroneum, & hæresi proximum. Si enim Summus Pontifex errare non potest, certè neque Concilium, quamuis exiguum ab illo comprobatum, vt docet Bellarm. *lib. 2. cap. 5. n. 10. de auctor. Concilior.*

2 Deindè quia ex confirmatione Pontificis confertur rei confirmatæ ius perpetuum, & irreuocabile, *cap. 2.* ibique Innocent. Ost. & Io. Andr. cæterique *de confirmat. vtil. vel inutil. cap. super his de accus.* Glos. *in can. frater v. auctoritate 17. q. 4.* Vndè præter cæteros effectus huiusmodi confirmationis, quos annotat Glos. *in cap. cum accessissent, v. confirmatum de constit.* & fusiùs Abb. *in cap. si quis de confirm. vtil. vel inutil. n. 6. & 7.* hæc confirmatio ligat manus visitatoris etiam Iudicis, quominùs possit cognoscere de quæstione exorta super re confirmata sine mandato Papæ, vt *in d. cap. si quis in fine.*

3 Postremò, quia confirmatum à Summo Pontifice fit proprium ipsius, quando illud sibi assumit, & de ipso plenè informatus procedit cum plena informatione negotij, vt per Textum expressum *in cap. si Apostolica de Præbend. in 6.* Quando autem Pontifex confirmat decreta Concilij Prouincialis in forma specifica, procedit cum plena informatione negotij, atque adeò fiunt illa ipsius propria, & proindè non possunt Visitatores eorum auctoritati derogare sine expresso mandato Pontificis; sed ad summùm possunt, ac debent de ijs certiorem reddere vel Summum Pontificem, vel Sacram Congregationem super Episcopis, à qua cum approbatione Pontificis solent mitti eiusmodi visitatores.

4 Idque præcipuè si decreta confirmata à Pontifice, seclusa confirmatione, nullam haberent vim obligandi; sed ab ipsa confirmatione eam totaliter acciperent. Tunc enim huiusmodi decreta non subsistunt, nisi auctoritate confirmantis, ac proindè ab ipso censentur facta, suntque Pontificia; quod est iuxtà doctrinam Bartoli *in l. Omnes Populi q. 3. princ. quæst runc. 4. ff. de iust. & iur.* Felin. *in d. cap. cum accessissent n. 5. de constit.* Bellon. *cons. 57. n. 8.* Suarez *lib. 6. de legibus cap. 76. n. 16.* Granad. 1. 2. *contr. 7. p. 2. tr. 3. disp. vlt.* & aliorum. Immò Bald. *in l. ex placito C. de rer. permut.* vult, statuta confirmata à Pontifice dici Pontificia, si vnum tantùm statutum confirmet specificè.

CONSVLTATIO XL.

An Indulgentiæ omnes, etiam illa, quæ dicitur Portiunculæ, in quibus porriguntur manus adiutrices, sint reuocatæ?

1 VIdetur huiusmodi Indulgentias etiamnum valere, sicut primitùs valebant; quia Indulgentiæ istæ concessæ sunt perpetuis futuris temporibus, nec fuerunt ab vllo subsequente Pontifice hactenus reuocatæ, cum talis Bulla reuocatoria non existat. Atqui huiusmodi Indulgentiæ sunt perpetuæ, perpetuòque durant, & valent, vt cum communi docet Gobat. *de indulgent. tr. 4. p. 2. cap. 36. n. 643.*

2 Non obstat, quod Paulus V. reuocauit omnes Indulgentias Regularibus concessas; quia reuocauit omnes Indulgentias personales, non autem reales, & locales, quales sunt istæ. Non reuocari autem à Paulo V. Indulgentias Ecclesijs Regularibus concessas pro omnibus Christi fidelibus illas visitantibus, est communis opinio Doctorum, qui post dictum Pontificem scripsere, ac in specie docent Petr. ab Angelis, Nouarinus, Quintanaduegna, Rodriquez, Portellus, Peyrinus, qui testatur ita fuisse declaratum à Sacra Congregatione super Regularibus, Lezana, Diana, quos citat, & sequitur Murga *tom. 2. opin. canon. moral. tit. 3. q. 8. n. 15.* Gobat. *tr. 4. n. 546.* Bonagratia *v. Indulgentia n. 222.* & alij. Et certè aliàs reuocatæ essent etiam Indulgentiæ plenariæ omnibus Christi fidelibus concessæ visitantibus Ecclesias Regularium; quòd nemo hucusque affirmare ausus est, essetque contra communem praxim, ac sensum fidelium.

3 Minùs obstat Bulla B. Pij V. *Et si Dominici* data sub anno 1567. in qua reuocauit omnes Indulgentias quibusuis Hospitalibus, Monasterijs, Ecclesijs, Ordinibus, &c. concessas, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices; quia Beatus Pius V. in sua reuocatoria non dixit simpliciter, ac præcisè, reuocamus omnes Indulgentias, pro quibus porrigendæ sunt manus adiutrices, sed cum additione, & quæ quæstuandi habent facultatem, vbi particula, & accipitur copulatiuè, vti communiter accipi solet. Quæ autem dispositio copulatiua, vtriusque partis veritatem exigit, *l. si hæredi plures ff. de condit.*

4 Et quod præcipuum est, Indulgentiæ illæ, de quibus loquitur Constitutio Beati Pij V. non fuerunt reuocatæ propter porrectionem manus adiutricis, sed propter scandalosas quæstuationes, seù potiùs propter grauissimos excessus, & scandala ad longum ibidem à Pontifice enumerata, quæ in varijs Mundi partibus à Quæstoribus sub prætextu, ac nomine illarum Indulgentiarum fuerunt perpetrata, ad quæ proindè præscindenda; necessarium erat quæstuarias illas Indulgentias reuocare. Vide Concilium *Trid. sess. 21 cap. 9.* vbi ex professo has indulgentias quæstuarias abolet ob prauos eleemosynarum quæstorum abusus. Hæc autem omnia longissimè absunt ab Indulgentijs pro porrigentibus manus adiutrices.

5 At nihilominùs tenendum est tanquam certum, huiusmodi indulgentias esse reuocatas à Beato Pio V. constitutione sua 30. quæ incipit *Et si Dominici*, in qua Indulgentias omnes à Sede Apostolica concessas, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæstuandi facultatem, quomodolibet continent, generaliter, ac perpetuò reuocauit; quod intelligitur siue verba accipiantur coniunctim, siue separatiu, vt communiter ab omnibus accipiuntur, quod nimirùm reuocatæ sint tam Indulgentiæ concessæ, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, quàm illæ, quæ facultatem quæstuandi quomodolibet continent. Atque ita docent Franciscus Leo *in thes. for. Eccles. p. 3. cap. 2. n. 120.* P. Thesaur. *in prax. Eccles. v. Indulgentia 2.* Fagnan. *in cap. ne pro dilatione n. 29. de pœnit. & remiss.* & resoluit Nauar. *cons. 2. n. 7.* aliàs *cons. 17. n. 2. p. 2. eiusdem tit.* estque communis fidelium praxis, & sensus, qui post præfatam Constitutionem id semper, ac vbique seruarunt. Adeòque vt tantùm reuocatæ non sint Indulgentiæ concessæ, pro quibus consequendis debeat fieri aliqua eleemosyna pauperibus indeterminata. Nam & hoc iniungi solet in Bullis Iubilæi.

6 Nec solùm ratio præcipua reuocationis Beati Pij V. fuit quæstuatio scandalosa, sed illud etiam, quod asseritur in dicta eius Constitutione, ac refertur à Bzouio in illius vita ad annum Christi 1567. §. 21. *n. 2.* hoc est ne cuiusuis Indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu Christifideles ad illicita procliuiores in posterum committenda redderentur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribueret incentiuum, & exindè clauium auctoritas deduceretur in contemptum, & Christifideles quamplurimum scandalizarentur, omnes Indulgentias, pro quibus consequendis manus essent porrigendæ adiutrices, &

quæ

quæ facultatem quæstuandi quomodolibet continerent, reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit 6. Idus Februarij.

7 Accesserunt etiam abusus, qui in his irrepserunt, & quorum occasione Indulgentiarum nomen ab Hæreticis blasphemabatur, quos emendatos, & correctos voluit B. Pius illa sua Constitutione generali; qui sanè abusus non solùm in pranis quæstibus, sed etiam in porrigentibus manus adiutrices damnabat Remnitius, qui aiebat, satisfactionem ex Thesauro Ecclesiæ per Indulgentias, applicari illis, qui eas vel pecunia, vel alijs operibus redimunt, atque hanc esse dicebat Catholicorum doctrinam, vt legitur apud Bellarm. *de indulgent. lib. 2. cap. 9. §. 4.* Nec aliquid noui adderet in dicta sua Constitutione Beatus Pius, si de quæstoribus tantùm illam sanxisset, cùm iam illis abrogauerat antea Concilium Trid. *sess. 21. cap. 9. & sess. 25. in decr. de Indulg.* de quo nulla fit mentio in Constitutione Piana.

CONSVLTATIO XCI.

An bona donata pro erigendo Monasterio Monialium, Hospitali, vel Societate Ecclesiastica, & huiusmodi alijs, sint immunia à vectigalibus, alijsque oneribus laicalibus?

1 AFfirmo. Eo enim ipso, quod bona tam mobilia, quàm immobilia à fundatoribus, vel alijs fidelibus ad Dei honorem oblata, donata, vel legata sunt, vt à Prælatis Ecclesiarum ad pauperum sustentationem, Templorum, vel Monasteriorum fabricam, & similia conuertantur, redduntur immunia ab omni vectigali, collecta, tributo, vt habetur *ex cap. non minus de immun. Eccles.* ibi: *De bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis, ac generatim ex cap. aduersus eodem tit. cap. 1. & Clem. 1. eodem cap. 1. de censib. & cap. quanquam eodem in 6. & Constit. Item nulla*, quæ est Friderici Imper. posita post *l. 2. C. de Episc. & Cler.*

2 Ratio autem est; quia hæc bona fidelium voluntate ad Dei cultum specialiter destinata, & oblata sunt, vt nonnisi in pios vsus conuertantur, ac proindè omnes exactiones, quibus à secularibus illa grauantur, cedunt in Diuini cultus diminutionem, iniuriam, atque irreuerentiam Dei, cum talia bona, tanquam patrimonium Dei, & Christi existant; vndè res Dominicæ appellantur *in can. 40.* Apostolorum. Atque adeò exemptio hæc est de iure Diuino, quia Deum ab exactione Regum terrenorum liberum esse, necesse est.

3 Non obstat, si dicatur cum Nauar. *in apolog. de reddit. Eccles.* bona ista Ecclesiastica, saltem priusquam Ecclesiæ ministris, vel pauperibus, vel Monasterijs, Hospitalibus, &c. particulatim applicentur, non esse sub humano dominio, sed illorum solam administrationem Prælatis Ecclesiasticis competere.

4 Nam subsunt humano dominio Ecclesiæ particularis illius Diœcesis, in qua existunt, aut vniuersalis, cum annexo tamen onere, seu obligatione, vt in pios vsus, constructionem Monasteriorum, Hospitalium, &c. conuertantur. Propter hanc enim solam ipsorum habitudinem negari etiam non potest, ipsa aliquo modo sacra esse, ac peculiari ratione ad Deum pertinere, vt tradunt communiter Doctores *in tract. de Relig.* & in specie Io. Faber. *tit. de instit. de rer. diu. §. nullus*, Suar. *videndus lib. 4. defens. fid. cath. cap. 17. n. 8. ac 9.* D. Thom. *2. 2. q. 99. ar. 3.* S. Ambros. *ep. 33. ad Marcell.* quæ refertur *in can. Conuenior q. 8.* & colligitur *ex cap. 27. leuit. v. 14. Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domino & v. 28. quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino, & ex can. 3. 12. q. 2.* ibi: *Nulli liceat ignorare omne, quod Domino consecratur siue homo, siue animal, siue ager, &c. Sanctum Sanctorum Domino erit, & ad ius pertinebit Sacerdotum.* Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui Domino, & Ecclesiæ, cui competunt, aufert, vastat, inuadit, vel eripit, & vsque ad emendationem, Ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus iudicatur.

5 Ea quidem ratione, quia hoc ipso, quod bona ista sunt

sacra, & Ecclesiastica, vtpote à fidelibus ad Dei Cultum, atque ob supernaturalem finem in manibus Ecclesiasticorum Prælatorum oblata, necessariò fit, quod istorum administratio, dispositio, & applicatio quæcumque ad eosdem Ecclesiæ Prælatos, & non ad seculares potestates pertineat; quia bona ista ex prima sui institutione, atque offerentium voluntate eam conditionem habent, vt quia ad Dei honorem oblata, ac destinata sunt, non in alium vsum, nisi pium conuertantur.

Atque ita etiam declarauit Sacra Congregatio Immunitatis in Tropiensi die 15. Ianuarij 1641. *lib. 3. decretorum Paulucy fol.* 138. his verbis: *Donatio bonorum pro erigendo Monasterio Monialium est immunis ab omni onere laicali.* 6

CONSVLTATIO XCII.

An electio Vicarij Capitularis sit valida, quando in concursu comparet aliquis idoneus, & de facto reijcitur a numero concurrentium, & eligendorum? vbi alia.

REspondeo negatiuè; quia quilibet idoneus de iure potest eligi, atque adeò non potest à concursu repelli. Rota *in recent. decis. 65. n. 6. & 7. p. 1.* Eademque ratione non potest Episcopus repellere concurrentem ad Parochialem, vt per Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. n. 100.* & Rota coram Eminentiss. Otthobono *decis. 37. n. 3. & 4.* Reiectio enim idonei vim habet voluntariæ coarctationis ad certum numerum eligendorum, quæ non permittitur electoribus in præiudicium aliorum, vt declarat Rota *d. decis. 37. n. 8. ac 9.* solùmque coarctationes permittuntur post factum scrutinium, dummodò omnes in eo fuerint admissi, & tanquam minùs idonei reiecti, at à scrutinio non debent repelli, & si quis repellatur, ex hoc ipso electio dicitur restricta, & coarctata, vt etiam tradit Lauor. *var. lucubr. tit. 4. cap. 21. n. 15.* Barbos. *vot. 33. n. 32. in fin. & 33. ac vot. 37. n. 66.* Rot. *d. decis. 65. n. 6. ac 7. p. 1. recent.* Rodriq. *to. 2. quæst. regul. 52. n. 10. & 11.* vbi refert se vidisse plures electiones ob id nullas declarari. 1

Idoneus autem est ille, qui est Doctor, & qui sæpiùs in Vicarium Capitularem fuit electus, vt proindè non esset super hoc iteranda inquisitio per Textum *in cap. accepimus de at. & qualit.* Peyr. *de subd. tom. 1. q. 1. cap. 31. n. 10.* Castellin. *de elect. cap. 13. n. 21.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 4. n. 84. ac seqq.* Rota in Pampilonen. Beneficij de Arcala 9. Decembris 1620. coram Remboldo, & in Melenitana Commendæ 17. Martij 1645. coram Bichin. 2

Essetque hæc electio non solùm irrita, sed etiam attentata, si ab huiusmodi declaratione electorum super inhabilitate appellatio interponeretur, qua discussione pendente, non poterit fieri electio per Textum *in cap. si postquam de elect. in 6.* Barbos. *vot. 35. n. 71. & 72. cum seqq.* & dixit Rota coram Eminentiss. Otthobono *decis. 29. n. 55. & decis. 37. n. 30.* & in Meleuitana Marescellatus 26. Maij 1642. coram Dunozettu. 3

Neque discutiendum est, an appellatio fuerit iudicialis, vel extraiudicialis, & si enim electio ex sua primæua natura sit actus extraiudicialis, fit tamen iudicialis ex concursu, & contradictione oppositorum, vt in specie declarat Barbos. *d. vot. 35. n. 8.* Postquam enim grauamen comprobatur ex causa appellationis, electio interim facta, semper est attentata, quamuis appellatio fuerit extraiudicialis, vt per Rotam apud Burattum *decis. 77. n. 4. & 5.* & coram Eminentiss. Otthobono *d. decis. 29. n. 56.* 4

Idque maximè si quis prima vice electus post declaratam nullitatem primæ electionis intersit nouæ electioni, & suffragium det vnà cum alijs. Sic namque fatetur, & admittit nullitatem, sine qua non potest electio iterari; quare non poterit illam impugnare, per Text. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina §. non igitur de caus. possess. & propriet.* Qui enim alium admittit ad scrutinia Capitularia, fatetur illũ idoneum ad eligendum, adeò ut pro ea vice nõ possit electionem impugnare, Gutier. *cons. 3. n. 1.* Rota coram Eminẽtiss. Otthob. *decis. 164. n. 15.* Etiamsi protestaretur, quod per nouam electionem non censeatur iuri suo præiudicatum, quia tanquam protestatio contraria factu, nihil 5

operatur iuxta doctrinam Bart. *in l. non solum n. 17. ff. de non oper. nunc.* & Seraph. *decis. 754. n. 2. & 5.*

6 Quod eò faciliùs admittendum videtur, si vigore resolutionum Sac. Congreg. super Episc. & Regular. Capitulum alium elegit, in quo casu, data etiam validitate primæ electionis, præuia tamen reuocatione, potuerit Capitulum deuenire ad alterius deputationem, vt per Garz. *de benef. p. 5. c. 7. n. 23.* quod absque difficultate procedit ex causa beneuisa eidem Sacræ Congregationi, vt per Ricc. *in Collect. dec. p. 5. dec. 7.* ac relatis pluribus declarationibus tradit Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 42. n. 47. & decis. apost. collect. 125. n. 9.* Quare mediante hac noua electione est ius quæsitum nouiter electo, cui sine causa non videtur posse derogari, tam ex capite Iustitiæ, quàm æquitatis.

7 Porrò Sacrum Concilium Trident. *sess. 24. cap. 16. de ref.* omninò iubet eligi intra octo dies Doctorem, & eius Sacra Congregatio sub die 14. Februarij 1549. respondit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessariò vnum ex illis in vicarium esse eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui, ceù refert Garz. *in addit. ad 5. p. de benef. cap. 7. n. 12.* & comprobat Barbosa referens aliam declarationem sub die 19. Septembris 1630. *in collect. ad Concil. d. cap. 16. n. 27. & seq.*

8 Ex quo sequitur, quod restrictio ad certum genus personarum, nempè ad habentes certam qualitatem, non potest dici prohibita, dum est præcisè iniuncta à Sacro Concilio, & approbata per Sacros Canones, vt communiter tradunt Doctores, nominatim Panorm. *in cap. Abbate n. 4. de verb. signific.* his verbis: *Tunc ergo tollitur libertas, cum præcisè compelluntur eligere vnum, & tunc diceretur electionem esse nullam, secus si compelluntur eligere vnum de certo genere personarum; nam tunc non tollitur libertas*, Nauar. *cons. 7. n. 1. de constit.* Rodriq. *in sum. tom. 2. q. 51. art. 11.* Mirand. *in man. Præl. q. 23. art. 22. concl. 2. tom. 2.* Lauor. *var. lucubr. tit. 4. cap. 21. n. 14.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 233.* Pelliz. *in man. Reg. tom. 2. tr. 9. cap. 2. n. 34.* Castellin. *de elect. cap. 3. n. 9. ac plenè* Pasqualig. *q. moral. centur. 2. q. 125. n. 3. ac 4.*

9 Vndè non obstaret, quod aliquis non Doctor fuerit aliquando electus in vicarium, atque adeò quod debeat iterum eligi. Potuerit namque dari casus, quod tunc in Capitulo non extarent Doctores, in vniuersitate publica laureati, in quo casu potest eligi etiam non Doctor, vt satis clarè desumitur ex ipso Sacro Concilio illis verbis, *vel aliàs quantum fieri poterit idoneus*, & probant Doctores relati à Barbosa *loco citato n. 31.* At vbi adsunt in concursu Doctores, nullatenus est considerandum, quod quis alias fuerit electus citrà violationem manifestam decreti Sacri Concilij Tridentini; quare quod ne confirmari quidem possit Vicarius Episcopi defuncti actu existens, nisi sit doctor, tradit Barbosa eo loco *n. 26. in fine.*

10 Idque præcipuè, si in patentibus literis Vicarij prius electi contineatur, vt sæpiùs fieri solet, quod procedere non possit contra Capitulares, nisi cum interuentu duorum Canonicorum, quo in casu electio irrita est. Tum quia debet esse libera, vt rescripsit Sacra Congregatio Concilij Capitulo Caietano sub die 28. Octobris 1587. referente Barbosa *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 32. n. 45. & seq.* Tum quia non potest continere hanc conditionem illicitam, cùm Vicarius Capitularis non solùm procedere possit contra Canonicos, vti singulos, sed etiam illos excommunicare sine adiunctis, vt per Nauar. *cons. 7. n. 3. de offic. ordin. in antiq.* Quarant. *in sum. Bullar. v. Capitulum sede vacante §. vlterius*; maximè quando Episcopus sine ipsis procedebat, vt per Garz. *loc. alleg. cap. 7. n. 13.* vbi refert resolutionem Sacræ Congregationis Concilij, Pax. Iord. *elucubr. diu. tom. 2. lib. 12. tit. 2. n. 4.*

11 Hinc sæpè à dicta Sacra Congregatione decretum est, electionem huiusmodi fuisse nullam, ac proindè ad ipsam Sacram Congregationem deuolutam, quæ ibidem ex benignitate intra octo dies faciendam Capitulo remisit, dummodò eligatur alius; quod facere potest etiam ad instantiam exclusi de facto à scrutinio, non obstante propria idoneitate, prout in specie firmat Rodriq. *tom. 2. q. 51. art. 11.* alias 12. Peyr. *de subd. tom. 1. q. 1. cap. 31. §. 10.* Mirand. *in man. tom. 2. q. 23. ar. 22. concl. 3.* ac etiam vti vouis de Capitulo iuxta Textum *in cap. bonæ memoriæ de elect. in 6.* vbi Abb. *n. 1.* cuius declarationis vigore cum validè deueniatur ad nouam electionem, non potest prius electus illam impugnare prætextu, quod non potuerit priuari voce passiua, quia cum Sacra Congregatio in noua electione non teneatur requirere consensum Capituli, stante dicta deuolutione, Abb. *in cap. ne pro defectu n. 6. de elect.* Eò magis potest ex causis sibi notis excludere prius electum, cum etiam possit quemcunque sibi beneuisum deputare.

CONSVLTATIO XCIII.

An Vicarius Capitularis ita dicatur excessisse in suo officio, vt iterum eligi non possit, si fuerit maculatus, & vti reus criminum delatus? si Regularem in carceres intruserit absque sufficienti causa? Si concurrant plures reclamationes? Si luserit ludo alearum, vel taxillorum publicè? Vbi de ludo alearum plura, de Clericis aleatoribus, & in eos pœnis?

1 Respondeo affirmatiuè. Porrò ille dicitur maculatus, qui de crimine aliquo delatus est, vt per Doctores ad Textum *in l. His verbis 48. §. Interdum*, ibique Glossa *v. accusatum ff. de hæred. instit. §. Est tamen casus, vers. seruum*, vbi Glos. *v. maculatum, idest accusatum Instit. eod. tit.* ac refertur *lib. Sap.* de Iosepho maculauerunt me impij, & alibi Diuina Scriptura mendaces ostendit, qui maculauerunt eum, idest, accusauerunt eum traditque Alberic. *in dict. lit. M. v. macula §. maculatum.*

2 Vndè, etsi accusatum rectè dicimus maculatum, & infamia facti affectum, iuridicè loquendo cum Glossa *in cap. fin. de restit.* quæ nihil aliud est, nisi opinio apud aliquos graues, ac bonos viros de aliquo delato crimine, Glos. *in cap. Infames, v. infamia 3. q. 7.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 11. cap. 18. n. 5.* Antonel. *de regimin. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 6. n. 7.*

3 Neque à macula contracta ex huiusmodi infamia facti quis videtur purgatus per sententiam liberatoriam, in qua continetur clausula ex hactenus deductis, per quam dicitur tantùm absolutus ab obseruatione iudicij, non autem ex capite innocentiæ, Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 2. n. 8.* Scacc. *de sent. & re iudic. q. 3. n. 164. & seqq.* Farinac. *de inquisit. q. 4. n. 24.* & sic non præcluditur via fisco deducendi noua indicia, & prosequendi processum, vt per eumdem Farinac. *loc. cit. n. 27.* Quare non videtur macula purgatus; quia in iure verbum *purgare* comprobari non potest, nisi in eo, qui suam ostendit innocentiam, Vlpian. *in l. Is, qui reus, ff. de publ. iudit.* vbi sic respondit: *Constitutionibus enim obseruatur, vt non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur*, *l. Reum criminis, C. de procurat.* vbi constitutum defensorem causæ, suscipere non posse, antequam purget innocentiam suam, Glos. 1. ibi: *accusatione, scilicet proposita* Clausula autem, *ex hactenus deductis*, excludit innocentiam secundùm Farinacium, vbi supra *n. 24. & 28.* & accusatus potest iterum vexari. Non enim talis sententia nomen sententiæ meretur iuxta veram iuris explicationem ex ratione Textus *in cap. Romana §. Caueant de sent. excomm. in 6.* quam ponderant Innoc. *in cap. præterea de appell.* Archid. *in cap. Vt animarum de constit. in 6.* Bald. *in l. Aretusa ff. de stat. homin.* quos sequitur Alber. *in dict. lit. 5. v. sententia §. sententia debet, vers. Item illa non dicitur sententia, quæ finem causæ non imponit.* Et aliter semper remanet infamia facti, quæ sola sufficit ad exclusionem, Abb. *in cap. super eo de elect.* & solam suspicionem, seu diffamationem sufficere, quando agitur de prælatione obtinenda, dicit Accoramb. *dec. 47. lib. 2. Rota in Beneuentana Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano*, traditque Castel. *de elect. cap. 4. n. 63.* & hæc infamia non purgatur per pœnitentiam, neque per rescriptum Principis, cùm constet in facto, sed solùm per actos con-

contrarios, Abb. *in cap. cum te n. 9. de re iudic. & in cap. 5. de elect. n. 8.*

4 Hoc autem solum caput sufficiens crederem ad excludendum aliquem ab ambitu per Text. *in l. vnica C. ad leg. Iul. de ambit.* vel eum consideremos, vt criminosum, cùm sufficiat, quod vnico crimine fuerit notatus ex ratione Textus *in cap. Testimonium de test.* Campanil. *loc. alleg. rubr. 11. cap. 33. n. 28.* eòque magis si pluribus criminibus notatus ostenditur, ideòque inhabilis, *cap. Meminibus de accus.* Campanil. *d. cap. 33. n. 1.* Castellin. *de elect. can. cap. 4. n. 45.* Antonel. *d. cap. 6. n. 1.* Vel vbi notatum saltem sola infamia facti, Campanil. *d. rubr. 11. cap. 18. n. 2.* Castellin. vbi supra *cap. 11. n. 38.* Peytin. *de regular. tom. 2. q. 2. cap. 5. §. 4. n. 54. & seq.* Inter autem alia crimina ludus alearum, & taxillorum secum trahit saltem infamiam facti secundùm Barbosam *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 43. n. 11.*

5 Ratio autem est, quia ad regimen Populi præcipuè in ijs, quibus spiritualia sunt annexa, & agitur de gubernio animarum, vir probus eligendus est iuxta Sacros Canones, & D. Thomam 2. 2. *q. 185. art. 3.* quæ qualitas probitatis à Canonibus requisita multa expostulat ad hoc, vt possit comprobari secundùm Ost. *in sum. §. si quis dicatur*, carere debet omni suspicione mali, licèt qualitas hæc requisita à lege esset probanda, Surd. *decis. 56. n. 2.* cùm non sufficiat sula iuris præsumptio, tamen sufficeret, ne illa boni præsumptio esset elisa ex contrarijs præsumptionibus, *vulg. l. Diuus ff. de rest. in integr.* Quare non est redintegrandus ad statum, nisi prius laudabiliter viuat, saltem per triennium, vt notata aboleantur.

6 Porrò non leuis momenti est ad totaliter quempiam reddendum inhabilem ad monus Vicariatus imputatio excessus commissi in Regularem, excedendo terminos suæ iurisdictionis; nam ex dispositione Sac. Concilij Tridentini *sess. 25. de Regul. cap. 14.* interdictum est omnibus Ordinarijs Regolares in carceres conijcere, ac punire, sed tantùm debent terminum superioribus Religionis statuere ad corrigendum eorum subditos notoriè delinquentes cum scandalo Populi, vt latè per Rodriq. *quæst. regul. tom. 2. q. 63. ar. 2.* Præcipuè si excesserit in retinendo eum in carceribus publicis, & non remittẽdo ad suos Iudices contra Textum *in l. 1. & l. De his, C. de custod. reor.* Maximè pro causa colorata ingressus in domum mulieris; quod per se non est reprehensibile, etiamsi concurrat fama, & mulier esset formosa, Matthesil. *sing. 119. n. 1.* Farinac. *cons. 78. n. 17. & cons. 8. n. 10.* Ideòque peccauit contra Iustitiam, vt imprudens, atque inconsultus, iuxta ea, quæ ponderat Alciat. *reg. 3. præsumpt. 9. n. 14.* & Bertazzol. *cons. 51. n. 27.* vndè siue per malitiam, siue per imperitiam id commiserit, non solùm non est promouendus, ac eligendus, sed electus remouendus, Doctores cum Glossa *in cap. 1. v. insufficientem de renunc. in 6. & l. vt gradatim §. reprobari, ff. de mun. & honor.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 19. n. 5.* Quin etiam dicendum videtur, si quis id commiserit contra Canones de vita, & honestate Clericorum, & ne Clerici, vel Monachi, ac de excessibus Prælatorum, irregularitati obnoxium esse, Specul. *in prax. lib. 1. p. 1. tit. de dispensat. rubr. quid sit irregularitas, §. Iuxta propositionis ordinem num. 1.*

7 Maximè autem si concurrerint quamplures Populi reclamationes, quæ faciunt probationis gradum ex relatis à Farinac. *de indic. & tort. q. 52. n. 157.* & ludus alearum, & taxillorum in locis publicis. Eiusmodi enim electioni resistunt Sacri Canones, eam irritando, *cap. inter dilectos de exces. Prælatorum cap. Clerici de vit. & honest. Cler.* Barbos. *cit. p. 2. alleg. 43. n. 12.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disput. 5. q. 21. n. 48.* Peytin. *tom. 2. de Præl. q. 2. cap. 2. §. 5. n. 94. & seqq. & cap. 1. §. 5. n. 69.* vbi adducit plures Sanctorum Patrum auctoritates. Cum lusores ex consuetudine sint infames.

8 Ac præcipuè, si concitatur in Iudicium, & accusatorum factiones, quæ solùm sufficiunt ad eum excludendum, Rot. *in leodien. præpositura 19.* Ianuarij 1650. coram Eminentissimo Otthobono, Abb. *in cap. 1. n. 6. ac seqq. de elect.* Sigism. de Bonon. *de elect. dub. 45. n. 7. & 8.* & Rota coram Seraph. *dec. 516. n. 4.* Neque remanet purgatus ex fidibus extraiudicialibus, quasi ex illis insurgat bona fama in genere, namque non data contraria fama mala non soluunt indicia specialia, vt per Farinac. *de inquis. q. 11. n. 77.* vbi testatur de communi consuetudine; & conuincuntur à contrarijs fidibus à dignioribus, & magis edoctis subscriptis, quibus credendum est, *cap. in nostra 32. de test.* Farinac. *de test. q. 65. p. 3. n. 114.* Rot. *decis. 294. n. 16. p. 5. rec.* quæ in concursu vult maiorem fidem præstari vnico testi informato, quàm numero maioribus.

Porrò ludus aleæ, seo fortunæ propter mala, quæ 9
indè nascuntur, damnatus est tam de iure ciuili, quàm Canonico, *can. Episcopus 35. d. l. alearum C. de Relig. & sumpt. fun. & aleat.* Hinc Plato rectè videtur annotasse *in Phedro*, aleam, & reliquas perniciosas artes à Dæmone, quem nominat *Theuth*, inuentas esse, & ad Thamum Ægypti Regem delatas. Rationes aliquot luculentas prohibitionis aleæ Ioannes Salesbericensis adfert in suo *Polycratico de nugis Curialium lib. 1. cap. 5.* In Constantinopolitana Synodo sexta, quæ quintam explicat vnde dicta *quini sexta*, sic scriptum *in can. 50. Nullum omninò siue Clericum, siue laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere oportet; qui secus fecerit, excommunicetur.* Prohibet Iustinianus *const. nouel. 123.* Vnde *auth. Interdicimus de Episc. & Cler. Episcopis, Presbyteris, Diaconis, lectoribus, & alijs Ecclesiasticis personis, ne ad tabulas ludant, aut talis ludo ludentibus se associent, aut spectatores sint, aut ad quodcumque spectaculum, seu theatrum spectandi gratia veniant.* Itaque est crimen mixti fori, vt per Menoch. *de arb. cas. 399. n. 5.* Salzed. ad Diaz *in pr. cap. 73.* Sed specialiter, ac multò magis est Clericis interdictus, *vt d. can. Episcopus, & cap. Clerici 15. de vit. & honest. Cleric. & cap. Inter dilectos de exces. Prælatorum.* Et quamuis hodie laici aleis ludentes etiam frequenter, per se loquendo, seu ex hoc solo non censeantur peccare mortaliter, quia leges pœnales contrariæ quoad eos censeantur consuetudine contraria derogatæ, Naoar. *cap. 20. num. 11.* Medina, Soto, Alcozer, Castro, quos allegat, & sequitur Sanch. *opusc. lib. 8. dub. 25. n. 5.* tamen Clerici in Sacris, vel beneficiati, multòque magis omnes Religiosi, & Episcopi ludentes ludo prohibito peccant mortaliter, si id faciant frequenter, seo ex consuetudine, *vt d. can. Episcopus*, ibique Gloss. *v. deseruiens*, quam ibi sequuntur Hugo, & Turrecremat. ac Præpos. *n. 6.* Boich. *in cap. Clerici 15. n. 6. de vit. & honest. Cleric.* Cost. *in tr. de ludo v. 14. & seq.* cum alijs per Farinac. *q. 109. n. 98.* traditque Nauar. *cit. n. 9.* Alcozer, Caietanus, Angelus, & Palatius, quos sequitur Sanch. *loc. cit. dub. 28. n. 7.* Tum quia pœnæ impositæ à Sacris Canonibus contra lusores sunt graues. Tum etiam qoia non continent consilium, sed præceptum, vt contra Innocentium scribunt omnes *in cap. Clerici 15. de vit. & honest. Cleric.* cum alijs per Farinac. *quæst. 109. num. 92.* Quod multò magis procedit, vbi ludus esset vetitus sub excommunicatione per Constitutiones synodales, vt scribit Axor. *inst. moral. lib. 5. cap. 27. q. 2.* & tum quia licèt consuetudo secundùm se non faciat de veniali mortale, nec mutet materiam actus prohibiti, secùs tamen, quando in specie sub graui pœna prohibetur ipsa consuetudo, vt per Sanchez ibidem; neque excusantur ratione consuetudinis loci, qoia est corruptela, *d. cap. Inter dilectos de exces. Prælat.*

Et quamuis in hac materia nomine Clericorum 10
venire tantùm Clericos beneficiatos, & in sacris constitutos scribant Lopez *instr. p. 2. c. 31.* Nouar. *in sum. c. 20. n. 9. & 10.* Sanch. *cons. mor. lib. 8. dub. 28. n. 8.* Azor. *p. 3. lib. 5. c. 27. q. 2. in fin.* Venire tamen omnes etiam in minoribus constitutos, tradit Alcozer. *de ludo cap. 11.* quæ opinio verior videtur. Primò ex *d. can. 1. d. 35.* vbi licèt maior imponatur pœna Episcopo, Sacerdoti, & Diacono, quàm alijs, nihilominùs omnes puniuntur. Secundò qoia quamuis in Clericis constitutis in sacris, & beneficiatis lusus habeat maiorem deformitatem, quàm in Clericis simplicibus, tamen semper verum

est, quoscumque Clericos obligari ad Clericalem honestatem *tot. tit. de vit. & honest. Cleric.* & ideircò dispositio loquens de re concernente honestatem Clericalem, complectitur omnes Clericos; quod procedit etiamsi ludentes inspiciant *l. fin. C. de relig. & sumpt. fun.* Nauar. *loc. cit. n.* 14. Lopez *in instr. p.* 2. *cap.* 31. post Gloss. *in §. Interdicimus, auth. de Sanctis Episcop.* Quod quidem intelligunt Salic. & Angel. *in v. ludus*, dummodò sine causa ludi, vel delectantur in ludo mortali, vel omittunt corrigere, quando tenentur, & idem probat Sanchez *ibidem dub.* 29. *n.* 2.

11 Ex *d. l. alearum C. de relig.* statutum est, vt ludo alearum vincenti petitio, seu actio in iudicio denegetur, & qui victus soluit, repetere possit, conditione ex data lege, vt notat ibi Albericus, & alij, & huius causæ Episcopus est Iudex competens, etiam inter laicos, qui potest ad executionem inuocare brachium seculare, vt dicitur in eo Textu, & notat Albericus ibidem, vndè Gloss. *fin. in l. fin. ff. de alea lusu aut*, quod vincens in ludo prohibito tenetur lucrum victo restituere, & de communi testatur Caccial. *tract. de ludo n.* 40. Alij dicunt tutiùs Pauperibus restituere, vt de communi testatur Rochus apud Clarum §. *Ludus vers. Item vincens*, Tamen quoad laicos consuetudo contrarium obtinuit, vt non detur repetitio, neque teneatur vincens ad restitutionem, vt de communi Theologorum, & legistarum testatur Clarus *ibidem*,

12 An autem saltem laicus victus possit in conscientia retinere, quod promisit, & an victori agenti in Iudicio sit deneganda audientia? Respondetur primò, denegandam esse petitionem in iudicio vincenti actori, licèt non detur victo repetitio soluti; quia licèt in foro externo toleretur in laicis ludus alearum, non tamen expressè fouendus est, ex *d. l. alearum*. Respondetur secundò, magis probabile esse, quod victus prædicto alearum ludo in summa graui, seù extra causam honestæ recreationis teneatur in conscientia soluere victori, quod promisit, quamuis etiam contraria sententia sit probabilis, & Doctores pro vtraque parte habes apud Filiuc. *tr.* 37. *n.* 72. & apud Dianam *p.* 1. *tr.* 3. *miscell. resol.* 8. si autem agatur de ludo inter Clericos, respondendum est, non teneri Clericum victum ad soluendum, & si soluerit, dandam repetitionem, & victori denegādam actionem, vt per Sanch. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 3. *n.* 8. vbi testatur de communi cum Couarruuia, & alijs, Sed victus potest tuta conscientia retinere, quod vicit, etiamsi illa pecunia esset ex fructibus beneficij Ecclesiastici, donec per sententiam fuerit restituere condemnatus secundùm probabiliorem sententiā recentiorum, quam tenent Less. *lib.* 2. *de iust. & iur. cap.* 4. *n.* 43. Sanch *opusc. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 38. *n.* 14. cum multis Doctoribus, licèt communis sententia antiquorum teneat, quod si de redditibus beneficiorum Clericus ludo exposuit, teneatur victor restituere, & tenet Nauar. *cap.* 20. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. d. cas.* 399. *n.* 4. & etiam hodiè probabiliorem ait Laym. *lib.* 4. *tr. de benef. cap.* 3. §. *ad alteram*. De Religiosis autem est certum, quod sit restituendum Monasterio ipsorum, quidquid extrà causam honestæ recreationis cum licentia superiorum in ludo amiserunt, Quod procedit etiam de Religiosis militaribus Sancti Ioannis, Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8. *cap.* 16. *n.* 25. Sanch. *in Decal. lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 38. Beja *resp. p.* 4. *cas.* 31. & probabiliorem fatetur Diana *d. p.* 1. *tr.* 3. *Miscel. resol.* 54. & in praxi tenendam per ea, quæ habet Rota apud Buratt. *decis.* 2. *n.* 11.

13 Aleatorum verò susceptores, idest, qui, vt dicitur *in l.* 1. *ff. de alea lusu, & aleat.* receptant collusores alearum, paratum locum commodare soliti omnibus ludere aleis volentibus, sunt in statu reprobo, quia semper peccant mortaliter, cum sint causa proxima fraudum, rixarum, & blasphemiarum, vt patet ex *d. l.* 1. *& l. alearum C. de relig. & sumpt. fun.* & tenentur in conscientia in subsidium, restituere, quidquid collusores ibi, seù in ipsorum statione damni passi fuerint, siuè ex rixa, siuè ex fraude, aut aliter per iniustitiam, vt per Sanch. *loc. cit. dub.* 21. *n.* 1. *&* 5. cum alijs Doctoribus; & quamuis pro foro externo reprobatum sit exercitium susceptorum, quando publicè suscipiunt, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 399. *n.* 18. & propter aliquod emolumentum receptant, saltem accipiendo mercedem pro aleis, vel pro candelis, siue luminibus, vt per Ioannem de Aret. *in d. l.* 1. Par. de Put. *tr. de ludo n.* 46. Tamen pro foro conscientiæ, & Canonico non sunt hæc necessaria, vt teneantur, & arbitrariè puniantur, si tamen frequenter suscipiunt; vndè licèt ad hoc, vt prohibitum sit, ludum domi retinere, requiratur lucri, & emolumenti causa, vt innuere videtur Glossa *in d. l.* 1. *in princ. ff. de alea lusu, & aleat*, ibique Alber. *n.* 1. Salic. *in l. fin. n.* 2. *C. de relig. & sumpt. funer.* Capr. *concl.* 86. *n.* 69. Conrad. *in pract. rubr. de lusor. n.* 5. Contrarium tamen, quod scilicet retinētes ludum prohibitum domi, siue causa lucri, siue gratis puniantur, tenet Aretinus, Paris de Puteo locis allegatis, & Caccialup. *de lud. n.* 66. quæ sententia videtur verior; quia cùm vtroque casu vigeat odium lucri prohibiti, eadem debet esse iuris dispositio *l. Illud ff. ad leg. Aquil.* Domus autem pro habitatione, ac domicilio, in quo ludus habetur, intelligitur, *d. l.* 1. *§. Domum ff. eodem*, prout etiam *in l. qui domum, & l. nec in ea §. sed Domus ff. ad leg. Iul. de adult. & l. Cornelia §. Domum, ff. de iniur.*

Sanè domum sceleri præbere detestabile semper 14
fuisse, docet, *d. l. qui domum, ff. ad leg. Iul. de adult.* siue Domus sit in villa, siue in agro, vel rure, *d. l. Lex Cornelia, §. Domum ff. de iniur.* & siue fiat amicitiæ causa, siue alia ratione, *l. & si amicis ff. ad leg. Iul. de adult.* Atque adeò iure punitur, veluti qui causa facinoris est, *d. l. & si amicis*, vbi notatur, & *d. l.* 1. *§. domum ff. de alea lusu, & aleat.*

Prima autem pœna tenentis ludum domi est, quod si 15
quis eum verberauerit, vel damnum dederit, non poterit contra iniuriantem, vel damnum dantem agere, quia in odium ludi iudicium ipsi non redditur *d. l.* 1. *in princ. ff. eodem* Par. de Put. *in tr. de lud. n.* 46. *Caccialup. eod. tr. n.* 65. Corset. *singul.* 114. *v. furtum* Menoch. *de arb. d. cas.* 399. *num.* 23.

Quod procedit primò non solùm vbi verbera, & da- 16
mnum sunt illata in ipso ludo, sed etiam vbicumque, & quandocumque, occasione tamen ludi, *d. l.* 1. *§. Item notandum*, vbi glos. *v. vbicumque, & quandocumque*, ibique Odofred. *in princ.* Florian. *n.* 7. Salic. *in l. fin. sub n.* 2. *C. de relig. & sumpt. fun.* Io. Andr. *in cap. Clerici sub n.* 13. *de vit. & honest. Cler.* vbi & Card. *sub n.* 15. Imol. *n.* 16. Arcbid. & Præpos. *in can.* 1. *d.* 35. ille sub *n.* 3. hic sub *n.* 4. *in fin.* Par. de Put. *loc. cit. n.* 1. *in fin. & n.* 46. vbi testatur, ita in facti contingentia iudicasse Neapolis, quos atque alios refert, ac sequitur Menoch. *cas.* 400. *n.* 16. & Grammat. *dec.* 40. *n.* 5.

Procedit secundò non solùm quoad pœnam crimina- 17
lem, sed etiam quoad ciuilem, ne sit locus rei vindicationi, Cœpol. *cons.* 55. Menoch. *d. cas.* 399. *n.* 23. *& seq.* At contrarium, quod iudicium non reddatur respectu pœnæ criminalis, sed possit agi rei vindicatione, tenet Paris de Put. *d. n.* 46. ductus ex Textu *in d. l.* 1. *§. si rapinam*, qui tamen apertè loquitur inter collusores, à quibus ad ludi susceptorem non inferri, docet idem Textus *in d. §. si rapinam*, quare veram puto opinionem Cœpollæ, quæ probatur *in d. l.* 1. vbi reprobans opinionem Pomponij, intelligit edictum Prætoris, non solùm quoad actionem pœnalem, sed etiam quoad vindicationem, & conditionem. An autem Iudex pro hac iniuria illata susceptori ludi possit agere ex officio, consulendus est Soccin. *in cap. Inter dilectos num.* 79. *de excess. Præl.*

Procedit tertiò, siue inferens iniuriam, aut damnum, 18
sit vnus ex lusoribus, siuè non, *d. l.* 1. *§. Item notandum ff. de alea lusu*, & aleat, ibique Alber. *n.* 3. Soccin. *in d. cap. Inter dilectos n.* 72. *ad fin.* Caccialup. *de ludo n.* 65. & Farinac. *q.* 109. *n.* 145.

Hæc tamen limitatur, vt procedant in verberibus, & 19
damno illatis, secùs in offensa grauiori; quia impunitas data *in d. l.* 1. pro verberibus, & damno illatis, non extenditur ad offensam grauiorem, Soccin. *in d. cap. Inter dilectos n.* 77. quem sequuntur Vitalin. *in tr. de ludo* Azard. *n.* 7. *in fin.* Par. de Put. *eodem tit. n.* 46. Caccialup. *n.* 70. Menoch. *cas.* 400. *num.* 17. & Farinac. *loc. alleg. num.* 168.

Secunda pœna est, quod si ipse ludi susceptor aliquem 20
verberaret, punitur pœna arbitraria, Caccialup. *vbi supra n.* 70. Menoch. *d. cas.* 400. *n.* 17. Quod intelligen-

dum

dum est, dummodò receptator non verberet, verbera à se repellendo; quia cum hoc liceat ex dispositione iuris naturalis, *l. vt vim ff. de iust. & iur.* non est præsumendum, leges voluisse tollere defensionem naturalem, *§. sed naturalia, Instit. de iur. natur.*

21 Tertia pœna est, quod si tempore, quo luditur domi susceptoris, in dicta domo fuerit aliquid subtractum, non competit illi actio furti, sed furtum erit impunibile, *d. l. 1. in princ. ff. de alea lusu, & aleat.* ibique notant Odofred. Bartol. & Florianus, vbi testatur in facti contingentia, scholarem quemdam se patrocinante fuisse absolutum, Salin. *in d. l. fin. n. 2. C. de relig. & sumpt. fun.* Bald. *in l. Aduocationis n. 2. C. de condit. caus. dat.* Archid. *in d. can. 1. n. 3. dist. 35.* Soccin. *in d. cap. Inter dilectos n. 72. de excess. Prælat.* Foller. *in pr. crim. v. Nicolaus n. 211. in fin.* & Gram. *dec. 4. n. 5.* Quod autem dicitur subtractum, intelligi debet, quod sit ludi susceptoris, secùs si fuerit alterius, Glos. *in d. l. 1. v. subtractum*. Proceditque etiamsi furtum fiat, dum in domo sit ludus licitus de per se, si illicitus ratione excessus, vel ex alia circumstantia, Bursatt. *cons. 116. n. 1. cum seq.* vbi loquitur in ludo pilæ, Farinac. *q. 109. n. 124.* Item intelligitur, quod domi susceptoris subtractum sit, nam si extra domum ludi susceptoris furtum factum sit, erit punibile, quia hæc pœna cohæret loco, vbi ludus exercetur, *d. l. 1.* ibi: *Domo eius subtractum fuerit, & in §. Item notandum*, ibi: *Verum furtum factum domi, ff. de alea lusu, & aleat.* ibique Glos. *v. & eo tempore*, Odofred. *n. 2.* Caccialup. *de ludo n. 70.* & Amad. *de sindic. n. 95.*

22 Et in hoc tantùm differt verberans à furante; quia verberans est impunis, vbique verberet ex causa ludi, furans autem impunis erit, si furatur tempore, quo ludebatur, *d. l. 1. ff. de alea lusu, & aleat.* vbi propterea Bartolus tradit praxim probandi ad hoc, vt probatio suffragetur, Doctores, quos refert Farinac. *q. 109. n. 154.* Et quamuis quod nõ liceat ludi susceptorem verberare impunè nisi tempore ludi, videantur sentire Salicet *in d. l. fin. n. 2.* Paris. *d. n. 46.* & Farin. *loc. cit. n. 56.* Nihilominùs à præcedenti distinctione recedendum non est, quæ apertè probatur *in d. l. 1.*

23 Quarta pœna est, vt domus, in qua ludus habetur, applicetur fisco, *d. l. fin. §. fin. C. de relig. & sumpt. fun.* ibi: *domibus eorum publicatis*, *Angel. de malef. v. metuor, n. 5.* Iodoch. *in prax. crimin. cap. 326. n. 8.* Par. de Pur. *de ludo n. 45. in fine*, Caccialup. *eodem tract. n. 64.* Vitalin. *in tract. de Ludo*, Azard. *n. 3. 13. & seq.* Io. Bonif. *in tr. de furt. n. 86.* Grammat. *decis. 40. n. 4.* Quod accipi debet si retineatur scienter, secùs si ab alio eo ignorante retineatur, Vitalin. *loc. alleg. n. 10.* Paris. de Put. *ibidem n. 45.* Caccialup. *eo loco n. 64.* cum alijs per Farinac. *q. 109. n. 61.*

24 Quinta pœna est, quod retinẽs domi ludum, vltra prædictas pœnas potest puniri pœna extraordinaria, Angel. *loc. cit. n. 6.* Amad. *de Sindic. n. 95.* Bonacos. *quæst. crim. v. ludus, vers. statutum locis in fine*. At quod demptis pœnis prædictis non possit retinens domo ludum alia pœna deinte puniri, quàm supra enumeratis, tenent Socc. *in d. cap. Inter dilectos n. 75. de excess. Prælat.* Angel. *de malef. loc. cit. n. 9.* Menoch. *de arb. d. cas. 399. n. 16.* Farinac. *ibidem n. 138.* Quod videtur verissimum. Nam cum *in d. l. 1. ff. de alea lusu, & aleat. & in d. l. fin. C. de relig. & sumpt. fun.* in quibus sunt statutæ pęnæ contra lusores, nõ legatur ista pęna extraordinaria, neque nos eam inducere debemus, *l. illam*, vbi Ias. *C. de collat.* cum vulgò alijs. Extant verò alicubi leges municipales imponentes alias pœnas, vt in Ditione Ecclesiastica, in qua vigore edictorum generaliũ ludi susceptores, quos vulgari nomenclatura nuncupamus retinentes barattariam, vltra domus publicationem puniuntur pęna triremium, aut perpetui exilij, & infamiæ, vt in citatis edictis *cap. 9.* In Regno quoque Neapolitano extãt speciales sanctiones contra lusores, de quibus D. Regno Rouitus *in pragm. tit. de alea lusu, & aleatoribus*.

25 Aleatores autẽ, scilicet publici lusores aleariũ, idest qui, vt ait Menoch. vbi supra, & Rot. *diu. decis. 426. p. 1.* indifferenter, seu cum diuersis, & ad lõgum tẽpus, ac de notabili quantitate, ac frequenter ludunt. Itemq; aleatorum susceptores sunt personæ viles, & infames, vt habetur *in d. cap. Inter dilectos de excus. Prælat.* ibique Abb. *n. 1. & 2.* Barb. *n. 3.* vbi plures allegat, & Garz. *de benef. p. 7. cap. 8. d. n. 38.* sed intellige, vt sint infames infamia facti, & non iuris, vt Abbas *d. n. 2. & 8.* Garz. *d. n. 38. & seqq.* Quare per triennalem constantem vitæ emendationem infamia cessat, vt per Genuens. *in pr. cap. 45. n. 5.* Salicet. *in l. si minorem n. 2. C. de integr. restit. min.* Clar. *§. fin. q. 21. n. 1. in fin.* facitque *auth. Interdicimus C. de Episc. & Cler.*

26 Hinc sequitur, quod aleatores, & lusceptores sunt repellendi à testimonio serendo, quando tẽpore ferendi testimonij retinent talẽ consuetudinem, Rolãd. à Valle *cons. 34. n. 2. & 4. lib. 2.* Gutier. *de controu. iur. cap. 53. n. 5.* & vt testis repellatur, vti lusor, oportet probari, quod talis erat tẽpore lati testimonij, & quod ita cõmuniter tenebatur, & reputabatur ab omnibus ipsum cognoscentibus. Dec. *cons. 163. n. 19. & seq.* Grammat. *d. decis. 11. n. 12.* In Regno tamen Neapolitano, vt testis repellatur à testimonio ferẽdo tanquã lusor, oportet quod de ludo viuat, & nulli alij officio vacet, Grammat. *loc. cit. n. 7. & decis. 40. n. 7.* Regulariter tamen lusor repellitur à testimonio ferẽdo, Alex. *cons. 151. col. 3. lib. 5.* Dec. *loc. alleg.* Crauett. *cons. 169. n. 5.* Gramm. *cons. 35. n. 59. & d. decis. 11. n. 6.* Quia lusor præsumitur criminosus, blasphemator, & dilapidator bonorũ, *l. fin. C. de relig. & sumpt. fun.* Bertrand. *cons. 222. n. 3.* Gerard. *singul. 83.* Menoch. *d. cons. 399. in princip.* Grammat. *d. decis. 11. d. n. 3. cũ seqq.* quod limitatur primò, vt procedat quoad effectum condemnationis, sed faciunt indiciũ ad torturã, Bal. Soccinus, & alij, quos refert, ac sequitur Gram. *d. dec. 11. n. 9.* Limitatur secundò, quando cũ Testibus lusoribus concordarent alij, qui non patiuntur exceptiones, Alber. *in l. 3. §. eiusdem ff. de testibus*, Calcan. *cons. 109.* Grammat. *d. decis. 11. n. 11.* Limitatur tertiò, vt non procedat, vbi agitur de probanda re in ludo gesta; quia tunc admittuntur etiam lusores, Salic. *in l. ea quidem, C. de accusat.*

27 Sequitur item, quod isti sunt irregulares, vt promoueri non possint ad Ordines. Glos. *in c. Clerici 15. v. ad aleas de vit. & honest. Cleric.* Maiol. *l. 3. de irregul. cap. 1. n. 7.* durante scilicet infamia prædicta, secùs post triennalem vitæ emendationem.

28 Item sequitur secundùm multorum sententiã, quod isti ratione infamiæ facti sunt inhabiles ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, ita vt collatio eis facta sit ipso iure nulla, vt tenet Abb. *in d. cap. Inter dilectos n. 6.* Vitalin. *de lud. n. 6.* Sola *ad Constit. Sabaud. lib. 3.* Marquard. *in tr. de celib. p. 3. q. 11. n. 7.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 399. n. 3.* Molin. *de contr. disp. 52 n. 6.* Diaz. *in pr. cap. 73. n. 2.* & plures allegat, & sequitur Barbos. *in d. ca. Inter dilectos n. 4.* & tenet Rot. *diuers. decis. 426. n. 2.* vbi quod collatio facta Clerico publico notorio aleatori est ipso iure nulla: Quod procedit siue beneficium sit liberæ collationis, siue de Iurepatronatus, Lambert. *de iurepatr. lib. 3. ar. 9. q. 2. n. 10.* & siue collatio fiat liberè, siue ex causa resignationis, Paris. *loc. cit. n. 65.* Si autem non erat publicus notorius aleator, est irritanda *d. cap. inter dilectos*, & Rot. *vbi supra n. 2.* Paris. *n. 66. cum seqq.* & ibi habes modũ probandi, seu articulandi super publicitate, & notorietate, & consuetudine ludendi, Paris. *de resignat. lib. 4. q. 3. n. 65.* Contra tamen alij multi tenent, quod collatio beneficij facta infami infamia facti, vt aleatori publico notorio, non sit ipso iure nulla, sed annullanda. Hos allegat, & sequitur Garz. *loc. cit. n. 47.* & Salzed. ad Diaz. *d. cap. 73. lit. D.* qui dicunt secus esse in collatione facta infami infamia iuris; quia tunc concedũt fore nullam ipso iure; vtraque autem sententia est probabilis, & ferè æquali numero Doctorum suffulta.

29 Id tamen certũ est, quod si agatur de beneficio aleatori conferendo, vel de eo instituẽdo, vel confirmando, repellẽdus erit, & cassanda præsentatio, nominatio, seu electio, *vt d. cap. Inter dilectos*, ibique Abb. *n. 6.* Rot. *diuers. loc. cit. n. vlt.* Garz. *supra n. 60.* Et ad effectũ quod Clericus reddatur inhabilis ad obtinendum beneficia, nõ requiritur aliqua monitio, vt à ludo desistat, sed illa requiritur tantùm, quando agitur ad priuationẽ obtẽti, Glos. *in d. cap. Clerici 15. v. ad aleas de vit. & honest. Cleric.* ibique Ostien. *n. 6.* Abb. *n. 11.* Glos. *in d. cap. Inter dilectos v. aleatorum*, vbi etiã Ostiẽs. *n. 4. & seq.* Io. Andr. Card. & Anchar. *in princ.* Butr. *n. 13.* Boich. *n. 1.* Soccin. *n. 12. de excess. Prælat.* Archid. *in can. Episcopus n. 1.* ibiq; Præpos. *n. 3. d. 35.* Menoch. *d. cap. 399. n. 3.* Monald. *cons. 137. n. 7. l. 1.* Vndè pariter certũ est, quod si Clericus aleator, vel susceptor monitus non desistat, ab offi-

ab officio, & beneficio deponi poterit, vt Abb. *in d. cap. Inter dilectos n. 6.* Syluester, Præpositus, Geminianus, & Caccialupus, quos sequitur Maiol. *d. cap. 1. n. 7. lib. 3.* Quamuis de hoc dubitet Diaz *cap. 73. cit. n. 2.* qui putat pro arbitrio Iudicis esse puniendos.

30 Alia pœna Clericis lusoris est detrusionis in Monasterium pœnitentiæ agendæ causa, & suspensionis ab Altari per triennium ex dispositinne *d. authentica Interdicimus de Sanctis. Episcop.* ibique Glos. & Doctores *in d. cap. Clerici 15. v. aleas de vit. & honest. Cleric.* Sed quia pœna hæc à iure Canonico probata non repetitur, meritò Iudices Ecclesiastici consueuerunt suo arbitrio procedere pro modo culpæ, & ludentium consuetudine, Salzed. ad Diaz. *cap. 73. sub lit. C.* Menoch. *de arbitr. cas. 198. n. 9.* Farinac. *q. 109. n. 97.* Quemadmodum etiam regulariter puniri solent lusores, Farinac. qui alios refert *d. q. 109. n. 57.* In Canonibus Apostolorum ita habetur. *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel definito, vel deponito; can. 41.* Qui canon inter decreta Gratiani transcriptus est, *can. Episcopus 35. d.* Ex quo colligunt interpretes, monitum aleatorem, nec se corrigentem beneficiatum posse Sacerdotio priuari. Apud Agarenos, seù Mahumetistas lusores pro pecunia quocumque genere ludi ignominia afficiuntur, & deinceps grauiori supplicio, Io. Cuspinian. *lib. de instit. Turc. cap. de cat. mor. Turc.* Sunt, & placita Curiarum supremarum Galliæ, quæ ludos aliquos vetant omninò, potissimùm sacris diebus, & horis, quibus oportet Diuinis interesse orationibus, vel concionibus, neue quis aleatoria, vel loca publica ad trunculorum, seu metarum ludos exhibeat, pœna corporali indicta. Solent & politici Iudices hos lusores publicos, festis maximè diebus deprehensos, ad torquem infamem damnare.

31 Et nihilominùs, vt quis tanquam aleator eligi non possit, opus est, quod non semel, aut pluries luserit, sed requiritur ludendi consuetudo, Farinac. *q. 109. num. 102.* Bellet. *disquis. Cleric. p. 2. §. 16. n. 3.* Neque infamis infamia facti, vel iuris repellitur ab electione, nisi post Iudicis declarationem, etiamsi agatur de delicto notorio, Bursat. *cons. 14. n. 18.* Sanchez *in decalog. lib. 2. cap. 26. n. 1.* Donat. *rer. regul. to. 2. tr. 5. q. 20. v. 4. & 6.* vbi in specie de lusoribus. Minùsque incurritur infamia, vel irregularitas ad effectum, vt quis eligi non possit ad dignitates, quando reus damnatus est in pœnam extraordinariam, vel arbitrariam. Talis enim sententia nullam infert irregularitatem, aut infamiam iuxta Text. *in l. & si securior C. ex quibus caus. infam. irrog.* ibique Glos. & Bartol. *n. 1. & 6.* Bald. *in princ. & n. 25.* Salic. *n. 8.* & alij communiter. Neque infamia iuris contrahitur vbi quis damnatur in pœnam pecuniariam, sed requiritur condemnatio in pœnam corporalem deportationis damnationis ad opus publicum, ad triremes, vel aliam pœnam corporis afflictiuam iuxta glos. *in l. 1. C. de mod. mulct.* Par. de Put. *de Sindic. tit. quod condemn. pæn. extraord. non sunt infam.* Rebuff. *in constit. Reg. tit. de sent. execut. art. 15. glos. 1. n. 4.*

CONSVLTATIO XCIV.

Inter ordinarios Ecclesiasticos quinam sit competens? An Ordinarius domicilij delinquentis, an verò loci commissi delicti? Et quid ratione contractus? vbi ad rem alia in praxi tutiora.

1 PRima sententia vult, esse Iudicem competentem Ordinarium loci commissi delicti. Nam in cuius Territorio quis delinquit, eius iurisdictioni subijcitur, licèt aliàs ei subiectus non sit *cap. 1. de rapt. can. placuit 7. q. 3. cap. postulasti de for. compet.* Causæque criminales perfici debent, vel vbi delicta commissa sunt, vel vbi causa inchoata est, vel vbi reperitur, qui reus esse criminis perhibetur, vt scribunt Diui Seuerus, & Antoninus *in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* Ex autem Iudicibus, quibus aliqua ex præfatis rationibus competit in reos iurisdictio, ille præfertur, qui est Iudex loci delicti, itaut ad eum requisitus Iudex alterius loci, vbi reperitur reus delinquens, teneatur illum transmittere ex Textu expresso *in Auth. vt omnes obed. Iudic. §. hæc considerantes, & in Auth. vt nulli Iudic. §. si quis verò comprehensorum*, traduntque Io. Andr. *in cap. 2. n. 7. de constit. in 6.* latè Auendan. *resp. 40. n. 2.* Farinac. *q. 7. n. 5.* Thesaur. *decis. 90. n. 1.* Hoppen. *decis. Germ. 43. n. 12.* Merlin. Pignat. *contr. cent. 1. cap. 95. n. 3.* Sanfelic. *decis. 68. n. 5.* Carpzou. *in prax. crim. p. 3. q. 110. n. 15.*

2 Neque in hoc casu videtur esse locus quæstioni, an Iudex ratione originis, siue domicilij possit punire reum, qui extra Territorium deliquit. In qua pro vtraque parte Doctores affert Farinac. vbi supra; sed tantùm disputari solet, vbi Iudex loci delicti vel non vult, vel negligit procedere. At quando ipse vult reum punire, & requirit Iudicem loci originis, siue domicilij pro remissione, nulli dubium est, quin teneatur requisitioni parere, ac reum remittere, vt apertè disponit Textus *in d. §. hæc considerantes auth. vt omnes obed. Iudic. & in d. §. si quis verò, auth. vt nulli Iudic.* Quorum iurium dispositione perpensa, non posse Iudicem ratione originis, siuè domicilij procedere contra reum, si pro remissione requiratur à Iudice loci delicti, probant Bartol. *in d. l. 1. C. vbi de crim. agi oport. n. 1.* Felin. *in cap. fin. n. 11. de for. comp.* Clar. *§. fin. q. 38. n. 19.* Farin. *d. q. 7. n. 23.* Fachin. *contr. iur. lib. 9. cap. 20.* ac Thesaur. *d. decis. 90. n. 10.*

3 Minùsque refragatur, quod ait Farinac. *loco allegato n. 23.* locum non esse remissioni, vbi alter Iudex originis, vel domicilij præuenit in procedendo, ad quod allegari solet decisio Franchi 505.

4 Nam contrarium est verius, vt firmant Alciat. *resp. 13. n. 2. lib. 7.* Gomez *var. tom. 3. c. 1. n. 87.* Thesaur. *d. decis. 90. n. 6.* quos refert, ac sequitur Sanfelic. *cit. decis. 68. n. 7.* Scip. Rouit. videndus *in pragm. 1. tit. vbi de delict. n. 11. ac seq. vbi n. 10.* reprobat in specie dictam decis. & Franchi, & comprobat Ferdinandus eius filius in allegatione ibi impressa *à n. 45. cum seqq.* fusissimè autem Giurb. *cons. crim. 48. à n. 40.* qui etiam Franchum impugnat.

5 Neque ex eo, quod hæ duæ Curiæ distinctam, & separatam habeant iurisdictionem, recusari potest remissio. Nam id locum habet, quando de remissione reorum contenditur inter Curias seculares duorum Principum superiorem non habentes, non autem vbi res agitur inter Curias Ecclesiasticas, inter quas indistinctè remissiones faciendæ sunt, quia omnes sunt subditæ eidem superiori, nempè Summo Pontifici, vt per Cassan. *ad consuetud. Burgund. rubr. 12. §. vnic. n. 14.* Baiard. ad Clar. *d. q. 38. n. 80.* Guazzin. *defens. 1. cap. 17. n. 37.* aliosque apud ipsos, traditque Tondut. *de præuent. p. 2. cap. 11. n. 20.* inquiens, quod hoc casu non est denegada remissio, immò Iudex ad illam concedendam proclinior esse debet. Eòque præsertim quia Iudex domicilij non habet corpus delicti, vt proindè iuxtà communem Doctorum sententiam remanet eius processus, tanquam cadauer sine anima.

6 Atque ita etiam in hac ferè specie declaratum fuisse videtur à Sacra Congregatione super Episcopis, ac Regularibus. Nam in controuersia vertente inter Curiam Episcopalem Ciuitatis Auersæ, & Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam super cognitione causæ vulnerum illatorum per Clericum Carolum Florellum oriundum ex Terra Fractæ Maioris Diœcesis Auersanæ in personam Francisci Russi. Eadem Sacra Congregatio, auditis Partibus, & negotio me referente maturè discusso censuit, cognitionem causæ prædictæ spectare ad Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, ac proindè Clericum Carolum prædictum vnà cum processu contra eum fabricato per Curiam Episcopalem Auersanam fore, & esse remittendum ad Curiam Archiepiscopalem præfatam. Romæ 31. Iulij 1643. M. Cardinalis Ginettus.

7 Idque præcipuè si processus Iudicis domicilij non sit legitimus, ex quo non potest allegari præuentio ex eius parte, contra verò appareat legitimus processus Curiæ loci commissi delicti; vndè ipsi data præuentio ex rela-

tis

ris à Giurb. *d. cons. 48. n. 39.* adeòut non possit ei præiudicium inferri per alium Iudicem, à reo non sine suspicione electum, vt per Farinac. *d. quæst. 7. n. 58. & cons. 134. n. 2.*

8 An autem inspiciatur locus, vbi delictum est inchoatum, an verò locus, vbi est consumatum, Io. Andr. *in cap. in obscuris de reg. iur. in 6. in mercur.* tenet, vtrobique censeri commissum delictum, & ideò vtrumque Iudicem posse procedere, & hanc dicit esse communem sententiam Aret. *in cap. licèt n. 7. de for. comp.* qui tamen distinguit, cuius conclusiones reassumit Felin. *n. 13. ac seq.* & an Iudex delicti possit citare extra Territorium, vide Angel. *in sua disput. quæ incipit Bononiensis n. 4.* vbi relatis, & confutatis quinque opinionibus pro regula existentem extra Territorium citantis nec materialiter, neque verbaliter citari posse, eamque limitat sex modis, quos *in d. cap. licèt n. 2.* prosequitur Felinus.

9 Secunda sententia tenet, quod licèt inter Doctores controuertatur, an Iudex originis, vel domicilij possit cognoscere ex officio de delicto commisso extra suum Territorium: anue causa solùm pertineat ad Iudicem loci, vbi delictum commissum est, vt plenè per Farinac. *d. q. 7. à n. 19.* in qua multos refert Doctores pro vtraque parte cum plerisque ampliationibus, ac limitationibus; cessat nihilominus omnis disputatio, quando Iudex Originis, vel Domicilij non procedit ex Officio, & per inquisitionem, sed ad postulationem Partis. Illa enim dicitur excitare iurisdictionem Iudicis Ordinarij, vt proindè ad Iudicem delicti amplius reum remittere non teneatur, Guaz. *defens. 1. cap. 14. n. 5.* Clar. *q. 39. n. 3.* vbi quod hoc procedit, etiamsi deindè eadem postulatio fuerit porrecta in loco delicti; quia tunc præiudicare non potest Curiæ, quæ præuenit; quod comprobat Thesaur. *decis. 90. n. 2.* qui testatur de veriori, & magis communi, Caball. *q. crim. 162. n. 2.* & pluribus probat idem Farinac. eo loco *n. 22.* vbi testatur de praxi vniuersali, hancque ait esse communem Doctorum opinionem.

10 Hac autem conclusione supposita, tanquam certa in iure, sequitur necessariò, vtrumque Iudicem esse competentem in his casibus, illumque præferendum in causa, qui præuenit in processu, multòque magis in comprehensione sontium ob regulam, quod inter plures Iudices competentes, ac ordinarios semper sit attendenda præuentio, propter quam Iudex præueniens nequit adstringi ad remissionem, ceù firmant in hac specie Guidop. *decis. 202. n. 3.* Guazzin. *d. defens. 1. cap. 17. n. 34.* Caracciol. *de for. comp. remis. q. 11. n. 1.* Franch. *decis. 129. & decis. 505.* Ricc. *d. c. s. 182. n. 9. & 111. p. 2.* Squillant. *de priui. Cler. cap. 2. n. 74.* Couar. *pr. quæst. cap. 11. n. 6.* alijque. Immò quod id procedat tam ad postulationem Partis, quàm etiam ad solam inquisitionem fisci, cum adhuc de iure canonico post comprehensionem rei non fieri remissionem ad Iudicem perpetrati delicti, tradit vinc. de Franch. *decis. 88. n. 5.*

11 Idque faciliùs locum habet in casu, quo non solùm delictum commissum est in loco posito in confinibus vtriusque Diœcesis, in quo casu vterque Iudex potest procedere, sed solùm attenditur præuentio pro cognitione causæ, vt per Abb. *in cap. fin. n. 26 de for. comper.* Carleual. *de iudic. q. 7 sect. 1. n. 731.* Farinac. *d. q. 7. n. 51.* Guazzin. *loc. cit. cap. 26. n. 26.* cum alijs, quos refert Scialoya *de for. comp. cap. 38. tit. de foro delicti n. 59.* Verùm etiam quia Ordinarius loci commissi delicti sit suffraganeus Ordinarij originis, vel domicilij, qui proptereà ius habet procedendi, cum Iudex superior, qui comprehensum tenet delinquentem, non potest adstringi ad remittendum Iudici inferiori, vt firmat Capoblanc. *de Baronibus tom. 2. cap. 60. in princip.* Scialoya vbi supra *num. 60.*

12 Has duas sententias ita concilio. Præcipuus modus sortiendi forum est ratione domicilij, *cap. ex parte de for. comp. l. Ciues C. de incol. lib. 10.* cùm alijs adductis ab Innoc. *in cap. licet de for. comper. n. 1.* Et hic propè dicitur esse verus, & naturalis forus, Innoc. *n. 3.* Burr. *ibidem n. 16.* & Felin. *n. 23.* Hinc appellatione alicuius Diœcesis in dubio comprehenditur Diœcesis domicilij, vt notat Compostel. *in cap. nonnullis in 4. glos. de rescript.* & Specul. *in tit. de citat. §. 1. in princip.* & sic ait Io. Andr. se disputasse *in cap. statutum glos. 5.* quæ incipit, *dicebamus in fine de rescript. in 6.* Hinc etiam appellatione subiecti in dubio venit subiectus ratione domicilij, Glos. *in cap. nuper, v. absolutio de sent. excomm.* & *Glos. in Clem. 3. v. subditos de for. comp.* quam ibi omnes sequuntur.

13 Et de Diœcesi dicitur tantùm, qui est subditus ratione domicilij, Archid. *in cap. cum nullus v. Parochia de temp. ordinat. in 6.* subiectus etiam propriè non dicitur, qui sub est potestati delegatæ, vt dicit Glos. *in cap. peruenit 7. q. 1.* Quia tales submissiones sunt secundùm quid, non autem simpliciter, & naturaliter, sed per accidens: vnde solus forus domicilij est verus, & ordinarius forus, ita vt proptereà secundum communem opinionem, de qua testatur Abbas *in d. cap. licet v. 41. de for. compet.* Ordinarius domicilij non solùm possit procedere contra subditum, si sit præsens, qui quolibet casu potest in eum exercere omnimodam iurisdictionem, vt *in Clem. pastoralis de re iudic. & in cap. cum contingat de offic. Ordin. cap. 1. & cap. cum Episcopus eodem tit. in 6. & l. Congruit de offic. Præsid.* cum similibus, & eum conuenire tam pro contractibus alibi gestis, & re alibi sita, quàm pro delictis alibi perpetratis, vt *in cap. dilecti de for. compet. & in d. cap. cum contingat*, ibique plenè per Abbatem; sed etiamsi sit absens; nam potest citari per Iudicem domicilij quoad omnes effectus, scilicet vt procedat contra eum, vel ad missionem in possessionem, vel ad condemnationem, si status causæ patiatur; quia, vbicumque sit, eius subditus remanet, & citatio decernitur in proprio Territorio ipsius Iudicis, licèt nuncius exequatur extra Territorium. Nam illa executio non est actus iudicialis, & ideò potest exerceri extra Territorium, vt notatur *in cap. nouit. de offic. leg. & in cap. Romana §. Contrahentes de for. compet. lib. 6.* ac tenet Ostiensis, & Io. Andr. *in cap. 7. de rapt.* Quinimmò potest Ordinarius domicilij contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis, vt contra Paul. de Leazar, & Calderinum tenet *in d. cap. licet* Io. de Lignano, & Federic. de Sen. *cons. 16.* quorum opinio communis est, vt similiter testatur Abb. *supra n. 42.*

14 At secùs est in Ordinario ratione delicti, vel contractus; quia ita demum potest procedere contra delinquentem, vel contrahentem, eos excommunicando, & mittendo in possessionem, si sint præsentes in loco, sin autem sint absentes contra personam procedere non poterit, sed tantùm contra res mittendo in possessionem earumdem rerum, si reperiantur in loco delicti, vel contractus, vt determinat Innoc. *in d. cap. licet in princ. de for. compet.* & Ostien. *n. 3.* vbi reddunt rationem, cur subditus absens non possit excommunicari, quia scilicet non potest dici contumax, cum citatus extra Territorium non teneatur comparere. Idem tenet Burr. *n. 6.* vbi concludit, delinquentem, si sit præsens in Territorio, vbi deliquit, esse subiectum quoad omnes effectus, & personam, & bona ibi existentia concernentes. Si verò sit extra Territorium, esse subiectum tantummodò quoad potestatem distringendi bona sita in Territorio Iudicis perpetrati delicti, vt notatur *in d. cap. postulasti de for. comp.* Et idem in contractibus concludit *n. 5.* diuers. ita demum aliquem sortiri forum ratione contractus, si ibi inueniatur quoad effectus personam concernentes. Ideòque si Ordinarius vellet eum excommunicare, non posset eum quoad hunc finem in contumaciam constituere. Idemque putat, si vellet eum de debito directè condemnare, nisi esset præuentus, vt ait Innoc. *in cap. præterea de dilat.* Vel nisi ibi aliquando comparuisset, vt inquit Glos. *in l. si quis Romæ ff. de iudic.* & subdit, se hoc in facto habuisse.

15 Quod ad effectus res concernentes, benè posset citari, & in contumaciam constitui, ac missionem pati, dummodò tamen res sint in loco initi contractus, vt dictum est supra in delictis. Idem tenet Barbosa *in d. cap. licet n. 5. de for. comp.* dicens Iudicem contractus posse contrahentes citare extra locum, ac Diœcesim contractus; quia citare est iurisdictionis voluntariæ, *d. cap. præterea de dilat.* & ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis

Iudex

Iudex potest extra Territorium exercere, vt notatur *cap. nouit de offic. leg.* Verumtamen huiusmodi citatio non est efficax ad constituendum citatum in contumacia, si non compareat quoad hoc, vt Iudex citans ad excommunicationem, mulctam, vel aliam pœnam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, vt expressè habetur in *d. §. Contrahentes*, vbi hoc tenet Io. Andreas.

16 Contrahens igitur in loco contractus inuentus potest per nuncium, vel epistolam citari, & trahi inuitus ad Iudicium Iudicis contractus, & si legitimè citatus, non adsit iudicio, potest omnis iuris remedio in res, & personam ipsius, prout negotium petitur, procedi iuxta dispositionem *cap. Quoniam frequenter extr. vt lite non contest.* Idem iuris est, si ante erat citatione præuentus, quàm indè decesserit, vndè si Iudex fuerit Ecclesiasticus, poterit ferre sententiam excommunicationis, & ipsum in principali negotio, si status causæ patitur, condemnare, quemadmodum Iudex domicilij, vel originis hoc potest. Ex quo enim contrahens præuentus, Iudex in personam iurisdictionem habet, sicuti alius quiuis competens, Innoc. *in cap. 2. n. 2. & seq. de dolat. d. l. fis, qui Romæ*, iuncta Glos. *de iudic. arg. cap. proposuisti de for. compet.*

17 Si verò in loco contractus non repetiatur, nec sit citatione præuentus, vtrum tunc Iudex contractus possit contrahentem citare in alieno Territorio, vt missio in bonorum possessionem decerni possit, nos affirmatiuè respondemus, licèt de hoc tam inter legum, quàm Canonum interpretes non satis conueniat, alijs citationem in alieno Territorio fieri non posse, alijs contra asserentibus.

18 Et quidem Iacob de Bello visu *in repet. d. §. Contrahentes in cap. Romana n. 13. & seq. de for. compet. lib. 6.* approbat sententiam Ioan. Fab. *in §. vlt. in fin. Instit. de pœn. temp. litig. & Salic. in l. Omnes C. de Episcop. & Cler.* vt tutiorem, ac veriorem in praxi receptam, eamque sequitur, quidquid alij fuerint opinati, Couar. *pr. quæst. cap. 10. n. 7.* sentit enim eodem loco Fab. citationem tam realem, quàm verbalem in alieno Territorio fieri non posse, quia extra Territorium ius dicenti impunè non paretur *l. vlt. ff. de iurisd. omn. iudic. cap. 2. de Constit. in 6. Clem. Pastoralis* cum similibus *de sentent. & re iudic.* Ita, & Salicetus, vbi supra, vult citationem in alieno Territorio fieri non posse, nedum vbi sunt distinctæ Principum iurisdictiones *d. Clem. Pastoralis*, sed etiam vbi iurisdictiones ab eodem Principe dependent, veluti quando sunt constituti diuersi Præsides Prouinciarum. Si tamen Territorium Præsidis esset per varias Ciuitates distinctum, possit Præses in omnibus istis Ciuitatibus citare, & ita intelligendus est secundùm eum versiculus *Verùm*, vbi Textus non loquitur de alia Prouincia, sed de ea, quam sortitus est Præfectus; ex quo concludunt, quod si essent diuersi Magistratus constituti in vna Prouincia, & vni Præsidi subiecti, non potest vnus in alterius Territorio citare, quasi iure Præsidis id faceret. Quia quemadmodum vnus Præses in alterius Prouincia hoc non potest, ita nec vnus Magistratus in alterius iurisdictione, ducto argumento à respectiuis, cum eiusmodi iurisdictiones sint separatæ, & ideò debet Iudex domicilij, vbi reus degit, literis Iudicis contractus requiri, vt illum citet, siue faciat illum coram se venire, & sic si non venerit, mittet actorem in possessionem rei petitæ *l. hæres absens §. 1. de iudic.*

19 Nec obstat *l. vlt. ff. de offic. Præf. Vrb.* Quia differentia est inter delegationem, & citationem. Actus enim delegationis aliquem non afficit, donec exerceatur in loco permisso. Citatio verò statim absque dilatione personam ligat, vel res ipsas.

20 Minùs obstat *d. §. Contrahentes*, dum dicit eorum auctoritate citari, quidquid dicat Phil. Franchus, & alij Doctores; quia intelligendus est, si fuerit, vel reperitur contrahens in Territorio Iudicis citantis, tunc eius auctoritate citatur, alioquin opus est requisitione, per quam prouidebitur actori contra ipsum Contrahentem absentem secundùm Iacob de Bello visu *vbi supra*.

21 Neque ad rem pertinet, si quis dicat in contractu remissioni locum non esse, *vt d. §. Contrahentes*. Quia non est hæc vera remissio, quæ fit solo verbo ad eum effectum, vt decernatur missio in possessionem bonorum, quæ in loco contractus constituta sunt.

22 De hac quæstione plenè Gail. *lib. 1. obseru. 56.* vbi eam asserit valdè dubiam, & Cæsarea decisione indigentem, ac Pontificia quidem quoad Iudices Ecclesiasticos, tres citandi modos referens, quorum primus per nuncium, non ad effectum procedendi in personam, sed immissionē in bona. Sed hic reprobatur, aliasque secundùm Gaillum periculosus, quia nuncij plerumque malè, & indignè tractantur. Secundus per literas ad Iudicem alterius Territorij, sub quo citandus degit ad dictum effectum missionis in bona, qui probatur, & à Gaillo obseruati visus, & probatus, in Text. *l. 1. §. 1. ff. de requir. reis.* Couar. *d. cap. 10. n. 7.* vbi *n. præcedenti* de his plura, & aliquot casus, in quibus remissio in contractibus locum habeat, quos ibi plenius vide, & apud Franch. *in d. cap. Romana §. Contrahentes n. 9. de for. comp. in 6.* Tertius modus omnium tutissimus per edictum publicum, vt videlicet reus quoad dictum effectum missionis in bona per edictum citetur in locis vicinis, ac finitimis, quibus verisimiliter ad notitiam eius peruenire possit.

23 His tamen minimè obstantibus, tenendum est, quod supra ex communi Canonistarum sententia inter Iudices præsertim Ecclesiasticos adduximus, & obseruatur.

24 Porrò delinquentis Iudex dicitur is, in cuius iurisdictione quis deliquit, nam potest in personam delinquentis, ibi comprehensam, & etiam bona alibi constituta pro qualitate delicti animaduertere *can. 1. 3. q. 6.* Panorm. *in cap. vlt. n. 6. de for. comp. d. cap. postulasti eodem tit. cap. 1. de rapt. l. 1. & auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor.* Si verò non fuerit ibi apprehensus, ita demùm poterit Iudex pro qualitate causæ in personam animaduertere, si priusquam locum delicti exiret, citatione illum præuenit, sed si latitet, quominùs citari possit, aut citatio ad eum perueniat, citabitur per edicta in loco delicti promulganda, & valuis portarum, vel Ecclesiarum affigenda per ea, quæ habentur *in d. auth. nulli Iudicum §. si quis vero comprehensor col. 9.* ad effectum scilicet, vt missio fiat in bonorum possessionem, quæ in loco delicti habet, non vt in personam quidquam statuatur, Panorm. *in d. cap. vlt. n. 6. & seq.* Potest etiam Iudex delicti, si crimen atrox sit, requirere Iudicem loci, in quo delinquens degit, vt ipsum citet, & remittat. De hac re vide rationes, & latiorem interpretationem ex *Couar. pract. quæst. cap. 11. n. 3. 5. ac seq.*

25 Quod tamen non obtinet in crimine hæreseos; quia cum hæreticus vbique dicatur deliquisse, *l. Arrianus C. de hæret.* potest vbique puniri. Hinc fit, vt Ordinarius in pœna imponenda censeatur delegatus Pontificis, *cap. ad abolendam 10. de hæret.* Et ideò possit exemptum, vel priuilegiatum punire per Textum, ac ibi Henric. Boich. *in d. cap. ad abolendam.* Alios autem casus, in quibus non fit remissio, & quid circa eam iuris sit, vide *in d. auth. nulli Iudicum, §. si quis comprehensorum, & in d. §. contrahentes, & d. cap. vlt.*

26 Insuper annotandum est, Iudicem ratione contractus, vel delicti ita competentem esse, si laicus contrahens, vel delinquens Iudicis secularis, Clericus Ecclesiastici forum sortiatur, Glossa 2. omnibus probata *in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier.* Et si quis Officialis, vel Iudex secùs egerit, processus erit nullus, tanquam ab incompetente Iudice factus, *vt per tot. tit. C. si à non comp. Iud.* Vndè si Clericum capitaliter delinquentem capiat Iudex secularis, tenetur illum remittere Iudici Ecclesiastico puniendum, si aut Clericus se remitti postulet, aut Prælatus illum remitti requirat, Text. *in cap. si Iudex laicus de sent. excomm. lib. 6.* vbi Doctores, *& in cap. si diligenti de for. comp. & cap. at si Clerici de iudic.* Quod verum quando in habitu Clericali inuenitur, secùs si in habitu seculari, Guidop. *quæst. 128.* Quod apud me falsum est, cum ordo ipsum eximit à iurisdictione laicali, de quo plenè Couar. *pr. quæst. cap. 31.* qui adcò impressus, vt per extraneum habitum non exuatur. Quare verum, ac tutum erit, constito de ordine

Cle-

Clericali, & eo casu remittendum; quod & obseruatum memini.

27 Quinimmò si iam Clericus esset per Iudicem secularem pro crimine capitali ad mortem condemnatus, deberet nihilominùs Clericus tradi Iudici suo Ecclesiastico secundùm Doctores in d. cap. at si Clerici, quia hæc exceptio fori declinatoria potest post sententiam opponi, & iudicium retrò nullum constituit secundùm ea, quæ notat Felin. in cap. exceptionem de except. & plenè Couar. pr. quæst. cap. 33. n. 2. E contrario verò si Iudex Ecclesiasticus ratione contractus, vel delicti per laicum commissi velit sibi vsurpare iurisdictionem in laicum, & quia sibi non patet, fert sententiam excommunicationis, illa est nulla, quantum ad Deum, & Ecclesiam, vt annotat Hent. Boich. in cap. si celebrat de Cler. excom. ministr. Nec obstat, quod sententia excommunicationis siue iusta, siue iniusta sit timenda can. 1. 11. q. 3. quia hoc verum est de sententia, quæ non est nulla, sed alicuius momenti, & ritè lata, quæ tametsi apud Deum non liget, nisi ex contemptu, ligat tamen apud Ecclesiam, cap. à nobis 2. de sent. excomm. cap. cum æternis de sent. & re iud. in 6. secùs est, vbi est prorsus nulla.

28 Nisi tamen esset tale delictum, de quo ipse cognosceret, vt est causa sacrilegij, vsurarum, hæresis, simoniæ, periurij, & adulterij vide Glos. vlt. in cap. cum sit generale de for. comp. Guidop. q. 178. qui dicit, periurium, sacrilegium, adulterium esse crimina communia, & posse etiam coram laico tractari. Item violatæ pacis, cap. nouit §. vlt. de iudic. excommunicationis, can. multi 2. q. 1. causa matrimonialis, siue petitoria sit, siue possessoria, cap. causam matrimonij de offic. iudic. deleg. cap. 1. de consang. & affin. Causa decimarum cap. tua nos de decim. Causa natiuitatis, cap. lator qui fil. sint legit. Causa iurispatronatus, & omnium spiritualium, & spiritualibus annexorum, cap. decernimus, cap. quanto de iudic. & aliæ enumeratæ per Glos. 2. in cap. licet de for. compet. & à nobis alibi accuratiùs. Adde de consuetudine causam dotis, & causam testamentariam; nam vbi de viribus constitutæ dotis, vel testamentorum disceptatur, eius cognitio de vsu, stylo, & consuetudine Ciuitatis, & Diœcesis solùm, ac principaliter ad Tribunal Ecclesiasticum pertinet, licèt consuetudo alibi aliter ferat, prout in Gallia, vbi ex decreto Curiæ Parisiensis causa dotis non nisi incidenter coram Iudice Ecclesiastico tractari debet, quod & iuri consentaneum putat Costalius l. 1. ff. de iur. dot. & fusiùs probat Lupus in cap. per vestras notab. 2. de donat. videlicet Iudicem Ecclesiasticum non posse opposita exceptione incompetentiæ inter laicos principaliter de dote cognoscere. Doctores tamen communiter causam dotis, saltem eo casu, quo vidua soluto matrimonio eam repetit, mixti fori esse existimant, vt videre est apud Bald. nouel. in tr. de dot. p. 9. special. 16. Stephan. Aufrer. in tr. de potest. Eccles. super laic. limit. 27. Quare cuiuslibet fori consuetudo defendi potest. His itaque causis auctor aduersarij Iudicem Ecclesiasticum adire debet, & si secùs egerit, processus erit nullus, tanquam ab incompetenti Iudice factus, d. cap. at si Clerici de iudic.

29 Sed quid si reus nusquam domicilium constituerit, sed quouis terrarum vagetur, quæritur, quo loco conueniri debeat? & dicendum breuiter talem vbicumque locorum inueniatur tam ciuiliter, quàm criminaliter impeti posse, vt notatur in l. 1. & 2. C. vbi de crimin. agi opor. in l. 4. §. Prætor ff. de damn. infect. & per not. Specul. tit. de comp. iud. adeun. §. 1. & ibi Io. Andr. & Bald. in addit. His accedit Regionum annis iam multis inueterata consuetudo, de qua pleniùs ex tr. Peckij de iure sistendi, & Gail. lib. 2. obser. 44. n. 10. & in tract. de pignorat. obser. 1. n. 6. qua creditor suum debitorem etiam de fuga non suspectum, neque etiam vagabundum, sed alibi domicilium habentem quouis locorum inuentum arrestari procurare potest, vt ibi se iudicio sistere teneatur, & notanter hanc arrestationem, vt vocant, dici posse violentam, siue realem citationem, quæ etiam iure communi interdùm fit in causa ciuili per loci Ordinarium §. si verò etiam quidam in auth. de exhib. & introd. reis col. 5. & in l. Consentaneum C. quomodo, & quando iud. à qua tum demum liberatur, si id, quod iuris ratio exigit, impleuerit, vt d. l. Consentaneum. Dici quoque potest quædam personæ sequestratio, de qua inter alias rerum Sequestrationes tractat Salic. in l. vnic. C. de prohib. sequestr. pec. col. pen. à qua etiam interdùm inchoari potest, vt ibi notant Doctores.

Iudex quoque rei dicitur Iudex originis propriæ, vel 30
paternæ ipsius rei l. Ciues C. de incol. lib. 10. l. assumptio, §. filius ff. ad municip. sed hoc ita demum verum est, si alibi domicilium non habeat; nam aliàs domicilium eius sequi oportet per notata Glossæ v. vnam dictam in cap. statutum §. 1. de rescript. in 6. Ostiensis in summ. tit. de for. compet. §. 1. n. 6. Gaill. lib. 2. obser. 36. n. 6. Quod intelligo, nisi in loco originis propriæ, vel paternæ inueniatur; quia tunc ibidem conueniri potest, Bart. d. l. assumptio §. filius n. 2. Ratio quod ex me Cryptalicosi, matre verò extranea natus, dicatur Cryptaliensis municeps, & Ciuis, prout de nato ex Patre Campano exempli loco adfert Iurisconsultus in l. 1. ff. ad municip. de incol. sed vltra originem paternam non extenditur, ne deueniamus ad agrum Damascenum, in quo formatus est Adam, Ostiens. d. §. 1. n. 6. eodem modo quantum ad honores, & munera personalia retinet quis domicilium originis propriæ, ac paternæ, etiamsi aliò sedes suas perpetuò transtulerit, Bartol. d. §. filius, Gail. d. obser. 36. n. 5. ex quo huiusmodi domicilium naturale, ac proindè immutabile, d. l. assumptio in princip. ibique Bartol. l. Origine C. de municip. & orig. lib. 10. Patrimonialia verò onera non sustinet, nisi ibi possessionem habeat, Bartol. d. §. filius, sed de consuetudine vbique recepta Ciuis originatius renuncians Ciuitati, & domicilium aliò transferens ciuis esse desinit, non solùm quoad munera, verùm etiam quoad iurisdictionem, teste Gaillio d. obser. 36. n. 7. nisi specialis consuetudo alibi aliter ferat, cum in hoc quælibet ferè Ciuitas separatum habeat morem, qui proindè diligenter inspiciendus.

Mulier quoque de iure communi statim contracto 31
matrimonio perdit domicilium originis, & efficitur de foro mariti, l. Cum quædam puella ff. de iurisd. & ibi glos. Bartol. Bald. & Doctores communiter. Adeòut Zasius existimet l. 2. sing. intellect. ad l. cum quædam, mulierem citatione præuentam, nihilominùs eximi à iurisdictione originatij, nisi lis contestata, vel sententia prolata esset; quare mulier suæ familiæ & caput, & finis rectè à Iureconsulto appellatur in l. pronunciatio 195. in fine ff. de verb. signific. quemadmodum soror, quasi seorsum nascatur, separeturque ab ea domo, in qua nata, & in aliam familiam transgrediatur ex sententia Labeonis. Frater verò quasi ferè alter ex sententia P. Nigidij, referente Gellio lib. 13. noct. attic. cap. 10.

Dicitur etiam rei Iudex, in cuius iurisdictione reus 32
contraxit, vel promisit. Nam coram eo super contractu conueniri potest d. cap. dilecti, cap. vlt. de for. comp. l. hæres absens ff. de iudic. d. auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi oper. l. Vnic. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. promis. Contractum verò hic accipe non solùm pro vltro, citroque obligatorio l. Labeo de verb. signif. siue sit bonæ fidei, siue stricti iuris, nominatus, aut innominatus re, verbis, aut literis, sed etiam pro quasi contractu, & qualibet administratione, veluti tutelæ, vel Curæ. Item pro transactionibus, donationibus, & generaliter pro omni pacto siue vtrinque, siue ex altera tantùm parte obligatorio, siue pro alio quolibet facto, ex quo obligatio oritur. Omnia enim eo nomine contractus veniunt d. l. hæres absens §. 1. l. Omnem ff. de iudic. l. Contractus C. de fid. instrum. Et hoc siue super rebus spiritualibus sint, siue temporalibus. Ergo qui renunciationem in aliquo fecit, si seruare nolit, cogi potest ad obseruationem in loco, vbi renunciauit, aut obligationem dissoluit, pro quo adeunda est Glossa in auth. Sacramenta puberum C. si aduers. vendit. Gloss. Bald. in l. 8. contrarium ff. de contr. iud. tut. Doctores in l. ab emptione ff. de pact.

Conuenitur autem quis ratione contractus secun- 33
dùm interpretationem d. l. hæres absens §. proindè, quando contrahens habet in loco contractus officinam, pergulam, armarium, tabernam, horreum, aut quidpiam simile, alioquin si sic venit, vt confestim discedat, &

quasi

quasi viator, & aduena, ibi contraxit, non cogitur se eo loci defendere, sed oportet domicilium eius sequi. Durissimum est enim, inquit, Vulpianus, quotquot locis quis nauigar, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendere; quod tamen moderare, nisi is, qui ab eo, quid comparaoit, vel ei vendidit, ignorauetit eum aduenam, vel viatorem esse, vel eum inde confestim profecturum, quod præsumendum est, si ibi, vt alius quiuis Ciuium incedebat, Bart. *in d. §. proindè auth.* Butt. Panormit. & Doctores *in cap. vlt. de for. comp.*

34 Aduocatus tamen forensem in loco Iudicij pro suo Salario conuenire poterit, etiamsi sciuerit illum esse forensem, & aduenam. Verisimiliter enim videtur actum, vt ibi solutio præstetur, nec velit aduocatus, seu procurator insequi clientem ad domicilium suum, cum quandoque posset esse maior expensa itineris, quàm sit debitum, *arg. §. quid enim erit durius auth. vt in obed. Iudic. col. 5. & l. mediterraneæ C. de ann. & trib. lib.* 10. Panorm. *d. cap. vlt. n.* 33. Peckius *de iur. sist. cap. 2. n. 6.* Quod verum intelligo, quando ibi inuenitur, secùs si non inueniatur propter Textum *in d. cap. Romana §. nec etiam de for. comp. in 6.*

35 Moderare secundò, nisi ex contrahentis præsumpta voluntate, vel contractus natura, vel denique communi loci obseruantia, statim fuisset numerandum pretium, vel contractus perficiendus, vt ecce si emero à viatore equum, vel numero illicò pretium, videtur tacitè actum, vt statim quoque tradat equum. Similiter si emero in nundinis aliquot vlnas panni, vel aliud quidpiam non magni pretij ex consuetudine tacitè actum videtur, vt statim numerari debeat pretium. His itaque, & similibus casibus potest aduena, vel viator confestim indè profectutus in loco contractus conueniri, & ipse quasi suspectus, & fugitiuus, vel res eius arrestari, Paul. de Castr. *in d. §. si quis tutelam, & §. proinde in fine.*

36 Ad hæc non cõuenitur quis in loco contractus initi, si alio in loco contractus ex conuentione ad effectum perducendus sit, vel si alibi facienda sit solutio. Tunc enim contractus quidem ex consuetudinibus, & statutis loci contractus initi interpretationem, formam, vel efficaciam accipit, *arg. l. si fundus ff. de euict.* Bart. *in l. Cunctos Populos in 1. q. C. de sum. Trin. & fid. cath.* Gail. *lib. 2. obs. 8. n. 5. & 6.* sed non efficit, vbi conueniri possit, debet enim in loco, vbi contractus adimplendus est, vel facienda solutio conueniri *d. cap. dilecti de for. comp. l. contraxisse ff. de act. & oblig. l. vnic. ibique* Gloss. *C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. prom.* Panorm. *in d. cap. vlt. n. 30. de for. comp.* quem vide: Vndè si in Instrumento debiti essent adscripta verba: Titius promisit se Romæ soluturum, Romæ conueniri debebit, vel etiam in loco domicilij per not. *in l. 1. ff. quod cert. loc. in d. l. vnic. C. vbi conu. qui cert. loc. & in l. Eum, qui insulam ff. de iudic. & in d. cap. dilecti de for. comp.*

37 Quo circa quæritur, quid si ita scriptum sit, Titius confessus se debere Sempronio summam centum scutorum ex mutuo, promisit se eamdem pecuniæ summam eidem ad festa Paschalia proxima sub pœna excommunicationis Neapolis Campaniæ exoluturum, submittens se, ac suos hæredes, ac bona iurisdictioni, ac coercitioni, compulsioni, & mero examini quorumcumque Iudicum, &c. constituens procuratores tales ad promissa in iudicio, &c. extra recognoscendum, & suo nomine confitendum, pœnas, sententias, & censuras subeundum, necnon in literarum quarumcumque expeditionem consentiendum, propterea comparendum coram quibuscumque. Poterit ne hic, qui huiusmodi confessionem, & Iudicis prorogationem fecit, coram quocumque Iudice conueniri?

38 Et quidem quod attinet ad Clericum, qui in sacris, etiam minoribus ordinibus constitutus est, vel beneficium habet, extra controuersiam est, quod quemadmodum nullo pacto in Iudicem secularem consentire, ita nec ex eiusmodi suo consensu coram eo conueniri possit per Text. *in cap. si diligenti de for. compet.* Couar. *pract. quæst. cap. 31. n. 5. ac 6. cap. 32. in princ.* Marant. *p. 4. princip. disp. 11. n. 3. 4. & seq.* sed hodie minoribus ordinibus initiati non aliter gaudent priuilegio fori, quàm si beneficium habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui de mandato Episcopi inseruiant Ecclesiæ, aut in vniuersitate, & scholis de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versentur, idque ex Concilio *Trident. sess. 23. cap. 6. reform.* de quo Menoch. *lib. 6. præsumpt. 76. n. 38.* & nos alibi fusiùs.

Atqui in Iudicem non suum Ecclesiasticum ita demum consentire potest, si Episcopi domicilij voluntas accesserit, *cap. significasti de for. compet.* ibique Doctores, ideò si ea intercesserit, poterit Clericus ex eiusmodi suo consensu coram non suo Iudice Ecclesiastico conueniri, modò aliàs ordinariæ iurisdictioni præsit, non autem si delegatæ, *cap. 1. & glos. de offic. deleg.* 39

Quod ad laicum verò attinet, quoniam is in re temporali Iudicis non sui etiam Ecclesiastici iurisdictionem, irrequisito proprij Iudicis consensu, prorogare potest *l. 1. & 2. ff. de iudic. l. 1. C. de iurisdict. omn. Iudic. l. Episcopale, C. de Episc. aud. & d. cap. significasti de for. comp.* Idcircò poterit quoque iuxtà conuentionem coram quolibet Iudice etiam Ecclesiastico, ordinario tamen, conueniri. 40

Et quia hæc clausula, quæ quis enumeratis aliquot locis iurisdictioni cuilibet Iudicis sese subijcit, & conuenit, quod vbicumque locorum inueniatur, conueniri valeat, quotidiana, & plurimùm vsitata, teste Zasio, & Mynsing. ipsaque experientia rerum, vt dicitur, magistra, *cap. statutum in princ. de rescript. in 6. cap. quam sit de elect. eod. lib.* placuit eam iuxtà doctrinam Iurisconsulti *in l. legans 2. in princ. ff. de liber. legat.* eius intuitu pleniùs tractare. Idque eò magis, quod aliter praxis, & vsus videatur obseruare, quàm ipsa Iuris dispositio, & communis Doctorum schola diffinierit. Textus enim *in l. si conuenerit ff. de iurisdict. omn. Iudic.* ostendit, neminem compellendum stare conuentioni, qua placuit, vt alius Prætor, quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret, quin priusquam adiretur, voluntas mutari possit; quare in vim huiusmodi clausulæ, & pacti nemo coram non suo Iudice vsque adeò efficaciter conueniri valet, vt ante litem contestatam iudicium declinare non possit secundùm Doctorum intellectum *in d. l. si conuenerit* cum hoc pactum de competentibus tantummodò intelligatur, nisi iuramento esset vallatum. Tunc enim ob iurisiurandi Religionem pœnitentia nullatenus admittitur, prout habet communis Doctorum opinio, quam vt veriorem firmat Couar. *in cap. quamuis p. 5. relect. §. 4. n. 12. de pact. in 6.* Castel. *in d. l. si conuenerit,* Fachin. *lib. 1. controu. iur. cap. 61.* Quemadmodum si coram ipso Iudice, siue in Iudicio huiusmodi prorogatio, siue pactum factum esset, *l. 1. ff. de iudic. l. 1. C. de iurisd. omn. Iudic.* Paul. Castren. *in l. si quis in conscribendo n. 5. C. de pact.* Quare Zasius *in d. l. si conuenerit,* imperitiæ arguit notarios, qui hanc clausulam, siue pactum ita simpliciter, ac generaliter extraiudicialibus contractibus adijciunt. Vide consultationem nostram *tom. 1.* 41

Quia tamen, vt dixi, vbique ferè hoc ita inualuit, vt quis in vim illius pacti cogatur coram Iudice, sub quo inuenitur, respondere, vt videre est ex Castren. *in d. l. si quis in conscribendo n. 6. C. de pact.* Guido pap. *decis. 77. n. 1.* Couar. *d. §. 4. n. 13.* eorum consuetudo mihi aliquatenus defendenda videtur, quam, & iuri consentaneam asserit, & si forsan inaduertenter sibi contrarius Mynsign. *in vers. plus autem in fin. n. 7. Instit. de action.* & ante eum tanquam talem ex proposito defendit Raphael, prout refert Castrens. *in d. l. si quis in conscribendo n. 6.* certè hac non insubtili ratione, quod omnium votis receptum sit, quem vbicumque locorum conueniri posse, si ibi soluere promiserit, quasi tunc forum sortiatur ratione destinati effectus, & solutionis, *per l. Contrauenisse ff. de act. & oblig. l. 3. ff. de bon. auctor. Iud. possid.* Doctores, præsertim Ias. *in d. l. si conuenerit n. 17.* Castren. *loc. cit. n. 6.* Gail. *lib. 2. obs. 36. in fin.* Idem dico, si ibidem promiserit respondere, cum respondere præter responsionem iudicialem significet soluere, *l. eam, quam,* & ibi Bald. & Castr. *C. de fideic.* Atqui is, qui promittit vbicumque locorum se velle conueniri, promittit & ibidem soluere, *arg. l. in bonæ fidei ff. de eo, quod cert. loc. d. cap.* 42

dilecti

dilecti de for. comp. Quod nec Castreosi displicet *d. loco*, si videret responsionem ad *d. l. si conuenerit*, cui tamen plures adseruntur, Alciat. enim *lib. 2. paradox. cap. 17.* intelligit eam, quod non nisi vtriusque partis consensu huiusmodi conuentio possit reuocari. Idem post eum, non habita illius mentione, Coras. *lib. 2. miscell. cap. 5.* Ita & alij, quos refert, ac sequitur Couar. *in d. cap. quamuis §. 4. n. 13.* & si hoc nemini, nisi vltrò sequi volenti persuaderi posse putet Costal. *in d. l. si conuenerit*. Alij existimant, illam legem loqui in nudo pacto, quod de iure ciuili non producit actionem, *vulg. l. Iurisgentium §. sed cum nulla ff. de pact.* quare aliud de iure canonico, aut si stipulatione vallatum esset, de quibus Couar. *d. loc.* Alij quod *d. l. si conuenerit* corrigatur *d. l. si quis in conscribendo C. de pact.* quæ vult, quemlibet suo fauori, & foro renunciare posse, & communiter à Doctoribus intelligitur in priuilegio exemptionis, quod quis possit prorogare iurisdictionem Iudicis sui, à qua aliquo priuilegio exemptus est, non quod cuiuslibet Iudicis non sui, quod magis arridet, quàm quod dicit Goueanus *in d. l. si conuenerit partem aduersam, in l. si quis non aliter voluisse contrahere, quàm foro præscriptioni renunciatum esset*. Alij alias solutiones, & concordantias afferunt, quibus adde Fachin. *lib. 1. controu. iur. d. cap. 61.*

43 In tanta igitur varietate praxim, & consuetudinem, vt legum interpretem iuxta *l. si de interpretationem ff. de legib.* sequi, ac defendere præstat, etiamsi aliter alibi iudicatum asseratur, cum in ijs casibus qualitas, & circumstantia causæ forsan hoc ita suaserit, aut adhuc aliquando iudicari possit, ex quo nouum non sit, in eadem facti specie contraria reperiri præiudicia, vt patet non semel apud Mynsingerium, Gaillium, & alios, ob quod tamen Tribunalia inconstantiæ, & varietatis non rectè arguuntur per tradita à Sichardo *in l. De tutela n. 6. C. de in integr. rest.* Et id consentaneum est declarationi Sacræ Congregationis Immunitatis, de qua *in d. tom. 1.*

44 Iudex rei conuenti is quoque dicitur, in cuius iurisdictione res, de qua controuertitur, constituta est, *cap. sané, & cap. vlt. de for. compet. l. vlt. C. vbi in rem actio.* Hoc tamen intellige verum cum Butrio *in d. cap. vlt. n. 20.* modò tria intercedant. Primum, vt reus possideat, & detineat eò loco rem, & tanquam illius possessor, vel detentor conueniatur, *d. cap. vlt.* ibi: *sine rei, de qua contra Possessorem causa mouetur*. Secundum, vt actor agat actione reali *d. l. vlt.* vel in rem scripta, *l. vnic. C. vbi de poss. agi oport.* Vel etiam actione mixta, vtpotè petitione hæreditatis, *l. fideicommissum ff. de iudic.* secùs si actione merè personali, licet etiam ad rem, vtpote contra Commodatarium, vel Depositarium, *l. Officium ff. de rei vend.* Illi etenim ratione solius rei eo loco detentæ conueniri non possunt, Butr. Panorm. & alij *in d. cap. vlt.* Bartol. & Doctores *in d. l. vltima*. Ratio differentiæ est, quod actio realis principaliter rem sequatur, non personam, personalis verò contra personam, non rem, *l. vlt. ff. de contrah. empt.* Ideòque cum reali agitur, consentaneum est, in eo loco potius agi, vbi res est, quàm alibi, cum ibi sententia executioni mandari debeat. In personali verò non item, Butr. *in d. cap. vlt. d. n.* 20. Tertium, vt res, de qua agitur, sit immobilis, vel si mobilis sit, vt in eo loco, in quo possideatur, sit animi destinatione permansura. Tunc enim etiam ibi reus conueniri poterit, Albericus, Cynus, Bartolus, & Doctores cum *glos. in d. l. vlt.* Butr. Panorm. & Glos. *in d. cap. vlt. de for. comp.* secùs si non sit permansura, vt quia custodiæ solùm causa in eo loco est, mox in alium transferenda; quod si probare possit reus ibi non cogetur iudicium suscipere; nam non propriè res in eo loco esse dicitur, in quo ad modici dumtaxat temporis spatium sit permansura, *arg. l. quæsitum in princ. ff. de leg. 3. arg. l. generali §. Vxori ff. de vsu, & vsufr. leg.*

45 Hinc notant Doctores *in d. cap. vlt.* & Panorm. *n. 43.* quod si quispiam per Ciuitatem Tarentinam equum duxerit, eumque, quod illum meum esse putem, illic rei vendicationis iudicio ab eo petiero, ductorem non cogi illic se defendere; posse tamen equum, vel ductorem arrestari, sed tamen liberabitur, si de equo exhibendo, ac de iudicio sisti, in loco sui domicilij idoneè cauerit per *l. si fideiussor §. vlt. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in d. l. vlt. C. vbi in rem act.* & Doctores *in d. cap. vlt.* vbi de his breuitatis causa vide plura, & inter cæteros Sicard. *in d. l. vlt. n. fin.* qui dicit sententiam Azonis, volentis sine discrimine rem mobilem in loco, in quo inuenitur, vendicari posse, tutissimam esse, & à Canonistis, & à consuetudine probatam propter summam æquitatem, cum æquum sit, vt ibi quis cogatur respondere, vbi rem præsentem habet.

Hoc tamen prætereundum non est, Episcopum, in 46
cuius Diœcesi Clericus secularis Sacerdotium habet, etiam non requirens residentiam, dici Iudicem competentem in materia Sacerdotium concernente adeò, vt Clericus in loco domicilij, quod fortè alibi habet, in materia Sacerdotium concernente conueniri non possit, Felin. *in cap. dilectus 2. n. 9. de rescript.* quod si residentiam requirat, etiam in alijs rebus ad illud minimè pertinentibus respondere cogitur, Costal. *in d. l. heres absens §. proindè ff. de iudic.* quia domicilium ibidem residendo contrahere censetur, Panorm. *in cap. 1. in fin. de for. comp.* Cum tamen interim laicus alibi quàm in loco rei sitæ, domicilium habens, vel in loco domicilij, vel rei sitæ, prout actor elegerit, conueniri possit secundùm Goff. Innoc. Io. Andr. Butr. Card. Imol. & Panorm. *in d. cap. 1. n. 4.* vbi hanc communem, *& in cap. vlt. n. 43.* Glos. & Doctores *in d. l. vlt. C. vbi in rem act.* Non aliter tamen in loco rei sitæ reus conueniri poterit, quàm si ibidem inueniatur; quod tanquam notabile, & non ità à reliquis Doctoribus obseruatum, rectè notandum monet Castrens. *in d. l. vlt. n. 2. & in l. vlt. n. 3. C. de long. temp. præscript.*

Priuilegij denique ratione Iudex rei dici potest is, cui 47
iuris, vel Principis priuilegio in reum data est iurisdictio; qua de causa miles coram Magistro militum conueniri, vel accusari debet, *l. Magisteria C. de iurisd. om. Iudic.* Item scholaris, optione sibi data, vel eorum magistro suo, vel ipsius Ciuitatis Episcopo, aut loci Rectore *§. Illud verò cum §. seq. in proem. ff. auth. habita, C. ne fil. pro patr.* Item Vasallus coram Domino feudi *cap. Cæterum de iudic. cap. ex transmissa, cap. verum de for. comp.* & consimiliter Clericus coram Iudice Ecclesiastico, *cap. si diligenti de for. comp.* Gail. cum aliquot limitationibus *lib. 1. obs. 37. Mynsing. cent. 1. obser. 22.* Et si quis Clericum coram Iudice seculari conuenire præsumpserit, causam, & rem petitam perdere debet, quæ Reo iniustè sic pulsato applicabitur; & si condemnatus noluit satisfacere, poterit ad hoc districtione Ecclesiastica, idest excommunicationis sententia compelli *d. cap. si diligenti iuncta glos. verb. perdant, can. inolita 11. q. 1. auth. statuimus C. de Episc. & Cler.* At si Clericus sponte litigauerit coram Iudice seculari, si actio ciuilis sit, perdit causam, etiamsi per Iudicis secularis sententiam obtinuerit. Si verò criminalis sit, Clericus locum suum amittere, & ab officio deponi debet, *d. cap. si diligenti*, & ibi notat Card. Anchar. Imol. & Panorm.

Vtrum autem Clericus coram seculari litigans, per- 48
dat causam ipso iure, an per sententiam, quæritur? Et secundùm Ancharanum magnum in eo consistit momentum; nam si pœna imponitur ipso iure, transit etiam in hæredes, si autem imponatur per sententiam, tunc non transit in hæredes, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, *vt l. 1. ff. de priuat. delict. & cap. cum secundum leges de heretic. in 6.* Gail. *lib. 1. obseru. 86. n. 5. ac 6.* In quæstione ergo proposita Glossa *d. v. causam perdat* communiter approbata *in d. cap. si diligenti*, ait, quod perdet causam per sententiam, & non ipso iure per verba *in d. cap. si diligenti, & d. can. inolita*, scilicet causam perdat, & *in l. in criminali C. de iurisd. omn. Iudic.* dicitur, *actione mulctetur*; quia constitutio pœnam irrogans per verba futuri temporis, vt perdat, priuetur, excommunicetur, intelligitur per sententiam Iudicis condemnatoriam, nisi adijceretur aliqua dictio priuatiua, vt puta, mox statim, ipso facto, vel eo ipso. Tunc enim intelligitur ipso iure, *vt in cap. quam sit de elect. in 6.* Glos. *in cap. in pœnis de reg. iur. eod. lib. 6.* Gloss. *in cap. quicumque heret. eod. lib.* Si verò Constitutio pœnam irroget per verba præteriti temporis, vt sit mulctatus, sit excommuni-

municatione innodatus, cum intelligitur ipso iure, vt non sit necessaria Iudicis sententia condemnatoria, *Glos. in d. l. In criminali, & glos. v. innodetur in fin. d. cap. quicunque*, Glos. *v. priuetur in l. Iubemus 2. §. Oeconomus C. de Sacros. Eccles.* de quo pleniùs tractat Anchar. Butr. Imol. & Panorm. *in d. cap. si diligenti*, & Doctores *in l. extat ff. quod metus causa* Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 3. n. 5.* & omnium plenissimè Felin. *in cap. Rodulphus, vers. vlt. de rescript. vbi n. 35.* præclarè addit, quod tametsi vbi per Constitutionem irrogatur alicui pœna ipso iure, non sit opus aliqua sententia Iudicis condemnatoria, vt dictum est, attamen sententia Iudicis declaratoria, priusquam ad legis executionem procedi possit, necessaria est per *d. cap. cum secundum leges de heret. in 6.* Adi Gail. *lib. 2. de pac. publ.*

49 Porrò vsque adeò laici in Clericos iudicium vsurpare nõ possunt, vt in Clericorũ causis spiritualibus neque per viam iudicij, neque per viam compromissi cognoscere possint, *cap. decernimus de iudic. cap. contingit de arbitr.* nisi in casu, *cap. per tuas eodem*, quando videlicet auctoritate superioris sit compromissum partim in laicos, partim in Clericos, aut de rebus merè ciuilibus, Gail. *lib. 1. obseru. 37. n. 2.* Non potest etiam Episcopus causam Clerici spiritualem, vel etiam criminalem laico delegare, Butr. Imol. Panorm. & Felin. *in d. cap. decernimus*, Panorm. *in d. cap. contingit de arbitr. not. in can. benè quidem 96. d. can. indicatum d. 89, can. præter hoc §. ad hoc verò 32. d.* vbi Gloss. *verb. ducibus*, decidit Papam quidem potestatem excommunicandi laico posse demandare, Episcopus verò minimè. Adde Panorm. *in cap. Messana not. 2. de elect. & d. cap. decernimus n. 5.* ex quo constat, quod si officialis Episcopi deleget laico potestatem excommunicandi, aut interdicti Ecclesiastici sententiam promulgandi, ipso iure nihil agi. Vide Imol. *in cap. Ioannes de Cler. coniug.*

50 Postremò, vtrum Iudex secularis possit in aliquibus causis ciuilibus Clericorum cognoscere, ipsosque Clericos delinquentes ciuiliter punire, vide Cassan. *ad consuetud. Burgund. tit. des iustices, & droits d'icelles §. 5.* quanquam illic pleraque narrentur vsurpatione magis Regia inducta, quàm iure subnixa, de quibus nos alibi sparsim.

CONSVLTATIO XCV.

De alienatione rerum Ecclesiæ theoria, & praxis, in qua controuersiæ, penè dixerim omnes, compendio soluuntur ex Sacrarum Congregationum decretis, & Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus, deque pœnis contra alienantes sine licentia Sedis Apostolicæ, ac de processu in causa, si in euidentem, aliaque huiusmodi.

1 CVltus Diuinus sicut per se fauorabilis est, sic etiam patrimonium Ecclesiæ, *l. Iubemus 14. C. de Sacros. Eccles. vt sicut ipsa Ecclesia*, inquiunt Cæsares, Leo, & Antemius: *Religionis, & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum.* Cultus Diuinus, & Altare sine Sacrificio, & Sacerdote esse nequit, & sine his, quæ ad alimenta ministrorum, & ad impendia ministratorum necessaria sunt, *can. nemo 9. de consecr. d. 1. §. 1. vt nullus fabr. Oratorij dom. in nouell.* Iussumque à Deo in lege: *honora Dominum de tua substantia Prouerb. cap. 3. Non apparebis in conspectu meo vacuus exod. 24. can. omnis Christianus de consecr. d. 17.*

2 Quare & probatum, & laudatum hæredes instituere Ecclesias, bona illis mobilia, & immobilia relinquere, & donare, *can. Constantinus, can. videntes 12. q. 2. l. 1. C. de Sacros. Eccles.* Sicque breui tempore ex pietate hominum Religio peperit diuitias, pluresque se cum suis Deo consecrarunt, *auth. ingressi de Sacros. Eccles.* Coniunctæ eis decimæ, primitiæue, *can. 13. tit. de decim. & primit.* Splendida ædificia, vtpote Deo, Regum Principi extructa: Vndè & Ecclesiæ Basilicæ dictæ, bonis Ecclesiasticis multæ immunitates, & priuilegia data, quæ liquent ex *tote tit. C. de Sacros. Eccles. & tit. de reb. Eccles. (non alien.) de immun. Eccles.* & similibus. Licuit & Gentilibus legare suis Sacerdotibus, & hierophylacis, *l. annua 20. §. 1. de leg. 1.*

3 Intentio largitionum Deo, & Ecclesiæ eius factarum multiplex, & laudabilis fuit, estque vt primum testari muneribus, & oblationibus Deum Dominum nostrum esse auctorem, largitorem cunctorum bonorum spiritualium, & corporalium, quodque nos, nostraque cum gratiarum actione ei debeamus, vt *Genes. 4.* Abel professus est. Sic honorem debitum tribuimus, & idipsum testamento in decimarum, & primitiarum oblationibus, ex quibus, & vbertatem quoque maiorem expectamus à Deo, *can. reuertimini 65. & seq. 16. q. 1.* Decimæ tributa sunt egentium animarum, *can. decimas 16. q. 1. & can. maiores 16. q. 7.* vt sit cibus in domo Dei eius Sacerdotibus, & ministris, *d. can. decimas, & d. can. reuertimini 16. q. 1. Malac. 3. can. placuit 1. q. 2. can. nemo de consecr. d. 1. cap. vt quisque 3. de vit. & honest. Clericor. n. 5. Deuter. 18.* Idque vt liberiùs possint personæ Ecclesiasticæ vacare legi Diuinæ, & cultui Diuino 2. *Paral. cap. 31.* Qui enim Altari seruit, de altari viuere debet *1. ad Corinth. 9. can. ex his 12. q. 1. cap. cum secundum Apostolum 16. de Præben.* In redemptionem peccatorum, vt hi, quibus dantur, orent pro peccatis largitorum *can. fin. 10. q. 1.* Quare & dicuntur Clerici comedere peccata Populi, *can. ipsi Sacerdotes 1. q. 1.* Oseæ *cap. 4. v. 8.* sicut dictum Daniel 4. *Peccata tua eleemosynis redime, cap. fin. de testam. can. animæ defunctorum 13. q. 2. can. Presbyter d. 82.* Vt tempore persecutionis, quo Ecclesia parùm iuuatur, illa habeat ex immobilibus, quibus Cultum Diuinum possit reparare, *can. futuram can. videntes 12. q. 1.* Vt per Præpositos Ecclesiarum nomine relinquentium ad honorem Dei, & remedium animarum eorum, bona, & alimenta distribuantur pauperibus, quorum ipsa bona censentur, *can. fin. 16. q. 1. can. quod autem 23. q. 8. Can. earum 12. q. 2. Can. Clerici 1. q. 2. can. pastor, Can. Sacerdos 1. q. 2.* Fuerunt & bona addita Ecclesijs, vt & Templa, sacræque ædes reficerentur; quare & quatuor partes de redditibus Ecclesiæ solebant fieri, quarum vna dabatur Episcopis pauperibus, qui non abundabant, vt nunc bonis. Altera seruientibus Clericis. Tertia fabricæ, & instaurationi Ecclesiæ. Quarta pauperibus, ac peregrinis, *can. Vulterana, can. Concesso, Can. quatuor autem, can. de redditibus cum duobus seqq. 12. q. 2.* Sic Clerici, si bona Ecclesiæ illorum sufficiunt, ad reparationem suarum Ecclesiarum tenentur, *can. decernimus 10. q. 1. & cap. 1. de Eccles. ædif.* ex Concilio Maguntiaco sub Carolo Magno *cap. 42.*

4 Referam D. Chrysostomi pulcherrimam simul, ac grauissimam disputationem de bonis Ecclesiæ, & de causa, cur ea possideantur. In homilia quippè 86. *in cap. 26.* D. Matth. inter cætera hæc scribit: *deplorandum esse, quod Domini Sacerdotes vindemiæ, ac messi, & venditioni, & emptioni frugum assistunt. Et cum olim Leuitæ, ac Sacerdotes, qui vmbras tantùm colebant, nihil horum habebant, & quamuis corpolarior eis administrandi erat commissa, hodie tamen Sacerdotes, qui ad penetralia Cœlorum vocantur, quique ad vera Sancta Sanctorum ingrediuntur, mercatorum, & propolarum curas suscipiunt; Vnde & magna scripturarum oritur negligentia, ingens in orande segnities, & cæterorum omnium contemptus, illudque Euangelicum, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me D. Matth. 19. opportunè nunc ad Ecclesiæ Præsides propter latas Ecclesiæ possessiones meritò dici potest.* Et paulò antè ibidem: *Veniat in mentem vobis octo millia leuitarum Iudæos alere fuisse solitos, & cum his viduas, & Parentibus orbos, præterea muneribus subiectos, militia quoque operam dedisse; nunc autem agros, domos, locationes ædificiorum, vehicula, equos, mulos, multaque alia eiusmodi propter vos, vestramque crudelitatem Ecclesia possidet. Oportebat enim vos hunc Ecclesiæ Thesaurum retinere, ac Ecclesiam non paruos ex vestra deuotione consequi fructus. Modo autem duo mala quadam committuntur; nam & vos quasi nihil dare debeatis, nihil confertis, & Dei Sacerdotes à Sacerdotio aliena pertractant. An*

non

non poterant etiam tempore Apostolorum domus, & agri ab Ecclesia possideri? Cuius igitur rei gratia vendentes pecunia offerebant? Quia id multò melius erat profectò. Nunc verò secularem cura rerum, vobis frentibus loquitur Populo, timor nostros inuasit Patres, nedum nihil colligere, aut nihil seminare studeatis, viduarum, orphanorum, ac Virginum multitudo fame depereat, quare commoti hæc sibi comparare coacti sunt, &c.

5 Propter easdem igitur causas fuerunt prohibitæ bonorum Ecclesiasticorum alienationes, *can. non liceat Papæ 12. q. 2. tit. de reb. Eccles. non alien.* in iure Pontificio, & nouellis iuris ciuilis; quod ius ciuile non ligat Ecclesias, & Ecclesiasticos, quamuis sint in eorum fauorem, cum laici nullam habuerint, neque habeant iurisdictionem in Clericos, res, ac personas Ecclesiasticas per Text. in *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. & cap. bene quidem 96. d.* licèt dici posset, quod prædictum ius fuerit approbatum à Summo Pontifice, & à Concilio, de quo *in cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* vbi se refert ad Constitutionem Leonis *A. in l. Iubemus C. de Sacros. Eccles.* eam approbando, idque quando ius ciuile esset simpliciter præceptiuum, seù inhibitiuum, vt in hoc casu, secùs autem si esset simpliciter permissiuum; quia tunc comprehenderet Clericos, res, & personas Ecclesiasticas; quia tendit directiuè, non autem coactiuè in eorum fauorem, de quo est casus singularis *in cap. Constitutus de in integr. restit.* traditque Roman. *in singul.* quod incipit *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 3.* Lap. *alleg. 100. & 101.* vbi allegat *can. 1. & 2. & tot. ferè dist. 10. can. 11. quidem 37. d. cap. 2. de priuil. cap. 1. de nou. op. nunc. & cap. 1. & 2. de caus. pos. & propr.* Quia tunc Papa videtur ius ciuile approbare, ex eo quia Canonibus non contradicit, sed est in ipsorum fauorem, vt notant Doctores *in d. cap. 1. de non. opin. nunc. & in cap. fin. de secund. nupt.* Et præter iura prædicta extat ius antiquissimum in veteri testamento huiusmodi alienationem rerum Ecclesiasticarum prohibens, vt Leuit. *cap. 25.* cui accedunt iura antiqua Canonica *in can. sine exceptione 12. q. 2. & per tot. & in d. cap. nulli, totoque titulo de reb. Eccles. non alien.* ac iura noua *in cap. 1. & tot. tit. de reb. Eccles. non alien. in 6. & in Clem. 1. cum seq. & in Extrauag. ambitiosæ eodem tit.* quæ emanauit pro declaratione iurium prædictorum, & præsertim *d. Clem. 1. in §. fin.*

6 Res igitur Ecclesiæ immobiles nemini licet alienare, idque per regulam negatiuam, vt per Abb. *in d. cap. nulli in 1. notab.* Guidop. *in sum. d. Text.* & Ber. *num. 2.* Nam traditur hæc regula per verbum *nulli*, quod est vniuersale negatiuum, Glos. *in cap. statuimus, §. Insuper v. nullum de rescript. in 6.* Quare hæc prohibitio fit cuicumque Clerico, Ostiens. in *d. cap. nulli sub init.* Io. Andr. *num. 1.* & Card. *in 1. notab.* Neque obstat, quod *in d. cap. nulli* habeatur verbum *Sacerdotes*, idest Prælati. Nam Clerici omnes dici possunt Sacerdotes, vt in *cap. 2. de cohab. Cler. & mul.* & per Abb. antiq. *in d. cap. nulli v. Sacerdotes*, & hæc prohibitio multò magis fit laicis, *vt cap. 2. de reb. Eccles. non alien.* Ostiens. Io. Andr. & Bernat. vbi supra, idque tum ratione rerum Ecclesiæ, quæ sunt sub iurisdictione Papæ, & Ecclesiæ *d. cap. 1. de nou. op. nunc. & d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & cap. Quæ in Ecclesiarum de constit. arg. cap. 2. de for. comp.* Tum etiam ratione peccati ex his, quæ habentur *in cap. vlt. de præscript.* & obseruat Glos. in *Clem. Pastoralis v. fidelitatem de re iudic.* Nam in concernentibus animam omnes homines de Mundo sunt de foro Ecclesiæ, vt per Innoc. *in cap. quod super his n. 4. de vot.* & Bernard. *in d. cap. nulli n. 3.* Laici enim, etiam cum causa res Ecclesiæ alienantes, mortaliter peccant, aliàs perperam excommunicarentur *in cap. 2. de reb. Eccles. non alien.* cum excommunicatio non feratur, nisi pro culpa mortali, vt ex *can. nemo Episcoporum* cum Glossa 11. q. 3. & annotat Ber. *in d. cap. nulli n. 4.*

7 Et quidquid sit de iure antiquo, vt in *Can. ea enim §. hoc ius 10. q. 2.* hodie nemini licet, etiam cum causa, & iuris solemnitate alienare res Ecclesiæ immobiles, vel quæ inter immobiles computantur, inconsulto Romano Pontifice; quia *in d. Extrauag. Ambitiosæ* Paulus Secundus prohibet omnium rerum, ac bonorum Ecclesiasticorum, scilicèt immobilium, ac pretiosorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, scilicet specialem, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari possunt pro instantis temporis exigentia, & innouat decreta, & Constitutiones Prædecessorum super hoc editas, alienationes, hypothecas, concessiones, locationes, conductiones, & infeudationes irritat, & contrauenientibus pœnas imponit; quare per *d. Extrauag.* omnis alienandi modus etiam in casu licito, & seruatis iuris solemnitatibus regulariter prohibetur, *Summo Pontifice inconsulto*. Res verò mobiles alienari non prohibentur, *vt l. lex quæ tutores C. de administr. tut. & l. Inter omnes C. de præd. min.* secundùm Innoc. *d. cap. nulli post princ. v. immobilem*, nisi sint pretiosæ, *vt d. l. lex cap. quod sicut §. fin. de elect. cap. 1. de pignor. d. Extrauag. Ambitiosæ* ibi: *Pretiosa mobilia Deo dicata*, & notat Ostiens. *in d. cap. nulli n. 1.*

Clausula verò illa in *d. Extrau. Præterquam in casibus à iure permissis*, est referenda ad emphyteusim dumtaxat, non autem ad præcedentia. Primò quia est posita in medio duorum Capitulorum, quæ de emphyteusi loquuntur, & consequenter referri debet ad solùm contractum emphyteuticum, non autem ad omnia præcedentia, iuxtà Theoric. Bartol. *in l. Talis scriptura §. hanc autem n. 3. ff. de leg. 1.* quam sequitur Abb. *cons. 75. col. 2. lib. 2.* Soccin. sen. *cons. 156. n. 15. lib. 2.* Et sic verba illa *Præterquam, &c.* non limitant regulam de non alienando, sed solùm limitant regulam de non concedendo in emphyteusim. Secundò quia dum d. Extrauagans permittit concessionem emphyteuticam de bonis in emphyteusim concedi solitis, addit hæc verba: *Et tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate*, quæ essent superflua, si exceptio illa, præterquam in casibus in iure permissis, esset referenda ad omnem speciem alienationis, quia causa euidentis vtilitatis est vnus ex casibus permissis in iure, vt *d. can. sine exceptione 12. q. 2.* Et tertiò quia si in omnibus casibus in iure permissis liceret alienare, dicta Extrauagans nihil operaretur, neque occurrisset abusibus, qui narrantur in eius proemio. 8

Non obstat, quod exceptio, quæ postea subsequitur ibi: *ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt*, nõ restringatur ad solam emphyteusim; nam id contingit, quia hæc clausula non est posita in medio, sed in fine, & ideò refertur ad omnia præcedentia *d. l. Talis scriptura in fin. cum l. seq. ff. de leg. 1. cap. secundo requiris de appell.* Bart. *cons. 54. n. 3. lib. 1.* Anchar. *cons. 68. n. 2.* Vndè sensus extrauagantis est, vt contractus emphyteuticus bonorũ Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico licitè fieri possit, si tres conditiones concurrant. Prima est, vt sit de casibus in iure permissis. Secunda, vt sit de bonis ab antiquo in emphyteusim dari solitis. Tertia, vt subsit euidens Ecclesiæ vtilitas de tempore contractus, ponderando dictionem *Tunc*, quæ denotat temporis extremitatem, *l. 1. in princ. ibique glos. v. tunc*, & communiter Doctores, *ff. de lib. & posth. l. 4. §. fin.* vbi Glos. & Bart. *ff. de condit. & demonstr.* & in hac specie censuit Rota coram Seraph. *decis. 367. & decis. 1125. n. 5.* Nec propterea verba illa: *Præterquam in casibus in iure permissis*, redduntur superflua, quia potest contingere, vt bona sint solita in emphyteusim concedi, & tamen non sit permissum in iure, vt possint iterum emphyteuticari, veluti si à Prælato fuerint Mensæ Ecclesiæ incorporata, vt per Fagnan. *in cap. ex parte n. 8. de feud.* Item non obstat clausula præseruatiua præcedentium Constitutionum; quoniam eum fuerit posita immediatè post prohibitionem alienationis, debet referri ad Constitutiones illas, quæ similiter alienationem prohibent, sicut etiam innuunt illa verba, *prohibitionibus, & decretis alijs* 9

hoc edictis. Et quatenus esset referenda generaliter ad omnes Constitutiones, de hac materia loquentes, tamen hoc intelligendum esset, prætetquam in his, quæ ipsi Extrauaganti aduersantur, *arg. l. dolo clausula ff. de verb. signific.*

10 Firma sit igitur hæc regula, quod alienatio bonorum Ecclesiæ immobilium, vel pretiosorum mobilium hodie prohibita est etiam cum causa, & solemnitate sine beneplacito Apostolico.

11 Fallit primò hæc regula in contractu emphyteutico concurrentibus tribus illis conditionibus, de quibus supra. Secundò fallit in bonis Ecclesiæ feudalibus, seù ab antiquo in feudum dari solitis. Possunt enim in feudum concedi non obstante iuramento de non infeudando, Romano Pontifice inconsulto, vt est casus *in d. cap. ex parte de feud.* & ibi notant Innoc. *in princip. v. concedas*, Abb. antiq. *n. 1.* Ostien. *n. item 1.* Io. Andr. pariter *n. 1.* & reliqui omnes. Nec obstat, quod in prædicta *Extrauag. Ambitiosæ* pariformiter prohibeatur infeudatio, vel contractus emphyteuticus, & tamen exceptio fiat tantummodò de bonis in emphyteusim concedi solitis, non autem de bonis feudalibus; nam respondetur, contractum feudalem, & emphyteuticum esse eiusdem naturæ, vt notat Specul. *in tit. de feud. §. Quoniam n. 63.* Vbi enim est eadem ratio, nec contrarium reperitur in iure expressum, decisiones loquentes de feudo, vendicant etiam sibi locum in emphyteusi, & è conuerso iuxtà communem opinionem, de qua testatur Soccin. *sen. cons. 167. n. 24. lib. 2.* & ita exceptio, de qua in prædicta *Extrauag. Ambitiosæ*, quamuis videatur restricta ad emphyteusim, tamen procedit etiam in feudo, non per viam extentionis, sed comprehensionis, cùm vtroque casu sit eadem ratio, & quod statuitur *in d. Extrauag.* de bonis solitis in emphyteusim concedi, sit etiam à iure communi statutum de bonis solitis infeudari, *vt in d. cap. ex parte de feud.*

12 Dicitur autem res Ecclesiæ solita dari in emphyteusim, vel in feudum quoad hoc, vt possit alienari sine solemnitate *cap. 1. de rebus Eccles. non alienan. lib. 6. & d. can. sine exceptione 12. q. 2.* quando ita fuit concessa, saltem per duas vices, & lapsi fuerunt quadraginta anni, vt in Emphyteusi tenet Dec. *cons. 142. n. 4.* vbi allegat Bald. *in d. l. De quibus n. 85. ff. de legibus*, qui tamen nihil dicit de duabus inuestituris, sed tantùm de tempore annorum quadraginta; & in feudo originaliter voluit Iacob. de Beluis. *in cap. 1. tit. 1. in vsibus feud. & in tit. Episcopum, vel Abbatem cap. 1.* vbi concludit rem dici consuetam infeudari, quando intra quadraginta annos his fuit data, suadente vtilitate, & eum sequuntur Imol. *in d. cap. ex parte n. 37. de feud.* & Iason *cons. 155. col. 3. vol. 2.* vbi alios citat, & dicit, ab hac sententia neminem discrepare, Afflict. *decis. 305. n. 10.* Clar. *in §. feudum q. 13. num. 4.* vbi de communi, & quamuis referat Curt. iun. *de feud. in 1. p. 2. p. princip. q. 4.* & Ruin. *cons. 35. n. 30. lib. 1.* dicentes, sufficere, vt præcesserit vna tantùm infeudatio solemniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum, & hanc esse communem opinionem, tamen, vt ait Clarus, hæc opinio non transit absque difficultate, & ideò prima esset tenenda tanquam tutior, & quæ minùs fauet alienationi rerum Ecclesiasticarum. Sed tamen Sacra Rota Romana *decis. 160. n. 5. p. 2. diuers.* pluribus citatis ait, istud solitum probari, aut per duas locationes cum cursu quadraginta annorum, aut per vnam solemniter factam, & hanc esse communem conclusionem, quam ipsa tenuit in Zamoren. locationis coram Seraphin. 24. Decembris 1579. E conuerso autem res dicitur non amplius solita in feudum, vel in emphyteusim dari, quando Prælatus eam descripsit inter bona Mensæ Ecclesiæ, vel quando per multum tempus collegit fructus ipsius rei solitæ in emphyteusim, vel in feudum dari, prout facere consueuit ex alijs rebus, & bonis Mensæ incorporatis; & hanc opinionem dicunt esse communem recentiores, quam sequitur Cur. iun. *loc. cit. q. 5.* & Clarus vbi supra, Ex quibus colligitur bona cõsueta infeudari, vel dari in emphyteusim non esse de Mensa, quia in illis Ecclesia non habet dominiũ vtile, sed solùm directum, vt declarat Imol. *in d. cap. ex parte in fin. de feud.* sentiũque ibidem Innoc. *v. Concedas*, cum quo Ostien. & Io. Andr. *n. 4.* consentiunt.

13 Fallit tertiò in fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia. Quæ exceptio similiter habetur in præallegata *extrauaganti Ambitiosæ*, & concludit Text. *in d. l. lex, quæ tutores ff. de admin. Tut. & in l. ult. C. quando decret. opus non est*, & notat Glos. *in d. cap. nulli, & Ostien. n. 1. de reb. Eccles. non alien.* Tales autem dicuntur res mobiles, quæ non durant triennio, vel vsu consumuntur, & non fructificant, *arg. d. l. lex, quæ tutores §. fin. cap. Vestra de loc.* & declarant Rebuff. *in compend. alien. n. 25.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q. 6. n. 29.* & Nauar. *de alim. rer. Eccles. n. 4.*

14 Quartò fallit in terrulis, & vineolis, quæ de consensu Episcopi alienari possunt sine solemnitate, *vt in can. terrulas 12. q. 32.* Debent tamen tria concurrere. Primum vt res huiusmodi sint exigui valoris. Secundum, vt sint parùm Ecclesiæ vtiles. Tertium vt subsit necessitas alienandi, prout hæc tria colliguntur ex *d. can. terrulas*, & tradunt Hyppol. de Marsil. *cons. 103. n. 23. & seq.* Rebuff. *ibidem n. 122.* Redoan. *loc. cit. q. 13. n. 19. & q. 51. cap. 8. & 20. n. 6.* Card. Seraph. *decis. 407. n. 3.* Genuen. *in prax. cap. 60. n. 3.* Quaranot. *in summ. Bullar. v. alienatio n. 41.* Quare Sacra Congregatio Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum die 11. Ianuarij 1596. censuit: *Neque Constitutionem Pauli Secundi, neque Concilij Tridentini decretum derogasse dispositioni d. can. terrulas 12. q. 2.* Et iterum dum Episcopus Triuicanus quæsiuerit, *an stante decreto Concilij cap. 11. sess. 25. & extrauaganti, quæ incipit Ambitiosæ de rebus Eccles. non alienan. auctoritatem suam in alienationibus rerum Ecclesiarum ad præscriptum can. terrulas 12. q. 2. interponere valeat?* Sacra Congregatio censuit, *ex Concilio Tridentino non fuisse derogatum facultati concessa Episcopo per can. terrulas 12. q. 2.* Et cum in Ciuitate, ac Diœcesi Messanensi essent nonnulla pia legata parui redditus, veluti arbor oliuæ, aut domus, quæ ruinam minabatur, ac ferè diruta, aut terrulæ, vel vineolæ, quarum ferè nulli erant fructus, petijt Archiepiscopus sibi facultatem fieri huiusmodi legata alienandi, & in euidentem Ecclesiæ vtilitatem conuertendi, nec non declarari ad quam vsque quantitatem sibi liceret huiusmodi parua legata absque beneplacito Apostolico alienare, die 14. Decembris 1613. Sacra Congregatio Concilij censuit, *can. Terrulas 12. q. 2. non fuisse sublatum per Extrauag. Pauli Secundi, quæ incipit, Ambitiosæ. Cæterum ad quam vsque quantitatem liceat Episcopo alienare, petendum esse à iure communi.*

15 Sanè cum non sit iure definitum, quæ terrulæ, vel vineolæ dicantur exigui valoris, id totum Iudicis arbitrio erit relinquendum *arg. l. 1. in fin. ff. de iur. delib. & cap. de causis §. 1. de offic. deleg.* & Iudex arbitrium suum moderabitur, inspecta conditione Ecclesiæ, an sit tenuis, vel multum, an satis abundans, attenta qualitate temporis, locorum, ac rerum secundùm ea, quæ tradit Abb. *in cap. 1. n. 8. de restit. in integr.* & in terminis *d. can. terrulas* notat Canophyl. *in repet. d. Extrauag. Ambitiosæ n. 46.* Et quamuis Glossa *in d. can. Terrulas v. exiguas*, dicat illum Textũ fortè res exiguas vocare, quæ non excedunt valorẽ viginti solidorum, idest si non excedat vigintiquinque scuta monetæ Romanæ, & cum Glossa concordant Archid. *in can. si quos n. 2. & 3. 12. q. 2.* & Alciat. *cons. 23. n. 6. & seq.* tamen Sacra Congregatio Concilii aliàs dixit, quæ res dicantur exiguæ, non esse tutum definire.

16 Fallit quintò in alienatione necessaria, quæ fit ex necessitate iuris, eò quod ius præcipiat, illam fieri. In ea enim non requiritur solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, secùs si fiat voluntariè, licèt ex causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ. Hæc est Theoria Butrii *in cap. Pastoralis num. 11.* ibique Abb. *num. 5. de his, quæ fiunt à Prælat. sin. cons. Capit.* quam Theoriam seruat Curia Romana, ideòque à Sacra Congregatione Concilij responsum est, valere legatum immobilium fratribus minoribus sub modo licito, nempè vt vendant, & pretium conuertant in vsum fabricæ, vel Sacristiæ. Et idem si factum

fuit

fuit simpliciter, quia sub modo licito factum intelligitur, *vt cap. axiij §. ad hac de verb. signific. lib. 6.* Nec in huiusmodi alienatione opus est solemnitate, quia fit ex eorum regulæ præscripto. Idipsum tenet Dec. *in cap. in præsentia num. 69. de prob.* & Soccin. *regul. 110. num. 3.*

17 Et notandum ex verbis illis citati *cap. nulli specialis hypotheca* aliud esse alienare, aliud specialis hypothecæ titulo obligare, prout ibi notat Butr. *in 1. not.* & Imol. *num. 2.* Notandumque etiam in eisdem verbis specialem hypothecam bonorum Ecclesiæ esse prohibitum, vt in Textu, & notat Butr. *in 3. not.* & ita intelligenda est dicta *Extrauagans Ambitiosa*, ibi, *hypothecam* scilicet speciales Generalis, ergo hypotheca permittitur, vt probatur à contrario *in d. cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* & notat Ægidius relatus à Io. Andrea *num. 1.* Ias. *in l. fin. n. 78. C. de iur. emphyt.* Negus. *in tract. de pignor. & hypoth. in 2. membr. 2. par. num. 28.* & Alex. Straticus *in repet. d. Extrauag. Ambitiosa in 5. not. vol. 6. repet.* & hanc sententiam probauit Sacra Congregatio Concilij in Contractibus Regularium. Nam proposito dubio, an in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis, comprehendatur generalis hypotheca, nec ne? Sacra Congregatio censuit non comprehendi, & tamen prohibitio illa fuit concepta ijsdem verbis, quibus vtitur Paulus secundus *in d. Extrauag. Ambitiosa*. Ea quidem ratione, quia cum hodie ex stylo generalis obligatio bonorum fieri consueuerit in omni contractu, nimis graue esset, si semper Episcopus esset adeundus, & fine illa vix reperiretur, qui vellet cum Ecclesia contrahere, vt in simili notat Glossa *in can. hoc ius §. & is creditor* 10. *quæst. 2.*

18 Differt autem hypotheca à pignore, quia hypotheca est obligatio rei immobilis, pignus rei mobilis *§. Inter pignus, Instit. de act.* Item differt secundùm Abb. *antiq. in d. cap. nulli n. 5.* & Butr. *num. 6. in glos. 3.* quia pignus dicitur cum rei obligatæ traditur possessio creditori, hypotheca cum non traditur *l. si eam §. propriè pignus dicimus ff. de pignorat. act.*

19 Sub nomine autem alienationis quinque continentur. Primò scilicet, conditio, quam Glossa penult. *in d. cap. nulli* intelligit concessionem sub conditione, sed nihil declarat. Innocentius verò *in ver. conditionem*, cui subscribunt Ostien. *num. 3.* Io. Andr. *num. 2.* Butr. *num. 7.* & Anchar. *num. 3.* clarius rem totam explicat, dicens Contractus conditionalis dicitur, vbi prædium constituitur tributarium, & vulgariter tale prædium dicitur conditionale, quia cadit in commissum sub conditione scilicet si non soluatur tributum. Pro Innocentio facit Textus *in l. pen. §. Instituto ff. de leg. 2.* Sed hoc impugnat Cardin. *in d. cap. nulli n. 5.* & rectè quidem; quia in omnibus exemplis, de quibus *in d. cap. nulli*, id procedit, siue contractus fiat purè, siue sub conditione; nam quando fit sub conditione, ea adueniente perinde est, ac si ab initio factus fuisset purè, *vt cap. præterea 2. de appell.* Quidam etiam, vt ipse Innocentius subdit, non intelligentes, corrumpunt Textum, legentes *conductionem*, cum tamen conducere nullo modo sit alienare. Sed hoc verùm est secundùm Ostiensem, si conductio fiat ad tempus, vt patet *in cap. Vestra de locat.* Perpetua verò conductio alienatio quædam est, *vt in l. 1. & per tot. ff. si ager. vectigal. vel emphyt. pet.* Et de illa hoc potest intelligi sine corruptione, vt liquet *in cap. ad audientiam de reb. Eccles. alien.* secundum Ostien. *vbi supra*, & notat idem Innoc. *in cap. ad aures, eod. tit.* Dicitur autem perpetua, quando est duratura vsque ad triginta anno, *vt Instit. de perpet. & temporal. act.* Vel quamdiù emphyteuta viuit, *l. 1. ff. pro socio, can. precario* 1. *quæst. 2.* Vel quamdiù soluitur pensio, *vt §. adeò Instit. de locat.* & ita dicit Glos. *notab. in d. can. hoc ius v. perpetua* 10. *quæst. 2.* Ostien. *in d. cap. nulli n. 4.* Io. Andr. *num. 3.* & Cardin. *num. 6.* At Butrius *num. 8.* dicit, communem opinionem esse, quod conductio dicitur ad non modicum tempus, quando excedit decennium, vel est ad decennium, vt notat Glos. *ult. in Clem. 1. de reb. Eccles. non alien.* ad quam quotidiè fit recorsus. Hodiè verò prohibita est locatio, & conductio vltra triennium, vt in sæpiùs *citat. Extrauag. Ambitiosa*. Et huiusmodi triennium computari debet ex tribus fructuum collectionibus. Vndè si prædium eius esset conditionis, vt quolibet triennio vnus tantùm fructus perciperetur, tunc triennium pro vno anno esset computandum, & locatio fieri posset vsque ad nouennium, sed non vltra, vt tradidi *tom. 4.*

Secundò continetur donatio. Tertiò venditio. 20
Quartò permutatio. Quintò emphyteusis perpetuus contractus; quando autem dicatur perpetuus, vide Innoc. *in d. cap. nulli circa fin. v. perpetuum de reb. Eccles. non alien.* Et hæc quinque Prælato interdicuntur *in d. cap. nulli*, vt notat Bernard. *in Glos. pen. in fine*, quibus adde sextum, idest, infeudationem, & septimum locationem vltra triennium, & generaliter omne pactum, per quod bonorum dominium transfertur, vt legitur in præallegata *Extrauagante Ambitiosa*, & dominium intelligitur tàm directum, quàm vtile; nam per contractum emphyteuticum non transfertur directum dominium, sed vtile *l. 1. ff. si ager. vectig. vel emphyt. pet.* & Butr. *in d. cap. nulli in vlt. notab.* & Abb. *num. 3.* Et ita alienationis verbum latissimè accipitur. *Sic in l. sancimus C. de reb. Eccles. alien. vel non, & in auth. de non alien. reb. Eccles. §. non igitur collat. 2.* & notat Gloss. *in d. cap. nulli, v. alienationis*, Innoc. *post init. eodem v.* Ostien. *num. 3.* & Io. Andr. *num. 7.* qui post Ægidium subdit alienationis verbum largè sumi in tribus casibus, videlicet, quando lex, testator, vel actio prohibet alienari, *vt l. plebs. §. pignus ff. de verb. signif.* Card. *in d. cap. nulli num. 3.* Alibi tamen, vt subdit Glossa, strictius accipitur pro eo contractu, quo transfertur dominium, *vt in l. 1. C. de fund. dot. l. alienationis ff. de verb. signif.* cum alijs in Glossa allegatis, & Ostiens. *num. 3.*

Hinc pecunia Ecclesiæ accepta ex redemptione cen- 21
sus, non potest sine solemnitate conuerti in extinctionem debitorum eiusdem Ecclesiæ, vt per Turrecrem. *in summ. lib. 11. quæst. 2.* qui extendit hoc, etiam in casu necessitatis, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 16. num. 15.* Bernar. *in d. cap. nulli num. 83.* Genuen. *in pr. cap. 60. num. 14.* Ricc. *in pr. aur. p. 1. resol. 70. num. 3.* Rota in Veneta nullitatis contractus 13. Nouembris 1602. coram Pamphilio; quia cum talis pecunia successerit loco rei, *arg. ex l. ita constante ff. de iur. dot.* sicut non posset res ipsa alienari pro extinctione debiti, ita neque etiam ipsa pecunia sine debita solemnitate, *arg. ex l. si pupillorum, §. si Prætor ff. de reb. eorum.* Vbi enim iura requirant aliquam causam, vt aliquid aliàs prohibitum concedatur, debet causa in specie approbari à superioribus, vt de ipsa iuridicè constet, quia debet constare, quod sit causa requisita à lege; quod fieri nequit, nisi præmittatur examen: & ideò praxis obtinet, quod quoties petitur licentia alienandi aliquas res Ecclesiasticas ob aliquam causam, delegetur aliquis, qui cognoscat de causa. Vndè cùm agitur de extinctione debitorum Ecclesiæ, non sunt causa sufficiens alienandi, nisi sint vrgentis, vt notat Bellam. *in can. non liceat v. tertiò probatur 12. quæst. 2. per auth. hoc, C. de Sacros. Eccles.* Quando enim extinctio debiti non vrget, non adest necessitas alienandi, quæ est causa reddens licitam alienationem.

Et quamuis iura concedant alienationem rerum 22
Ecclesiæ, interueniente necessitate, non tamen concedunt, quod fiat, non seruatis debitis solemnitatibus, sed solùm permittunt, non seruari solemnitates, quando necessitas est adeò vrgens, vt non patiatur, eas seruari, vt inter alios annotat Cardin. *in Clem. 1. num. 29. de rebus Eccles. non alien.* Villadieg. *tr. de leg. quæst. 11. in fine*, alios adducens, Abb. *in cap. fin. de Eccles. ædif.* Turrecrem. *loc. cit.* Redoan. vbi supra *quæst. 19. num. 34.* & habetur *ex can. placuit 12. q. 2.* Immò quando agitur de alienandis rebus Ecclesiæ ob causam necessitatis, debet necessitas esse euidens, nec sufficit qualiscumque

per Text. *in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6.* vt notant etiam Couar. *lib. 2. var. resol. cap. 16. num. 8.* & ideò debet necessitas, & consequenter alia quæcumque causa examinari, vt constet, an sit sufficiens, ac proindè requirantur solemnitates, & facultas alienandi iuxtà Textum *in Can. Diaconi, can. si qua, can. alienationes, can. sine exceptione 12. q. 2.* quare debet causa necessitatis, siue quæcunque alia esse auctorizata, & declarata, quod sit ex illis, quas iura requirunt. Et ideò in hoc casu necessariæ sunt solemnitates, vt pecunia accepta ex redemptione census conuerti possint in extinctionem debitorum; vndè quando dicitur, quod necessitas facit licitum, quod aliàs non erat licitum, *cap. quod non est licitum de reg. iur.* & quod necessitas non habet legem, *l. si quis propter C. de patr. qui fil. su. distrax.* debet intelligi de necessitate ita vrgente, quæ non permittat legem seruari iuxtà superius dicta, & ea, quæ tradit Archid. *in can. ea enim §. hoc ius, v. Constat 10. q. 2.* Nam si compatitur obseruantiam legis non præualet contra ipsam.

23 Atque hinc etiam fit, quod magna pecuniæ summa, destinata pro emendis stabilibus, aut mobilibus pretiosis, non potest conuerti ad emenda mobilia vsualia pro Monasterio; quia computatur inter bona immobilia, vt mox dicemus, atque inter bona, quæ Monasterium stabiliter possidet. Nam prohibetur distrahi, tanquam aliquod immobile, & stante destinatione ad emenda immobilia, esset æquiualenter alienatio rei immobilis. Neque obstat, quod res immobilis emenda non possideatur, & prohibitio sit solùm de alienandis, quæ possidentur; nam possidetur ipsa pecunia, quæ pro re immobili habetur. Atque ita docent Conrad. *p. 2. resp. cas. consc. q. 25.* Armil. *v. alienatio n. 4.* Homobon. *p. 4. resp. 44.* alios adducens Bonac. *disp. 2. de alienat. bon. Eccl. q. vn. punct. 2. n. 5.* testans esse communem opinionem.

24 Quod autem pecunia recepta ex redemptione census ipsius Ecclesiæ inter bona immobilia sit computanda, & proindè non possit alienari absque solemnitatibus requisitæ pro rebus Ecclesiæ non alienandis, tradunt Syluest. *v. alienatio n. 7.* Quarant. *in Sum. Bull. eod. v. n. 25.* Redoan. *cit. q. 16. n. 13.* Vasquez *in opusc. de reddit. Eccles. cap. 2. §. 2. dub. 13. n. 45.* Peyrin. *de priuil. Min. ad Constit. 9. Iulij secundi n. 11.* Rota in d. Veneta nullitatis contractus coram Pamphilio; quia licèt pecunia de se non sit res immobilis, quando tamen est destinata emptioni rerum immobilium, computatur inter bona immobilia, vt tradunt Cuman. *in l. à Diuo Pio §. fin. ff. de re iudic.* hoc ipsum colligens ex illo Textu, *& in l. Cætera §. sed si separauit ff. de leg. 1.* Roman. *in l. quid ergo ff. de contr. & vt act. tut.* Aretin. *in l. si ex legati causa ff. de verb. oblig.* ibique Barbat. *v. adde, Bald. in l. etiam C. de fideic. & cons. 34. lib. 2.* Firman. *tr. de gabell. p. 2. p. 8. principal. v. & propterea,* Io. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor, §. 38.* Corset. *in singul. v. pecunia,* Ripa *in l. 1. n. 9. ff. ad Senatus consult. Trebell.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 7. n. 106.* vbi alios citat Viuius *tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 1. n. 278.* Ceual. *comm. contra commun. q. 313.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 13. n. 32.* Ioseph. Ludouic. *tom. 3. tit. de verb. signif. consil. vn. ampl. 3.* Gomez. *§. Item Seruiana n. 21. Instit. de act.* Menoch. *cons. 114. n. 32.* Redoan. *cit. q. 16. num. 13.* Boer. *dec. 209.* Gail. *lib. 1. pract. obseruat. cap. 11.* Thesaur. *decis. 160. num. 6.* Ricc. *in prax. p. 1. resol. 67. n. 5.* Fuller. item *in pr. v. annotentur,* Fulgos. *in l. eadem C. de collat.* Quod præcipuè verum est, si debeat conuerti in res immobiles, vt notant Syluester *d. v. alienatio quæst. 6.* Vasquez *loc. cit. cap. 2. §. 2. dub. 13. num. 45.* Molin. *de iust. & iur. tr. 2. disp. 465. n. 4.* Bonac. *disp. 2. de alien. bon. Eccles. pun. 2. n. 6.* Quaran. *d. v. alienatio num. 3. & 25.* & Rota in allegata Veneta coram Pamphilio, ac desumitur *ex d. l. à Diuo Pio §. fin. ff. de iudic. & d. l. quid ergo ff. de contr. tut. & vt. act.* vbi supponitur, quod pecunia pupilli destinata ad emenda prædia non possit alienari, nisi interueniente solemnitate, quæ requiritur pro alienatione immobilium. Huiusmodi autem solemnitas non potest alia ratione esse necessaria, nisi quia talis pecunia computatur inter bona immobilia.

Ratio autem est, quia res vendita, aut census redemptus repræsentatur in illa pecunia, *l. qua quis pretio ff. de vsufr. & quemadm. quis vt. fr.* Pecunia namque substituitur pro re, cum qua fit commutatio; & ideò, quamuis de se sit mobilis, induit tamen conditionem rei inalienabilis, tanquam si esset immobilis, quia succedit loco illius, *arg. ex d. l. Ita constante ff. de iur. dot.* & per ea, quæ notant Doctores *in l. fin. eiusdem tit. & in can. 1. caus. 12. q. 3.* Quod autem in locum alterius subrogatur, induit conditiones illius, *l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis caut.* vbi Doctores, *& cap. Ecclesia 1. vt lit. pend.* vndè si fundus legatus post mortem Testatoris euincatur, dato pretio, hoc pretium tanquam surrogatum in locum fundi debetur legatario, *l. qui solidum §. 1. ff. de leg. 2.* & ideò induit easdem conditiones, & qualitates; & quia dicta pecunia ex redemptione census accepta non est de fructibus Ecclesiæ, sed de proprietate illius: Vndè est destinata ad fructificandum in vtilitatem Ecclesiæ, ac proindè pertinet ad dotem eiusdem Ecclesiæ, ac debet conseruari in ordine ad finem, pro quo est destinata, vel in se, vel in alijs bonis fructiferis. Prælatus autem non potest disponere de rebus, quæ sunt de proprietate Ecclesiæ, sed solùm de fructibus, vt *ex Clem. 1. in fin. de reb. Eccles. non alien.* & notat Gloss. *in can. fin. 5. q. 3. & in cap. generali de elect. in 6.* Pecunia namque est illius, cuius est res, ex qua accipitur, *l. Mater. §. 1. C. de rei vendic. & l. fin. C. de neg. gest. & l. si eum seruum ff. si cert. pet.* Esset enim valdè absurdum, quod Prælatus posset disponere de pecunia accepta ex redemptione Census, cum potuerit alienare. 25

Ac ita vt huiusmodi pecunia ne possit quidem conuerti in Censum vitalitium; quia cum sit destinata pro rebus immobilibus, & non sit sub dispositione liberа tanquam de proprietate Ecclesiæ, non potest conuerti, nisi in bona immobilia. Census autem vitalitius non computatur inter bona immobilia, sed inter mobilia; quia quæ sunt in continuo periculo, vt amittantur censentur bona mobilia, vt tradunt Angel. *in l. non solet ff. de pet. hæred. in cap. contingit de dol. & contum.* Cornel. *cons. 173. vol. 3.* Census autem vitalitij sunt in continuo periculo amissionis, sicuti est vita illius, super qua duraturi sunt. Acceditque, quod Census breui duraturus enumeratur inter bona mobilia per ea, quæ tradunt Barbat. *cons. 22. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 233. n. 2.* Feder. de Sen. *cons. 12. n. 5.* Feder. Martin. *de iur. cens. cap. 1. n. 101.* vbi alij, Duard. *de cens. in proem. Constit. Pij V. q. 10. n. 40.* Census autem vitalitius est breui duraturus, neque est de sui natura perpetuus, sed sequitur vitam, super qua fundatur, quæ sicut non est stabilis, neque immobilis, ita neque ea, quæ in ipsa fundantur, sed sunt temporalia, & mobilia. 26

Constatque etiam ex eo, quod Census redimibilis non computatur inter bona immobilia, sed inter mobilia, vt tradunt Gomez *de censib. cap. 3. n. 4.* Matienz *l. 2. glos. 1. n. 83. tit. 9. lib. 5. nou. recopil.* Garz. *de benef. p. 2. cap. 5. n. 95.* Molin. *lib. 2. de primog. cap. 10. n. 3.* Quia nimirùm non habent statum stabilem, sed temporanea sunt. Talis autem est census vitalitius, quia temporaneus est, sicut & vita hominis, neque habet statum stabilem. Atque ex eo, quod fundatio talis census tendit ad alienationem; nam respicit alienationem, quæ fit, posita conditione mortis. Quare de præsenti, licèt sit emptio iuris percipiendi fructus ex re fructifera, est tamen etiam alienatio pro tempore futuro, & posita tali conditione, qua tempus determinandum est. Cùm ergo res iudicanda sit ex euentu, ac fine, ad quem ordinatur *l. sed & si quid §. 1. ff. de vsufr. & cap. fraternitatis §. fin. de frigid. & malef.* fundatio Census vitalitij non tam est dicenda emptio, quàm alienatio pecuniæ, ac proindè prohibita. 27

Qui

28 Qui verò alienat res Ecclesiæ, non obtento, sed reseruato, quatenus opus esset, beneplacito Sedis Apostolicæ, excusatur à pœnis *d. Extrauagantis Ambitiosæ*, quia pœnæ d. extrauagantis impoountur alienantibus sine licentia sedis Apostolicæ. Huiusmodi autem alienatio oon est independens à licentia Sedis Apostolicæ, cum sit reseruatum beneplacitum Apostolicum, quod oon requiritur, vt præcedat contractum, nec quod ioterponatur tẽpore, quo celebratur contractus, sed sufficit, si ex post facto interueniat, *cap. 2. de pact.* ibi: *Quoties in conuentionibus noster expectatur assensus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, ratihabitio, eas debet pro securitate partium solidare*. Atque ita notaot ibi Butr. *n. 6.* Imol. *n. 3.* alijque. Franch. *in cap. Dudum n. 12. in fin. de reb. Eccles. non alien.* Vinc. de Franch. *decis. 163. n. 2.* Rota coram Durano *decis. 397. n. 11.* Quamdiù enim superuenit beneplacitum Apostolicum, habet contractus statum implicitum validitatis, ac proindè Glos. *in d. cap. 2.* notat, quod, licèt pactum de se noo teneat, per ratihabitionem tamen superioris fit validum, quia ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato.

29 Id tamen intelligendum est, dummodò noo sequatur absoluta traditio, neque in contractu adsit clausula *Constituti*. Siquidem hæc clausula absque etiam traditione habet vim transferendi possessionem, *l. quidam ff. de rei vendic.* & notant Menoch. *cons. 139. n. 24.* Tiraquell. *de iur. Constituti p. 2. ampl. 1. n. 2.* Et non solùm ciuilem, sed etiam naturalem, vt sæpiùs dixit Rota coram Verallo *decis. 14. n. 8. & decis. 351. n. 4. & decis. 408. n. 8. p. 4. recen. & decis. 184. n. 8.* apud Pacif. *de Salu. interd.* & simul etiam transfert Domioium, vt ootant Panorm. *in cap. 2. n. 13. de consuet.* Ber. *cons. 41. n. 12. vol. 3.* Afflict. *decis. 299. n. 18.* Rota in Suttina bonorum 23. Octobris 1595. & in Assisiensi Census 22. Iunij 1603. coram Coccino. Hoc enim pacto contractus haberet executionem absque beneplacito Apostolico, & reseruatio illius esset elusoria.

30 Et quamuis solum beneplacitum Apostolicom videatur reseruatum sob cooditione, si nimirùm necessarium sit, vt denotant illa verba *quatenus opus sit*, quæ important cooditionalem, *l. stichum qui meus ff. de legat. 1.* & notant Bartol. *in l. 1. n. 10. ff. de cond. & demonstr.* vbi Castren. Soccin. & alij, Crauett. *cons. 802. n. 1.* Honded. *cons. 68. n. 11. lib. 2.* Surd. *cons. 186. n. 10.* Rot. *decis. 381. n. 2. p. 1. diuers.* & coram Ludouisio *decis. 355. n. 2.* Attamen quia beneplacitum est absolutè, ac de iure necessarium, reseruatio conditionalis transit io absolutam, & puram, vt ponderat Rota in simili *decis. 14. n. 5.* coram Pegna. Deinde, quod reseruatio sit conditionalis, non tollit, quin verè sit reseruatum, sed solùm ostendit alienantem dubitasse, an esset necessarium, quod conducit ad arguendum bonam fidem in ipso. Immò non fuisse conditionalem mox dicemus. Vndè ex hoc consurgit alia causa, nempè bona fides, quæ operatur, ne pœnæ d. Extrauagantis locum habeant. Constat enim ex hac reseruatione beneplaciti Apostolici, quatenus opus sit, alienantem noluisse alienare, nisi legitimo modo, ac seruata solemnitate necessaria, præcipuè quia absolutè promisit se illum exhibiturum; quod facit vt reseruatio illius sit absoluta, licèt de eo putabatur posse esse, & oon esse necessarium; vndè dictio cooditionalis, *quatenus*, non cadit soper reseruatione beneplaciti, sed super necessitate eiusdem, & sensus est, quod obtinebitur, vt interponatur super contractu, quatenus necessarium sit interponi: Vndè remanet stabilita bona fides alienantis, & exclusæ pœnæ *d. Extrauagantis Ambitiosæ*, quæ solùm infliguntur præsumentibus. Præsumere autem excludit bonam fidem, & importat ausum temerarium, ac dolum, vt notaot Abb. *in cap. 2. n. 6. de iudic.* ibique Dec. *n. 6.* Barbat. *in cap. prudentiam not. 1. de offic. deleg.* Bald. *cons. 486. n. 5. vol. 4.* Menoch. *cons. 763. n. 10.* Card. *in Clem. 1. n. 22. de priuil.* & Rota coram Caualer. *decis. 1. n. 2.*

31 Neque obstat, quod bona fides oon habeat locum, quando ius resistit, quia ignorantia eorum, quæ sciri debent, noo suffragatur, vt notant Bald. *in l. in testamento. 1. C. ad leg. falcid.* Alex. *cons. 112. n. 4. lib. 1.* Calcan. *cons. 24. num. 11.* Rota coram Caual. *decis. 60. num. 3.* Nam respondetur hoc esse verum, quando sumus io caso, quo ius est certum, & clarum, secùs autem, quando casus est controuersus, vt notant Gabr. *concl. 14. n. 7. de præscript.* Balb. *in repet. l. Celsus p. 1. num. 17. & 22. ff. de vsucap.* Rot. *decis. 120. num. 6. p. 3. recent.* Vndè cum alienatio rerum Ecclesiæ sit de iure permissa ex causa euidentis vtilitatis, *Clem. 1. de reb. Eccles. non alien.* & adsit opinio, quod in tali casu valeat alienatio sine beneplacito Sedis Apostolicæ, nec locum habeant pœnæ, quam tradunt Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q. 36. & 42.* Nauar. *com. de alien. reb. Eccles. n. 17.* Rodriquez *q. regul. 27. art. 9. tom. 1.* potoit sibi persuadere, staote euidenti vtilitate, non esse necessarium beneplacitum Apostolicum, ac formare bonam fidem, cum qua constat, quod processerit, immò, vt cautè procederet, in omnem euentum reseruauit beneplacitum Apostolicum impetrandum, quò magis confirmatur bona fides. Siquidem voluit, quod in quocumque euentu alienatio esset legitima.

Id, quod etiam resoluendum est io termiois decreti 32
Sac. Congregationis Concilij iussu Vrbani Octaui editi sub die septima Septembris 1624. in quo vltra pœoas *d. Extrauagantis Ambitiosa*, aliæ quoque imponuntur, oon quidem præsumentibus, sed absolutè. Nam adhuc excluduntur in virtute reseruationis beneplaciti Apostolici, vt diximus; & quamuis non exprimatur, quod impositæ sunt præsumentibos, illis tamen tantùm censentur impositæ, quia dictum decretum emanauit pro corroboratione *d. Extrauagantis Ambitiosa* cui propter priuilegia Regularibus concessa, valdè derogatum fuerat cum detrimento Monasteriorum, ac proindè tolluntur priuilegia alienandi. Dum autem emanauit in consequentiam ad d. Extrauagantem, & pro illius corroboratione recipit interpretatiooem ab ipsa, itaut pœnæ, quæ generaliter in decreto imponuntur, habeaotur impositæ contra Transgressores illius specialis qualitatis, contra quos in extrauaganti impoountur iuxta ea, quæ notant Gloss. in *l. Sciendum init. ff. qui satisd. cog.* ibique Ias. *num. 4.* Ruin. *cons. 29. num. 5. lib. 3.* Soccin. *iun. cons. 131. num. 36. lib. 1.* Imol. *in l. si verò §. De viro ff. solut. matrim.* Menoch. *cons. 187. n. 38.*

Ex hoc etiam excludootur pœnæ alienantium sine 33
solemnitate, quia hoc pacto non est completa venditio, sed remanet in suspeoso, & ideò non comprobatur, quod sit facta. Primò quia remanet dominium apud venditorem, si oon soluitur pretium. Io alienatione enim rerum Ecclesiæ, quando noo soluitur pretium, non transfertur dominium, vt tradunt Bartol. in *d. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor num. 3. ff. de re iudic.* Alex. ibidem *num. 7.* & Ias. *num. 6.* Bald. in *l. In Ciuilis num. 2. C. de rei vendic.* Aret. *in §. Vendita n. 3. Instit. de rer. diuis.* Felin. *in cap. Cum olim n. 5. de offic. deleg.* Venditio autem non perficitur, nisi translatione Dominij. Secondò si fuerit expressè reseruatum dominium venditori, donec ei solueretur pretiom, qood operatur, vt domioium remaoeat penes reseruantem, vt notaot Bald. *in rubr. de contrah. empt. num. 13.* Abb. *cons. 66. n. 1.* Ruin. *cons. 73. num. 3. cas. 2. lib. 1.* Sord. *decis. 305. n. 39.* Magon. *decis. Lucen. 32. n. 9.* Rota *decis. 507. num. 4. p. 3. recent.* Et tertiò quia cum reseruetur beneplacitum Apostolicum, venditio remanet imperfecta sub tali conditione, ac in suspenso, vt notant Olasch. *decis. 164. n. 7.* Rot. coram Durano *decis. 83. n. 27.* & etiam ex hoc capite non transfertur Dominium, vt obseruat Rota coram Puteo *decis. 2. de transact. alias decis. 343. lib. 1.* Et quamuis consensus Apostolicus reseruatus sit cum clausula *quatenus opus sit*, attamẽ quia opus est interponi pro validitate alienationis, facit, vt omninò interponi debeat, & contractus stet prorsus sub tali cooditione, vt notant Bald. *in l. edita num. 98. C. de eden.* Rota *coram Seraphin. decis. 687. n. 2.* & effectus subsequutus mentem contrahentium declarat; nam alienans instare debet pro obtinendo beneplacito Apostolico, quod sufficienter declarat, venditionem non

fuisse habitam pro completa, vt ponderat Rota ead. *decis.* 83.*n*.29. coram Dusano.

34 Ac ita etiam, vt non possint alienari res Ecclesiæ pro donatione remuneratoria, vt in specie notat Dec. *cons.* 164. Quia in *d. Extrauaganti Ambitiosæ* prohibetur non solum alienatio liberalis, sed etiam quæ fit titulo venditionis, & quæcumque alia species alienationis, immò etiam locatio vltra triennium. Atque adeò erit prohibita alienatio remuneratoria, cum sit vera, & propria alienatio, quamuis non liberalis. Tum quia in alienatione rerum Ecclesiæ duo copulatiuè requiruntur. Vtilitas, & solemnitas, itaut vna sine alia non sufficiat, *d. can. fine exceptione* 12.*q*.2. *d. cap. nulli de reb. Eccles. non alien. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *& Clem.* 1. *eodem*, notantque Doctores *in d. can. exceptions*, nominatim Laur. de Rodulph. *n*.17. Archid. *n*.5. Gemin. *n*.2. Bellam. *n*.7. Henric. Boich. *in cap. Tua in fine de his, quæ fiunt à Pral.* Imol. *in d. cap. ad aures n.* 8. *de reb. Eccles. non alien.* Couar. alios referens *lib.* 2. *var. cap.* 17. *n*.2. Rota coram Coccino *dec.* 34. *n*.3. *& decis.* 58. *num.* 11. *p.* 4. *recent.* ac alibi, & ideò vtrumque requiritur etiam in donatione remuneratoria, & proindè erit examinandum, an interueniat Vtilitas, quæ examinatio fieri non potest, nisi per Apostolicam Sedem.

35 Eòque magis erit necessaria solemnitas consensus Apostolici, quia non ita facilè saluari potest vtilitas Ecclesiæ in donatione remuneratoria, & tamen hæc præcipuè est attendenda ita, vt solemnitates inuentæ sint, vt excludantur alienationes inutiles, & pro iustificanda vtilitate, vt tradit Rota *coram Mantica decis.* 105. *n*. 5. & coram Merlino *decis.* 702. *n*.76. *& decis.* 624. *n*.3. *p.* 1. *recen. & decis.* 730. *n*. 3. *p*. 2. Cum igitur in donatione remuneratoria valdè dubia esse soleat vtilitas, necessaria est specialis discussio, atque adeò speciali modo solemnitates sunt necessariæ. Idemque dicendum est de donatione remuneratoria immobilium ad tempus; nam licèt in hoc casu non alienentur immobilia, sed solus vsusfructus, adhuc tamen est necessaria solemnitas, quia regulatur, tanquam si esset locatio, quæ est prohibita sine solemnitate vltra triennium ex *d. Extrauag. Ambitiosa*. Et ideò, si sit ad longum tempus, neque etiam valet pro triennio concessa iuxtà communiorem, ac receptam sententiam, quam inter alios tradunt Lap. *alleg.* 80. vbi etiam Mandos. *in fine* Alexand. *cons.* 17. *n*.10. ibique alij, Cardin. *in d. Clem.* 1. §. *fin. de reb. Eccles. non alienand.* Prob. ad Munac. *in cap. vlt. n.* 2. *de pœnit. & remis. in* 6. Afflict. *decis.* 107. *n*. 2. *in l. nemo potest n.* 53. *ff. de leg.* 1. Molin. cum alijs *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *n*. 28. Rota in Romana deuolutionis domus 4. Februarij 1583. coram Rubeo, & in Placentina decimarum 2. Iunij 1586. coram Bubalo, & in Brixiensi locationis 5. Decembris 1597. *& decis.* 435. *n*.3. *p*.3. *recent.*

36 Non verò est necessarium beneplacitum Apostolicum, vt hæres Ecclesiasticus possit alienare bona prohibita alienari ob soluenda debita defuncti; quia licèt hæreditas comprehendat etiam debita, & quidquid oneris ipsi inest, & cum his omnibus deferatur ad hæredem, iuxta *l. hæreditatis ff. de verb. signific.* per ipsam tamen aditionem non censentur acquiri hæredi, nisi illa bona, quæ remanent, deducto ære alieno; quia inter bona ea tantum computantur; quæ supersunt, ære alieno deducto *l. sub signatum*, §. *bono ff. de verb. signif.* Vndè quatenus necessaria sunt pro soluendis debitis non acquirantur absolutè, sed solùm in ordine ad extinguenda debita, & ideò est acquisitio temporanea, & ex vi eiusdem hæreditarij iuris resolubilis, ac proindè talia bona delata ad hæredem Ecclesiasticum non incorporantur patrimonio Ecclesiæ, neque fiunt bona Ecclesiastica, itaut pro ipsorum alienatione sit necessarius consensus Apostolicus.

37 Deindè detractio æris alieni diminuit hæreditatem, *l. Papinianus* §. *quarta ff. de inoff. testam. & l. In restituenda C. de petit. hæred. & l.* 1. *C. ad Trebell.* & idcircò operatur, quod, quamuis quæ detrahuntur sint in hæreditate, non possint tamen incorporari bonis hæredis, tanquam alteri restituenda: Vndè fit, quod alienatio horum bonorum non solùm sit necessaria, sed etiam sit facienda in virtute eiusdem hæreditatis, atque adeò ex commissione saltem tacita Testatoris, quæ tamen in hoc casu habetur pro expressa *l. Inter vestem ff. de aur. & arg. leg. & l. In conditionibus ff. de condit. & demonstr. & l. Lucius* §. *maritus ff. ad Trebell.* Quare non tam est alienatio hæredis, quàm defuncti; siquidem hæres tantùm exequitur tacitam dispositionem defuncti, quæ proindè impedit, ne bona alienanda fiant bona Ecclesiastica, atquè adeò, tanquam alienatio de bonis laicalibus, ac disposita à defuncto, non requiret solemnitatem consensus Apostolici.

Denique adiens hæreditatem dicitur cum creditoribus quasi contrahere, §. *hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. & l. apud Iulianum ff. quib. ex cau. in pos. eat.* & notant Castr. *cons.* 259. *init. lib.* 1. Rot. *decis.* 297. *n*.3. *p.* 4. *diu. decis.* 477. *n*.4. *p*. 2. *recent.* & coram Caual. *decis.* 272. *n*.2. & coram Pegna *decis.* 1223. *n*. 5. Hic autem quasi contractus in eo consistit, quod aditio hæreditatis obligat adeuntem ad reddendum vnicuique, quod suum est, ac soluendum, quod de bonis defuncti debebatur; vndè in ipsa aditione hæreditatis incipit alienatio, cum suscipiatur obligatio alienandi, atque adeò bona hæreditaria transeunt in potestatem hæredis, tanquam obligata alienationi, & ideò postea non tam alienat, quàm exequitur obligationem susceptam alienandi pro soluendis debitis; ex quo fit, quod hæres Ecclesiasticus non indigeat consensu Apostolico pro alienandis bonis necessarijs pro solutione debitorum, non secùs ac non indiget pro soluendis legatis, etiamsi esset consignandum aliquod corpus de bonis hæreditarijs. 38

Limitatur tamen regula superiùs proposita, nisi alienatio fiat ex causa necessitatis, & cum iuris solemnitate, 39 *d. can. fine exceptione* 12. *q*. 2. *& can. & hoc ius* 10. *q*. 2. & hanc solam causam excipiunt Glos. 1. & Innoc. *in princip. in d. cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* sed certè multò plures debuissent excipere, quas *in d. cap. nulli* enumerat Ostien. *n*.1. & Io. Andr. *n*. 5. & ante eos Petr. de Sampsone, & Abb. antiq. *in cap. penult. n*.2. *de reb. Eccles. non alien.* Alia enim causa est necessitatis, vt si debita vrgeant Ecclesiam, nec possit de fructibus satisfieri, *d. can. hoc ius* 10. *q*. 2. Alia est pietatis pro redimendis captiuis, vt *can. aurum, & can. gloria* 12. *q*. 1. *cap*. 1. *de pign.* Alia vtilitatis; nam potest vnam rem alienare, vt habeat aliam meliorem, *d. can. fine exceptione, & cap. vt super* §. *fin. de reb. Eccles. non alien.* Alia est æquitatis, vt cùm res Ecclesiæ conceduntur ei, qui illas ad culturam reduxit *cap. ad aures eod. tit.* Vel cum manumittitur seruus Ecclesiæ de ipsa benemeritus, *can. si quos de seru.* 12. *q*. 2. Alia est incommoditatis, seu minoris vtilitatis, vt quia res alienanda est magis damnosa Ecclesiæ, quàm vtilis, veluti cum alienantur terrulæ, vel vineolæ incultæ, aut longè positæ, *d. can. terrulas ead. caus. & q.* Alia demum est damni vitandi, vt in rebus, quæ seruando seruari non possunt, *d. l. lex qua tutores C. de admin. tut. l. fin C. quando decreto opus non est*, & ita vniuersim sex causæ numerantur, ex quibus res Ecclesiæ licitè alienari possunt. Sed Glossa in *sum.* 12. *q*.2. & Abb. *in d. cap. nulli n*.4. enumerant quatuor dumtaxat, nempè necessitatis, vtilitatis, pietatis, & incommoditatis, putantque alias omnes ad istas esse reducibiles. Sunt tamen qui enumerant multò plures, & in specie Benedict. Canophyl. *in repet. d. Extrauag. Ambitiosa*.

Tenendum itaque est, quod ab hac extrauaganti ex- 40 cipiuntur casus omnes à iure permissi, quibus scilicet sine alia solemnitate, & ex sola Prælati auctoritate potest fieri alienatio. Primus est, quando res est modici valoris, & alienatio est in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, & res non est Ecclesiæ necessaria. Secundus quando alienatio est necessaria, iure exigente, vt cum legata sint bona fructifera Religioni, quæ non potest retinere bona in communi fructifera, vt si fratribus minoribus de obseruantia, vel Domui Professæ Societatis Iesu. Tertius, quando alienatio est necessaria ex præcepto Testatoris, vt ob fideicommissum. Quartus, quando alienatio est necessaria ex lege contractus, vt propter pactum de retrouendendo in eodem contractu incontinenti appositum, quando Ecclesiæ res fuit acquisita. Quintus

est

est vnionis alicuius Ecclesiæ factæ ab Episcopo loco Religiosorum. Sed hoc ius hodie est sublatum à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 13. de reform.* excepta causa fundationis, vt Sacra Congregatio declarauit apud Barbosam in notis ad d. locum Concilij. Item potest Episcopus vnire beneficium seculare pro dotatione sufficienti beneficij curati secularis, vt per Trid. *sess. 21. cap. 5. de reform. & d. cap. 13.* Alios etiam casus præter superius recensitos vide apud Quarantam, Bonacinam, Castropalaum, & alios. Generaliter autem Ecclesiastica bona alienationi, & contributioni subiecta sunt in ijs casibus, in quibus principaliter pietas, & publica versatur vtilitas per ea, quæ tradit Cacheran. *decis. 68. n. 8.*

41 Ad formæ solemnitatem pertinet causæ cognitio, Innoc. *ad cap. vnic. in fine de Eccles. ædif.* Consensus Capituli *d. can. sine exceptione 12. q. 2.* Consentientium subscriptio, *cap. Apostolica de his, quæ fiunt à Pral.* & auctoritas superioris, *can. placuit ead. caus. & q. cap. fin. de reb. Eccles. non alienan. cap. 1. & 2. eodem tit. in 6.* Prædictam tamen *extrauagantem Ambitiosa* non esse vbique receptam, notat Azor. *Instit. moral. lib. 9.*

42 Præter casus, & modum supradictum res diuinis cultibus dedicatæ in profanum vsum non sunt transferendæ, *arg. Textus Leuit. 7. v. 25. can. benè quidem d. 96. can. sacrilegium, can. omnes 17. q. 4. can. conuenior 23. q. 8. cap. semel Deo de reg. iur. in 6.* etiam si res, ob cuius vsum res illæ Deo dicatæ sunt, sublatæ sint. Tunc enim in alium pium vsum conuertendæ per ea, quæ tradit Crau. *de pact. Relig. p. 1. probl. 5.* Sic Iustinianus Imperator, quæ olim Arianorum Ecclesijs dedicata fuerant, ab ijsdem ablata purioribus Africæ Ecclesijs concessit *Nouel. 37.* Et extirpato olim Ordine Templariorum, possessiones, & prædia eorum Ordini D. Ioannis Hierosolymitani, & fratribus Theutonicis Marianis maiori ex parte adiudicata fuerunt. Paganorum sacrificijs dedicata bona olim in fiscum redacta *l. 5. C. de pagan. sacrif.*

43 Sed tandem audiamus Sacram Rotam Romanam, cuius decisione de hac re, quam tractamus, tanquam oracula, siue effata in summam redacta hæc sunt.

44 In alienatione rei Ecclesiæ duo copulatiuè requiruntur, solemnitas scilicet, & causa, nec vna sine alia sufficit, Rota *in Placentina Bonorum coram Cardinali Seraphino 7. Aprilis 1581. vt in decis. diuersorum 178. n. 1. p. 2. & in Romana pratensa deuolutionis 28. Maij 1582. coram Rubeo, & in Pisana bonorum 3. Decembris 1584. coram Cantuccio, & in Sabinen. Syluæ 19. Decembris 1588. coram Seraphino, & in Senen. prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, & in Romana inualiditatis Census 24. Maij 1591. coram eodem, & in Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597. coram eodem, & in Mediolanen. bonorum 7 Februarij 1597. coram eodem.*

45 Vndè alienatio rerum Ecclesiæ sine solemnitatibus est nulla, Ecclesia volente, secùs si Ecclesia velit stare alienationi, nec altera pars potest eam impugnare, Put. *decis. 310. lib. 1. & 365. n. 5. lib. 2.* Rota *in Perusina rescissionis contractus* 24. Febr. 1588. coram Blanchetto, *in Romana Domus* 4. Decembris 1592. coram Mantica *in Romana Census* 10. Maij 1596. coram Millino, *in Vlyssiponen. nullitatis locationis* 1. Iulij 1596. coram Pamphilio.

46 Et iste defectus solemnitatis non potest ab alio, quàm ab Ecclesia allegari, Crescent. *decis. 1. de locat.* Rota *in Romana domus* 4. Decembris 1592. coram Mantica.

47 Limita in casu, in quo actio est popularis, Rota in Oximen. translationis 26. Octobris 1592. coram Mantica.

48 Limita ante actum consumatum, quia tunc potest opponi defectus solemnitatis, etiam inuita Ecclesia, *Pinel. in l. 1. p. 3. n. 32. C. de bon. mat.*

49 Limita, quando Ecclesia vellet pro parte valere alienationem, & pro parte dicere nullam, quia non potest, Rota in Placentina Decimarum 2. Iunij 1586. coram Bubalo.

50 In alienatione rerum Ecclesiæ facta auctoritate Papæ, non requiruntur aliæ solemnitates, quia supplentur auctoritate Papæ, Rota *in Segobien. spolij 10. Decembris 1568. vt decis. 420. p. 2. diuers. & in Romana Casalis Tumicellæ 10. Martij 1578. coram Cantuccio, vt in decis. diuersorum 65. n. 1. p. 2. & in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram Seraphino, vt in decis. diuers. 178. n. 2. p. 2. & in Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1578. coram Pamphilio.*

Dummodò auctoritas Papæ legitimè sit interposita, Rota *in Romana Casalis Tumicellæ* 10. *Martij* 1578. *coram Cantuccio, vt in d. decis. diuers. 65. n. 2.* 51

Non tamen supplet defectum causæ, Rota in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram Seraphino, *vt in decis. diuers. 178. n. 3. p. 2. & in Senens. Prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio.* 52

Item in alienatione facta coram Papa non requiritur alia solemnitas, quia eius præsentia supplet omnes defectus, Rota *in Romana Casalis* 21. Maij 1593. & in eadem 28. Iunij eiusdem anni coram Seraphino. 53

Idem si cum ipso Papa contrahatur, Rota *in d. Romana Casalis* 21. Maij 1593. coram Seraphino, & in eadem 28. Iunij eiusdem anni coram eodem. 54

Amplia, etiamsi Contractus fieret cum Papa, qui vt persona priuata contraheret, Rota in *d. Romana Casalis* 2. Maij 1593. coram Seraphino, & 28. Iunij eiusdem anni coram eodem. 55

In alienatione rei Ecclesiæ nondum incorporatæ, sed in ipsa acquisitione facta, non requiruntur solemnitates, Rota *in Romana domus* 29. Octobris 1582. coram Card. Aldobrandino, vt in *decis. diuers. 637. lib. 2. & in Romana domus* 11. Decembris 1580. coram Blanchetto, *& in Mediolanens. bonorum* 18. Martij 1596. coram Iusto, & 7. Februarij 1597. coram Pamphilio. 56

Neque ad effectum alienationis habetur in consideratione momentanea acquisitio, Rota *in dicta Romana Domus* 28. Octobris 1582. coram Aldobrandino, & in alia *Romana Domus* 11. Decembris 1580. coram Blanchetto, & in *d. Mediolanen. bonorum* 18. Martij 1596. coram Iusto, & 7. Februarij 1597. coram Pamphilio. 57

Declara tamen hoc procedere, quando ex actu, qui fit ad renunciandum resultat acquisitio, secùs si fierent duo actus separati, licèt in continenti, quia tunc non posset fieri sine solemnitatibus, Rota in *Mediolanen. Bonorum* 7. Februarij 1597. coram Pamphilio. 58

Neque in cessione hæreditatis delatæ Ecclesiæ necessariæ sunt solemnitates in alienatione requisitæ, Peregrin. *decis. 30. lib. 2. & decis. 210. lib. 2.* 59

Limita, si ante cessionem hæreditatis fuisset adita; nam tunc necessariæ sunt solemnitates in alienatione requisitæ. Rota in Mediolanen. bonorum 7. Februarij 1597. coram Pamphilio. 60

Potest enim Prælatus præiudicare Ecclesiæ in quærendis ante acceptionem, secùs verò post acceptionem tacitam, vel expressam, Rota *in Mediolanen. Legati* 22. Iunij 1594. coram Gypsio. 61

In alienatione rei Ecclesiæ solitæ alienari non requiruntur solemnitates, Rota *decis. 3. n. 14. de reb. Eccles. non alien. & decis. 4. n. 20. eodem tit.* coram Cæsare de Grassis, & in *Romana Domus* 27. Nouembris 1587. coram Blanchetto, & in *Imolen. bonorum* 21. Maij 1593. coram Pamphilio. 62

Dummodò solitum non alteretur, Rota in *d. Imolen. bonorum*, coram eodem. 63

Adde, quod rem solitam esse alienari, non statur assertioni Partis, sed debet probari, Rota *in Auersana tenimenti* 24. Nouembris 1581. coram Cantuccio, *& in decis. diuers. 160. n. 4. p. 2.* 64

Et quod res Ecclesiæ dicatur solita alienari, requiritur, quod præcedat vna locatio solemnis, vel duæ cum spatio quadraginta annorum, Rota *in Zamoren. Castri* 14. Decembris 1579. coram Seraphino, & in *d. Auersana tenimenti* 24. Nouembris 1581. coram Cantuccio, *in d. decis. diu. 160. n. 5.* & in Senen. prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, & in *Pisana bonorum* 20. Februarij, & 3. Decembris 1584. coram Cantuccio, & *in Romana Domus* 13. Ianuarij 1586. coram Blanchetto. 65

Non tamen requiruntur necessariò vniformes, Rota *in Pisana bonorum* 20. Februarij 1585. coram Cantuccio. 6

Et sufficit, quod vna sit valida, Rota *in d. Pisana* 67

ſana bonorum 20. Februarij 1585. coram Cantuccio.

68 Ad effectum autem, vt dicatur valida non præſumitur ſolemnitas ſpatio 30. annorum, Rota *in d. Piſana bonorum, & in Romana domus* 13. Ianuarij 1565. coram Blanchetto.

69 Res Eccleſiæ ſolita locari tũc demũ ſine ſolemnitatibus poteſt locari, ſi adſit eadem cauſa conceſſionis, Rota *in d. Mediolanen. bonorum* 1593. 23. Ianuarij coram Orano.

70 Alienatio rei Eccleſiæ alienari ſolitæ, cum hoc, quod non tranſeat ad hæredes extraneos, non poteſt ſine ſolemnitatibus alienari, cum hoc, quod ad extraneos vadat, Rota in *Imolen. bonorum* 21. Maij 1593. coram Pamphilio.

71 Res Eccleſiæ ſolita locari, ſi ſit incorporata Eccleſiæ, non poteſt locari ſine ſolemnitatibus, Rota *in d. Mediolanen. bonorum* coram Orano.

72 Quando autem dicatur facta incorporatio, vide Abb. *in cap. vt ſuper de reb. Eccleſ. non alien. & in cap. 2. vbi Cardin. q. 12. de feud.* Menoch. *conſ. 79. n. 10. & ſeqq.* Rodan. *de reb. Eccleſ. non alien. tit. quæ, & quom. res dicantur de menſa.*

73 Alienatio rei Eccleſiæ vltra triennium fieri non poteſt abſque ſolemnitatibus, Rota in Senen. Prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio.

74 Amplia, vt procedat etiam in Prælato regulari, Rota in d. Senen. Prædij coram Pamphilio.

75 Limita in locationibus Caſalium, cum ſingulo anno fructus non afferant. Nam tunc triennium intelligitur de tribus recollectis, non autem de ſolis tribus, Rota reſciſſionis contractus 28. Nouembris 1580. coram Aldobrandino.

76 Item limita in locis, vbi Paulina non ſeruatur, vt fuit dictum à Rota *in Lauden. bonorum* 8. Iunij 1588. coram Gypſio.

77 Adde, quod præſumitur vſu recepta, & ideò non vſus debet probari. Rota in *Brixien. locationis* 5. Decembris 1594. coram Pegna, & *deciſ. 13. n. 9.* coram Benintend. vbi fuit dictum, Rotam non ſeruare deciſionem 6. Mohedani, quæ contrarium dicit.

78 Translatio Canonis, ſeu affrancatio, an requirat ſolemnitates requiſitas in alienatione rei Eccleſiæ, vide Rot. *in Romana prætenſa deuolutionis* 10. Martij, & 10. Maij 1595. coram Millino.

79 In tranſactione ſuper bonis Eccleſiæ requiruntur eædem Solemnitates, quæ in alienatione, Capotaquen. *deciſ.* 106. *p.* 1. Rota in Auerſana tenimenti 27. Iunij 1583. coram Rubeo, & 22. Iunij 1594. coram Gypſio, & *in Nouarien. Decimarum* 18. Maij 1593. coram Arigonio, & *in Mediolanen. reſciſſionis permutationis* 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio.

80 Declara procedere, quando res Eccleſiæ per Prælatum alij dantur, vel alienantur, ſecus ſi Eccleſia retineat, licèt aliquid det, vel faciat, Bart. *in l. nulli n. 2. ff. de tranſact.* Iaſ. ibi *n. 2.* Pinel. *in l. 1. p. 3. n. 45. C. de bon. mater.* Roland. *conſ. 15. n. 43. lib. 1.* *Ruin. conſ. 129. n. 3. lib. 5.*

81 Amplia etiamſi res ſit penes aduerſarium, & in tranſactione agatur, vt penes illum remaneat, quia hoc caſu non valet, Bart. & Iaſ. *loc. alleg.* & per Gloſ. *in l. cum hi §. ſi vni v. tranſactione ff. eodem*, Pinel. & Roland. vbi ſupra.

82 In impoſitione Cenſus ſuper re Eccleſiæ requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, prout in alienatione, Rota *in Romana inualiditatis Cenſus* 24. Maij 1591. coram Pamphilio, *in Gadicen. Cenſus* 23. Ianuarij 1595. coram Seraphino, *in Leodien. Cenſus* 29. Ianuarij 1596. coram Orano, & 15. Ianuarij 1597. coram Corduba.

83 In conceſſione Emphyteuſis Eccleſiæ facienda fratribus ab vno Fratre acquirente, an requiratur ſolemnitas, vide Rotam *in Mediolanenſ. bonorum* 13. Nouembris 1596. coram Orano.

84 In alienatione rei Eccleſiæ ex curſu 30. annorum, & obſeruantia præſumuntur ſolemnitates, nec minus tempus ſufficit; quod autem data obſeruantia ſufficiant decem anni, ea verò non data triginta, vide Felin. *in cap. Albericus n. 4. de teſtib.* Rot. *in Ceruien. Salynarum* 15. *Octobris* 1568. *coram Robuſterio*, Caſſad. *deciſ. 3. n. 7. de procur.* Fab. *deciſ. 22. lib. 1.* Put. *deciſ. 365. n. 4. & 7. lib. 2.* Mohed. *deciſ. 52. alids 2. de tranſact.* Rot. *in Lunen. Sarzanen. 20. Iunij* 1575. coram Cotta, *vt in deciſ. diu. 86. lib. 2. in Neapolitana* 1. Iunij 1579. *coram Robuſterio, vt in deciſ. diu. 179. p. 2. in Romana domus* 29. Octobris 1582. coram Aldobrandino, in Senen. Prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, *in Maioricen. bonorum* 26. Nouembris 1584. coram Gypſio, *in Piſana bonorum* 8. Nouembris 1585. coram Cantuccio, *in Placentina Decimarum* 31. Ianuarij 1586. coram Bubalo, *in Romana Caſalis* 15. Iunij 1587. & 28. Iunij 1593. & 23. Martij, & 27. Maij 1597. coram Sacrato, *in Romana bonorum* 4. Maii 1590. coram eodem, in *Romana inualiditatis Cenſus* 24. Maii 1591. coram eodem in *Romana Caſalis* 7. Iunii 1591. coram Gypſio, *in Mediolanen. bonorum* 28. Martij 1594. coram Arigonio, & in eadem 5. Maii 1597. coram Seraphino, *in Mediolanen. reſciſſionis permutationis* 10. Ianuarii 1597. coram Pamphilio, in Romana domus 30. Martij 1590. coram Mantica, in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram Seraphino, *in Aretina bonorum* 19. Martii 1599. coram eodem. Vbi quod talis obſeruantia non interrumpitur per contradictiones factas à perſonis non habentibus legitimum mandatum, & quod extraiudiciales non interrumpunt hanc obſeruantiam, vt fuit dictum in allegata *Caſalis* coram eodem Seraphino, & declarauit Sacra Congregatio ſuper Epiſcopis in hunc modum: *All' Arciueſcouo di Genoua. Si ſono diſcuſſe maturamente nella Congregatione le informationi mandate ſopra l'alienationi de' Beni Eccleſiaſtici appartenenti alle Chieſe di Bonifacio in Corſica, de' quali Poſſeſſori non moſtrano alcuna ſpeditione in euidente vtilità, ne altra confermatione Apoſtolica; & eſſendoſene data parte à noſtro Signore, ha approuato il parere di queſti Illuſtriſſimi miei Signori, che ſi commetta à V. Sig. ſi come ſi fà in virtù della preſente, che ſenz'altra nuoua inquiſitione confermi l'alienationi antiche, le quali per trent'anni, & oltre hanno hauuto effetto, e nell'altre fatte da trent'anni in quà V. Sig. conoſca ſimilmente, ſe ſiano in euidente vtilità delle Chieſe, e doue le parerà di accreſcere il canone lo facci accreſcere, e poi confermi ancora queſte, atteſa la ſterilità de' Beni, e la pouertà de' poſſeſſori. In queſta maniera potrà V. Sig. aſſicurare la coſcienza di quella pouera gente, e dar loro inſieme ſodisfattione, e con queſta ſe le concede ogni facoltà neceſſaria. Di Roma* 15. *di Settembre* 1603. Et in conſiderando curſu temporis ad præſumendum ſolemnitates, non eſt deducendum tempus vitæ Prælati alienantis, licèt ſecus ſit ad effectum præſcriptionis, vt fuit reſolutum *in Lunen. Sarzanen. terrarum* 20. Iunii 1575. coram Cotta, & in Romana Caſalis 21. Maii, & 28. Iunii 1593. coram Seraphino.

Alienatio rerum Eccleſiæ, quæ ab initio fuit vtilis, non redditur nulla ex eo, quod non probetur pretium verſum eſſe in vtilitatem Eccleſiæ, neque emptor tenetur probare verſionem, Rota *in Anconitana terrarum* 13. Iunii 1578. coram Seraphino, in *Romana deuolutionis Domus* 18. Nouembris 1581. coram Rubeo, & in Piſana bonorum 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite, in *Auximana bonorum* 13. Maii 1585. coram Rubeo, & in eadem 15. Nouembris 1585. coram Robuſterio, in Volaterana bonorum 28. Nouembris 1586. coram Blanchetto, *in Romana Caſalis* 7. Iunii 1591. coram Gypſio, in *Florentina bonorum* 7. Maii 1590. coram Pamphilio, in Romana Caſalis 21. Maii 1593. coram Seraphino. 85

Præſertim, ſi pretium fuit actualiter depoſitatum, Rota in d. *Anconitana terrarum* 13. Nouembris 1577. & 13. Iunii 1578. coram Seraphino, in *Florentina bonorum* 7. Maii 1590. coram Pamphilio; vbi quomodo dicatur factum actuale depoſitum. Rota in *Romana Cenſus* 27. Iunii 1590. & 26. Ianuarii 1591. coram Bubalo, in *Romana Caſalis* 7. Iunii 1592. coram Gypſio, & in *Romana Caſalis* 21. Maii 1593. coram Seraphino. 86

Declara hoc procedere in alienatione facta ex cauſa vtilitatis, ſecùs in alienatione ex cauſa neceſſitatis, quia tunc emptor tenetur probare pretium verſum in cauſam expreſſam, Rota in *d. Romana Cenſus* 26. Ianuarii 87

nuarij 1591. coram Bubalo, vbi quod alienatio facta pro extinguendo Census, dicitur facta causa vtilitatis, non autem necessitatis.

88 Item limita in deposito, Rota in *Auximana bonorum* 13. Maij 1588. coram Rubeo.

89 Item limita in mutuo, Rota *in Anconitana terrarum* 13. Junij 1578. coram Seraphino, & *in Auximana bonorum* 13. Maij 1585. coram Rubeo.

90 Item limita in venditione facta ad soluenda debita Ecclesiæ, Rota in dicta *Anconitana terrarum* 13. Junij 1578. coram Seraphino, *in Auximana bonorum* 13. Maij 1585. coram Rubeo, *in Romana Census* 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo, & 27. Iunij 1590. coram eodem.

91 Sublimita, nisi aliter sit conuentum, Rota *in Romana Census* 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo.

92 Item limita, quando contractus finitur cum particulari de Ecclesia non habente administrationem, vel mandatum, Butt. *in cap. 1. v. fallit tertio*, vbi alij *de depos.*

93 Pretium verò esse versum in vtilitatem Ecclesiæ, probatur coniecturis, concurrente confessione Prælati, Rota *in Romana deuolutionis domus* 17. Nouembris 1581. & 12. Februarij 1582. coram Rubeo, & in Romana Casalis 29. Maij 1587. coram Robusterio.

94 Adde tamen, quod sola confessio Prælati non probat versionem in causam expressam, non concurrentibus adminiculis, Rota in Romana Domus 12. Februarij 1582. coram Rubeo.

95 Alienatio rei Ecclesiæ, pro qua fuit obtenta sententia vigore gratiæ, *si in euidentem*, est valida, licèt sententia non iustificetur ex eisdem actis; quia Iudex potest extraiudicialiter se informare, Rota in *Ragusina bonorum* 20. Iunij 1578. coram Lancellotto, vt *in decis. diuers. 479. p. 1. in Pisana bonorum* 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite in Auximana bonorum 13. Maij 1585. coram Rubeo, & 13. Nouembris 1585. coram Robusterio, in *Romana deuolutionis domorum* 26. Martij 1590. in Florentina bonorum 7. Maij 1590. coram Pamphilio, in *Romana Casalis* 29. Aprilis 1594. coram Seraphino.

96 Maximè si acta sint amissa, vel integra non reperiantur, Rota in *d. Romana deuolutionis* 26. Martij 1590. coram Pamphilio, & in *d. Romana Casalis* 29. Aprilis 1594. coram Seraphino.

97 Neque talis sententia est nulla, licèt eodem die, quo gratia fuit præsentata, lata sit, cum etiam illo die Iudex possit adhibere causæ cognitionem, & super vtilitate Ecclesiæ se informare, Rota in *Ragusina bonorum* 20. Iunij 1578. coram Lancellotto; *vt in decis. diuers. 429. n. 3. p. 1. in Auximana bonorum* 13. Maij 1585. coram Rubeo, & 15. Nouembris 1585. coram Robusterio.

98 In alienatione rei Ecclesiæ ad inspiciendum vtilitatem debet attendi valor rei tempore contractus, Rota in Romana Casalis 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, vt *in decis. diuers. 18. num. 4. p. 2. in Bononien. Bonorum* 16. Iunij 1595. coram Millino, & in eadem 27. Maij 1596. coram Arigonio.

99 Declara, vt intelligatur de tempore regulari, & ordinario, secùs si sit tempus calamitosum, vt pestis, vel belli, quo res minoris valebat, Rota *in Romana Casalis* 10. Maij, & 28. Iunij 1578. coram Cantuccio, *vt in decis. diuers. 65. n. 7. & 8. & decis. 78. p. 2. & in Papien. bonorum* 1. Iulij 1579. coram Lancellotto, *in Aretina bonorum* 29. Aprilis 1594. & 19. Martij 1599. coram Seraphino.

100 Vndè non sustinetur alienatio facta tempore belli, quo Ecclesia parum percipiebat, Rota *in Romana Casalis* 8. Martij 1578. coram Cantuccio, vt in *d. decis. 65. n. 5. 6. & 7. p. 2. in Papien. bonorum* 1. Iulij 1579. coram Lancellotto, & 23. Ianuarij, 1. Aprilis, & 20. Maij 1588. coram Blanchetto, & in *Romana Casalis* 29. Aprilis 1594. coram Seraphino.

101 Declara hoc procedere, quando alienatio est facta, inspecto valore tempore belli, secùs si pretio, quo ante bellum locabatur, vt fuit dictum in *Romana domus* 30. Martij 1590. coram Mantica.

102 In alienatione rei Ecclesiæ solitæ alienari, vtilitas euidens debet considerari tempore, quo fit alienatio, non autem tempore, quo res cæpit alienari primo, loco Cæsar de Graffis *decis. 3. n. 16. & decis. 4. per tot. de reb. Eccles. non alien.* Rota *in nullius Castri Montis Persij* 9. Martij 1580. coram Brauo, *vt in decis. diuers. 582. in princ. p. 1.* & in *Romana Domus* 29. Nouembris 1597. coram Blanchetto.

103 Declara id procedere, quando prima causa concessionis cessat, secùs verò quando illa duraret, Cæsar de Graffis *decis. 4. n. 17. & seq. eodem tit.*

104 An autem in inspicienda vtilitate Ecclesiæ attendatur valor rei, vel valor redditus, itaut res, licèt minoris valeat, si tamen est maioris redditus, dicatur Ecclesiæ vtilior, alia minoris redditus, & maioris valoris, vide Rotam in *Placentina bonorum* 7. Nouembris 1580. coram Seraphino, *vt in decis. diuers. 651. p. 1.*

105 In confirmatione alienationis rei Ecclesiæ vigore gratiæ *si in euidentem*, sufficit extraiudicialis informatio, nec citatio requiritur, quando Papa derogat *Extrauaganti Ambitiosæ*, & simpliciter committit alicui, vt se informet, Rota *diuers. decis. 479. n. 2. & decis. 716. n. 1. & 4. p. 1. & decis. 160. n. 8. p. 2. & in Leodien. Census* 29. Ianuarii 1596. coram Orano, & 15. Ianuarii 1697. coram Corduba.

106 Item si Papa committeret, vt se extraiudicialiter informet Rota *diuers. 160. n. 8. p. 2. & in d. Leodien. Census* 15. Januarii 1597. coram Corduba.

107 Limita, quando adest Clausula vocatis vocandis, quia tunc requiritur citatio, & iudicialis informatio, Rota *decis. 30. de rescript. in nou.* & in *d. Leodien. census* 29. Ianuarii 1596. coram Orano & 15. Ianuarii 1597. coram Corduba.

108 Limita etiamsi adest clausula, *si sibi legitimè constiterit*; quia tunc requiruntur plenæ, ac veræ probationes, Rota in dicta *Leodien. Census* 29. Ianuarii 1596. coram Orano, & 15. Ianuarii 1597. coram Corduba.

109 In alienatione rei Ecclesiæ in processu, *si in euidentem*, sufficit citatio Rectoris alienantis, licèt non comparuerit, & fuerit indefensus, Rota in Romana Casalis 16. Martii 1561. coram Oradino, *& in Cortonen. rescissionis contractus* 26. Ianuarii 1590. coram Orano.

110 Et sufficit, quod sit præsens, licèt non fuerit citatus, etiamsi citatio pro forma requireretur, Rota in *Anconitana bonorum* 2. Martii 1584. coram Bubalo, & in *Auximana bonorum* 13. Maii 1585. coram Rubeo.

111 Nec requiritur, quando Iudex Commissarius potest se extraiudicialiter informare, Rota *in Romana Domorum* 20. Maii 1580. coram Lancellotto, & in Senogallien. Spolii 10. Decembris 1568. coram Cotta.

112 Item nec requiritur, quando Rector Papæ supplicaret, Rota *in Romana Casalis* 16. Martii 1567. coram Oradino, & in *Romana Domorum* 20. Maii 1580. coram Lancellotto & in *Cortonen. rescissionis contractus* 26. Ianuarii 1590. coram Orano.

113 Amplia, etiamsi adesset Clausula *vocatis vocandis*, quia intelligitur de aliis, quàm de ipso Rectore, qui essent vocandi, Rota in *d. Romana Domorum* 20. Maii 1580. coram Lancellotto, & in *Cortonen. rescissionis contractus* 26. Ianuarii 1590.

114 In considerando valore rei Ecclesiæ ad hoc, vt videatur, an alienatio sit vtilis, habenda est ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur, finita linea, quia, cùm hoc pactum respiciat commodum alienantis, est pars pretii, Rota *in Bononien. de Pipinis* 20. Maii 1578. coram de Graffis, vt in *decis. 136. aliàs 5. n. 3. de reb. Eccles. non alien. & in Romana deuolutionis domorum* 26. Martii 1590. coram Pamphilio.

115 Limita si bona nunquam essent ad Ecclesiam reuersura, vt quia locatio fuisset facta in perpetuum pro quibuscumque hæredibus; quia tunc pactum illud nullam respicit alienantis vtilitatem, Dec. *cons. 142. n. 5.*

116 Item in inspicienda vtilitate Ecclesiæ habetur ratio vicinitatis fluminis, & accessus bannitorum, Rota in Bononien. S. Apollinaris 2. Aprilis 1582. vt *in decis. diuers. 720. n. 10. p. 1.* coram Cantuccio.

117 In consideranda vtilitate Ecclesiæ in concessione in emphyteusim perpetuam non habetur ratio, quod res indigebat reparatione, Rota in *d. Bononien. S. Apollinaris* coram Cantuccio.

Præ-

118 Præsertim, quando Rector potest reparare absque eo, quod alienet, Rota *in d. Bononien.* coram Cantuccio. Alienatio dicitur vtilis, vbi Ecclesiæ ceditur in actis liquida, & indubitata pro maiori summa, quàm res valeat, Rota *in Volaterrana bonorum* 28. Nouembris 1586. coram Blanchetto.

119 Alienatio rei Ecclesiæ facta pro vtilitate Ecclesiæ est nulla, vbi ex Instrumentis locationis apparet, quod Ecclesia tempore concessionis plus percipiebat, Rota *in Anconitana bonorum* 2. Maij 1584. coram Bubalo, & in Nouarien. bonorum 17. Ianuarij 1588. coram Robusterio, & 8. Martij, ac 17. Maij 1593. coram Pegna.

120 Adde tamen, quod in locatione rei Ecclesiæ in perpetuum facta sit diminutio sextæ partis pensionis, Rota *in Romana Casalis* 28. Iunij 1578. coram Cantuccio, vt *in decis. diuers. 78. n. 5. p. 2. & in Romana domus* 30. Martij 1590. coram Mantica, & *in Mediolanen.* 20. Ianuarij 1597. coram Pamphilio.

121 Vndè si res Ecclesiæ in perpetuum concedatur pro eadem pensione, pro qua singolis annis locabatur, Ecclesiæ dicitur vtilis, Rot. in *Romana domus* in Burgo 30. Martij 1590. coram Mantica.

122 Alienatio, seù impositio Census dicitur vtilis, vbi fit pro extinguendo alio censu, pro quo grauabatur maiori interesse, Rota in *Gadicen. Censum* 23. Ianuarij 1595. coram Seraphino.

123 Idem si fiat impositio Census à Capitulo pro substinendis expensis litis, Rota in *d. Gadicen. Censuum* 23. Ianuarij 1595. coram Seraphino.

124 Alienatio vnius pedicæ Casalis pro inuestiendo pretio in domu, an dicatur Ecclesiæ vtilis, vide Rotam in *Romana Casalis* 7. Iunij 1591. coram Gypsio.

125 Contractus permutationis rei Ecclesiæ non dicitur vtilis, vbi Census, vel Canon datus in compensationem non est cum directo dominio, & cum deuolutione, cum hæc qualitas non solùm inducat commodiorem, ac faciliorem exactionem, sed etiam reddat conditionem Ecclesiæ meliorem, Rota in *Romana Apotheca* 6. Februarij 1584. coram vicecomite, & *in Placentina Aquarum* 10. Februarij 1597. coram Orano.

126 Alienatio rei Ecclesiæ præsumitur vtilis, quando fit cum debitis solemnitatibus, vel est confirmata, Rota *in Ragusina, Emphyteusis* 20. Iunij 1578. coram Lancellotto, *vt in decis. diuers. 479. n. 1. p. 1. in Auximana bonorum* 1. Februarij 1580. coram Seraphino, in Pisana bonorum 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite, *in Auximana bonorum* 13. Maij 1585. coram Rubeo, & in eadem 15. Nouembris 1585. coram Robusterio, *in Volaterrana bonorum* 28. Nouembris 1586. coram Blanchetto, *in Romana deuolutionis domorum*, 16. Martij 1590. coram Pamphilio, *in Florentina bonorum* 7. Maij 1590. coram eodem, *in Romana Casalis* 29. Aprilis 1594. coram Seraphino, *in Bononien. bonorum* 16. Iunij 1595. coram Millino, & 20. Nouembris 1595. coram eodem, & in eadem 27. Maij 1596. coram Arigonio, in *Mediolanen. bonorum* 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio.

127 Vndè dicenti alienationem esse læsiuam Ecclesiæ, incumbit onus probandi læsionem, vel non euidentem vtilitatem, Rota in *Mediolanen. bonorum* 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio, & *in Romana deuolutionis domorum* 26. Martij 1596. coram eodem, & in *Romana Casalis* 28. Iunij 1578. coram Cantuccio, *vt in decis. diuers. 78. n. 3. p. 2.*

128 In alienatione rei Ecclesiæ decretum Iudicis, quod cedat in euidentem vtilitatem, admittit probationem in contrarium, Rota *in Lucana bonorum* 15. Ianuarii 1571. coram Lancellotto, vt *in decis. diuers. 181. n. 4. p. 1.* & in *Placentina bonorum* 7. Aprilis 1571. coram Seraphino, vt *in decis. 178. n. 4. p. 2.*

129 Et quando potest probari læsio, vel damnum Ecclesiæ, alienatio non valet, etiamsi à Iudice sit confirmata vigore gratiæ *si in euidentem*, Rota *in Lucana bonorum* 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, vt *in decis. diuers. 181. n. 4. p. 1.*

130 Adde tamen, quod quando alienatio rei Ecclesiæ est confirmata Rectori dicenti, causas esse falsas, incumbit onus probandi, Rota *in Bononien. S. Apollinaris* 24. Martij, & 20. Iunii 1586. coram Orano, & in eadem 9. Iunii 1589. coram eodem.

Alienandi rem Ecclesiæ necessitas non dicitur, vbi ex fructibus Ecclesiæ absque alienatione necessitati potest prouideri. Rota *in Placentina bonorum* 7. Aprilis 1581. coram Seraphino. 131

Alienatio rei Ecclesiæ, vbi fit ex causa necessitatis, illi statur, qualemcumque exitum habeat; dummodò sit vtiliter cœpta, *l. sed an vltrò §. ff. de neg. gest.* 132

Si verò fiat ex causa vtilitatis, non sufficit eam vtiliter cœptam esse, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem, Rota in *Romana Casalis* 10. Martii 1578. coram Cantuccio, *vt in decis. diuers. 65. n. 4. p. 2.* 133

Et ista vtilitas debet esse euidens, idest clara, & indubitata, Rota in *nullius Castri Montis Portij* 9. Martii 1580. coram Brauo, *vt in decis. diuers. 582. in princip. p. 1. in Romana Casalis* 10. Martii 1578. coram Cantuccio, *vt in decis. diuers. 65. n. 19. p. 2. in Placentina bonorum* 7. Aprilis 1581. coram Seraphino, *vt in decis. diuers. 178. n. 10. p. 2. in Romana inualiditatis Census* 24. Maii 1591. coram Pamphilio. 134

Et sufficit, quod vtilitas adsit ab initio, nec attenditur, quidquid postea contingat, Rota *in Anconitana terrarum* 13. Maii 1578. coram Seraphino, *in Florentina bonorum* 7. Maii 1591. coram Pamphilio, *& in Romana Casalis* 7. Iunii 1591. coram Gypsio. 135

In alienatione rei Ecclesiæ intentio Papæ est, vt cedat in vtilitatem Ecclesiæ, & nihil aliud curat, Rota *in Placentina bonorum* 7. Nouembris 1580. coram Seraphino, vt *in decis. diuers. 651. n. 1. p. 1.* & in eadem 7. Aprilis 1581. coram eodem, *vt in decis. diuers. 178. n. 8. p. 2. & in Romana domus* 2. Decembris 1588. coram Bubalo, *& in Auximana bonorum* 1. Februarii 1580. coram Seraphino. 136

Vndè in gratia, *si in euidentem*, non attenditur subreptio, quando non est circa vtilitatem, sed quando respicit vtilitatem, quia tunc gratia viciatur, Rota *in Placentina bonorum* 7. Aprilis 1581. vt est *decis. diuers. 178. n. 8. p. 2. in Auximana bonorum* coram eodem 1. Februarii 1597. coram Seraphino, *& in Romana Domus* 2. Decembris 1588. coram Bubalo. 137

Et clausula in confirmatione alienationis, *dummodò dicto pretio facta sit*, intelligitur de pretio communi, vel in euidentem vtilitatem, Rota *in Vigleuanen. locationis* 27. Nouembris 1596. coram Corduba. 138

In alienatione rei Ecclesiæ sufficit vtilitas putatiua, vbi ab initio adfuit causa primatia vtilitatis, vt quia bona erant sterilia, licèt non fuerit vtiliter contractum in pretio, & hoc casu contractus non est nullus, sed Ecclesiæ datur restitutio, secùs vbi causa vtilitatis non adfuit ab initio; quia tunc vtilitas putatiua non sufficit, sed contractus esset ab initio nullus, Rota *in Lucana bonorum* 24. Nouembris 1574. & 15. Ianuarii 1575. coram Lancellot. *vt in decis. diuers. 180. n. 2. & 181. n. 2. p. 7. & in Gadicen. Censuum* 23. Ianuarii 1595. coram Seraphino. 139

Et vtilitati putatiuæ tunc statur, quando est seruata forma, Rot. *in d. Lucana bonorum* 15. Ianuarii 1571. coram Lancellotto, *vt in decis. diuers. 181. n. 3. & 4. p. 1.* 140

Ad hoc, vt ex cursu temporis præsumatur beneplacitum Sedis Apostolicæ, an requiratur scientia Papæ, dic, quod si sumus in spatio 30. annorum, non requiritur, in minori verò spatio requiritur, Cassador. *dec. 3. n. 7. de proc.* Fab. *decis. 22. lib. 1.* Mohed. *decis. 52. aliàs 2. de transact.* Rota *in Romana Domus* 29. Octobris 1582. coram Aldobrandino, & in Messanen. præeminentiarum 28. Iunii 1585. coram Blanchetto, *& in Romana Casalis* 7. Iunij 1591. coram Gypsio.

Item requiritur, quando agitur de præiudicio ipsius Papæ, secùs si agatur de præiudicio inferioris, Rota *in d. Messanen.* coram Blanchetto. 141

In alienatione rei Ecclesiæ, in qua est reseruatum beneplacitum Apostolicum cum clausula, *& non aliàs, nec alio modo*, illud est omninò necessarium, etiam quod aliàs in eo casu de iure non requireretur, cum clausula illa importet conditionem, qua non existente, contractus resoluitur, Rota *in Romana Domus* 13. Ianuarii 1586. 142

coram

coram Blanchetto, in *Nouarien. Decimarum* 28. Maij 1593. coram Arigonio, *& in Romana locationis* 21. Maij 1593. coram Blanchetto.

143 Beneplacitum præsumitur expeditum, stante fide Clerici Registri supplicationum, quod in libro suarum rubricarum inuenit expeditionem vnius, *si in euidentem* de eo tempore, licèt liber registri non inueniatur, Rota in *Romana Casali*. 15. Iunij 1587. coram Seraphino.

144 Nec probatur non fuisse expeditum ex diligentia facta in actis Vicarij Papæ, vbi non repetitur, Rota *in d. Romana Casalis* coram Seraphino.

145 In alienatione cum reseruatione beneplaciti, an interim, donec constet non posse obtineri beneplacitum, emptor lucretur fructus, vide Rotam in *Romana locationis* 21. Maij 1593. coram Blanchetto.

146 Ecclesia post obtentum beneplacitum non potest pœnitere, etiam antequam alienatio confirmetur, cum sola pœnitentia non liceat recedere, Rota *in Romana locationis, siue affictus* 4. Iunij 1584. coram Blanchetto.

147 Limita, quando esset confirmata, sed nulliter, quia tunc non potest agi ad alienandum, cum sit actus imperfectus, neque potest ad contrahendum de nouo cogi, Rota in *Cortonen. bonorum* 28. Ianuarij 1590. coram Platto.

148 Vndè hoc casu non potest peti, quod de nouo confirmetur, neque ad id Ecclesia cogi potest, sed eius est electio, an velit stare contractui, vel potius ab eo recedere, Put. *decis.* 310. *lib.* 2. Rota *in Cortonen. bonorum* 3. Iulij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coram Platto.

149 Causa in alienatione rei Ecclesiæ est necessitas, vel euidens vtilitas, Rota in *Florentina bonorum* 10. Decembris 1576. coram Blanchetto, vt *in decis. diuers.* 473. *n.* 1. *p.* 1. *& in Romana inualiditatis Census* 24. Maij 1591. coram Pamphilio.

150 Nec super iusta causa alienationis statur assertioni alienantis, sed requiritur plena probatio, Rota in *Lucana bonorum* 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, *vt in decis. diuers.* 181. *n.* 3. *p.* 1. *in Florentina bonorum* 10. Decembris 1576. coram Blanchetto, *vt in decis. diuers.* 473. *n.* 1. *p.* 1. *in Romana inualiditatis* Census 24. Maij 1591. coram Pamphilio, *in Gadicen. Census* 23. Ianuarij 1595. coram Seraphino, *in Leodien. Census* 6. Octobris 1595. coram Orano.

151 Beneplacitum Sedis Apostolicæ in alienatione rei Ecclesiæ ex cursu triginta annorum præsumitur, Put. *decis.* 365. *n.* 3. *& 7. lib.* 2. & *in Canallicen.* 10. Ianuarij 1579. coram Rubeo, in *Romana Casalis* 28. Iunij 1593. coram Seraphino, & in eadem 3. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. coram eodem, vbi respondetur ad decisiones in *Elnen. Mineriorum* 16. Decembris 1585. coram Orano, *& in Placentina Decimarum* 21. Ianuarij 1587. coram Bubalo, quæ contrarium videntur innuere circa obseruantiam. Idem etiam fuit dictum in *Romana relocationis domus* 20. Iunij 1594. coram Gypsio, de quo etiam supra.

152 Amplia, etiamsi beneplacitum sit reseruatum in vim conditionis, Rota in *Romana Casalis* 23. Maij 1594. coram Seraphino, & 25. Iunij 1587. coram eodem.

153 Amplia, etiamsi in instrumento non sit enunciatum, Rota in *Romana Casalis* 28. Iunij 1593. 2. Aprilis, & 21. Maij eiusdem anni, & 23. Maij 1594. coram Seraphino.

154 Limita, quando apparet de confirmatione Apostolica intra illud tempus inualida, quia tunc ex cursu temporis non præsumitur valida, Rota in Elnen. Mineriorum 16. Decembris 1585. coram Orano.

155 Non tamen sufficit sola antiquitas temporis ad præsumendum solemnitates, & confirmationem Apostolicam; sed requiritur obseruantia, Rota *in Romana prætensæ deuolutionis* 10. Maij 1595. & in *Romana Casalis* 28. Iunij 1593. coram Seraphino.

156 Adde tamen, quod obseruantia præsumpta non sufficit ad præsumendum beneplacitum Apostolicum, Rota in *Placentina Decimarum* 31. Ianuarij 1586. coram Bubalo, in Elnen. Mineriorum 16. Decembris 1585. coram Orano.

157 Adde etiam, quod quando in alienatione non fuit reseruatum beneplacitum Apostolicum in petenda alienationis confirmatione, requiritur nouus consensus Rectoris, Ptholom. *decis.* 55. Rota in *Elnen. Mineriorum* 16. Decembris 1585. coram Orano, in Placentina Decimarum 31. Ianuarij 1586. coram Bubalo, & in *d. Elnen. Mineriorum* 10. Iunij 1587. coram Blanchetto, & in *Romana Casalis* 21. Maij, & 28. Iunij 1593. coram Seraphino.

158 In gratia, *si in euidentem*, licèt non inseratur Paulina, hoc est *Extrauagans Ambitiosa* Pauli Secundi, sufficit tamen, quod ei sit derogatum; quia licèt sit inserenda, cum tamen non adsit clausula annullatiua, actus valet, quamuis contrafaciens puniendus sit, Rota in *Bononien. bonorum* 20. Nouembris 1595. coram Millino, & in eadem 27. Maij 1596. coram Arigonio.

159 Supplicatio, *si in euidentem* expirat per obitum concedentis, si antè eius obitum non præsentetur, Rota in *Tiburtina Horti* 12. Nouembris 1588. coram Mantica.

160 Et ideò subiacet Regulæ reualidatoriæ literarum gratiæ, & iustitiæ, & si non præsentatur intra annum à die obitus concedentis, non suffragatur, Rota in *Elnen. Mineriorum* 10. Iunij 1587. coram Blanchetto, & in *Tiburtina Horti* 12. Decembris 1588. coram Mantica.

161 *Si in euidentem*, posita in fine supplicationis restringit totam supplicationem ad omnes Clausulas, ita ut dicatur tota dispositio, & omnes Clausulæ conditionales, Rota in *Mediolanen. bonorum* 2. Maii 1586. coram Seraphino.

162 Confirmatio alienationis rei Ecclesiæ, non seruata forma, *si in euidentem*, est nulla, Rota in Cortonen. *rescissionis locationis* 26. Ianuarii 1590. coram Orano, & in *Papien. Tenuta* 17. Iunii 1596. coram Seraphino.

163 Vndè si in gratia, *si in euidentem* adest Clausula, vocato Abbate, & de eius citatione non constat, alienatio est nulla, Rota *decis.* 30. *de rescript. in nou.* & in *Cortonen. bonorum* 28. Martii 1588. & 9. Iunii 1589. & 26. Ianuarii 1590. coram Platto *in Cremonen.* aquarum 9. Maii 1594. coram Arigonio, & in *Auximana bonorum* 28. Nouembris 1594. coram Orano.

164 Idem si dictum, *si in euidentem*, loquatur de concessione in emphyteusim, & concessio fiat in perpetuum, quia hoc casu non sustinetur alienatio in perpetuum, Rota *in Papien. Tenuta* 17. Iunii 1596. & 26. Iunii 1597. coram Seraphino.

165 Si in supplicatione, *si in euidentem*, narratur factum alio modo, quàm verè factum sit, ad validitatem, vel inualiditatem attenditur supplicatio, non autem instrumentum, Rota in *Senen. Prædij*, 28. Aprilis 1589. coram Seraphino, & in eadem 7. Maii 1590. coram Gypsio.

166 Si in gratia, *si in euidentem*, dicatur, quod fiat specificatio bonorum, si non sit facta specificatio, alienatio est nulla, nec suffragatur confirmatio, Rota in *Cortonen. rescissionis locationis* 26. Ianuarii 1590. coram Orano, in *Nouarien. decimarum* 14. Octobris 1592. coram Orano, & 15. Martii 1593. coram Blanchetto, & *in Cremonen. aquarum* 9. Maii coram Arigonio.

167 Item si in confirmatione dicatur, cessionem fuisse factam ad tertiam generationem, & verè sit in perpetuum; nam confirmatio est nulla, etiam respectu concessionis ad tertiam generationem, *Rota in Cortonen. rescissionis donationis* 26. Ianuarii 1590. coram Orano.

168 Confirmatio facta, non exhibito Instrumento, est nulla, Rota in *Cortonen. rescissionis locationis* 26. Ianuarii 1590. coram Orano.

169 Licentia data pro alienatione rei Ecclesiæ non deseruit, confirmatione iam facta, Rota in Auximana bonorum 2. Iunii 1595. coram Millino.

170 Licentia alienandi vbi est data limitata pro certa summa, debet is, qui alienatione nititur, probare alienationem intra summam esse, Rota *in Romana deuolutionis* 28. Maii 1582. coram Rubeo.

171 Alienatio facta de omnibus petijs terræ Ecclesiæ in tali vocabulo valet, etiam quod licentia loquatur de septem petijs, vbi non constat Ecclesiam habuisse plures in eo loco, Rota in *Bononien. bonorum* 16. Iunii, & 20. Nouembris 1595. coram Millino, &

no, &

no, & in eadem 27. Maij 1596. coram Arigonio.

172 Papa in confirmatione alienationis rei Ecclesiæ solet aliquando limitare concessionem, vt si sit perpetua, illam restringere ad certum tempus, Rota *in Cortonen. rescissionis locationis* 26. Ianuarij 1590. coram Orano.

173 Quid si in confirmatione Papa velit, quod pretium ex conuentione soluendum cum dilatione plurium annorum, & interim cum solutione fructuum statim soluatur, vide Rota in *Placentina fructuum* 10. Decembris 1597. coram Litta.

174 Transactio de re Ecclesiæ propter dubium litis euentum valet, etiam non probata Ecclesiæ vtilitate, Mohed. *decis. 5. aliàs 1. de transact. & decis. 249. aliàs 8. de locat.* Rota in *nullius Castri Montis Portij* 9. Martij 1580. coram Brauo, *vt in decis. diuers. 582. sub n. 1. p. 1.*

175 Limita, si super re clara, & super gratuita pactione fieret transactio, vel super re diuersa à lite, Rota in *d. nullius Castri Montis Portij* 9. Martij 1580. coram Brauo.

176 Locatio rei Ecclesiæ facta, durante prima, non tenet, Rota in *Albanen. Tenutæ* 27. Nouembris 1591. coram Orano.

177 Declara procedere, quando fieret ante finitam primam per viam nouæ concessionis, secùs si per viam prorogationis, Ruin. *cons. 116. n. 1. & 4. ac 8. lib. 1.*

178 Alienationis contractus licèt sit validus, si tamen Ecclesia enormiter sit læsa, succurritur ei per restitutionem in integrum, Rota *in Lucana de Cubitiano* 24. Nouembris 1570. coram Lancellotto, *vt in decis. quotid.* 421. *lib.* 2.

179 Et facta pro maiori pretio, quam res valeat, quæ lædit emptorem, licèt fauore Ecclesiæ valeat, potest tamen Prælatus agnoscere bonam fidem, & ab ea recedere, Rota in *Pisana bonorum* 2. Decembris 1585. coram Orano.

180 Res Ecclesiæ solita concedi in tertiam generationem, si concedatur vltra tres generationes, valet concessio vsque ad tertiam, licèt quoad aliàs non valeat, Rota *in Vlyssiponen.* 2. Iunij 1567. coram Sarmiento.

Contrarium tenet Couar. *var. lib. 2. cap. 16. n. 5.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 23. glos. 1. n. 13.*

181 Res solita locari ad modicum tempus, si locetur ad longum tempus, vel vltra tempus à iure permissum, in totum vitiatur, Rota in *Brixien. locationis* 5. Decembris 1594. coram Pegna, & in eadem 17. Maij 1595. coram Orano, *Montis falisci spolij* 18. Martij 1596. coram Orano, vbi quid in bonis Religionis Hierosolymitanæ.

182 Præsertim si constet Contrahentes pro minori tempore non fuisse contracturos, Rota in Romana locationis 21. Maij 1595. coram Blanchetto.

183 Maximè si pro toto tempore fieret sub vnica pensione, quia in totum vitiatur, nec valet pro tempore permisso, Rota in *Melphiten. & Rapolen. fructuum* 19. Ianuarij, & 9. Februarij 1582. coram Cantuccio, *vt in decis. diuers.* 709. *n. 6. p. 1.*

184 Idem si in alienatione referuetur beneplacitum Apostolicum cum Clausula *non aliàs, aliter, nec alio modo;* quia non obtento beneplacito in totum vitiatur, Rota in Romana locationis 2. Maij 1593. coram Blanchetto.

185 Alienatio rei Ecclesiæ facta in Consanguineos, præsumitur potius facta in fraudem, quàm in vtilitatem Ecclesiæ, Cæs. de Graff. *decis. 4. n. 24. de reb. Eccles. non alien.* Rota *in Lucana bonorum* 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, vt est *decis. diuers. n. 5. p. 1. in Bononien. S. Apollinarij* 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, vt in *decis. diuers. 720. n. 1. p. 1.* & in *Romana Casalis* 10. Martij 1578. coram Cantuccio, vt in *decis. 65. num. 18. p. 2. in Senen. Affictus* 11. Februarij 1591. coram Pamphilio.

186 Non tamen ex ista præsumptione alienatio redditur nulla, Rota in causa bonorum 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite, in *Papien. bonorum* 28. Aprilis 1595. coram Seraphino, in *Bononien. bonorum* 16. Iunij 1595. coram Millino.

187 Alienatio facta in Consanguineos sine præiudicio Ecclesiæ valet, sicut si esset facta in extraneos, Rota in *Romana Casalis* 6. Aprilis 1596. coram Cantuccio, vt in *decis. diuers. 18. n. 6. p. 2. in Bononien. bonorum* 16. Iunij 1595. coram Millino.

188 Maximè si alienatio fiat cum debitis solemnitatibus, vt in consanguineos bonæ famæ, & conditionis, Rota *in Romana Casalis* 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, vt *decis. diuers.* 18. *n. 6. p. 2.*

189 Vel fiat à pluribus, & non omnes, sed vnus tantùm sit consanguineus illius, in quem fit alienatio; nam tunc cessat omnis suspicio, & præsumptio læsionis Ecclesiæ, Rota in *d. Romana Casalis* coram Cantuccio.

190 Alienans res Ecclesiæ tenetur de proprijs bonis de euictione, re euicta ab Ecclesia, Rota in *Placentina euictionis* 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto.

191 Amplia, vt procedat etiam contra alienantis hæredem, quia contra eos emptori datur actio, Rota in dicta *Placentina euictionis* coram Platto.

192 Declara, vt non solùm ad pretium, sed etiam ad interesse, & damna teneatur alienans, vel eius hæres, Rota in dicta *Placentina euictionis* coram Platto.

193 An autem indistinctè emptor pro euictione habeat actionem contra alienantem, vel solùm quando est in bona fide, secùs autem si sit in mala, Vide Rotam *in d. Placentina euictionis* 15. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto.

194 Adde, quod Prælatus modernus potest agere contra hæredes Prædecessoris pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, Rota in Pisanen. liquidationis fructuum 15. Octobris 1571. coram Orano, vt in *decis. diuers. 14. n. 6. p. 1.* & in *Romana Casalis* 13. Aprilis 1592. coram Blanchetto.

195 In recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ, vt ex defectu solemnitatis, fructus debentur à die alienationis, Rota in *Placentina bonorum* 26. Iunij 1585. coram Blanchetto, & in *Vlyssiponen. nullitatis locationis* 1. Iulij 1596. coram Pamphilio.

196 Neque hoc casu error Iuris excusat, cùm ius resistat, Rota in *d. Placentina bonorum* 26. Iunij 1585. coram Blanchetto.

197 Limita si facto erretur; quia tunc error excusaret, vt si putasset, emptor interuenisse solemnitatem, quæ tamen non interuenit, Felin. *in cap. causam n. 27. de re iudic.* Ber. *in cap. si quis Presbyterorum n. 45. de reb. Eccles. non alienan.*

198 Et hoc casu fructus non debentur, nisi à die motæ litis, Rota in *Vlyssiponen. locationis* 1. Iulij 1596. coram Pamphilio.

199 Prælatus alienans res Ecclesiæ potest alienata recuperare, Rota in *Papien. bonorum* 20. Maij 1594. coram Millino.

200 Amplia etiam stante iuramento, Rota in *d. Papien. bonorum* coram Millino.

201 Vndè si promittant etiam cum iuramento, rem Ecclesiæ locare ad longum tempus, non potest cogi ad locandum, Rota in *Vlyssiponen. nullitatis locationis* 1. Iulij 1596. coram Pamphilio.

202 In alienatione rei ad Ecclesiam reuersæ est præferendus agnatus vltimi inuestiti pro eodem pretio, quod inuenitur ab extraneo, non autem pro pretio antiquo, Rota *decis. 4. n. 9. de reb. Eccles. non alien.* coram Cæsare de Grassis.

203 Amplia, quando res est redacta ad culturam per antecessores; nam tunc pro pretio antiquo agnatus est præferendus, etiamsi extraneus plus offerat, Cæs. de Grassis *d. decis. 4. n. 10. & decis. 5. n. 1. de reb. Eccles. non alien.*

204 Sublimita, quando Ecclesia offert melioramenta illi agnato; nam tunc non est præferendus, nisi pro pretio, quod ab extraneo inuenitur, Cæs. de Graff. *d. decis. 4. n. 11. de reb. Eccles. non alien.*

205 Bona Ecclesiæ sterilia possunt concedi alicui, qui illa sua opera, & impensa reducat ad culturam, non modò si sint omninò sterilia, sed etiamsi aliquam modicam afferant vtilitatem, Rota in *nullius Castri montis Portij*, & 19. Nouembris 1580. coram Brauo, vt in *decis. diuers. 664. n. 1. p. 1.* & in eadem coram eodem 6. Martii 1581. vt *in decis. diuers. 242. n. 10. p. 2.*

206 Et hoc casu non potest alteri pro maiori Canone relocare, sed pro eodem Canone tenetur ei, qui ad culturam reduxit, vel eius successoribus relocare,

Rota

Rota *in nullius Castri Montis Porty* 19. Iunij 1581. coram Brauo, vt *in decis. quotid.* 318. *lib.* 2. & in *Nonantulana bonorum* 18. & 22. Martij 1591. coram Mantica.

207 Et hoc casu vtilitas inspicitur tempore primæ concessionis, quando bona erant sterilia, non autem tempore renouationis, Rota in *nullius Montis Porty* 6. Martij 1581. coram Brauo, vt in *decis. diuers.* 242. *n.* 17. *p.* 2. *&* 19. Iunij 1581. coram eodem.

208 In alienatione rei Ecclesiæ ex antiquitate temporis præsumitur consensus Rectoris talis, qualis de necessitate requirebatur siue expressus, siue tacitus, Rota *in Conchen. fructuum* 2. Decembris 1585. & 10. Febuarij 1586. coram Gypsio, & in *Romana Casalis* 21. Maij 1591. coram Seraphino.

209 Idem si Rector ipse supplicaret, gratiamque obtineret, Rot. in *Conchen. fructuum* 2. Decembris 1585. & 10. Februarj 1586. coram Gypsio.

210 In alienatione bonorum Mensæ Episcopalis separatæ à Mensa Capituli, requiritur consensus Capituli, Rota in *Auximana bonorum* 1. Februarij 1580. coram Seraphino.

211 Limita vbi est euidens vtilitas, quia tunc non requiritur, Rota in dicta *Auximana bonorum* 1. Februarij 1580. coram Seraphino.

212 Adde, quod iste consensus magis respicit solemnitatem, quàm substantiam, Rota in dicta *Auximana bonorum* coram Seraphino.

213 Alienatio rei Ecclesiæ facta per Canonicos, vel Conuentum, absente Præposito, vel Abbate, vel à Prælato sine consensu Capituli, si est vtilis Ecclesiæ, & adsint solemnitates, & confirmatio Apostolica, tenet Rota in *Mediolanen. bonorum* 21. Maij 1581. coram Lancellotto, vt *in decis. quot.* 79. *lib.* 3. & in *Romana Casalis* 27. Maij 1594. coram Seraphino.

214 In alienatione rei Ecclesiæ Canonici absentes non sunt necessariò vocandi, Rota in *d. Mediolanen. bonorum* 21. Maij 1581. coram Lancellotto.

215 Alienatio facta à Procuratore Capituli, qui excessit fines mandato, non valet, Rota *in Cortonen. bonorum* 28. Maij 1588. coram Platto, in *Perusina rescissionis contractus* 28. Martij 1588. coram Comitulo, & in *Cortonen. bonorum* 9. Iunij 1589. coram Platto.

216 Neque ratificatio huiusmodi alienationis inducitur ex scientia fratrum, vel Canonicorum, sed requiritur scientia Capituli, Rota in *Cortonen. bonorum* 28. Martij 1588. 9. Iunij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coram Platto, in Romana Domus, & Hospitij 7. Iunij 1591. coram Blanchetto, in *Tiburtina nullitatis locationis* 5. Decembris 1597. coram Millino.

217 In alienatione bonorum Monasterij requiritur consensus Conuentus, vel Congregationis generalis, Rota *in Romana Casalis* 23. Martij 1594. coram Seraphino.

218 Item requiritur tractatus, qui debet præcedere alienationem, Rota in *Romana Casalis* 27. Maij 1594. coram Seraphino, *in Placentina Aquarum* 10. Februarij 1597. coram Orano.

219 Et in alienatione rerum Monachorum Sancti Benedicti duplex, & per duos dies ante requiritur, Rota *in Romana Casalis* 27. Maij 1594. coram Seraphino, & in *Placentina Aquarum* 10. Februarij 1597. coram Orano, vbi quod tres requirantur, & diuersis diebus.

220 Limita interueniente auctoritate Papæ. Nam tunc nec consensus, neque tractatus requiritur, Rota *in Segobien. Spolij* 10. Decembris 1568. coram Finetto, *vt in decis. quotid.* 420. *lib.* 2. *in Romana Casalis* 21. Maij, & 28. Iunij 1593. & 23. Martij 1594. coram Seraphino.

221 Neque hoc casu requiritur citatio Conuentus, neque superioris, Rota in *d. Segobien. Spolij* 10. Decembris 1568. coram Finetto vt in *decis. quotid.* 420.

222 Et huiusmodi consensus, & tractatus præsumuntur ex spatio 30. annorum, Rota *decis.* 365. *lib.* 2. *& decis.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* coram Puteo, & in *Romana Casalis* 21. Maij, & 28. Iunij 1593. & 27. Maij 1594. & 23. Martij 1594. coram Seraphino, & in *Mediolanen. rescissionis permutationis* 10. Februarij 1597. coram Pamphilio.

223 In alienatione rerum Monasterii consensus Conuentus requiritur in fauorem publicum, ne Ecclesiæ depauperentur, & propter interesse Ecclesiæ, & ipsorum Monachorum, Rota *in Segobien. Spolij* 10. Decembris 1568. coram Finetto, *in Romana Casalis* 31. Martij 1593. coram Seraphino.

224 Alienatio rerum Monasterii facta à Cellerario ad modicum tempus sine alia solemnitate valet, Rota in causa *nullitatis locationis* 5. Decembris 1597. coram Millino.

225 Contrarium vide ex deductis per Purpurat. *cons.* 378.

226 Ad probandum damnum Ecclesiæ in alienatione ex redditibus feudorum vicinorum requiritur, quod probentur esse eiusdem bonitatis, & talis redditus, Rota *in Romana Casalis* 29. Aprilis 1594. coram Seraphino.

Reductio Census bonorum Ecclesiæ ex causa sterilitatis, & refectionis melioramentorum est nulla, etiam quod sit obseruata per triginta annos, Rota in *Mediolanen. bonorum* 5. Maii 1597. coram Seraphino.

227 Res Ecclesiæ solita alienari, si reuertatur, relocans non dicitur alienare, sed continuare alienationem factam, Rota in Bononien de Pipinis 20. Nouembris 1573. coram Robustetio, vt in *decis. diuers.* 554. *in princ. p.* 1.

228 Alienatio rei Ecclesiæ facta pro emendis aquis ex pretio, quæ à tertio in eodem contractu emptæ sunt, licèt tanquam in damnum Ecclesiæ sit nulla, non tamen corruit emptio aquarum, cum correspectiuitas consideretur respectu contrahentium, non autem Tertij, Rota in *Placentina bonorum* 24. Nouembris 1581. coram Seraphino.

229 Emptor supplicans pro confirmatione alienationis rei Ecclesiæ, non videtur fateri narrata esse vera, sed potiùs videtur petere sibi dari Iudicem, qui videat, an causæ narratæ sint veræ, Rota in *Placentina Euictionis* 2. Decembris 1588. coram Pamphilio. An autem idem sit in venditore, vide in dicta Placentina euictionis.

230 Alienationis rerum Ecclesiæ appellatione continetur locatio ad longum tempus, Rota *in Rauennaten. Domus* 2. Aprilis 1576. coram Cantuccio, *vt in decis. diuers.* 26. *n.* 3. *p.* 2.

231 Declara procedere ad effectum inualiditatis locationis, secùs ad effectum incursus pœnæ, Rota *in d. Rauennaten. Domus* 2. Aprilis 1576. coram Cantuccio, vt *in decis. diuers.* 26. *n.* 3. *p.* 2.

232 De Breui Gregorii XIII. confirmationis alienationum rerum Ecclesiasticarum in statu Parmæ, & Placentiæ actum fuit in *Placentina Aquarum* 10. Februarii, & 24. Nouembris 1597. coram Orano.

233 Hactenus Sacra Rota Romana. Nos autem & hoc addimus, locatio rei Ecclesiasticæ facta ad triennium cum conditione tamen, quod si vltimis sex mensibus eiusdem triennii partes quiescant, & nihil innouent, censeatur facta ad aliud triennium, & sic deinceps non valet, sed est contra dispositionem Paulinæ *Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* Quia conditio illa apposita non est vera conditio; quia vera conditio suspendit actum, itaut nullum sortiatur effectum, donec ipsa eueniat, *l. Conditionales ff. de verb. signif.* Hæc autem conditio non suspendit actum vsque ad sui euentum. Siquidem supponit locationem perfectam, etiam pro secundo triennio, & ipsam ita modificat, & qualificat, vt faciat resolubilem ad beneplacitum Partium; quod satis ex eo constat, quia durabit pro secundo triennio, si partes noluerint resoluere in vim primæ conuentionis: Vndè non eueniente conditione resolutionis permanebit locatio contra naturam actus conditionalis, qui non est, nisi eueniat conditio; quare est conditio resolutiua, quæ facit actum iam præexistenté resolubilem iuxtà doctrinam, quam tradunt Gloss. *in l.* 2. *ff. de in diem adiect.* Bart. *in l.* 1. *v. tertia differentia ff. de condit. & demonstrat.* Anchar. *cons.* 69. *circa finem*, Soccin. *cons.* 62. *n.* 3. *lib.* 4. Paris. *cons.* 5. *n.* 12. *lib.* 4.

234 Quare locatio prædicta pro primo triennio est irresolubilis, & irreuocabilis, atque adeò necessaria. Pro secundo autem triennio est ad beneplacitum Partium, itaut possint Partes ex libito eam continuare, vel non continuare. Quatenus autem est ad beneplacitum,

intelligitur pura, sed postea partium voluntate resolubilis, vt per Textum *in cap. si gratiose de rescript. in 6. & l. 4. ff. locati, & conducti*, & cum Decio *cons.* 108. *num.* 5. notat Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 2. & habetur etiam *ex l. 2. ff. de in diem adiect.* ibi: *Erit pura emptio, quæ sub conditione resoluitur*, vndè hi Doctores pro hac resolutione afferri possunt,

236 Eòque fortiùs ita dicendum est, quia alliàs fieret fraus legi, quæ prohibet locationes vltra triennium. Nã hoc modo fierent vltra triennium, immò per plura triennia, quia est in potestate partium tacere sex vltimis mensibus cuiuscũque triennij, & tunc locatio duraret ex vi primæ conuentionis; quod autem est prohibitum vna via, non censetur alia permissum, *l. quod dictum ff. de pact. & l. Cum hi §. si cũ vs ff. de transact. & cap. cum quid vna via de reg. iur. in 6.* Nec dici potest, quod silentium Partium sit conditio, qua extante in vltimis sex mensibus sit signum voluntatis innouandi locationem pro sequenti triennio; quia cum huiusmodi signum sit appositum ab initio contractus, arguit etiam tunc voluntatem continuandi locationẽ pro secũdo triennio, atque adeò quod locatio fiat de præsenti, sed ad beneplacitum, & resolubilis per manifestationem voluntatis resoluendi. Quare cum resultet ex solo silentio Partium, vt non continuetur, iam subsistit in primo contractu locatio, etiam pro secundo triennio, ac proindè erit locatio in se pura, & solùm habebit annexam conditionem, quæ afficiat non ipsum contractũ, sed exequutionem contractus, vt docent Bald. *cons.* 285. *lib.* 3. *& cons.* 478. *lib.* 1. Boer. *decis.* 38. *n.* 28. *& seq.* Tusch. *lit. C. concl.* 579. *n.* 4. 6. *&* 7.

237 Immò dato quod esset locatio conditionalis, cotineretur sub prohibitione, quia eueniente conditione fieret absoluta; Vndè cum conditio retrotrahatur à die euentus ipsius conditionis ad diem conuentionis *l. qui balneum, & l. potior ff. qui pot. in pign. hab. & l. si quis sub conditione ff. de vulg. substit.* vbi Angelus, & Alexander, sequeretur, quod ab initio esset facta locatio vltra triennium; quia etiam pro secundo triennio valeret in virtute prioris dispositionis contra determinationem dictæ *Extrauaganti*, ac proindè esset nulla.

238 Minùsque obstat, quod, cùm sit apposita conditio, si Partes sex vltimis mensibus primi triennij tacuerint, locatio pro secundo triennio est conditionalis, expectans euentum futuræ conditionis, ac proindè non parit obligationem, nisi purificata conditione, *l. necessario, §. quod si pendente ff. de peric. & com. rei vend. & l. si pecuniam ff. si cert. pet.* Conditio namque casualis, qualis est ista, cum possit esse, & non esse, impedit ortum obligationis, donec purificetur, *l. Cedere diem ff. de verb. signif.* vbi glos. *verb. pendente, & l. non omnis ff. si cert. pet.* Glos. *in l. item quia §. fin. ff. de pact.* Bald. *ibi in* 2. *lect. n.* 3. Angel. *num.* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 34. *n.* 7. ac Rota *decis.* 567. *n.* 3. *p.* 3. *recen.* apud Farinacium. Et cùm paria sint fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, sed conferri in tempus habile, *l. In omnibus ff. de hæred. instit.* quamuis dum primò fit locatio, sit tempus inhabile, quia non potest fieri pro secundo triennio, dum tamen suspenditur, & confertur in tempus conditionis, confertur in tempus habile, quia tunc fieri posset noua locatio pro alio triennio, & ideò tanquam facta tempore habili subsistet. Hæc, inquam, non obstant, cum procedant ex falso fundamento, quod locatio sit conditionalis, cum tamen sit pura, sed resolubilis, vt supra docuimus.

239 Quod verò ad pœnas in alienantes bona immobilia Ecclesiarum ij incidunt in pœnas Constitutionis Leonis Cæsaris, quæ habetur *in l. Iubemus C. de Sacros. Eccles.* secundùm Innoc. *in d. cap. nulli in fine*, ibique Butr. *n.* 12. & Card. *n.* 6. *in* 4. *quæst.* eiusque pœna est depositio alienantis, & satisfactio incommodi Ecclesiæ de rebus proprijs facienda, ad quod obligantur hæredes sui, & cum ea Constitutio Leonina esset localis, per Iustinianum extensa est ad omnes Ecclesias, & omnia pia loca, vt *in auth. de non alien. §. nos igitur*, & infra *§. quæ verò Leonis collat.* 2. Vndè verba *dict. cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* sumpta esse videntur secundùm Ostiens. *ibi n.* 4. & Io. Andr. *n.* 3. *&* 7. *in glos. vlt.*

240 Inquiens fortasse. Igitur lex ciuilis auctoritatem habet imponendi pœnam Sacerdotibus delinquentibus in alienatione rerum Ecclesiasticarum. Absit, *can. Imperator* 96. *d. cap. Ecclesia S. Maria de constit.* cum alijs vulgò. Sed ideò isti Sacerdotes incidunt in pœnas prædictæ Cõstitutionis Leoninæ, quia eadem Constitutio *in d. cap. nulli*, per Summum Pontificem canonizatur, & ideò non est amplius lex ciuilis, quæ ligat Clericos, sed Canonica, vt declarat Fagnan. *in cap. quæ in Ecclesiarum n.* 29. *de Constit.* post Felin. *in cap.* 5. *in* 1. *notab. de præsumpt.* & innuit Ostien. *in d. cap. nulli in fine.* Potest etiam intelligi Constitutio Leonina pro Constitutione, quam fecit Leo Papa in Concilio, de qua *in Can. Minemus* 12. *q.* 2. vt per Glos. *fin. in d. cap. nulli*, & Abb. *antiq. in fine.* Et quamuis hoc non placeat Ostiensi loco citato, tamen neque illud dicere est peccatum, vt ait Io. Andr. *in d. cap. nulli*, & Butr. *in fine.*

Per prædictam verò extrauagantem *Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* pœnæ infrascriptæ sunt statutæ. Prima est nullitas contractus, qui tamen si aliàs sit Ecclesiæ vtilis, cum nullitas proueniat ex defectu solemnitatis, potest Ecclesia illum approbare, & ratificare, neque ab eo receditur, nisi volente Ecclesia, vt notat Abbas *in cap. Causam, quæ* 2. *col. fin. de iudic.* Ias. *in l. nen eo minus n.* 3. *C. de proc.* Aret. *cons.* 77. *n.* 6. Put. *decis.* 3. *&* 4. *de except.* Seraph. *decis.* 256. *n.* 2. Secunda pœna est excommunicatio latæ sententiæ in alienantes, & bona alienata recipientes. Tertia est interdictum ingressus Ecclesiæ Episcopis, & Abbatibus, qui, si per sex menses in interdicto perseuerauerint animo indurato, à regimine, & administratione Ecclesiæ, cui præsunt, eo ipso sint suspensi. Quarta inferiores Prælati eo ipso priuati sunt beneficijs, quorum bona alienarunt, & vacare censentur absque alia declaratione, vt conferri possint à legitimo Collatore. Quinta bona alienata ad Ecclesiam, ad quam pertinebant, liberè reuertuntur. 241

Et per istam Extrauagantem derogatum est, *can. si quis Episcopus* 10. *q.* 2. *& can. Apostolicos* 12. *q.* 2. in quibus deponendus est Episcopus, qui sine necessitate alienat res Ecclesiæ, *& can. nullus res.* 17. *q.* 4. vbi Episcopus est deponendus alienans res Ecclesiæ sine licentia Primatis, seù Metropolitani, & suffraganeorum, & *can. Abbatibus* 12. *q.* 2. Abbates, & alij Clerici deponendi sunt, si sine licentia sui Episcopi alienant Ecclesiæ bona; & ita hoc crimen esse depositione dignum, ait Foller. *in prax. can. p.* 2. *cap.* 33. *n.* 43. Sed hodie, vt dixi derogatum est his iuribus per *d. Extrauagantem*, vbi alia forma est statuta alienandi, & aliæ pœnæ transgressoribus impositæ, vt dictum est. In qua extrauaganti prohibetur omnium rerum, ac bonorum Ecclesiasticorum alienatio, omneque pactum, per quod dominium transfertur, concessio, hypotheca, locatio vltra triennium, infeudatio, emphytheusis, præterquam in casibus à iure permissis, & de rebus, ac bonis ab antiquo infeudari, seù in emphyteusim concedi solitis, & tunc cum euidenti Ecclesiæ vtilitate. Item prohibetur alienatio bonorum mobilium pretiosorum, quæ seruando seruari possunt, nisi super dictis contractibus interueniat beneplacitum Apostolicum, aliàs alienationes, seù contractus celebrati contra hanc formam erunt nulli ipso iure, etiamsi bona fide essent celebrati, de quibus vide Genuens. *in pr. Episc. cap.* 44. Bonacinam *de alien. punct.* 4. Filinc. *tract.* 44. *cap.* 6. *num.* 6. Suarez *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 21. Less. *cap.* 24. *num.* 66. *cap.* 19. *num.* 35. 242

Id tamen circa dictam Extrauagantem notandum est, quod licèt excommunicatio in ea non sit Papæ reseruata, vt per Toler. *lib.* 1. *cap.* 40. *§.* 2. Suarez *de censur. disp.* 23. *sect.* 6. *n.* 3. & Sayr. *lib.* 3. *cap.* 32. *n.* 22. qui eam ponunt inter nulli reseruatas, est tamen aliundè reseruata. Etenim alienantes bona Ecclesiæ sine debita forma, & ea recipientes incurrunt in pœnas latas contra vsurpantes, seù occupantes bona Ecclesiarum, vel impedientes ea percipi ab ijs, ad quos pertinent, & procedit etiam contra incidentes arbores, & repudiantes legata, & hæreditates Ecclesiæ delatas, vt ait P. Thesaur. *de pæn. Eccles. v. vsurpatio cap.* 1. ex Conc. Trident. *sess.* 22. *cap.* 11. *de refor.* inter quas 243

pœnas

pœnas est excommunicatio Papæ reseruata. Notandum pariter, quod Doctores dicunt, hanc Extrauagantem, saltem quoad pœnas, non esse vbique receptam, ideòque valdè spectandus erit vsus, seù consuetudo regionum, vt per Bonac. *d. tr. de alien. pun.* 5. *n.* 4. Barbos. *alleg.* 50. *n.* 173. Et vbi recepta est, requiritur, quod ad pœnas, vt scienter fiat transgressio ob particulam *præsumpserit* in illa appositam, vt per Barbos. *in d. Extrauag. n.* 23. cum Nauarro, Quaranta, & alijs: Vndè ad incurrendum has pœnas, requiritur præsumptio, scilicet, quod scienter alienent, & non sufficit, si metu graui coacti alienent, immò etiam metus leuis excusat.

244 Delegati verò Episcopis inferiores excommunicationem incurrunt, si sic auctoritatem præstiterint cum damno Ecclesiæ. Si autem sint Episcopi, aut ijs maiores, incurrunt suspensionem per annum ab executione Officij, quod si ea suspensione durante ingerant se Diuinis, idest celebrent, incurrunt irregularitatem ex Bulla Pauli Secundi, quæ incipit, *Cum in omnibus*.

245 Procurantes autem alienationem in detrimentum Ecclesiæ dolo, aut fraude, aut scienter, aut extorquentes per sordes, idest per mercedem, aut per impressionem, idest per coactionem, aut preces importunas decretum alienationis à delegatis prædictis, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam ex eadem Bulla Paoli Secundi. Insuper delegati prædicti ad æstimationem detrimenti Ecclesiæ illati, sunt condemnandi, procurantes autem, & extorquentes, vt supra, ad restitutionem rerum Ecclesiæ cum fructibus condemnandi, vt ex d. Bulla Pauli Secundi, cuius explicationem lege apud Bonac. *d. tr. de alien. pun.* 6. *&* 7. & Filiuc. *tr.* 15. *n.* 172. Aduertitque P. Thesaur. *loc. cit. v. alienatio* 2. quod etiam ante condemnationem præfati omnes tenentur Ecclesiæ restituere modo prædicto ex iustitia commutatiua.

246 Ex Bulla Pij V. incip. *Admonet nos* prohibetur omnis alienatio, infeudatio, concessio, etiam gubernationis titulo, etiam ad vitam, vel longum tempus, vel ad beneplacitum iurisdictionalium locorum iurisdictionis temporalis Ecclesiæ Romanæ, etiam in casibus à iure permissis, etiam Personis Papæ Consanguineis cum clausula irritante. Deindè prohibetur, ne vlla persona, aut Communitas publicè, aut priuatim tractet, consulat, aut verba faciat de faciendis alienationibus supradictis, aut proponat de mittendis, aut eligendis Oratoribus ad Papam super his, aut hæc Pontifici insinuet, aut suadeat, aut postulet aliquem, vt ei talis titulus conferatur, aut permittat se eligi in Oratorem pro tali negotio, aut tale munus suscipiat. Contrauenientes incurrunt ipso facto ex d. Bulla primò excommunicationem Papæ reseruatam. Secundò crimen rebellionis, & proditionis locorum illorum. Tertiò confiscationem omnium bonorum, quæ ipso facto Cameræ deuoluta censentur. Quartò priuationem omnium beneficiorum Ecclesiasticorum. Quintò inhabilitatem ad beneficia Ecclesiastica. Sextò infamiam iuris perpetuam, etiam post restitutionem aduersus præfatam sententiam.

247 Præterea idem Pius V. *ibidem* hanc Constitutionem præcipit iurari à Cardinalibus in assumptione pilei, & statuit, vt contrafacientes pœnam periurij, ac perpetuæ infamiæ incurrant. Explicant hanc Bullam Leon. *in Thes. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 13. Filiuc. *tr.* 44. *cap.* 6. *n.* 7. Bonac. *tr. de alien. pun. vlt.* Quæ constitutio fuit confirmata ab Vrbano VIII. Bulla incipiente *Sacrosancti* sub anno 1623. pridie Kalend. Octobris.

248 Ex Bulla item Vrbani VIII. quæ incipit *Humanæ salutis* anno 1625. Kalend. Nouembris prohibetur omnis alienatio, emphytheusis, infeudatio, locatio vltra trienniom iurisdictionum laicalium, seù Locorum iurisdictionalium ad Ecclesias, vel pia loca, etiam laicalia spectantium per vniuersam Italiam tantùm, etiam si essent solita concedi in feudum, vel emphyteusim, vel nondum incorporata, vel à laicis vsurpata, vel nondum deuoluta. Item prohibetur remissio caducitatis & non obstante priuilegio quocumque Romani Pontificis, aut consuetudine, etiam immemorabili, aut iure communi scripto, & alijs derogamtijs clausulis.

Contrauenire audientes, vel præsumentes dictæ prohibitioni, incurrunt ex eadem Bulla primò excommunicationem, si non sint Episcopi, vel Abbates, sed non est reseruata. Secundò Episcopi, vel Abbates incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ, sed non est reseruatum. Tertiò si dicti Episcopi, vel Abbates sex mensibus insorduerint in interdicto huiusmodi, incurrunt suspensionem ab administratione Ecclesiarum, seù Monasteriorum in temporalibus, & spiritualibus, sed non est reseruatum. Quartò Capitula, Conuentus, & aliæ Vniuersitates incurrunt interdictum. Quintò singulares personæ etiam dictarum Vniuersitatum, & alij etiam Prælati, qui Episcopi, vel Abbates non sunt, incurrunt priuationem omnium officiorum, & beneficiorum, quorum bona alienarint, & priuationem vocis actiuæ, & passiuæ, ac pœnam inhabilitatis ad prædicta, & alia obtinenda. 248

In qua Constitutione notandum est cum P. Thesauro, *vbi supra v. alienatio* 4. quod ea nullas infert pœnas recipientibus alienata. Secundò quod ait per Italiam vniuersam, vt contineat etiam Insulas adiacentes, quæ modico freto separantur, idest centum milliaribus, *l. notionem ff. de verb. signif.* Bart. *tr. de Insula v. nullius n.* 1. Quia istæ sunt pars Italiæ, *l. Insula ff. de iudic.* ibique Bart. & Angel. ac Doctores communiter, & Aristot. *tr. de mundo cap.* 2. Castr. *in d. l. Insula num.* 1. Cepol. *de seruit. tit. de mar. num.* 16. Bellug. *in specul. rubr.* 30. *n.* 1. Alij tamen hoc nomine Italiæ vniuersæ dicunt non contineri Insulas adiacentes, & probabile ait Diana *resol.* 30. *miscell.* 3. *p.* 1. *resol.* 13. *tr.* 2. *p.* 2. 249

Ex Clementina 1. *de reb. Eccles. non alien.* Regulares administrationem habentes bonorum Religionis, si alienent iora, redditus, aut possessiones ad vitam recipientis, aut ad aliud certum tempus, nisi ob necessitatem, aut vtilitatem Monasterij seù Religionis cum consensu Capituli, aut si Capitulum non habent, cum consensu sui Prælati, incurrunt suspensionem ab Officio, & alienatio est nulla. Hæc autem suspensio non est reseruata, vt per Imol. *ibi n.* 13. & Anchar. *n.* 11. 250

Hanc Clementinam declarant, primò Doctores, quod eius suspensio ab officio est intelligenda, ab officio ordinis, & iurisdictionis, & administrationis, vt Suar. *de cens. disp.* 26. *sect.* 1. *num.* 4. *disput.* 31. *sect.* 6. *num.* 8. Non tamen est suspensio à beneficio, Anchar. *in d. Clem. n.* 10. Ostien. *in cap. Cum æterni de re iudic. in* 6. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 16. Secundò qood hæc suspensio non censetur sublata per *Extrauag. Ambitiosæ*, quia hæc Clementina loquitur in casu particulari, & genus non derogat speciei, & lex generaliter loquens posterior, non derogat legi antiquæ, loquenti in casu particulari, Fulgos. *cons.* 215. *&* 135. Angel. *cons.* 60. Alex. *cons.* 107. *lib.* 3. Bartol. *cons.* 100. *num.* 7. *lib.* 1. Imol. *cons.* 140. *num.* 3. Atque ita in terminis tenet Rodetic. *q. reg.* 27. *ar.* 13. *tom.* 1. & ita supponit Suar. *de censur. disp.* 31. *sect.* 6. *n.* 8. Coninch. *disp.* 15. *n.* 53. Filiuc. *tr.* 17. *n.* 167. Verùm multò magis procedit in locis, & personis, quibus non militat *Extrauagans Ambitiosæ*, vt per Thesaur. *d. v. alienatio* 5. Tertiò declarant, quod ad certum tempus non continet modicum tempus, idest ad trienniom, Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 6. *num.* 8. & Filiuc. *tr.* 14. *num.* 116. Thesaur. *ibidem*. 251

De alienatione à Regularibus de bonis Ecclesiasticis facta prætextu priuilegiorum sine licentia Sacræ Congregationis Concilij alibi dictum est. 252

Religiosi Prelati, siue Officiales consentientes vsurpationi iurisdictionis in exemptos, siue subiectioni illi, itemque Prælati vsurpantes talem iurisdictionem, incurrunt in pœnas *d. Extrauagantis Ambitiosæ*. Quia hæc renunciatio exemptionis est alienatio prohibita rei Ecclesiasticæ, *cap. cum tempore de arbitr.* ibique Ostiens. & Abb. *num.* 3. Et quia hoc ius reputatur inter immobilia per *d. cap. & per Glos. in cap.* 2. *v. iura de reb. Eccles. non alien. in* 6. & per Textum *in d. cap.* 253

nulli eodem tit. vbi Imol, traditque Redoan. *eod. tr. tit. de alien. reddit. & sur. num.* 22. & talis renunciatio est nullius momenti, *d. cap. Cum tempore, & cap. si diligenti de for. compet.*

255 In *cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.* prohibetur Prælatis Ecclesiarũ, scilicet tam viris, quàm fœminis, vt ibi intelligunt Glossa, & Doctores, suas Ecclesias, vel earum iura, vel bona subijcere laicis quoad Iuspatronatus, vel dominiũ directum perpetuò, vel ad longum tempus sine sui Capituli consensu, & Sedis Apostolicæ licentia speciali, & in contrarium gesta sunt nulla, etiam quoad causam præscribendi, & Prælati contrauenientes incurrunt suspensionem ab officio, & administratione, & Clerici illius Ecclesiæ, qui scientes aliquid contra prædictam prohibitionem esse præsumptum, denunciare id superiori neglexerint, incurrunt suspensionem triennalem à perceptione beneficiorum, quæ in Ecclesia obtinent, sic grauata. Laici verò compellentes Prælatos, vel personas Ecclesiasticas ad talia facienda, excommunicationis sententiam incurrunt nulli reseruatam. Quod si ex huiusmodi contractibus cum dicta licentia, & consensu initis, ipsi laici aliquid vsurpauerint vltra concessa, nisi legitimè moniti ab huiusmodi vsurpatione destiterint, & vsurpata restituerint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, non reseruatam, & procedi poterit ad supponendum eorum terras Ecclesiastico interdicto.

256 Amplia, vt ibi dicta de Prælatis procedant etiam contra Episcopos, quia ipsi principaliter dicuntur Prælati Ecclesiæ, vt per Suar. *de censur. disp. 31. sect. 5. n.* 10. Filiuc. *tract. 17. n.* 147. Alter. *de cens. tom. 2. disp. 12. cap.* 4.

257 Limita primò, quod suspensio illa contra Prælatos est ab officio Ordinis, & ab administratione rerum temporalium Ecclesiæ grauatæ, non autem ab alijs beneficijs, Suarez *ibidem n. 9.* Filiuc. *eo loco*, Gemin. & Franch. *in d. cap. 2.* Limita secundò, quod non denunciantes, vt supra, incurrunt, si sciant, & probare possint, & sine suo graui damno valeant denunciare, Suar. *ibidem n. 9.* Alter. *loc. cit. §. ad incurrendum.* Limita tertiò, quod hæc subiectio ad longum tempus dicitur si ad decennium, vel vltra, quia *d. Extrauagans Ambitiosa* prohibens locationem vltra triennium, non procedit in mera subiectione quoad Iuspatronatus, vel directum dominium nudum, vt per Suar. *disp. 33. sect. 4. n. 16.* cum Gloss. Sylu. Nauar. Filiuc. *d. tr. 14. n. 61.* Alter. *loc. alleg.* Adde quod vsurpans Iuspatronatus, vel dominium directum in Ecclesia libera, vel loco pio, vel eorum fructus, vel bona, & Clerici consentientes incurrunt in pœnas latas in Concilio Tridentino *sess. 22. cap. 11.* & in Bulla Cœnæ Domini *can. 17.* Item vsurpans Iuspatronatus, & bona, seù fructus in Ecclesia, seù beneficio vacante, & Clerici consentientes, incurrunt in pœnas *cap. generali 13. de elect. in 6.* de quo Nouar. *in man. cap. 27. n. 113.* Suar. *de censur. disp. 33. sect. 4. n. 6.* Tolet. *lib. 1. cap. 39. ad 4. excom.* Sayr. *lib. 3. cap. 34. n. 10.* & Filiuc. *d. tract. 14. n. 56.* Item contra eosdem patronos vsurpantes fructus Ecclesiarum, seù beneficiorum vacantium aliæ sunt pœnæ latæ, de quibus *in cap. præsenti de offic. ordin. in 6.* ibique Doctores.

258 Demùm quoad processum in causa alienationis, *si in euidentem*, primò expediuntur literæ Apostolicæ, videlicèt, *si in euidentem*, deindè præsentantur in officio, antequam deueniatur ad citationem; postea citatur pars ad dicendum, videlicet: Citetur N. ad dicendum contra literas Apostolicas sub plumbo expeditas, & in actis exhibitas, & iuxta illarum formam mandari procedi, necnon dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare Testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, & mandari restitui, dimissa copia collationata, & dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi notario causæ iuramentum Testium, & examen in forma, & postquam dicto commissum fuerit, videndum illos examinare in eorum, vel notarij domibus, vel vbi reperti fuerint, & dandum interrogatoria, si dare intendit, aliàs examinabuntur sine ad primam diem, &c.

259 Et tunc dantur in actis causæ articuli, & repetuntur literæ Apostolicæ tenoris, vt infra, videlicet: Positiones, & articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, atque producit Procurator, & nomine D. N. contra, & aduersus D. N. omnesque alios, &c. quos petit recipi, se, partemque suam ad probandum admitti in causa, & causis *si in euidentem* super (& narratur factum) iuxtà formam Bullæ Sanctissimi Domini Nostri sub plumbo editæ citra tamen onus superfluæ probationis, non se tamen adstringens, &c. de quo expresse protestatur, &c.

In primis Procurator prædictus, & dicto nomine N. 260
reproducit Bullam præfatam *si in euidentem*, & omnia alia iura, acta, & actitata, confessiones iudiciales, & extra iudiciales Partis aduersæ, ac omnia alia, &c, quatenus in fauorem, &c. & non aliàs, &c.

Ex quibus sic repetitis clarè constare dixit, & credit de 261
verificatione contentorum in dicta Bulla, & de bono iure d. Domini N. sui principalis, & quatenus opus sit, & non constaret vulgari sermone loquendo pro faciliori Testium intelligentia ponit, & probare vult, & intendit.

Qualmente la verità fu, & è, che il sopradetto N. hà, 262
tiene, e possiede (& narratur factum) videlicet *molte Case poste nel tal luogo, delle quali non se ne caua frutto, ne pigione alcuna, che se vi si spendessero da mille scudi, se ne cauarebbe di più di ducento di pigione, che così non se ne caua niente, come si è detto, e di questo ne è publica voce, e fama, publico, notorio, e manifesto, palàm, &c.*

Item *qualmente la verità fu, & è, che dell'altre Case,* 263
già finite, se ne caua molto più di quello si cauarebbe, se il denaro spesoci, fosse stato inuestito in altre Case, ò Censi, e che è cosa chiarissima, che facendosi dette Case risulta, & è di grandissimo vtile di essa Chiesa, &c. e questo è publica voce, e fama, publico, notorio, e manifesto palam, &c.

Item qualiter prædicta omnia sunt vera, publica, no- 264
toria, & manifesta, palam, &c.

Hos, & has autem, &c. non se adstringens, &c. saluo 265
iure, &c. & protestatur, &c. omni meliori modo, &c.

Nomina Testium N. N. N. N. N. N.

Deinde fit intimatio Parti, vt infra Intimetur N. ex 266
aduerso principali, qualiter Dominus mandauit examinari Testes, & nomina, & cognomina Testium sunt in actis specificata, & fuit iuratum de calumnia, & Testes examinabuntur die.,. cum alijs diebus sequentibus vsque ad perfectum examen die manè hora 13. & de sero hora 20. Ideò citetur idem ad conducendum Interpretem quatenus vti velit, aliàs examinabuntur sine, instãte, &c.

Et Testibus examinatis, seruantur termini substantia- 267
les, & citatur Pars.

Citetur N. ad dicendum contra Commissionem ad 268
primam diem, libellandum ad secundam, articulandum ad octauam, dicendum contra, & producendum omnia, & dicendum contra producta, ac iurandum de calumnia in terminis substantialibus ad primam diem, &c.

Citetur N. ex aduerso principalis ad videndum reite- 269
rari omnes, & singulos substantiales forsan malè, nulliter, & inculcate tentos ad effectum concludendi, & audiendi sententiam diffinitiuam ad primã diem, &c. Instante, &c. Deindè fertur sententia, & conficitur instrumentum venditionis rei, de qua agitur. Et de his satis.

De Summo verò Principatu Ecclesiastico, nempè 270
Summi Pontificis dubitari posset, & aliàs fuit in pluribus dubitatum, an bona Ecclesiæ, seù Principatus alienare possit, & rata sit eius apud successores alienatio. Videtur autem mihi, posse alienare bona quarumcumque Ecclesiarum, & ratam alienationem apud successores, quoniã dominium eorum bonorum dicitur esse Christi, *cap. Cum ex eo de elect. in 6. can. expedit. q. 1. tit.* 12. *can. quoniam quidquid 16. q. 1. cap. causa de verb. signific.* Summus verò Pontifex est immediatum caput Ecclesiæ, & Vicarius Dei in Terris, vt quidquid agat, claue non errante, censeatur à Deo factũ, *cap. quanto, cap. inter* corporalia de *transl. Prel.* & omnium Ecclesiarum ordinatio videtur esse iuris positiui, *can. 1. 13. q. 1.* & à Sede Apostolica, vt riuuli pendent à fonte, *can. 1. 22. d. can. loquitur 24. quæst.* 1. Habet autem, & plenitudinem potestatis Summus Pontifex in ijs maximè, quæ sunt talis iuris positiui, *cap. proposuit de concess. præb.* Docet, & quod responsum est, ipsos Prælatos Ecclesiarum non posse alienare sine permissione Sũmi Pontificis, seù Sedis Apostolicæ, & hac permittẽte,

aut

aut confirmante, posse, *can. 3. quia Ioannes 12. q. 5. cap. veniens de transact.* cum alijs. Ac proindè qui habet potestatem concedendi alienationis licentiam, multò magis ipse habebit. Nemo enim potest concedere quod non habet, *l. si vniuersæ C. de leg.* scribit tamen Anchar. *cons. 310. col. 2. & pen.* Papam in indulto alienationis debere derogare Canoni *non liceat Papæ 12. q. 2.* & Paul. Castr. *cons. 414. vol. 1.* concludit Papam pro debito Romanæ Ecclesiæ potuisse alienare, & obligare bona Ecclesiæ Auenionensis. Et de his tantum, quantum sat est, immò satis multa. Peccat porrò, qui non videt, quod est satis.

CONSVLTATIO XCVI.

An Donator incidat in reatum periurij, contraueniendo promissioni in casu, de quo agimus?

1 Titius, asserens habere vocem, & ius nominandi, ac præsentandi Rectorem ad beneficium Ecclesiasticum de iurepatronatus laicorum, dictam vocem, dictumque ius nominandi, & præsentandi d. Rectorem dedit, cessit, ac titulo irreuocabilis donationis inter viuos concessit, & donauit Caio præsenti, & acceptanti pro se, suisque, &c. cum omni iure, & actione ad habendum, &c. ponens, &c. transferens, &c. constituens, &c. licentiam dans, &c. nullo iure reseruato, &c. Promittens huiusmodi donationem semper, & omni tempore habere ratam, gratam, atque firmam, & contra non facere, opponere, vel venire sub quouis prætextu, causa, vel quæsito, &c. & ad maiorem cautelam medio iuramento tactis, &c. renuncians, &c. beneficio *l. 1. C. de reuoc. donat.* ac omnibus alijs fauorabilibus, cum quibus se posset defendi contra præsens instrumentum.

2 Vacato dicto beneficio præfatus Titius donator præsentauit Sempronium in Rectorem eiusdem, non obstante prædicta donatione, iuramento roborata, eo sub prætextu, quod consensus Episcopi vsque adhuc non interuenerat, dum donatio iurispatronatus absque consensu Ordinarij non operatur per Text. *in cap. Cum sæculum, & in cap. Cura de iurepatr. in 6.* ac per Roch. *de iurepatr. verb. pro eo, quod de Diœcesani consensu q. 2.*

3 Caius verò donatarius habita notitia de contrauentione Titij donantis facta in suum præiudicium, eligendo Rectorem, obtinuit subsequenter consensum Episcopi, & intra terminum ad præsentandum præfixum, vtendo facultatibus, vti patronus, & donatarius iurispatronatus deuenit ad nominationem alterius Rectoris, cum certi iuris sit, iurispatronatus post consensum habitum existere penes donatarium, & talis consensus potest præcedere, vel subsequi, & semper, & quandocumque interuenire, Flamin. *de resign. lib. 4. q. 10. n. 7. & 8.* Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 1. n. 36.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. tr. 13. disp. 2. pun. 4. n. 18.* Ricc. *in prax. Eccles. resol. 123. n. 3.* Campanil. *in diu. iur. rubr. 11. c. 13. n. 372.* cum alijs.

4 Hinc, orta controuersia inter dictos præsentantes, fuit dubitatum, *an donator inciderit in reatum periurij, contraueniendo promissioni*

5 Pro parte negatiua adducitur, quod ante consensum Episcopi in donatione, nullum ius dicitur abdicatum à donante, iuxtà decisionem Putei 18. *lib. 2.* & consensus postea obtentus valet ex nunc, non ex tunc, Lambertin. *de iurepatr. lib. 1. p. 2. q. 1. ar. 17. n. 11.*

6 Secundò quod donatio iurispatronatus procedit ad instar beneficij resignati ad fauorem certæ personæ, ac etiam in materia feudorum Io. Bapt. de Luca *de iurepatr. discurs. 50. n. 11.* Quapropter mandatum ad resignandum beneficium est reuocabile, *Clem. vn. de renunc.* Paris. *de resignat. lib. 9. q. 25. n. 1. & 2.* Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 16. n. 18. & seq.* Tondut. *de benef. q. 26. n. 1.* Rota *decis. 730. n. 1. p. 6. recent.* De Luca *discurs. 38. n. 2.*

7 Pari modo si donatio iurispatronatus est reuocabilis, vti actus de sui natura reuocabilis, per iuramentum certè fit irreuocabilis, Gloss. *v. necessitas in l. si pecuniam 5. ff. de condict. caus. dat. latè* Gabr. *de iuram. concl. 9.*

8 Donator verò per præsentationem videtur, nec reuocare, nec contrauenire promissæ donationi. Exemplum desumitur à mandato ad resignandum beneficium cum iuramento, vel se non reuocaturum procuratorem, vel se resignaturum; tunc tale mandatum contra ipsius naturam est irreuocabile, Boer. *decis. 207. n. 2.* Tondut. *de benef. d. q. 26. n. 3.* quia est promissorium de non contraueniendo. Id tamen verum est, quod ille tenetur ad resignandum, non autem illi denegatur, quod non possit repetere, & colligitur ex Textu *in cap. ad audientiam de his, qui vi,* ibi: *non obstante iuramento, qui non ad non repetendum, sed ad resignandum tenebatur,* Suarez *tom. 2. de relig. tr. de iuram. lib. 2. c. 29. n. 24.* Sanchez *moral. lib. 3. cap. 12. n. 17.* ex quibus in præsenti casu Titius donans iuspatronatus, non obstante iuramento, potuit præsentare iuxta dictam *decis. 18. lib. 2.* coram Puteo, quia promisit non contrauenire donationi, scilicet non impugnare, vel reuocare facere, & illa per solam præsentationem ante consensum Episcopi minimè infringitur.

Tertiò quia resignans beneficium, non amittit fructus, & possessionem eiusdem, donec effectiuè, & realiter acquiratur possessio per resignatarium, de Luca *de Emphyt. discurs. 1. n. 9.* & passim Rot. *decis. 312. n. 4. & 5. p. 11. recen.* Vndè cum mandatum ad resignandum dicatur instrumentum, seu causa, vt Pontificis gratia sequatur non à resignante, sed à Papa dicitur obtinere, de Luca *discurs. 38. n. 6. de regalibus,* Pari modo dicitur donatio Iurispatronatus causa, & instrumentum, vt sequatur consensus, & sic interim præsentando non videtur contrauenire; nec donatarius conqueri potest per consensum habitum, quia donans fuit vsus facultate tempore habili ad instar resignantis beneficij, vel feudi, qui percipit fructus, non obstante donatione, vel resignatione vsque ad superuenientiam beneplaciti Principis, dum beneficialistæ à feudistis modum desumunt, vt ait de Luc. *discurs. primo de emphyt. n. 9.* 9

His tamen non obstantibus verè in reatum periurij Titium donatarium incidisse censendum est. Et pro dilucidatione huius articuli, præmittendum est, quod iuspatronatus laicale est partim spirituale, & partim temporale; spirituale quia vendi non potest, temporale, quia possidetur à Laicis, & transmittitur ad hæredes, Roch. *de iurepatr. q. 2. verb. contrariam,* pro cuius donatione, vel potius translatione de laico ad laicum secundùm omnes Doctores consensus est necessarius, ne intercedat labes Simoniaca in contractu, vel cadat in potentiori, vel quia iuspatronatus non potest haberi per laicum, nisi ex gratia, secùs autem quando transfertur in Ecclesiam, vel locum Religiosum. Tunc enim non requiritur eiusmodi consensus, quia res reuertitur in naturam suam, vt per Roch. *d. v. Pro eo, quod Diœcesani consensu q. 2.* de quibus in præsenti nulla adest suspicio per consensum obtentum. 10

Examinandum solùm est, an ante consensum donatio iurispatronatus sit ipso iure nulla, vt ex Duran. *decis. vlt. n. 1.* Certum enim est, quod quilibet actus, in quo potest præcedere, vel subsequi consensus requisitus, habet implicitum statum validitatis, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. proœm. 2.* & in donatione iurispatronatus semper, & quandocumque potest interuenire, vt supra. Hæc in iure talis donatio prohibita reperitur, vt latè per Rotam *decis. vlt. n. 4. & 5. de iurepatr. in antiq.* Quare iuramentum appositum in tali donatione erit omninò obseruandum, quia non est contra bonos mores naturales, Barb. *in reg. non est obligatorium de reg. iur. in 6.* Sanch. *in moral. p. 1. lib. 3. cap. 9. n. 30.* & Titius donator, stante iuramento, non poterat contrauenire in eligendo Rectorem, quia talis præsentatio directè impedit donatario exercitium iurispatronatus, stante consensu obtento. Nec releuat, quod pro alia vice vti possit donatione; quia per dictionem semper, & omni tempore habere ratam, gratam, nec contrafacere, &c. nouus iste, & vnicus actus electionis induci claram contrauentionem iuris eligendi donati. 11

Vlterius, quamuis dicta donatio possit dici de sua natura reuocabilis ante consensum, attamen per iuramentum euadit firma, & irreuocabilis, quia in tali statu res dicitur non amplius integra, nec est locus pœnitentiæ, Seraph. *de iuram. priuil. 139.* Cyriac. *contr. 322. num. 33. & seq.* sic præsentatio donantis non potest admitti 12

per Iudicem, ne fiat particeps delicti, confouendo periurium, Merlin. *decis.* 443. *n.* 4. *& seq.* Rota *decis.* 80. *à n.* 5. *p.* 17. *recen* Gutier. *de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 14. vbi: *§. his tamen*, respondendo contrarijs, ait, procedere, vbi Iudex ad illum actum adire non debet, aliter si actus ille requirit Iudicis auctoritatem, non debet admittere, & probare actum contrarium iuramento, vt in hac præsentatione facta coram Ordinario contra donationem iuratam.

13 Postremò aperta videtur contrauentio, quia Titius, donando iuspatronatus, disposuit de iure suo, & contractus potest fieri in præiudicium donantis, dum consensus non est necessarius in donatione, seù ad contractum donationis, quæ in iure prohibita non est, sed solùm ad acquisitionem iurispatronatus, vt ratiocinatur Rot. *d. decis. vlt. in antiq. de iurepatr.* Roch. *eod. tr. verb. ipse, vel eis n.* 31. *vers. aduerte tamen*, & Coccin. *decis.* 453. *n.* 6. Vndè cum ab initio fuerit quæsitum ius donatario de non contraueniendo promissis in contractu appositis per donantem, qui disposuit de iure suo, certè, dici debet periurus in præsentando; quæ distinctio Rotæ in antiquis admissa videtur etiam per Put. *d. decis.* 18. *lib.* 2. & in particula decisionis coram Emerix, satis constare dignoscitur. Alterum verò ius pro exercitio iurispatronatus, quod habet ex donatione, & dicitur pendere, illud tantùm ex consensu perficitur, Rot. *d. decis. vlt. de iurepatr. in antiq.*

14 Et ex his facilè tolluntur allegata per D. de Luca, arguendo à resignatione beneficij, & feudi; quia quando adest dispositio Textus, non est arguendum à simili, nequè à pari.

15 Particula autem decisionis coram Emerix est huiusmodi *Recanaten. beneficij Lunæ* 22. *Iunij* 1682. Nec subsistere videbatur, quod vox donata Dominico Barono suffragari nequeat Condulmerio, ex quo talis donatio non fuerit ab Ordinario confirmata, antequam Sebastianus Donator præsentaret Confalonerium, in cuius præiudicium consensus postea præstitus ab Ordinario non retrotrahitur, vt firmauit Rota coram Puteo *decis.* 18. *lib.* 2. *in princip. & per tot.* coram Coccino *decis.* 652. *n.* 13. *& in recen. decis.* 430. *n.* 12. *& seq. p.* 9. *rec.* Quia licèt hæc conclusio benè procedat in terminis puræ, & liberæ donationis, in quibus loquuntur auctoritates supra allegatæ, non tamen videtur recipienda, quando, prout hic donatio fuit roborata iuramento, & promissione de non contraueniendo, cum in hoc casu illa fiat irreuocabilis, & ab initio acquiratur ius donatario, tàm in præiudicium donantis, quàm præsentati ab eo medio tempore, vt respondit Rota *decis.* 80. *n.* 5. *& seq. p.* 17. *rec.* Hæc Rota.

16 Et quidem, licet iuramentum impediat actum, non autem tollat facultatem, & ideò, si actus fiat, validus est, quamuis illicitus, nisi præcedat absolutio à iuramento, veniens tamen contra iuramentum absque dispensatione est periurus, ita quidem, vt non sit sufficiens causa ad dispensandum, & absoluendum à iuramento eius sola pœnitentia, neque prætextus, quod in tali donatione non intercesserit consensus Episcopi; quia cum iurauerit non reuocare donationem iurispatronatus, ex vi iuramenti renunciauit omni fauori, quem tribuunt iura ad conseruandum facultatem præsentandi; Siquidem per iuramentum se priuauit hac facultate, cum firmauerit voluntatem in eo, quod iam disposuit, & promiserit Deo, se non vsurum facultate, quam habebat; quod est obiectum huius iuramenti. Atque adeò non potuit donator allegare fauorem iuris requirentis consensum Episcopi, tanquam causam, ob quam debuerat relaxari iuramentum, cum non potuerit esse causa rationabilis relaxandi iuramentum id, quod per iuramentum exclusum est; quod enim iurauit nolle vti, non potest postea esse causa rationabilis, vt relaxato iuramento, ipsi detur facultas vtendi. Neque ius dat auctoritatem huic dispensationi, immò exigit, quod iuramentum omninò seruetur, *cap.* 2. *de pact. in* 6. *& auth. Sacramenta pub. C. si aduers. vendit.* cum vulgò alijs.

17 Hinc etiamsi patronus iurasset, alium non præsentare, & tamen præsentaret, valeret præsentatio, quamuis periurus fieret, vt tradunt Alex. *cons.* 16. *n.* 3. *lib.* 3. Bursatt. *lib.* 4. *cons.* 379. *n.* 13. *&* 17. Felin. *in cap. Cum accessissent n.* 12. *de constit.* Couar. *in rubr. de testam. p.* 2. *n.* 15. *concl.* 5. Gabr. *concl.* 1. *n.* 8. *de iureiur.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 75. *n.* 14. Rota *decis.* 513. *&* 547. *p.* 3. *diu.* & coram Pegna *decis.* 1141. *n.* 8. Quia, vt dixi, iuramentum non impedit validitatem actus, neque tollit causam, ex quibus validitas consurgit, & si veniens contra iuramentum peccet, & sit periurus, quia non tollit potestatem, & voluntatem, quæ sufficiunt pro validitate actus, *l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi*, Innoc. *in cap. dilecto de præb.* Abb. *cons.* 41. *n.* 2. *lib.* 2. Feder. de Sen. *cons.* 100. *ad fin. alijque cum* Glossa *in cap. fin. de præb. in* 6.

Ex quibus elicitur, quod legatarius, siuè donatarius 18
debeat esse cautus in procurando, quàm citius poterit, approbationem, siue consensum Episcopi super iurepatronatus legato, siue donato, quia ante consensum, vel approbationem Episcopi nullum ius habet, vt per Roch. 1
loc. cit. §. *Ego sequor*, vbi addit, quod cautior esset, si consensus Episcopi intercederet, vel in morte, vel ante mortem Testatoris, vel in donatione.

CONSVLTATIO XCVII.

An, & quatenus dispensationes extra Curiam Episcopo committendæ, & ab eo examinandæ sint? Et quid de literis absolutionum, & dispensationum in foro conscientiæ?

SAcrum Concilium Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 5. *de ref.* ita hac de re decernit: *Dispensationes quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erant, committantur Ordinarijs illorum, qui eas impetrauerint; ea verò, quæ gratiosè concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis Apostolicis, summariè tantùm, & extraiudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.*

In hoc decreto primò statuitur, vt dispensationes 1
omnes non committantur, nisi Ordinarijs impetrantium. His verò, vel eorum Vicarijs Gregorius XIII. ex sententia Sacræ Congregationis decreuit, non licere aliquid accipere ratione taxæ, etiam ex immemorabili tempore, neque ratione sigilli, vel cuiuslibet alterius rei pro cognitione huiusmodi dispensationum; quapropter decretum illud, quod solet poni in literis dispensationum matrimonialium: *& nihil muneris, aut præmij etiam spontè oblati accipi possit pro illarum executione*, ita intelligendum esse, vt neque Ordinarius ipse, neque eius Vicarius quidquam prorsus, etiam pro mercede laboris, quem ea in re susciperent, capere possint; Notarijs verò pro examinatione Testium quartam partem auri, siue ducati licere accipere. Addidit etiam pro literis absolutionum, & dispensationum in foro conscientiæ tantùm nihil à quocumque pariter omninò accipi posse, quemadmodum etiam Romæ seruatur. Atque ex his Concilium Prouinciale non posse statuere, vt aliquid accipi possit, censuit Sacra Congregatio.

Ordinarij autem illorum sunt Episcopi, vel illorum 2
Vicarij Generales, non autem foranei, *cap. Romana*, ibique notata *de appell. in* 6. Quare dispensationes factæ à Vicario foraneo nullæ sunt ex defectu iurisdictionis, etiamsi specialiter ab Episcopo illi subdelegatæ fuissent.

Secundò statuitur, quod dispensationes in forma gra- 3
tiosa concessæ ab iisdem Ordinarijs de subreptione, vt concedentes non decipiantur, cognosci debent. Ex quibus dixit Sacra Congregatio antequam dispensationibus in forma gratiosa, quæ vulgò dicuntur sine causa, partes vtantur, debere præsentari Ordinarijs, vt ab eis cognosci possit de subreptione, vel obreptione. In quo hæc notanda videntur. Primò, quod hæc potestas non est data Ordinarijs super qualibet controuersia, quæ possit oriri super dispensatione Apostolica, veluti vtrum valeat, aut concedi potuerit, vel ne? aut qualem interpretationem recipiat, sed tantùm, an preces subiaceant

vitio

vitio subreptionis, vel obreptionis. Secundò quod dicta potestas datur Ordinarijs, tanquam delegatis Apostolicis, propter quam non destruitur, sed conseruatur regula, quod Sedis Apostolicæ est æstimare, quemadmodum sui beneficij esse velit *cap. Ordinarij de offic. Ordin. in 6.* Tertiò, quod non datur Ordinarijs potestas cognoscendi iudicialiter de dicta obreptione, sed summariè, & extraiudicialiter tantùm, cuius taxatiuæ ea est vis, vt eiusdem decreti auctoritate censeatur prohibita Ordinarijs cognitio iudicialis, & ordinaria de subreptione Apostolicæ dispensationis. Nec immeritò quia nisi certa, & manifesta sit subreptio gratiæ Apostolicæ, non potest Ordinarius de ea iudicare *cap. 2. de confirm. vtil. vel inutil.* ibique Doctores, Bald. *cons. 95. lib. 2.* & Feder. de Sen. *cons.* 115. Quartò quod dictæ potestas non datur in dispensationibus concessis motu proprio Pontificis; qui excludit subreptionem, *cap. si motu proprio de preben. in 6.* Quintò tandem quod dicta potestas non datur circa quamlibet gratiam, vt priuilegium Sedis Apostolicæ, sed tantùm circa dispensationem, aut etiam circa commutationes voluntatum, vt in *cap. 6.* eiusdem sessionis dictæ Sacri Concilij Tridentini.

CONSVLTATIO XCVIII.

De Oratorijs priuatis quæstiones ferè omnes dissoluuntur, sed per summa fastigia rerum; vbi prius de nominibus locorum, quæ à Christianis ad Conuentus publicos, ac priuatos sunt extructa, deque origine, ac progressu Sacellorum, seù Capellarum, & id genus alijs.

1 RECtè quidem, ac prudenter dixit ille: Ad benè docendum primò expendere oportet nomina. Locum illum, in quem, mox post Christi ascensionem conuenerunt Apostoli, Lucas *act. 1.* vocat Cœnaculum, quo vocabulo intelligitur locus, qui ad cœnandum sit idoneus; eiusmodi loca ædium superiora Romæ, de Hierosolymis nil certi affirmare possum, ditiores inquilinis plerumque, ac pauperioribus locarunt, ima sibi reseruabant. Qua de re vide plura apud Stuchium *in antiquit. conuiuial. lib. 2. cap. 14.* Hinc non solùm tenuem Apostolorum conditionem, & summam paupertatem colligere, sed & videre licet, quàm tenui ædificio Apostolica simplicitas contenta fuerit.

2 Tertullianus, qui vicinus fuit Apostolorum temporibus, loca publicorum congressuum sua ætate dicit, fuisse simplices Domos, & ædes in edito sitas *init. lib. contra Valentinianos.* Dicitur autem Domus propriè ædificium ad habitandum factum, impropriè verò pro quocumque habitaculo, vndè & Templa domus dicuntur. Rectè verò, ac propriè Tertullianus eiusmodi loca Domos appellat, ea enim inhabitarunt certæ familiæ, simul tamen eò quoque fideles conuenerunt, quod in persecutionibus illis publicè non licebat. Hodiè autem impropriè sic vocarentur.

3 Et si verò Christiani primitiuæ Ecclesiæ per ædis vocabulum nil aliud, quàm domum simpliciter intellexerint, id tamen nomen suis quoque Templis posterioribus sæculis indiderunt ad Ethnicorum imitationem, qui sua etiam fana, seu Templa ita appellarunt ab Edo, vt Seruius annotat, quod in ea sacrificantes edere consueuerint. Varro *lib. 4. de singul. lat.* ab aditu fieri putat, quod scilicet plano pede adierint. Festus, quod in edito poni soleret, ædes dici putat.

4 Eusebius *lib. 7. cap. 15.* cætuum loca Ecclesias vocat; quo loco indicat Cæsareæ Palestinæ Christianum quemdam, Marinum nomine, Religionis accusatum, & à Tribunali ad trium horarum deliberationem dimissum, deductum esse ad Ecclesiam, & in ipsum Sanctuarium à Theotecno eius loci Episcopo, atque ab eo ad martyrium fortiter subeundum confirmatum. Factum sub Valeriano, & Gallieno Imperatoribus circa annum Domini 260. Fuit hic loquendi mos in primis visitatus sæculo quinto à nato Christo, vt omnium Ecclesiæ nomen pro ipso etiam Templo vsurparent. Ita etiam Eucherius *lib. 2. in Genes. cap. 16.* ait: *Ecclesiam ædificatam esse eo in loco, vbi olim Abraham Angelos hospitio susceperit.* Sic etiam loquitur Sydonius *ep. ad Hesperium.* Saluianus quoque non abhorret ab hac loquendi formula, sed quasi corrigens dicit. *Itaque Ecclesias, vel potius Templa, & Dei minoris reuerentiæ quidem habent, lib. 4. de prouidentia Dei.* Ipse etiam Augustinus *lib. quæst. in Leuit. tit. 59.* *Hoc,* ait, *quotidianus vsus loquendi obtinuit, vt in Ecclesiam prodire, ad Ecclesiam confugere non dicatur, nisi ad ipsum locum, parietesque prodierit, & confugerit, quibus Ecclesiæ Congregatio continetur.* Idem, *quotidiè,* inquit, *Ecclesiam ingredientes, memoriam gloriosissimi Martyris Stephani frequentabant lib. de Ciuit. Dei 22. cap. 8.*

5 Fit hoc impropriè, ac figuratè per metonymiam, qua contentum pro continente ponitur; Est enim Ecclesia vox græca, sed recepta à Latinis, significatque cætum, communionem, vel concionem. Ita D. Lucas quoque hoc vocabulo vsus legitur *Act. 19.* vbi dicit: *Erat Concio confusa.* Translata est hæc vox ab hoc ciuili vsu ad Sacrum, visumque est Spiritui Sancto appellare hoc nomine cætum fidelium vniuersum ad vitam æternam euocatum. In qua significatione interdum *Catholicæ,* appellatio additur. Nonnunquam verò particulares cætus, in quos vniuersalis ille distribuitur, Ecclesiæ nomine intelliguntur, vt cum Ecclesiam Romanam, Corinthiacam, &c. appellamus adeò quidem, vt etiam restringatur aliquando ad quampiam familiam, quæ Christum profitetur. Sic enim D. Paulus *Rom. 16. & 1. Corinth. 16.*

6 Vsitatissimum etiam fuit in primitiua Ecclesia hæc loca *Oratoria* appellare à primaria actione, quæ in ijs peragebatur, vt est videre apud Euseb. *lib. 8. cap. 2.* Sacrat. *lib. 5.* Sozomen. *lib. 1. cap. 8.* & D. August. *dist. 42. c. vlt.* Chrysostomus quoque *Orationis domos* appellat, *hom. 9. in 3. cap. Act.*

7 Vocarunt etiam *Dominica,* seu *Cyriaca,* vt legere est in edicto Maximini, quod pro Christianis iam iam moriturus edidit apud Euseb. *lib. 9. cap. 10.* & in narratione eius historiæ, quæ extat apud Ruffinum *lib. 1. cap. 3. à Domino* scilicèt Iesu Christo, cui consecrabantur, & quod in ijs Domino Iesu Christo seruiretur, isque inuocaretur, eiusque Verbum prædicaretur, & Sacramenta administrarentur, sicut etiam dies solemnis, quo conuenire solet Ecclesia, *dies Dominicus* appellatur.

8 Martyrij vocabulum, quo loca quædam cætuum publicorum appellari consueuerunt, Constantini tempore vsurpari cœpit. Sic Templum Hierosolymis circa annum Imperij Constantini 30. in loco Cranij ædificatum, Martyrium magnum dicebatur, vt Sozomenus tradit *lib. 2. cap. 26.* eam ob causam, quod Iesus Saluator noster eo in loco supplicium Crucis passus fuisset. Progressu temporis illa tantùm Templa sic appellabantur, in quibus erant sepulchra, & monumenta Martyrum, aut etiam quæ in Martyrum honorem fuerunt ædificata. Nam Martyria propriè significabant initio ipsas passiones, & supplicia Martyrum, quibus fidem Christi testimonio sui sanguinis confirmarunt. Postea pro monumentis, & sepulchris Martyrum. Tandem etiam pro Templis, quæ in eorum memoriam extruebantur, accipi cœperunt.

9 Hic obiter notandum, Martyrium, & confessionem non idem esse, vt nonnulli putant, decepti errore Interpretis Concilij Gangrensis prioris editionis, vim Latinæ vocis non assecuti; quod enim *can. 20.* dicti Concilij legitur, Martyrum Conuentus, Interpres confessiones Martyrum transtulit, pro Ecclesijs Martyrum. Non autem Latini Basilicam confessionis nomine intelligunt, vt falsò ex hac interpretatione aliqui sunt arbitrati, sed magis hæc significatio, & vox dicta reperitur, vt locus ille sub Altari potiùs intelligeretur, vbi Martyrum corpora condita essent, idque inde, quod Apocal. *cap. 6.* legitur: *Vidi subtus Altare animas interfectorum propter Verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant.*

10 Basilicæ quoque appellatio post Constantini Magni tempora frequens esse cœpit apud Nazianzenum, Ambrosium,

brosium, & alios. Basilica autem principio dicta fuit domus ampla, & spatiosa, causarum cognitioni destinata, dicta ab eo, quod Principes eò ad ius dicendum conuenirent, aut quod Græci Basileos appellatione etiam Iudicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, ac Budæo, & Plinio; erat autem Basilica ambulationibus amplissimis instructa, ad quam multi tota ex Vrbe, alij causas agendi, alij consultandi, alij aliud agendi gratia confluebant. Vndè venustum in primis illud est Ciceronis *ad Attic. lib. 2. Basilicam habeo, non Villam, frequentia Formianorum*, Postea etiam Basilicæ apud Ethnicos ædificatæ fuerunt in vsum negociatorum, eæque in locis calidissimis, foroque proximis, vt haberent mercatores, quo se hybernis mensibus subitò ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitruuium *lib. 5.* Perottus Sipontinus ait, *Basilicam fuisse locum amplum, vbi à diuitibus ex pollatis fuerint salutatores, & comessa facta maxima, & salutationes, & ludos*. Secundum hunc Basilica esset pars domus splendidior, qualem plerique hodiè in diuersis linguis recepto vocabulo, *Salam* appellant, siue corrupto à Basilica nomine, siue à salutatione.

Huiusmodi locorum nomen post annum Domini 300. translatum est ad ædes Sacras. Vndè Isidorus ait, *Basilica prius vocabantur Regum habitacula; vnde & nomen habent. Nunc autem Diuina Templa ideò Basilica nominantur, quia ibi Regi omnium Deo sacrificia, & Cultus offeruntur*. Vel Templa sic vocantur, quia loca huiusmodi ampla, & spaciosa, quin & magnificentissimè extructa erant; Vndè factum est, vt nomen hoc Templis à Constantino Magno, alijsque Imperatoribus ad eumdem modum ædificatis inditum fuerit. Hinc iam cernere licet verissimum esse illud, quod Platina ex Damaso indicat, Calixtum sub Heliogabalo, monstro illo hominis, Basilicam in Transtyberina Regione in honorem Beatæ Virginis Mariæ ædificasse.

12 Meminit etiam locorum, in quæ conuenerunt prisci fideles Epistola Concilij Antiocheni contra Paulum Samosatenum, *& Domos Dei* vocat apud Eusebiũ *lib. 7. c. 30*

13 Huc facit illud quoque, quod in Edicto Maximiniani, & Constantij Cæsarum pro Christianis edito scriptum legimus: *Erga hos indulgentiam nostram credimus porrigendam, vt rursum sint Christiani, & conuenticula, in quibus orare consueuerunt, extruant, & readificent. En conuenticula* vocant Cæsares, non Templa, non Basilicas Christianorum Oratoria, quod essent humiles ædes, & angusta, vel obscura loca à Conuentibus sic dicta, qui fiebant in illis locis ab initio audiendi verbum Dei, & inuocandi Deum causa.

14 Templorum quoque non infrequens est appellatio apud D. Augustinum; significat autem Templum propriè locum vel in Cœlo notatum ab augure, vel in terra, à tuendo, vel conspiciendo dictum, quod ex omni parte, vel quod ex eo omnis pars aspici possit, teste Donato. Primò autem Cœlum ipsum dictum est Templum, quia ipsum primò tuemur. In Terris autem dictum est Templum, quod quibusdam conceptis verbis ab augure finiebatur, vndè tueri quamcunque Cœli partem commodè posset. Ab hoc Templo non solùm ædes sacræ, sed & alia loca septa, & vnum tantùm introitum habentia, dici Templa cæpere. Io: Quintinus *in explic. can. 5.* Concilij Gangrensis, *Templa*, inquit, *dicuntur quasi tecta ad contemplationem Diuini Numinis ampla*, vt ait Isidor. *cap. 4. lib. 5. etym.* Ductus hoc etymo putauit Archidiaconus, Templa propriè vocari maiores Ecclesias, vbi sub vnius amplitudine tecti populus adunaretur.

15 Hanc igitur loquendi formam mutuati sunt Christiani à Gentilibus, & ad suas quoque ædes sacras transtulerunt; & propriè sunt Templa, ædes sacræ, eleganter instructæ, & in sublime supra alias ædes eleuatæ, vt ab omnibus omni ex parte vrbis conspici possint. Nam tale erat etiam Tabernaculum, & postea Salomonis Templum, & apud Gentiles ipsorum Templa.

Diuus Chrysostomus loca publicorũ congressuũ sim-
16 pliciter vocat *Sedẽ, & Doctrina Sedẽ hom. 1. in 1. cap. Ioan.* Eusebius *lib. 2. c. 17.* ex Philone locum illum, in quem conuenerũt Religiosi illi, qui in Ægypto haud procul ab Alexandria ad lacum Mariam habitarunt, siue illi Esseni, siue ex Iudæis conuersi Christiani fuerint, *Semneon*, appellat, quod in eo soli manentes Religiosæ, & Sanctæ vitæ Mysterijs operantur, inquit Philo. Eumdem locum idem ibidem vocat Monasterium. Est locus, vbi homines solitarij degunt, quod & Claustrum à recentioribus appellatur, quod eo claudantur, qui solitariam vitam degunt. Sunt qui solitudinem interpretentur. Sed id vocabulum multò latius apud Latinos patere constat, cum contra Monasterion ad eorum, qui Monachi dicti sunt, domicilium restringatur. Ab hoc Græco vocabulo multi non Cœnobitarum, seù Monachorum Claustra intelligunt, sed Ecclesias maiores, quæ Collegia, & scholas habent adiunctas; Vndè & Collegiatæ Ecclesiæ dicuntur. Ita verò, vt opinor, appellantur, quod Basilius, Augustinus, & similes Sancti Episcopi suis Ecclesijs quoque coniuncta habuerunt Collegia, hoc est scholas, seù cœtus studiosorum, quæ illi Monasteria nuncuparunt, quod qui in ijs habitarent, quasi à Mundo separati spiritualibus, ac diuinis studijs, ac meditationibus vacarent.

Romæ quoque præter supradicta nomina Tituli, *Pa- 17
racia, ac Diaconia* appellabantur, de quibus Panuinius in appendice ad Platinam hæc scribit: *Tituli, sunt*, inquit, *Sacra Aedes, Templa, vel vt hodie dicitur, Ecclesia, siue sacra loca in Dei, & Sanctorum memoriam erecta, & per vrbis Regiones à Romanis Pontificibus antiquitùs distincta, in quibus animarum cura à Presbyteris in eisdem commorantibus habebatur, quibus, qui præerant, Presbyteri Cardinales appellabantur, idest Principales, similitudine à quatuor ventis Cardinalibus, hoc est principalibus deducta. Cum enim in vnoquoque Titulo plures essent Clerici, qui Sacramenta Populis exhiberent, vel exhibentibus præsto essent, vt Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, is, qui omnibus his præerat, Presbyter à cæteris Clericis illius Tituli dicebatur Cardinalis, quod omnibus dignior, principaliorue esset in eo Titulo commorantibus, cæterosque Clericos regeret, vel gubernaret in Titulo sibi commisso viuentes.*

Vndè autem huiusmodi loca Sacra Tituli dicebantur? 18
Indè nimirùm, quod qui illi Presbyter adscriberetur, ab eo nomen, titulumque acciperet, vt eius loci Presbyter diceretur. De hoc Baronius in suis *not. ad Martyrol. Rom.* hæc refert. *Titulus idem est, quod Memoria, seu Ecclesia, sic dictus, quod in loco, vbi Ecclesia erat erigenda, Crux poneretur in Titulum*, sic, *l. vlt. de pagan. C. Theod. & l. Decernimus C. de Episcop. & Cler. nouel. 117. c. 7.* ex Iulian. *& const. 4. c. 1. collat. 5. tit. 17. Vt nullus fabric. can. nemo Ecclesiam de consf. d. 1.* ex Concilio Aurelianensi, & in *Capitular. Franc. lib. 5. cap. 239.* Ord. Rom. *de Diuin. Offic. cap. de adific. Eccles.* & mox. *Roma autem obtinuit vetus loquendi vsus, vt non omnis Ecclesia, Martyrumue memoria Titulus diceretur. sed tantùm insigniores Ecclesia, quibus praficerentur Presbyteri Cardinales.*

Institutum hoc Euaristi Pontificis est, si Epistolis de- 19
cretalibus, Damaso, Platinæ, Sabellico *Ennead. 7. lib. 4.* & Panuinio credimus; vixit Euaristus circa annum Christi 105. sub Vlpio Traiano Imperatore. Is enim, ne Presbyterorum administratio in promiscuo esset, Titulos, vel vt nunc dicimus, Paræcias in Vrbe Roma ipsis Presbyteris diuisit, vt singuli à se inuicem secreti in sua Vrbis Regione, Titulo, vel Paræcia confusionis tollendæ causa, diuina Mysteria, populum erudientes, Sacramenta Dei omnibus ad se venientibus fidelibus exhiberent, singulosque Presbyteros in vnoquoque Titulo præfixit. Non longè post Hyginus Romanus Pontifex circa annum Domini 142. sub Antonino Pio, plures in vnoquoque Titulo cum Clericos, tum Presbyteros esse voluit. Post Hygini tempora in Presbyterorum Romanorum Titulis nullam mutationem factam Panuinius indicat vsque ad Dionysij Papæ Pontificatum. *Nam*, inquit, *sub anno Christi* 260. cum iam Religio Christiana mirum in modum in Vrbe creuisset, denuò Titulos, vel Paræcias in Vrbe Roma, cum eas ampliasset, Presbyteris diuisit, ipsasque suis finibus, limitibusque constitutis. Presbyterum quoque Ecclesiæ Romanæ curæ, cæmiteria adiunxit, quæ cum plura essent, ea inter Presbyteros distribuit gubernanda, vt Martyrum sepulturis consultum esset. Verùm non longè post circa annum Christi 305. Marcellus Romanus Episcopus Titulos Vrbis Romæ ab Euaristo antiquitùs, & primò Presbyte-

sbyteris datos, numero limitauit, decreto statuens quindecim in Vrbe Roma quasi Diœceseos esse ad baptismatis commoditatem, eorumque opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidiè veniebant, quio vt & Martyrum Sepulchris *consuleretur*. Titulos autem Romanos siuè Paræcias, cessantibus persecutionibus adauxere, Presbyterosque plures in singulis constituere Syluester, qui Titulum Equitij: Marcus, qui Titulum Sancti Marci: Iulius, qui Titulum Sãctæ Mariæ Transtyberim: Damasus, qui Titulum S. Laurentij: Inoocentius, qui Titulum Vestinæ fecerunt, & reliqui Pontifices Romani. Cum enim primò infinita Gentilium multitudo, mox Vrbs, & Italia omnis fidem Christi suscepisset, non sufficientibus quindecim Titulis, nec his, qui in eis residebant, Presbyteris, tum ad necessitatem, tùm ad Vrbis, & Romanæ Ecclesiæ ornamentum, ac Maiestatem, & Titulorum, ac Presbyterorum io vno quoque nnmerus auctus est, factique sunt Tituli viginti octo, quem numerum nunquam excessisse vsque ad nostra tempora satis coostat. Qui omnes cum Ecclesiæ essent, vel Templa Diuis dicata, nomen sortiri sunt, vel à Sanctis, quibus dedicati erant, vt S. Chrysogoni, S. Cæciliæ, S. Anastasiæ, S. Marci, & similium, vel ab ijs hominibus, qui ipsos erexeruot, vt Calixti, Damasi, Equitij, Pastoris, Vestinæ, Eudoxiæ, Lucinæ, Tigridæ, Pammachij, & similium. Portò autem viginti octo Titulorum oumerum circa Iunocentij Primi, vel Zosimi Papæ tempora expletum fuisse, multis coniecturis, & rationibus ductus crediderim. Neque enim facilè post Zosimum Papam inueniri potest, aliquem Romanum Pontificem Titulum quemdam oouum addidisse, sed eos vel nurasse, vel restituisse, aut tantùm exornasse. His tamen temporibus Cardinalibus Presbyteris quinquaginta Tituli, & quatuordecim Diaconis totidem Diaconiæ assignantur à Sixto V.

20 Paræcia, siuè Parochia idem est, quod Titulos, scilicet Sacra Aedes, vbi animarum Cura à Presbyteris agetetur, qui Parochi dicti sunt, idest Curati. Paræcia autem dicitur accolatus, siuè accolarum Conuentus, Sacraque vicinia, vbi scilicet sunt domus contiguæ. Diuus Augustiuus *lib. 14. de Ciuit. Dei Presbyter fuit quidam nomine Restitutus in Paræcia Calamensis Ecclesiæ:* Et Paræci sunt accolæ. Quare qui Sacram ædem aliquam accolunt, paræci dicti sunt, eiusdem scilicet fani consortes, latinè Curia, & Curiales, & Curiones dici possent. Qui Parochiam vocant, eam vocem à Parocho deducunt, hoc est à Præbendo. Erant enim Parochi, qui legatis Romam publicè venientibus, cæterisque alicuius dignitatis hospitibus salem, & ligna præparabant, vt exponit Acroo super illud Horatij *l. ser. m. Satyr. 5. Tum Parochi, qui debent ligna, salemque*. Hi Latino vocabulo Copiarij dicti sunt, vt auctor est Porphyrius, quod omnium rerum necessariam copiam, Regum, Populorumque legatis suppeditabant. Nam quamuis Horatius loco iam citato salis tantùm, & lignorum meminerit, tamen, vt ibidem animaduertit Acron, sub illarum specierum appellatione omnia hospitibus necessaria voluit intelligi. A Parocho Parochia dicitur, quibus singulis Sacerdotes sui destinati sunt.

21 Diaconiæ à Diaconis dictæ sont. Erant hæ publicæ pauperum Hospitales domus, quæ Oratoria, & sacella adiuncta habebant, in quibus à Patre Diaconiæ, siuè Diacono, egenis necessaria administrabantur. Nam Diaconi inopia laborantium, viduarum, & pupillorum ministri erant, hisque domibus Hospitalibus præerant. Antiquitùs in Romana Ecclesia per singulas Vrbis Regiones Diaconi distincti erant, Diaconique Regionarij vel talis, & talis Regionis appellabantur.

22 Instituti huius auctorem faciunt Fabianum, qui Pontificatum Romanum tenuit circa annum Domini 244. de quo referunt, quod septem io Vrbe Diaconos per septem Regiones constituerit, vt omnibus horis Sacris ministerijs inuigilarent. Septem item Hypodiaconos, qui notarijs septem perpetuò adessent, Platina, Caranza, alij. Idem quoque instituit Gaius circa anoum Domini 285. Platina, Vincentius *in spec. hist. lib. 12. c. 36.* Post, eorum præcipuè vsu exolescente, & hospitalibus domibus ipsorum negligentia dirutis, ipsorum sacella, vel ædiculæ superfuerunt, quæ Diacooiæ nomen retinuerunt, à quibus Diaconi Cardinales Vrbis Romæ postea denominationem habuerunt. Sic Diaconus Cardinalis Saoctorum Cosmæ, & Damiani, vel S. Agathæ.

Ioannes Quintinus in *explic. d. can. 5.* Synodi Gan- 23
grensis à Sacellis Templa distinguit, cumque Trebatio existimat Sacellum ex duobus compositum verbis, nimirum Sacri, & Cellæ, quasi dicat Sacra Cella, vt Sacellum iuxtà eos sit locus paruus Deo sacratus cum ara. Gellius verò *Noct. Attic. lib. 6. cap.* 12. Simplex putat esse verbum ex Sacro diminutum.

Antequam verò in honorem Saoctorum Templa 24
extructa, & dedicata fuissent, Parochiales taorum Ecclesiæ, & Cathedralia Templa extiterunt. Primus omoium Hilarius Primus, qui Pontificatum Romaoum circa annos Christi 465. tenuit, Basilicas Romæ exornare cæpit, additis nimirum Sacellis, quæ Platina in vita eius Oratoria vocat, vbi ita scribit: *In Baptisterio Constantinianæ Basilicæ tria Oratoria ædificauit, auro, & preciosis lapidibus distincta, tribus Sanctis dedicata, Ioanni Baptistæ, Ioanni Euangelistæ, & Sanctæ Cruci.* Ex quibus verbis non obscurè colligi potest, oratoria illa non magnifica, ampla, seù spaciosa Templa, sed parua, & exigua quædam ædificia fuisse, quæ hodiè vulgò Sacella nominant. Aedificata enim fueruot in Baptisterio, hoc est loco, Templo, seù Basilicæ Constantinianæ vicino, & adiuncto, vbi fons Baptismi fuit. Meminit quidem D. Augustinus *de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8.* Martyrij in Templo quodam, quod Sacellum fuisse alicui videri posset, verum non fuit, sed locus Sepulchri Sancti Stephani Martyris, cancellis tantùm à reliqua parte distinctus. Haud tamen negarim eiusmodi Martyria postea Sacellis in ipsis Templis occasionem dedisse.

Huiusmodi verò Oratoria, seù potiùs Sacella progressu 25
temporis Capellas vocare cæperunt, de cuius rei origine, & causa Durandus *in ration. diuin. lib. 2. cap. 10.* ita scribit: *Antiquitùs Reges Franciæ ad bellum procedentes, Capam Beati Martini Episcopi Turonensis secum portabant, quæ sub quodam tentorio seruabatur, quod ab ipsa Capa, seù Cappa dictum fuit Capella, & Clerici, in quorum custodia ea Capella fuit, indè Capellani dicebantur, Vndè postea ad cunctos Sacerdotes nomen illud in quibusdam regionibus peruenit. Sunt item*, eodem auctore, *qui dicant, quod antiquitùs factæ sint in expeditionibus ædiculæ, seù domunculæ in tentorio pellibus caprarum tectæ, in quibus Missæ celebratæ sint.* Et indè Capellæ nomen, à Capris videlicet sumptum esse.

De hoc ipso ijsdem ferè verbis, sed paulò clarioribus, 26
scribit Rhenanus io præfatione ad liturgiam Chrysostomi in hunc modum. Diuos Martinus Ludouico Regi, qui fidem Christianam ex Francis primus suscepit, à Remigio tinctus, adeò obseruatus fuit, vt pleraque bella ex opere eius Sancti ex voto confecerit, quorum minimum non est illud aduersum Visogothos gestum. Eius extat apophregma relatum in Annalibus Francorum: Bonus sanè Martious in auxilio, sed carus in pretio. Frequenter igitur præsentissimum Martini nomen experti, tandem cucullum, qui Francis, & Germanis Cappa, atque Cappula dicitur per diminutionem, de illius pallio nacti, quod nigrum, & pendulum, ac amphibalon fuisse, Seuerus Sulpitius docet, vbi fortè amphimallon legendum, vt vtrinque villosum accipias, videlicèt non amictus modo, sed & stragulæ vestis vsum suppeditans. Nam amphipalon hic locum oon habet. Huiusmodi ioquam capitis amiculum adepti de pallio Diui, ipsi Capellam Sancti Martini nominabant sua lingua. Hancque non solùm domi, ceù rem Sacram colebant, verùm etiam secum in Militiam ferebant, tot nationum victores Franci; Locus in Castris, vbi seruabatur tentoriolo obduci soliti, & temporaria structura exornari, magnæ erat venerationi vniuersis, quem vocabant Cappel, figuratè pro continente contentum vsurpantes. Vndè factum est, vt quibusuis postea Sacellis id nomen tribueretur, in actis Concilij Triburiensis recentius habiti, citante Gratiano, legimus.

Hæc sacella autem posterioribus, non ad Basilicas, & 27

maiora Templa tantùm, sicut ab initio, sed etiam extra Vrbes, & præsertim in minoribus vicis, seù Pagis extrui cæperunt; qua de re Bullingerus in *chron.lib.6.c.2.* Antiquitus, ait, sese longè, latèque extenderunt Parochiæ; neque enim quilibet vicus, aut Pagus suum peculiarem Parochum, aut Pastorem habuit, sed Parochiales oportuit ex longè dissitis locis ad suam Parochiam ire. Quia verò in huiusmodi vicis multi senio confecti, ægri, & grauidæ fœminæ erant, & propterea minùs commodè, vel ad maiora festa ad Parochialem suam Ecclesiam venire poterant, hyeme præsertim concessum fuit illis Oratoria parua, quæ Capellas vocabant, in suis Pagis ædificare, quò diebus Dominicis, & alijs festiuitatibus orationis gratia conuenire possent.

28 Conceditur hoc quidem *in Can.* 21. Agathensis Concilij anno Domini 506. habiti iuxta Panuinium *in Chron. Eccles.* ea tamen conditione, seù lege, vt maiora festa, vel solemnitates in Ciuitatibus, aut Parochijs celebrentur. Ita enim Canon habet: *Si quis extra Parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque Conuentus, Oratorium in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi Missas teneat* (sic legitur *com. 1. Concil.* Gratianus autem *dist. 1. can. si quis*, habet, *vt ibi missam audiat*) *propter fatigationem familiæ iuxta ordinem permittimus; Paschate verò, Natali Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali Sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximè dies in festiuitatibus habentur, non nisi in Ciuitatibus, aut Parochijs teneant. Clerici vero si qui in festiuitatibus, quas supra diximus, in Oratorijs, nisi iubente, aut permittente Episcopo, facere, aut tenere voluerint, à communione pellantur.*

29 Ad eamdem ferè rationem Templum Iudæi vnicum habuerunt, cuius locum Hierosolymis Deus constituerat, & id erat instar Parochiæ, ad quam tota gens tribus festis solemnibus, in Paschate nimirùm, Pentecoste, & Tabernaculorum solemnitate conueniebat, vt fidei, & Cultus vnitatem profiteretur, neque alibi, quàm illic licebat Sacra peragere. At ne interea temporis Religionis exercitium prorsus negligeretur, & legis Diuinæ cognitio apud vulgus omninò intercideret, vtque eorum etiam, qui per ætatem, aliaue impedimenta Hierosolymam venire non poterant, ratio aliqua haberetur, ideò per omnes tribus in vrbibus, vicis, & Castellis, alijsque locis frequentioribus certæ domus cœtibus Sacris destinatæ erant, quas synagogas vocabant, eò quod in illis Populus diebus Sabbathi conueniret ad audiendum leges, & ad preces publicas.

30 Fuisse autem has Capellas ab initio nihil aliud, quàm Oratoria, hoc est orationis domus, nec habuisse Sacerdotes, qui Missas ibi celebrarent, vel hinc patet, quod donationes factæ Capellis, Parocho, seù Plebano Ecclesiæ Parochialis, ad quam illæ Capellæ pertinebant, vt plurimùm cesserunt, quod minimè factum fuisset, si per proprium Sacerdotem administratæ essent. Ex Synodi tamen Agathensis concessione iam diù ante hæc tempora multis in locis missarum celebratio in Oratorijs his, seù capellis instituta fuit.

31 Tandem etiam in priuatis ædibus Sacella, seù Capellas ædificarunt contra Ethnicorum consuetudinem. Apud Romanos enim Censorum erat curare, vt Sacella non in domo cuiusquam essent, sed Populo paterent. Itaque Liuius *lib. 40. vbi loquitur de Lepido, & Fuluio Censoribus: Complura*, inquit, *Sacella, publicaque Sacra occupata à priuatis, vt paterent, essentque Populo, curarunt.* Et M. Cœlius, vt ostenderet, Appium Censorem officio suo deesse, *petijt ab eo, ne Sacellum in domo priuata relinqueret, cuius rei cura Appij, qui Censor erat, esse debuerat*, sicut scribit Ciceroni *ep. 2. lib. 8.* Quamuis Paulus Manutius eum locum Cœli intelligendum putet de Sacello, quod ipse Appius occupasset, ex quo grauior ei concitata esset inuidia, occupatis rebus à Censore, quas Censor ab alijs occupatas Populo restituere deberet. In his autem priuatis Oratorijs, vel Sacellis licere quidem vnicuique fidelium orare, non autem Missas celebrare constituit Aurelianensis Synodus *can. 3. de consecr. d. 1. can. vnicuique*, & sequenti *cap.* citatur canon ex sexta Synodo, qui præcipit, ne Clerici absque consensu Episcopi in talibus Sacellis ministrent, sin minùs deponantur. Mirum autem in modum his proximis trecentis annis Capellarum auctus est numerus, quando eas in compitis, & triuijs adeòque etiam in solitarijs locis extruxerunt, ad eū prorsus modum, quo Altaria olim sine numero vbiuis locorum erecta sunt, contra quæ in Carthaginensi quinta Synodo anno 438. habita talis canon extat: *Altaria, quæ passim per agros, aut vias tanquam memoriæ Martyrum cōstituuntur, in quibus nullum corpus, aut Reliquiæ Martyrum conditæ probantur ab Episcopis, qui eisdem locis præsunt, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebs tamen admoneatur, ne illa loca frequentet, aut nulla ibi superstitione deuincta teneatur, & omninò nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut reliquiæ aliquæ ibi certæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbique constituuntur, Altaria omnimodè reprobentur; de consecrat. dist. 1. can. placuit.* Quod decretum appositissimè ad Sacella, & Capellas referri potest.

Atque hæc de nominibus locorum sacrorum, quorum cognitio non parùm prodest ad huius loci, quem tractamus de Oratorijs priuatis cognitionem, & ad historiarum intelligentiam. 32

Concedere licentiam celebrandi in priuatis Oratorijs spectat ad solùm Summum Pontificem: Vndè Episcopi post Sacrum Concilium Tridentinum non possunt illam concedere. Ex facultate verò delegata aliqui concedere illam possunt. Desumitur ex Sacro Concilio Tridentino *sess. 22. in decret. de seru. & vit. in celebrat. Missar.* vbi iniungitur Episcopis, ne patiantur in priuatis domibus celebrari. Ergo multò minus possunt id positiuè concedere, atque adeò remanet id reseruatum Summo Pontifici. Quod etiam confirmatur ex decreto Sacræ Congregationis eiusdem Sacri Concilij iussu Pauli V. edicto sub die 10. Martij 1615. vbi inter cætera habetur, facultatem huiusmodi licentiam concedendi ademptam esse vnicuique ipsius Concilij decreto, solique Beatissimo Romano Pontifici esse reseruatam. Et iniungitur Episcopis, quod quamprimum declarent licentias huiusmodi hactenus concessas, esse irritas. Tandem id constat ex *can. Vnicuique de consecr. d. 1.* his verbis: *In domo sua oratorium licet habere, & ibi orare. Missas autem ibi celebrare non licet.* Quod est desumptum ex Concilio Aurelianensi superiùs citato. 33

Quare cum non possit de iure celebrari Missa in priuatis Oratorijs sine licentia Summi Pontificis; ideò debet attendi forma concessionis, ita ut non plus liceat, quàm in ipsa sit concessum. Cumque sit priuilegium, strictè illud interpretari debemus, quia derogat iuri communi per Textum *in cap. porrò, cap. ex parte, & cap. peruenit de priuil.* & notant communiter Doctores, ac proindè nullo pacto vltra limites concessos debet extendi. 34

Etenim priuilegium celebrandi in Oratorijs priuatis, esse contra ius commune, atque adeò odiosum, constat ex Epistola decretali Summi Pontificis Felicis IV. relata *in can. Tabernaculum de consecr. d. 1.* vbi refert sancitum fuisse in Concil. Leodiensi, quod in domibus priuatis non offerretur sacrificium. Idemque habetur ex *d. can. Vnicuique de consecr. d. 1.* Verùm licèt huiusmodi priuilegiū strictè accipiendum sit, potest tamen extendi, quando extenditur propria significatio verborum iuxta ea, quæ tradit Glos. *in l. non possunt in fin. ff. de legib.* & Mantic. *de tacit. tit. 5. n. 13. tom. 1.* Quia cùm priuilegia adæquent mentem concedentis, quia tantùm intelligitur concessum, quantū voluit concedere, dum cōcessio non extenditur vltra propriā verborum significationem, non extenditur vltra mētem concedentis; quia præsumitur ideò talibus verbis vsum fuisse, vt ipsis suam concessionem coadæquaret. 35

Requiritur autem ex verbis priuilegij, quod Oratorium priuatum sit decens, muro extructo, & ornato, ab omnibus domesticis vsibus liberum, atque adeò segregatum quoad constructionem à cæteris locis, quæ inseruiunt pro habitatione familiæ, & domesticis vsibus. Debetque adesse altare cum omni ornatu necessario ad celebrandam Missam. Nimirùm altare lapideum consecratum 36

tum ab Episcopi loci, saltem pro illa parte, supra quam reponitur Calix, & patena, & cum tanta longitudine, & latitudine, vt Calicem, & patenam, vel eorum maiorem partem capere possit. Quod Altare non potest construi ex talco, gypso, ferro, auro, argento, aut alio simili metallo absque Summi Pontificis dispensatione: quia hoc pertinet ad publicum ritum offerendi Sacrificium, & statuitur in *cap. Altaria de Consecr. d.* 1. Reliquiæ verò non sunt de substantia Consacrationis Altaris, nulloque modo reponi potest Eucharistia, estque necessariò cooperiendum tribus mappis, seù tobaleis ex lino, vel ex canape, vel ex gossipio quoad eam partem quæ tegit Mensam Altaris, ab Episcopo, vel alio habente potestatem benedictis, superiori saltem oblonga, quæ vsque ad terram pertingat, duabus alijs breuioribus, vel vna duplicata; Partes verò, quæ deuoluuntur super terram possunt esse sericæ, & auro intextæ, vel alia quauis decenti materia. Crux, & alicuius Sancti Imago pendens supra ipsum Altare, Missale, Candelabra, saltem duo cum candelis cereis accensis, apparatus necessarius pro Sacerdote, Ministro, & tota functione Missæ. Qui ornatos debet continere quamdam specialem decentiam in ordine suo, nempè specialem qualitatem, ac maiorem nitorem, quàm in Ecclesijs. Non requiritur, quod sit separatum per quartum murum, sed ita vt saltem tela ab vno ad aliud latus extensa claudi possit; quod praxi approbatur, sufficitque, si cubiculum sit amplum, illud diuidi in duas partes pariete ligneo, licèt non pertingat ad fornicem cubiculi; & si hoc minus sit decens. Nam sufficit, quod locus Oratorij sit seiunctus à loco destinato pro domesticis vsibus. Si verò ad partem cubiculi seiunctam ab Oratorio pateret ingressus per ipsum Oratorium, non debet tolerari; quia tunc Oratorium inseruiret pro ingressu, atque adeò pro aliquo domestico vsu. Posset tamen permitti, si dicta pars cubiculi inseruiret pro habitatione alicuius Clerici inseruientis Oratorio. Quod si supra Oratorium adesset aliquod cubiculum non prohibetur in eo sterni lectum ad dormiendum, licèt magis congrueret reuerentiæ, quod non sternatur, quia reuera non est dormire in Oratorio, nec per id tollitur, quin remaneat Oratorium liberum à domesticis vsibus, cum non Oratorium, sed cubiculum supra Oratorium inseruiat vsui domestico. Potest tamen ipsum Oratorium in aliquo casu fortuito non duraturo inseruire pro aliquo vsu domestico, cum etiam in Ecclesia consecrata ex causa necessitatis permittatur dormire, comedere, negotiari, & aliquando etiam copula inter Coniuges, vt per Sanchez *lib. 9. de matr. disp. 15. n. 12.* quia cum agatur de vna, aut altera vice non fit, quin Oratorium remaneat liberum ab vsibus domesticis. Si verò necessitas duret aliquo tempore, non videtur tunc id posse habere locum; quia in concessione requiritur, quod locus Oratorij sit liber ab omnibus vsibus domesticis.

37 Possunt tamen huiusmodi Oratoria conuerti ad vsus domesticos; quia non sunt loca sacra, nec benedicta, nec permanenter dedicata pro cultu Diuino, sed sunt merè prosana, vt proindè necessarium sit priuilegium, vt possit in ipsis Missa celebrari. Et ideò non est necessaria aliqua licentia, vt conuertantur ad vsus profanos, sed sufficit, quod priuilegiatus nolit amplius vti priuilegio in tali loco. Quod si priuilegiatus vti vellet priuilegio in alio loco, aut etiam iterum in illo, erit necessaria noua approbatio Ordinarij; quia pro vsu priuilegij est necessaria approbatio Ordinarij per modum conditionis, & ideò pro nouo vsu priuilegij, qualis est, quando mutatur locus, aut reassumitur.

38 Ex quibus constat, Ordinarium grauiter peccare, approbando Oratorium, quod caret qualitatibus expressis in literis concessionis, concernentibus decentiam, & ornatum; quia in re graui concernente oblationem sacrificij facit contra eiusdem decentiam, & non seruat terminos suæ commissionis, cuius vigore potest solùm approbare Oratorium, habens qualitates requisitas, nulliterque procedit, dum non seruat, quæ in approbando Oratorio seruare debet per Textum *in cap. Venerabilis de offic. deleg. & cap. cum dilecta de rescript.* Vndè fit, quod in eo non possit celebrari; quia cum approbatio sit nulla, perinde est, ac si non fuisset approbatum, & quia licentia celebrandi conceditur sub conditione, quod Oratorium habeat præscriptas qualitates, quibus si careat, cum deficiat conditio, deficit etiam concessio, *l. si quis sub conditione, ff. si quis omiss. caus.*

39 Oratorium igitur ab Ordinario loci, in quo erigitur, visitari, & approbari debet, vt iudicet, an in eo decenter offerri possit sacrificium. Pro qua visitatione nulla potest exigi procuratio, seclusa legitima consuetudine, illudque visitare ampliùs potest vltra primam vicem, vt cognoscat, an manuteneatur in eo statu, in quo debet esse, vt in ipso possit celebrari. Quare non solùm Episcopus, sed quicumque alius, qui in locis exemptis habet iurisdictionem ordinariam, poterit executioni mandare huiusmodi priuilegium. Quia venit appellatione Ordinarij, vt per Abb. *in cap. vt forma n. 6. de sent. excomm.* & Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemp. p. 1. q. 1. n. 9.* Qui ordinarius potest alteri committere vices suas. Nam hæc visitatio, & approbatio non committitur Ordinarijs, tanquam delegatis, sed iure proprio exercenda; nam eis committitur, tanquam Ordinarijs, ac proindè vigore iurisdictionis ordinariæ exercenda, & iuxta Concil. Trident. *sess. 22. in decr. de ser. & vit. in celebr. Miss.* spectat ad ipsos curare, vt ritè, ac cum debito decore celebrentur Missæ, ac proindè etiam visitare, & approbare huiusmodi Oratoria.

40 Non potest tamen Ordinarius directè, vel indirectè impedire, ne iuxtà tenorem priuilegij celebretur in priuatis Oratorijs; quia non potest impedire, neque alterare concessiones Summi Pontificis. Vndè tenetur sub graui peccato approbare Oratoria priuata, si concurrant conditiones requisitæ in literis concessionis. Nam iniuriam inferret Parti, & Summo Pontifici, si impediret gratiam ab ipso illi concessam. Non sequuta verò approbatione Ordinarij, etiamsi iniustè denegetur, non videtur vllo pacto posse celebrari Missam in Oratorio; quia obstat clausula *Per Ordinarium loci prius visitando, & approbando*, quæ importat conditionem *l. si debitor, §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypot. solu.* & consequenter importat etiam formam, sub qua concessus sit vsus Oratorij priuati, ad Bald. *in Auth. Matri, & Auiæ C. qu. mul. tut. offic. fur.* Igitur non sequuta approbatione siue iustè, siue iniustè, non purificatur conditio, & proindè gratia habetur pro non facta, *l. Pecuniam, ff. si cert. pet.* Ideòque dum non sequitur approbatio, non potest in ipso celebrari; quia gratia tanquam non facta, non potest sortiri aliquem effectum.

41 Quare necessarium erit recurrere ad Superiorem, nempè ad Archiepiscopum, qui poterit, causa cognita, cogere Episcopum ad approbandum, vel si recuset, poterit ipse deputare, qui approbet, aut ad Summum Pontificem, qui poterit alteri committere visitationem, & approbationem Oratorij, ac punire etiam Ordinarium, quod iniustè denegauerit approbationem, & noluerit exequi gratiam ab ipso concessam. Et regula illa, quod, licentia petita, & iniustè denegata, habetur pro concessa, non habet locum, quando licentia requiritur, tanquam conditio, & pro forma, sicut requiritur in hoc casu, & vt licentia iniustè denegata habeatur pro concessa, necessarium est, quod supponat facultatem, seù potentiam ad actum faciendum, & quod pro executione tantùm requiratur licentia. At quando licentia non supponit facultatem, sed tribuit, si denegatur, non habetur pro concessa, supposito, quod id non disponatur ab eo, qui potest talem licentiam concedere. In hoc autem casu non supponitur facultas, cum sit concessa sub conditione approbationis.

42 Et quoniam in plerisque literis concessionis Oratorij priuati solet apponi clausula, *ac de ipsius Ordinarij licentia, eius arbitrio duratura;* Ideò per talem licentiam non importat aliud, quàm consensum, quo consentit, gratiam Summi Pontificis executioni demandari, non reddit gratiam à mera voluntate Ordinarij dependentem, quia arbitrium non importat meram, & liberam voluntatem, sed arbitrium regulatum, quod est arbitrium boni viri, atque adeò iuri conforme, ad Text. *in l. In personam §. Generaliter ff. de reg. iur.* Ex quo fit, quod non possit Ordina-

rius

rius reuocare licẽtiam Oratorij priuati, nisi ex causa graui, & quæ concernat vsum d. Oratorij, qualis esset, si non manuteneretur cum requisitis, & conditionibus, cum quibus fuit approbatum, si irreperet aliquis abusus, præsertim in celebrãdo, vt si celebrarẽtur plures Missæ, quàm conceduntur, aut si celebraretur ijs diebus, in quibus non indulgetur celebrari, & nulla subesset rationabilis causa celebrandi, aut quid simile. Eo ipso enim, quod arbitrium debet esse regulatum à iure, debet esse regulatum secundùm illud ius, quod concernit rem, de qua agitur, *ad l. 3. ff. de opin. libert.* Alioquin esset in potestate Ordinarij reddere frustratoriam gratiam Summi Pontificis, si posset cum pleno arbitrio, aut ex quacumque causa, quæ non concerneret vsum Oratorij.

43 Non est autem necessaria Ordinarij licẽtia in scriptis, sed sufficiunt literæ concessionis, quibus ipse executionẽ promiserit; quia ipse non cõcedit licentiam, cũ non possit illam concedere, sed solùm dat executionem licentiæ concessæ à Summo Pontifice: cumque in literis Pontificis cõtineatur licentia executionis ipsarũ, sufficit assẽsus Ordinarij quocumque modo exhibeatur. Quod si Ordinarius reuocaret licentiam Oratorij priuati irrationabiliter, recurri poterit ad superiorẽ pro restitutione eiusdẽ Oratorij, & Ordinarius tenetur assignare causam, ob quã reuocauerit. Cum enim sit ius acquisitum Parti, nec arbitriũ illi concessũ sit plenum, sed regulatum à iure, non potest reuocari, nisi causa cognita, & ideò debet eam assignare, quando contra reuocationem habetur recursus, vt possit iudicari, an fuerit rationabilis, & sufficiens.

44 Nobilitas verò ex parte Matris sufficit ad comprobandam narratiuam concessionis expressam illis verbis: *Qui, vt asseris, de nobili genere procreatus existis.* Quia descendentes ex fœminis, dicuntur esse de genere, & parẽtela, vt tradit Rota corã Durano *decis. 8. n. 7.* Cumque nobilitas ab ascendentibus descendat in descendentes, *l. fin. ff. de Senat.* Rota *decis. 220. n. 1. p. 3. recen.* tàm Pater, quàm Mater transfundunt nobilitatem in filios. Et ideò si sola Mater sit nobilis, sufficiet, vt filius dicatur procreatus ex nobili genere, & cum nobilitas sit materia fauorabilis, sumenda est semper benignior responsio pro nobilitate, vt notat Bald. *cons. 183. in fin. lib. 1.* & Rota *decis. 575. n. 5. p. 4. recent.* Tunc autem solùm requiritur nobilitas ex parte Patris, quando requiritur nobilitas absoluta, & in propria significatione, vt obseruat Rota *decis. 294. n. 8.* coram Durano. In ampla verò significatione attenditur etiam nobilitas ex sola matre, tanquam in materia fauorabili.

45 Ac ita quidem, vt etiam sufficiat nobilitas ex priuilegio, præsertim si in supplicatione expressum tantùm sit, quod Orator sit nobilis. Desumitur ex ijs, qui asserunt, nobiles ex priuilegio esse admittendos ad ea, pro quibus requiritur nobilitas sanguinis, vt ex Bald. *in l. sine possidetis n. 3. ff. de probat.* Mier. *de maior. p. 1. q. 51. n. 4.* Menchat. *de success. creat. lib. 3. §. 30. n. 590.* Garz. *de nobilit. glos. 1. §. 2. n. 50. & glos. 35. n. 48.* Otalora *eodem tract. p. 3. princ. part. 2. cap. 7. n. 13.* Tiraquell. pariter *de nobilit. cap. 6.* & Mastrill. *de magistrat. lib. 2. cap. 20. n. 105.* Quia clausula *de nobili genere procreatus existis*, non ponitur taxatiuè ad taxandum nobilitatem ex genere, sed demonstratiuè ad demonstrãdum nobilitatem, qua fruitur priuilegiatus. Et ideò sufficit, quod quocumque modo fruatur nobilitate; concessio enim respicit præsentem statum. Vndè si quis esset ex nobili genere procreatus, sed de præsenti nõ esset nobilis, quia amisit nobilitatem, non ei suffragaretur priuilegium, quamuis verificaretur, quod ex nobili genere procreatus esset. Quia finis requirendi nobilitatem in priuilegiato, est, ne vilescat priuilegium, vt vilesceret, si ordinarijs personis concederetur.

46 Accedit, quod nobilis ex priuilegio fruitur omnibus prærogatiuis, ac præeminentijs, quibus fruitur nobilis ex sanguine, vt tradũt Gar. *loc. cit. glos. 5. n. 3. & 4.* & Mastrill. *d. l. 2. cap. 10. n. 105.* atque adeò fruitur etiam ista prærogatiua, vt sit capax priuilegij Oratorij priuati non secus, ac si esset procreatus ex nobili genere, cum nobilitas sit in ipso per æquipollentiã æquè, ac in procreatis ex nobili genere.

47 Poterit quoque Comitissa vidua frui Oratorio cõcesso cum clausula *quia Vasallis praes, et iurisdictionem habes*, eo quod ita expositum fuit Pontifici, dum viueret Maritus, qui tamen mortuus est antequam gratia concederetur; quia quando fuit Pontifici expositum, quod præesset Vasallis, & iurisdictionem haberet, non fuit expressum, tanquã id haberet ex propria persona, sed solùm ratione personæ sui mariti, & talis expressio fuit in eum finẽ, vt notificaretur Pontifici dignitas, & prærogatiua mulieris, cuius intuitu Pontifex concederet priuatum Oratorium; & proinde Pontifex respiciẽs ad mulieris dignitatẽ indulsit petitioni. Eadem enim dignitas, & prerogatiua, quam habebat dicta Comitissa viuente viro, retinet etiã in viduitate defuncto viro, per Text. *in l. fin. C. de incol. lib. 10. & l. filij libertorũ §. Vidua, ff. ad municip.* vbi Glos. *v. domicilium, & l. fœminæ ff. de Senator.* ibi: *fœminis enim dignitatẽ clarissimam mariti tribuunt*, & infra: *Tandiu igitur clarissima fœmina erit, quandiu Senatori nupta est vel clarissimo, aut separata ab eo alij inferioris dignitatis non nupsit*: traduntque communiter Afflict. *ad Constit. Neapol. lib. 2. rubr. 31. n. 17.* Decian. *cons. 33. n. 9. lib. 1.* Paschal. *de virib. patr. potest. p. 4. cap. 2. n. 6.* & Otalora *de nobilit. p. 4. cap. 3. n. 3.* ac Tiraquell. *eod. tract. cap. 18. n. 7.*

48 Vndè si dicta Comitissa nuberet viro non decorato aliquo titulo, tradente secum iurisdictionem, stãte prædicta clausula, extingueretur priuilegiũ priuati Oratorij. Quia per huiusmodi nuptias amitteret prærogatiuã dignitatis, quam habet, vt habetur ex Textibus allegatis. Siquidẽ ex illis durat tantum dignitatis præeminentia in vxore, mortuo marito, quandiù manet in statu viduitatis, vt tradunt Bartol. *in l. fin. C. de verb. signif.* ibique Fulgos. Alciat. *in l. 1. verb. vxoris C. de iniur. voc.* Abb. *in cap. super eo 2. de testib.* & Tiraquell. *de nobil. d. cap. 18. n. 5.* Cum enim qualitas dignitatis sit qualitas fũdamẽtalis, ea destructa corruit priuilegium in ipsa fundatũ, *l. Nam origo, ff. quod vi, aut clam, & l. egi tecum ff. de except. rei iud. & c. Paulus 1. q. 1.*

49 Si autẽ in supplicatione expressũ sit, quod supplicans sit ex nobili genere, cõcessio erit nulla, non subsistẽte nobilitate. Nam quando exprimitur falsum circa id, ex quo mouetur Pontifex ad gratiã concedendã, & quo nõ existente non cõcederet, cõcessio est nulla, ex traditis à Glos. *in cap. ex par. 2. v. falsa de cõuers. cõiug.* Spec. *tit. de dispens. §. dicẽdũ n. 10.* Staphil. *de lit. grat. tit. de vi, & effect. claus. sint. n. 5.* & Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 21. n. 32.* Si verò in supplicatione nõ exprimatur, quod supplicãs sit nobilis, & nihilominus Põtifex supponat esse nobilẽ, et proindè ponatur in narratiua literarũ dicta clausula, qua exprimatur, supplicantem esse nobilẽ, si nõ verificetur nobilitas, nõ valebit cõcessio. Cũ enim in narratiua literarũ ponatur nobilitas supplicãtis, tãquã fundamẽtũ cõcessionis, vt gratia subsistat, debet verificari, Fel. *in cap. ad aures de rescript.* Rot. *dec. 214. n. 2.* corã Ludou. *& dec. 229. n. 1.* corã Merlino. Quod si de tali cõditione nõ cõstaret, esset cõcludẽter probãda. Quia ipsi, tãquã fũdamẽto, gratia innititur *ca. 2. de rescr.* & Rot. in Bònon. Prioratus 9. Iunij 1606. corã Mãzanedo: Vndè si nobilitas esset nota Ordinario, ad quẽ spectat literas cõcessionis executioni demãdare, nõ esset necessaria alia iustificatio nobilitatis. Quia ei nõ cõmittitur, vt se iudicialiter informet, & ideò sufficit, si extraiudicaliter sit notum, quod fũdamẽtũ gratiæ subsistat. Si autẽ non esset nota nobilitas, vt si de nouo, ac recẽter aduenirer priuilegiatus ad habitãdũ in Diœcesi, tũc esset iustificãda nobilitas. Quomodo autẽ iustificanda sit nobilitas, alibi diximus. Sufficit in hoc casu informatio extraiudicialis; quia sicut sufficit, quod aliàs nota sit Ordinario nobilitas, ita etiam sufficit, quod si nota non sit, extraiudiciali modo innotescat. Eo enim ipso, quod cõmittitur Ordinario executio, tenetur ipse inquirere, an gratia sit iustificata, & proinde an subsistat nobilitas, quæ est fũdamẽtũ gratiæ; exequutori enim cõstare debet de veritate narratiuæ insertæ in literis concessionis, vt possit eas executioni mandare, alioquin imprudẽter procederet, & ageret cõtra munus exequutoris.

50 Porrò priuilegium concessionis Oratorij priuati est merè personale, non autem mixtum, ex personali, & locali, quia verba priuilegij referuntur immediatè ad personam, & per se primò, ac principaliter, nullo autem pacto ad locum, vt constat ex illis verbis: *te specialibus fauoribus prosequi volentes*; & ex illis: *vt in priuato domus tua Oratorio celebrari facere liberè, & licitè possis, & valeas, indulgemus.* Quando enim verba priuilegij referun-

feruntur primò, ac per se ad personam, priuilegium est personale, & non coarctatum loco, Bald. io *l. 1. n. 13. C. de Sum. Trinit.* Innoc. *in cap. Bona 2. in fin. de postulat. Prel.* Etenim conceditur per hoc priuilegium facultas faciendi celebrare, quæ proindè ex sui natura est personalis; quia facultas operandi liberè, ac licitè, non potest conuenire loco, sed tantùm personæ, atque adeò cum id, quod conceditur, fit personale, itaut tantùm persona sit capax illius, erit priuilegium merè personale, quia est tale, quale est id, quod conceditur, cum ab ipso sumat suam speciem, & ratione rei concessæ coarctatur ad solam personam.

51 Et licèt exprimatur locus, in quo degit priuilegiatus, dum dicitur *in Oratorio habitationis tuæ Diœcesis*, non tamen exprimitur, tanquam obiectum, cui fiat priuilegium, sed tanquam ille, in quo exerceodum est priuilegium; præsertim qoia ex parte loci nullum est motiuum respectu concessionis priuilegij.

52 Atque hinc est, quod hoc priuilegium tanquam personale, ac priuilegiato inhærens, oon transeat, sed cum ipso semper extinguatur ad regulam, *l. In omnibus ff. de reg. Iur. & cap. Priuilegium de reg. iur. in 6.* & ideò mortuo priuilegiato, nequidem familia ipsius, eo ampliùs vti potest, quia non conceditur personaliter familiæ, sed accessoriè, quatenus trahit ad participandum in priuilegio Domini, & ideò cum esset prioilegium, quoad dominum, cessabit etiam quoad familiam, *c. Qualibet de elect. & l. nihil dolo, ff. de reg. iur.* Vndè in priuato illo Oratorio non poterit ampliùs celebrari; quod etiam est iuxtà praxim, ac stylum Curiæ Romanæ, non permittentis huiusmodi priuilegia transire ad successores, non obstante claosula illa, *ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura*. Nam ista clausula ponitur non ad extendendam concessionem, sed ad illam modificandam. Supponit enim priuilegium, quod à Pontifice conceditur, & operatur, quod sit dependens à licentia Ordioarij, & proindè relinquit concessionem in suo statu, nempè quod sit merè personalis, quia clausulæ accipiuntur secundùm naturam actus *l. Si stipulatus ff. de vsur.* & oo-tat Soccin. Iun. *cons. 128. n. 133.* Acceditque obseruantia subsequuta, quæ declarat priuilegia, *cap. Cum venissent de instit. & cap. Cum dilectus de consuet. l. si de interpretanda ff. de leg.* & tradunt communiter Doctores cum Rota apud Mantic. *dec. 320. num. 5.*

53 Mortuo tamen Summo Pontifice concedente, non cessat priuilegium Oratorii priuati, neque cessat, mortuo Episcopo, quando continuatio priuilegij ab eius licentia dependet; quia hoc priuilegium, seù gratia est plenè sortita suum effectum ante mortem Pontificis, vt supponimus, cum priuilegiatus sit io possessione vtendi priuilegio, ac proindè est gratia facta, non facienda. Gratia autem facta non cessat morte concedentis, quando est concessa absque vlla restrictione, qualis est gratia priuati Oratorij, vt docent communiter Doctores apud Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 28. num. 64.* & desumitur ex *cap. Si cui nulla de preben. in 6.* vbi quod gratia conferendi beneficia, non expirat morte concedentis, etiam re integra; gratiam verò conferendi certæ personæ, expirare, re iotegra, quia est gratia non in fauorem conferentis, sed illius; cui conferri debet; quia scilicet non habet esse perfectum; Quando enim gratia est perfecta, non indiget ampliùs gratiosa voluntate concedentis, vt ab ipsa accipiat vigorem; quia iam accepit totum necessarium. Quando verò non est perfecta, cum debeat deduci ad esse perfectum, indiget volontate concedentis, in cuius virtute deducatur, quæ si non existit, vt cootingit, mortuo concedente, non potest influere vigorem in complementum, & ideò ipsa quoque gratia remaoet extincta.

54 Quare si literæ concessionis Oratorii priuati non mandantur executioni per institutionem, & approbationem Oratorii ante mortem concedentis, poterunt, sequuta morte, mandari exequutioni; qoia non continent gratiam faciendam, sed gratiam factam; quia non dant facultatem Ordinario concedendi Oratorium priuatum ita, vt eum constituant executorem voluntatium, sed dant facultatem priuilegiato, vt possit facere celebrare in suo Oratorio priuato, sub conditione tamen, quod Oratorium approbetur ab Ordinario, & consentiat. Gratia autem facta, quamuis requirat alterius executionem, non expirat morte concedentis, ex Sanch. *lib. 8. disp. 26. num. 87.*

55 Quando autem in priuilegio Oratorii priuati concesso Matri, adest clausula: *tibi, vt quando dicta N. à domo prædicta absit, durante absentia huiusmodi, Missam in dicto Oratorio in tua, & familiæ tuæ præsentia celebrari facere liberè, & licitè possis.* Si Mater mortua sit, noo potest filia vti eodem priuilegio; quia per dictam clausulam non extenditur priuilegiom absolutè ad filiam, sed tantùm pro casu, in qoo Mater est absens: Vndè supponitur, quod in Matre subsistat priuilegium, & stante tali subsistentia vsus illius extenditur ad filiam in casu absentiæ Matris, atque adeò per hanc clausulam non extenditur priuilegium, sed vsus priuilegii. Et cum prioilegia non sint extendenda vltra qoàm verba sonant, *l. si non sortem §. libertas ff. de condit. indeb. & cap. Et tuarum de aut. & vs. pall.* Rota coram Seraph. *dec. 609. n. 3. & dec. 324. num. 12. p. 5. recen.* noo debet, quod concessum est pro casu absentiæ Matris, extendi ad casum mortis eiusdem matris. Præsertim in hoc priuilegio, quod derogat iuri communi, ac proindè strictè accipiendum est per Bart. *in l. Si finita §. ex loco edicto de damn. dat.* & Pnt. *decis. 62. num. 2.* & mens Pontificis non est priuilegiare eos, quos vocat ad participandum in priuilegio, sed eum tantùm, in cuius fauorem emanat, vt constat ex illis, vel similibus verbis: *Tuæ deuotioni consulere volentes.* Item ex illis: *Teque specialibus fauoribus prosequi volentes*, quæ declarant mentem concedentis, ad tradita per Rot. *decis. 271. n. 2. p. 4. recen.* per Text. *in l. fin. ff. de hæred. instit. & l. 1. ff. ad Macedon.* quæ mens in priuilegijs semper attendenda est, vt per Doctores in *cap. Tua de decim. & in cap. Quocirca de priuil.* traditque Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proem. n. 64.* Immò mens potiùs, quàm verba attenditur, Rot. *dec. 13. de preben.* coram Mohed. *& decis. 48. num. 15.* coram Durano. Neque verba priuilegij possunt accipi de filia, & proindè neque etiam priuilegium *l. Constitutum ff. de milit. testam.* cum alijs per Bald. *cons. 486. sub initio*.

56 Mutans verò habitationem intra eamdem Ciuitatem, vtitur in noua habitatione priuilegio Oratorii priuati; quia priuilegium est personale, atque adeò sequitur personam, & aliàs est aliquo modo coarctatio ad locum. Cumque verba priuilegii *vt in priuato Oratorio domus tuæ solitæ habitationis*, determinent locum, verificantur de quacumque domo, in quam habitat priuilegiatus, & solùm determinat locum relatiuè quoad priuilegium, itaut ille sit locus, io quo conceditur Oratorium pro celebratione, in quo priuilegiatus figit habitationem.

57 Idemque dicendum, si priuilegiatus mutet habitationem de loco ad locum intra eamdem Diœcesim per eamdem rationem; quia cum priuilegium sit personale, debet sequi personam, cumqne sit concessum personæ io ordioe ad oratorium suæ consuetæ habitationis, censetur concessum secundùm naturam habitationis, atque adeò cum habitatio consueta sit mutabilis io ordine ad consuetam habitatiooem, quæ pro tempore aderit, & proindè absque determinatione habitationis in hoc, vel illo loco, sed pro omni loco, in quo erit consueta habitatio. Est tameo necessaria approbatio Ordinarii. Tum quia tenor priuilegii requirit approbationem, sine qua noo potest habere executionem. Tum quia approbatio loci, quæ præcessit, fuit io ordine ad executionem alterius priuilegii, & in fauorem aliarum personarum, non aotem illius, quæ de oouo incipit habitare. Tum etiam quia quod io hac mutatione irrepere potest aliquid indecens, ac proindè necessaria est noua approbatio.

58 Stante autem clausula, *vt in priuato Domus tuæ Ciuitatis N.* seù, *vt in priuato domus tuæ Diœcesis N.* si verba ista posita sint restrictiuè, & taxatiuè, quæ referant priuilegium ad locum, ac proindè ipsum restringant ad locum, transferens habitationem ab vna ad aliam Diœcesim, non trahit secum priuilegium oratorii priuati; quamuis enim priuilegium sit personale, & sequatur personam, potest tamen à concedente restringi ad certum locum, & operari, vt persona censeatur priuilegiata tantùm in illo loco, itaut sequatur personam

quotiescumque extiterit in tali loco, & tale esset priuilegium Oratorij priuati, si haberet restrictionem ad locum.

59 Si verò non adsint verba aliqua, quæ restringunt priuilegium ad locum expressum, locus expressus stat demonstratiuè, ac proindè priuilegium retinet suam liberam priuilegii personalis naturam, & sequitur personam in quocunque loco; quia expressio loci non fit cum aliqua restrictione, per quam priuilegium restringatur ad locum expressum, atque adeò priuilegium accipi potest sine huiusmodi restrictione. In casu verò dubio, an verba illa: *Ciuitatis N.* seù *Diæcesis N.* stent demonstratiuè, an verò taxatiuè, & restrictiuè, censentur stare demonstratiuè, vt tradit Rota *decis.442. num.3. p.1. diuers.* & coram Merlino *decis.511. num.11.* Debet tamen approbari ab Ordinario illius Ciuitatis, siue Diæcesis, ad quam Oratorium transfertur, vt superiùs dictum est.

60 Potest quoque priuilegiatus tam in Ciuitate, quàm ruri, dum ibi commoratur, vti Oratorio priuato, ita tamen, vt interim non vtatur eo, quod est in Ciuitate. Nam verba concessionis coarctant facultatem faciendi celebrare in priuato Oratorio ad solitam habitationem priuilegiati, & habent implicitam taxatiuam talis habitationis, atque adeò sicut taxatio, & coactatio excludit omnia, quæ non continentur sub taxatione, & coarctationem, *c. Cùm Ecclesia Sutrina, §. pars Canonicorum de caus. poss. & propriet.* & notant Bartol. *in l.1. num.1. ff. si quis ius. dic. non obtemp.* Bald. *in l. Si quis ex consensu not.a. C. de Episc. aud.* ita includit omnia, quæ continentur sub taxatione, seù sub verbis, quæ habent implicitam taxatione. Cùm itaque illa verba, *domus tuæ solitæ habitationis*, excludant omnem aliam domum, quæ non sit solita habitatio priuilegiati, ita etiam includit omnem domum, quæ sit solita habitatio, & proindè extendunt concessionem ad ipsam.

61 Quod si plures familiæ habitent in domo diuisa in plures partes, potest pro qualibet locum habere priuilegium Oratorij priuati. Nomine autem partis, intelligi debet pars talis, quæ habeat cubicola, & alia loca pro officinis, & alijs domesticis vsibus, sufficientia pro habitatione familiæ, itaut in qualibet parte sint ea, quæ regulariter requiruntur pro constituenda vna domo, nihilque officiet, quod habeant ingressum communem, atrium commune, & aulam principalem communem, per Text. *in l. Si quis duas, §. Si quis partem ff. communia præd.* ibi: *Quod & in ædibus potest dici, si dominus pariete medio ædificato, vnam domum in duas diuiserit, vt plerique faciunt. Nam & hic pro duabus domibus accipi debet.* Ex quo constat, quod eadem domus diuiditur in plures per aliquod diuisorium, quod exemplificat in pariete medio: Vndè Doctores ponunt discrimen inter fundum, & domum; quod fundus diuidi potest in plures sola destinatione, domus autem non potest diuidi in plures, nisi facto hominis, vt Ias. *in l. Si domus num.13. ff. de leg.1.* vbi *num.27.* notat etiam pro diuidendo fundo requiri aliquod diuisorium, Castr. *in d. l. Si quis duas*, Cuman. *in l. quod in rerum §. Si quis num.2. ff. de leg.1.* alijque. Ponitur autem exemplum de pariete intermedio, quia diuisiones domorum regulariter hoc pacto fiunt, non autem quia alio modo fieri nequeat diuisio, dummodò diuisorium sit quid firmum, fixum, & permanens, & confirmatur ex *cap. Vnico de consecrat. Eccles. vel Altar. in 6.* vbi si porta in muro diuisorio Cæmeteriorum non tollit eorumdem pluralitatem, nec etiam tollet in muro intermedio diuidente domos.

62 Ex quibus infertur, quod si domus pluribus solarijs constet, nempè superiori, & inferiori, & in ipsis constituantur diuersæ habitationes, in quibus habitent diuersæ familiæ, erunt diuersæ domus, iuxta diuersitatem solatiorum, siue domus superioris, vel inferioris, vulgò *appartamenti di sopra, e di sotto*, vt ponderant Castr. *in l. Si quis duo §. Si quis partem in fin. ff. Communia prædior.* Caualcan. *decis.19. num.52.54. & 61. p.2.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.434. num.32.* & Rota coram Merlino *decis.411. num.11.* quia inter has portiones domus adest sufficiens diuisio; nec est communicatio in actu inhabitandi inter familias inhabitantes; quod sufficit, vt censeantur domus diuersæ, & in ordine ad fruendum multiplici priuilegio oratorii priuati.

63 Non potest tamen idem Oratorium inseruire pluribus priuilegiatis, etiamsi situm sit in loco pertinente communiter ad omnes. Desumitur ex illa clausula apponi solita in huiusmodi concessione: *vt in priuato domus tuæ solitæ habitationis Oratorio &c.* Quæ significat concessionem esse factam pro Oratorio existente intra habitationem, & ideò non habet locum in Oratorio existente extra habitationem.

64 Idemque dicendum, si non adsit clausula *solitæ habitationis*, sed solùm *in priuato domus tuæ Oratorio*; quia cum non pertineat ad portionem domus, in qua habitat, non comprobatur, quod sit in domo sua; quia cum domus sit diuisa in plores partes, atque adeò in plures domos, solùm illa pars vulgò, *Appartamento*, quæ importat locum habitationis, dicitur domus habitantis, & de ipsa solùm comprobatur clausula *domus tuæ*. Oratorium autem cum sit in loco, qui est communis omnibus habitationibus, non potest dici, quod sit magis vnius, quàm alterius habitationis. Vt ergo possit inseruire alicui ex habitantibus familijs, necessarium erit, quod in diuisione assignetur alicui peculiari familiæ ex habitantibus, itaut pertineat ad partem domus talis familiæ.

65 Nec Dominus Palatii locator potest vti Oratorio sito in parte locata. Et quidem si in literis concessionis adsit solita clausula *domus tuæ solitæ habitationis*, non est dubitandum; quia non est Oratorium Domus solitæ habitationis locatoris, sed conductoris. Et ideò priuilegium non habet locum, quia verba priuilegij non habent locum, *l. quod constitutum ff. de testam. mil. & cap. Priuilegia de priuil.* Si autem non adsint verba illa *solitæ habitationis*, adhuc priuilegiom erit pro Oratorio domus habitationis. Nam verba illa *domus tuæ* important domum habitationis. Alioquin vsus priuilegij esset extra finem eiusdem priuilegij, qui est concedere commoditatem audiendi Missam in propria domo, ne cogatur adire Ecclesiam. Locator autem non possidet domum locatam, quia possessio naturalis est penes conductores, qui actu possidet, licèt possideat ex locatoris persona, vt tradunt Barthol. *in l.1. §. fin. num.17. ff. vti possid.* Cum *cons.40. num.6. lib.4.* Rot. *decis.315. num.2. p.1. diuers. & decis.208. num.2. p.2. recent.* & coram Em. Ottbobono *decis.80. num.5.*

66 Cessante primo priuilegio, incipit valere secundo loco impetratum pro eadem domo; quia priuilegium non consumitur vnica vice, sed habet tractum temporis successiuum, & voluntas Pontificis concedentis, tanquam causa concessionis, se extendit ad totum tempus, in quo duraturum est priuilegium, & intendit illud concedere pro toto illo tempore. Quando igitur cessat primum priuilegium, incipit valere secundum; quia tollitur impedimentum, quo eius validitas impediebatur, & continuatur causa dans validitatem, nempè voluntas Pontificis, cum se extendat, vt dictum est, ad totum tempus, pro quo datur priuilegium, itaut tunc incipiat priuilegium, tanquam tunc, & non antea concessum iuxta *l.1. §.1. ff. de leg.3.* ibi: *Quasi nunc datum*, & iuxta tradita per Glos. *in cap. Non firmatur de reg. iur. in 6.* Calder. *cons.2. num.3. de constit.*

67 Porrò in his Oratoriis non potest celebrari plusquam vna Missa singulis diebus, vt constat ex illa clausula, *Vnam Missam pro vnoquoque die*, quæ apponitur in literis priuilegii; quod notat etiam Marchin. *de Sacram. Ord. tract.3. p.3. cap.9. num.9.* Tambur. *opusc. de Sacrif. Miss. lib.1. cap.4. §.4. num.19.* qui addit, esse peccatum mortale celebrare plures Missas. Rectè quidem; quia idem est, ac si celebraretur extra loca deputata, cum tale Oratorium sit tantùm deputatum, ac approbatum pro vna Missa, nec sit concessum, immò prohibitum celebrare plures Missas; quia concessio taxatiua habet vim prohibitionis illius, quod non cadit sub concessione. Quod enim in vno conceditur, in aliis habetur pro denegato, *l. Scire oportet, ff. de tut. & curat. & cap. Cum quidem de reg. iur. in 6.*

Quare

Quare attendenda est regula, quod priuilegia non extenduntur vltrà ea, quæ verbis expressa sunt, *l. Si non fortem §. libertus ff. de condit. indeb. & cap. Capella de priuil.* & notant communiter Doctores, ac Rota coram Seraphin. *decis.605. num.3. & decis.324. num.12. p.1. recent.* Ac proindè nullo modo celebrari poterit secunda Missa ex eo, quod Dominus familiæ non audiuerit primam, cùm id non habeatur ex vi priuilegij, neque sit causa sufficiens ad celebrandum in priuata domo, sed iuxta varios casus erit necessaria specialis licentia Episcopi. Poterit tamen erectio Oratorij facilem reddere licentiam, quia agitur de celebrando in loco, in quo ex priuilegio solet celebrari, & quia est locus ad hunc effectum approbatus, & pro tempore huic cultui Diuino deputatus.

68 Neque Regulares celebrare possunt in Oratorijs priuatis Missas vltra concessam virtute priuilegiorum, quatenus saltem possunt celebrare in quocunque decenti loco cum altari viatico; quia celebratio in priuatis Oratorijs est de iure communi prohibita, *cap. Tabernaculum, & cap. Vnicuique de consecr. d.1.* Vt autem priuilegium deroget iuri communi, debet in specie concedere celebrationem in priuatis Oratorijs. Et nisi in specie id concedat, interpretandum est, quantum potest valere absque derogatione huius iuris communis. Nam eo modo interpretandum est, quo solet interpretationem accipere lex ipsa, circa quam ea semper interpretatio adhibetur, vt vitetur iuris communis correctio, aut derogatio *l. Si quando C. de inoff. test. & cap. Cum expediat de elect. in 6.* Prædictum autem priuilegium Regularium non concedit in specie celebrationem in priuatis Oratorijs, & ideò censendum est, quod non deroget iuri communi, illam prohibenti, cum in verbis, nec in sensu sit ipsi contrarium iuxtà *cap.1. de constit. in 6.* & notat Bartol. *in l. Nam & posteriores ff. de legib.* Præsertim quia sortiri potest suum effectum extra priuata Oratoria, & proindè absque derogatione iuris communis. Vndè esset abusus priuilegii Regularium, dum extenderetur à persona priuilegiata ad non priuilegiatam, quod fieri non posse, obseruat Rota *decis.171. num.7. p.4. recen.*

69 Ne ratione quidem priuilegij Bullæ Cruciatæ celebrari possunt plures Missæ in priuatis Oratoriis. Nam priuilegium Cruciatæ concedit sub alternatiua, seu disiunctiuè, vt priuilegiati possint vel per seipsos celebrare in priuato Oratorio, si sint Sacerdotes, vel per alios, si non sint Sacerdotes. Ergo cum altera pars alternatiuæ tantùm possit habere locum iuxta electionem priuilegiati, si eligat per seipsum celebrare, erit ipsi concessa vnica tantùm Missa, cùm non possit plures eodem die celebrare. Ergo in altera parte alternatiuæ erit tantùm concessa per alios vnica celebratio. Dictio enim alternatiua, *vel*, ponitur inter æqualia, ac idem importantia *l.1. ff. de reb. dub.* & notant Euerard. *in top. iur. loc. ab alternatiua*, & Rot. *decis.229. num.25. p.7. recen.* Accedit, quod causa secundùm quam regulari debet priuilegium, est eadem, siue eligatur vna pars alternatiuæ, siuè altera. Et ideò si causa non plus exigit, quàm quod conceditur in vna parte alternatiua, neque etiam concedetur in altera, cum concessio sit secundùm exigentiam causæ.

70 Ratione tamen consuetudinis, quæ ita interpretata sit priuilegium, licet celebrare eadem die plures Missas; quia priuilegium recipit interpretationem à consuetudine, *cap. Quod dilecto de consangu. & affin.* Rot. *dec. 29. num.2. p.3. recen.* Præsertim quia magis attenditur interpretatio ex subsequuta obseruatione, quàm quælibet alia, licèt magis vera, & magis iuri conformis sit, vt tradit Rota *decis.574. n.3. p.1. diuers. & dec.944. n.6.* coram Buratto, *& decis.165. num.20.* coram Eminentissimo Ottbobono. Oportet tamen, quod sit vniformis; quia licèt ad interpretationem sufficiat, quod ita pluries fuerit obseruatum, vt tradit Rota coram Caual. *decis. 80. num.5.* & coram Buratto *decis.619. num.9.* Attamen si aliqui ita obseruassent, aliqui verò obseruassent oppositum, quia putassent, quod priuilegium ad id non pertingat, non iuuaret obseruatio, quia tanquam deformis non esset attendenda, vt notant Bartol. *in l. 2. num.22. ff. solut. matrim.* Alex. *cons.5. num.7. lib.5.* Rota coram Sacrato in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 1. Martij 1692. & *decis.99. num.6.* coram Merlino. Et ideò standum esset dispositioni communi, ac solitæ formæ concessionis huius priuilegij iuxta ea, quæ tradunt Bartol. *in d. l.2. num.1. ff. solut. matrim.* Crauett. *cons.861. num.5.* & Rota *decis.438. num.2. p.1. diuers. & decis.19. num.3. p.1.*

71 Neque per Bullam Cruciatæ conceditur facultas Oratorij priuati, vt tenet Trullench. *lib.1. in Bull. Cruc. §. 1. dub.4. num.7.* & Mend. *in ead. Bull. disp.16 cap.1. num. 8.* qui volunt, quod facultas celebrandi in Oratorio priuato supponat Oratorium iam concessum, & approbatum. Et quidem non solùm est omninò inuerisimile, sed etiam incredibile, quod Pontifices concesserint huiusmodi priuilegium. Hoc enim non fuisset concedere priuilegium, sed maximum inducere abusum circa celebrationem Missæ. Præsertim quia cum priuilegium concedat audire Missam in huiusmodi Oratoriis, & Sacramenta recipere, præterquam in die Paschati, familiaribus, Domesticis. & Consanguineis priuilegiati, nullus esset, qui non posset audire Missam in his Oratoriis, ac proindè remanerent desertæ Ecclesiæ, & cultus publicus destrueretur cum maximo scandalo fidelium.

72 Id, quod certum est post Concilium Tridentinum *in decr. de seru. & euit. in Celebr. Miss. sess. 22.* Nam ita declarauit Sacra Congregatio Concilii Tridentini iussu Summi Pontificis Pauli V. in literis circularibus ad omnes Episcopos sub die 10. Martii 1615. vt constat ex illis verbis: *Quod sanè deterrimum exemplum, vt de Christiana Republica euellant RR. PP. Amplitudini tuæ, ceterisque Archiepiscopis, atque Episcopis vniuersis Sanctissimi Domini Nostri iussu significandum duxerunt, facultatem huiusmodi licentias dandi ipsius Concilij decreto vnicuique ademptam esse, solique Beatissimo Romano Pontifici esse reseruatam. Proindeque Amplitudini tuæ abstinendum esse ab illas, vtcumque tribuendis, ac si quas hactenus vel à tuis antecessoribus, aut aliàs quoquomodo, quam ab ipso Summo Pontifice concessas repereris, nullas, atque irritas esse quam primum decernas, atque enixè curandum, ne vlla illarum ratio in posterum habeatur;* quod decretum procedit vniuersaliter de omnibus, quibus Pontifex vult per Concilium Tridentinum ademptam esse facultatem concedendi tales licentias, atque adeò etiam Commissario Bullæ Cruciatæ, vt declarat dictio, *vnicuique*, quæ vniuersalis est, & non recipit restrictionem, vt præ alijs notant Alex. *cons.118. num.5.* Tusch. *litt. D. concl.397. num.21. tom.2.* Et confirmatio, & innouatio dictæ Bullæ post Concilium Tridentinum, ac supradictum decretum Sacræ Congregationis intelligitur in terminis habilibus, ac proinde quod ad ea, quæ quando fit confirmatio, & innouatio, erant in vigore, non quod ad ea, quæ erant reuocata, nisi de ipsis fiat specialis mentio, vt obseruant Gloss. *in l. Si quis priore v. specialiter, ff. ad Treb.* ibique Bartol. *num. 3.* & Rota coram Mohed. 3. *num.2. de concess. preb.* & coram Pegna *decis. 765. num. 3.*

73 Quod autem ad approbationem Oratorii ab Ordinario faciendam non sufficit approbatio cuiuscumque Ordinarii, sicut sufficit approbatio cuiuscumque Ordinarii, vt Confessarius virtute Iubilæi eligi possit, sed requiritur approbatio Ordinarii loci, vt notat etiam Mendus *in d. Bull. Cruciata disp.16. cap.1. num.7.* & Bard. *in d. Bull. p.2. tract.2. cap.2. sect.2. num.6.* quia ista approbatio Oratorii est actus iurisdictionis, ac proindè non potest exerceri ab eo, qui non habet iurisdictionem in loco. Et sicuti Confessarius, vt possit eligi virtute Iubilæi, debet esse approbatus ab eo, qui in ipsum potest in approbando exercere iurisdictionem, ita etiam Oratorium, vt possit approbari, debet esse sub iurisdictione Ordinarii. Accedit, quod in Bulla Cruciatæ non datur facultas eligendi Ordinarium, qui approbet, sed celebrandi in Oratorio approbato: Vndè intelligitur de approbatione, prout de iure.

74 Dies autem, in quibus celebrari non potest in priuatis Oratorijs ex eorum literis concessionis, partim constat quinam excipiantur, & partim remanent sub dubio ex illa clausula: *Ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, necnon alijs solemnioribus anni festis diebus exceptis*. Quod pertinet ad Pascha Resurrectionis, & Pentecostes intelligitur tantùm exceptus primus dies, vt tradunt Garz. *in Summ. tract. 3. diffic. 8. dub. 2. pun. 2. num. 17.* Lezana *in Sum. v. Oratorium num. 3.* & alij. Et obseruatio ita interpretata est exceptionem, nam in secundo, ac tertio die Paschatis, & Pentecostes regulariter vtuntur priuilegio priuati Oratorij. Et habet fundamentum in eo, quod relaxatio interdicti in his festis se extendat solùm ad primum diem, vt aliqui docent.

75 Quod verò pertinet ad solemniores dies festos, per eos intelligi Epiphaniam, Annunciationem, & Assumptionem Beatæ Virginis, festum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum Sacra Rituum Congregatio declarauit sub die 17. Nouembris 1607. teste Gauanto *in Rubr. Missal. p. 1. tit. 20. cap. 5. vers. Sciendum quoque est*, quem sequuntur Quintanadueña, Tambur. Bardus, & alij. Quibus in festis assignandis, non est habita ratio tam solemnitatis quoad ritum, quàm solemnitatis, quam fideles tenentur ostendere ratione commemorationis beneficij, quod perceperunt, & proindè tenentur publicè conuenire ad Sacrificium, quo Deo offertur. Vndè licèt alia festa sint maiora quoad ritum, nempè Ascensio Domini, festum Corporis Christi, Natiuitas Sancti Ioannis Baptistæ, Patroni præcipuè Ciuitatis, quæ secundùm rubricas sunt primæ Classis, & celebrantur cum Octaua, non sunt tamen maiora quoad commemorationem beneficij. Ideòque Ordinarij, dum approbant Oratoria, debent in scriptis declarare hos festos dies, vt tradant regulam priuilegiatis,

76 Patroni principales Ciuitatum, quod comprehendantur sub his festis solemnioribus, affirmat Bardus *in Bul. Cruciat. p. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 2. num. 17.* & Gauant. *loc. cit.* idque vel ex obligatione, vel ex conuenientia, sed quod spectat ad obligationem; ex nullo capite colligitur, & praxis est in contrarium. Immò pluribus in locis non est festum de præcepto; vndè cum non adsit præceptum de audienda Missa, multò minùs potest esse obligatio audiendi in Ecclesia. Et quod ad conuenientiam, illa non adest. Nam vbi non est festum de præcepto, constat, quod non habet locum exceptio; quia fit, vt omnes in diebus exceptis teneantur conuenire ad Ecclesiam pro audienda Missa. Vbi verò est de præcepto non militat ratio, ob quam excipiuntur dies festi prædicti. Ideò enim excipiuntur, vt omnes in ipsis exhibeant Deo publico modo sacrificij cultum, ideòque electi sunt tales dies, quia sunt festi vniuersalis Ecclesiæ, & in quibus Ecclesia recolit speciali modo beneficia vniuersalia. Quæ omnia cessant in festis Patronorum, quantumuis principalium,

77 Quod autem ad feriam quintam, & Sabbathum maioris hebdomadæ, cum excipiantur dies festi solemniores, hi quidem dies non videntur excepti, quia non sunt dies festi, ac præsertim quia non recensentur inter solemniores in præfata declaratione Sacræ Congregationis,

78 An autem virtute Bullæ Cruciatæ possit celebrari Missa in priuatis Oratorijs, diebus festis exceptis, negatiuè respondetur; quia licèt ipsi dies non excipiantur in priuilegio Bullæ, remanent tamen ex natura rei aliqui dies excepti ex ijs, in quibus tenetur quisque audire Missam. Cùm igitur declaratum sit in concessionibus specialibus, quod sint Pascha, Pentecostes, & Natalis Domini, & alii solemniores dies, habet priuilegium Cruciatæ regulari secundùm hanc declarationem, cum sit declaratio authentica de festis exceptis; quod autem aliqui dies ex natura rei excipiantur, ex eo desumitur, quod tenetur quisque iure diuino naturali profiteri publicè fidem Christianam Catholicam, & consequenter etiam illum cultum erga Deum, qui est secundùm eamdem fidem, qui præcipuè consistit in oblatione Sacrificij, quod, cum sit cultus publicus, & exigat publico modo exhiberi, obligat etiam vnumquemque ad ipsum publico modo exhibendum. Et quia non sunt determinatæ vices, quibus talis cultus exhibendus sit, Ecclesia determinauit, vt exhiberetur omnibus diebus festis de præcepto. Quando autem conceditur facultas celebrandi in Oratorio priuato, relaxatur præceptum Ecclesiæ de publico modo exhibendi Deo cultum Sacrificii, non verò relaxatur, quatenus est de iure naturali Diuino, Atque adeò, stante quocunque priuilegio de Oratorio priuato, remanet obligatio exhibendi aliquibus vicibus publico modo talem cultum, quæ quidem vices reducuntur ad dies festos exceptos iuxta declarationem Summorum Pontificum, & S. Rituum Congregationis.

79 Quare poterit Episcopus prohibere, ne aliquis celebret, vel audiat Missam in Oratorio priuato diebus solemnioribus, non obstante priuilegio generali Bullæ Cruciatæ; quia cum talis facultas quoad solemniores dies non sit expressa in dicto priuilegio, quæ tamen tanquam speciali nota digna debuisset exprimi, potest Episcopus prætendere rationabiliter, quod non sit concessa, Præsertim quia iuxtà regula iuris in generali concessione non veniunt, quæ quis in specie non esset verisimiliter concessurus. Vndè potest vti facultate sibi tradita per Concilium Tridentinum *sess. 22. in decr. de ser. & vit. in Celebr. Miss.* ac exequi illius dispositionem, prohibendo celebrationem pro dictis diebus. Siquidem de prohibitione constat, de concessione autem celebrandi pro dictis diebus non constat.

80 Facultas verò concessa per dictam Bullam Cruciatæ non habet locum in alieno Oratorio, sed tantùm in Oratorio propriæ domus; quia hæc facultas conceditur tantùm illis, qui eam obtinuerint ab Episcopo, & Commissario, vt declarant illa verba Bullæ: *Qui facultatem ad id ab infra dictis Episcopo, & Commissario habuerint*, & hæc facultas non conceditur in ordine ad quodcumque Oratorium, sed pro Oratorio visitando, ac designando ab Ordinario, vt habet Bulla, & proindè erigendo ab ipso priuilegio, Deindè adduntur etiam illa verba extensiua priuilegii: *In sua, ac familiarum, & domesticorum, ac Consanguineorum suorum præsentia*, quæ ostendunt, dispositionem procedere de Oratorio isto intrà propriam domum. Et sanè si possent omnes confluere ad huiusmodi Oratoria ad celebrandum, siue audiendum Missam, ad recipiendum Sacramenta, & huiusmodi alia, non essent ampliùs Oratoria priuata, sed publica; quia non inseruirent vsui priuato, sed publico, quandoquidem ferè omnes habent Bullam, atque adeò ferè omnes essent priuilegiati.

81 Neque possunt Regulares in festis solemnioribus excepta celebrare in priuatis Oratoriis secularium domorum priuatarum; quia dum in concessione excipiuntur dies festi solemniores, atque adeò remanent exclusi, vt pro ipsis priuilegium non valeat, remanet prohibitio in suo vigore de non celebrando in priuato Oratorio. Ideòque relinquitur obligatio in suo vigore, vt teneantur priuilegiati accedere his diebus ad Ecclesias, seu publica oratoria ad deferendum Deo publico modo cultum Sacrificii. Ex quo fit, quod etiam remaneat in suo vigore præceptum assistendi Missæ publico modo, & ad profitendum publicam subiectionem Deo, mediante oblatione Sacrificii. Atque adeò neque ex parte Regularium, neque ex parte habentis Oratorium priuatum celebrari potest, dictis diebus exceptis, in priuato Oratorio; quod adeò certum est, vt neque ex causa infirmitatis, neque ex quacumque alia, quæ non permittat egressum è domo, poterit in priuatis Oratorijs, etiam per Regulares celebrari, festis diebus exceptis. Nam eo ipso, quod excipiuntur hi dies, tanquam loca priuata remanent inhabilia, ne possit in ipsis celebrari, quia talia sunt ex natura sua, nec priuilegia Regularium dant facultatem celebrandi in priuatis domibus, solùmque continent fauorem eorumdem Regularium, non autem fauorem secularium, vt in eorum commodum conuerti poterit,

Non

82 Non autem est necessaria licentia Parochi, neque quoad seculares, neque quoad Regulares Sacerdotes, vt in priuatis Oratoriis celebrare possint. Siquidem neque ad ipsum spectat dare huiusmodi licentiam, neque circa executionem licentiæ concessæ à Pontifice habet aliquod ius, neque est necessaria ex dispositione Pontificis, qui solùm requirit licentiam Ordinarij quoad Sacerdotes seculares, & suorum superiorum quoad Regulares, vt constat ex illa clausula: *Per quemcunque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum secularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem*.

83 Nequeunt tamen Regulares celebrare in his Oratorijs contra voluntatem suorum superiorum, non solùm, quia conceditur facultas celebrandi dependenter ab eorumdem licentia, sed etiam quia ratione voti obedientiæ subiecti sunt ipsorum voluntati, contra quam non habent proprium velle, aut nolle. Vndè si finis, ob quem inhibet superior celebrari, sit legitimus, & grauia, peccabunt mortaliter, quia in re graui frustrabunt voluntatem sui Superioris. Et quod pertinet ad licentiam pro eisdem Regularibus sufficit præsumpta, quia talis licentia sufficit etiam pro alijs rebus grauioribus, dummodò tamen adsit fundamentum præsumendi talem licentiam, quia tunc subintrat regula, quod tacitum habeatur pro expresso, *l. Cum quid & l. Si filiusfamilias ff. si cert. pet.* Non tamen pro licentia præsumpta sufficit, quod Regulares habeant generalem licentiam celebrandi, quia in celebratione in Oratorijs potest adesse speciale motiuum, ob quod nolint superiores concedere vnicuique licentiam, sed ex alijs coniecturis præsumi debet.

84 Quod verò ad Sacerdotes seculares, non requiritur specialis licentia Ordinarij, sed sufficit generalis celebrandi, vt constat ex praxi; quia dicta clausula est apposita, ne priuilegiati possint facere celebrare per quemcunque Sacerdotem exterum, & qui non habeat licentiam celebrandi in Diœcesi ob vitanda ea inconuenientia, quæ sequerentur, si Sacerdotes exteri absque licentia Diœcesani celebrare possent in Diœcesi.

85 Per priuilegium autem priuati Oratorij nullum præiudicium inferri potest iuribus Parochialibus ex illa clausula concessionis: *Sine tamen quorumcumque iurium Parochialium præiudicio*. Iura autem Parochialia non solùm sunt decimæ, primitiæ, & aliæ oblationes, sed etiam ea, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, quæ reducitur ad Baptismum, Eucharistiam pro Paschate, Viaticum, & Extremam Vnctionem, ac Matrimonium, ad ius sepeliendi, quando tamen non habet locum electio sepulturæ, vel sepulchrum maiorum, ad decimas, nisi fortè legitimè non soluantur, cum alio modo prouisum sit, ad percipiendam canonicam portionem, circa quod tamen adsunt variæ exceptiones, iuxta priuilegia, & decreta Pontificum, de quo nos alibi fusè, & ad alia, quæ Parocho debentur, adeòut non possint ministrari Sacramenta, dari pax; denunciari festa, ieiunia, matrimonia, & similia, quæ ad Parochum pertinent, quia clausula prædicta habet *quorumcumque iurium*, ac proindè comprehendit omnia: Vndè si priuilegiatus solet soluere aliquam annuam præstationem, aut quid simile intuitu celebrationis Missæ in Ecclesia Parochiali, aut quia Parochus ipsius contemplatione aliquid faceret, dummodò tamen ius esset acquisitum Parocho, non poterit cessare à solutione, ex eo, quod non accedat ad Parochialem Ecclesiam ad Missam audiendum.

86 Neque in priuatis Oratorijs ministrari potest Eucharistia, quia ministratio Eucharistiæ pertinet ad iurisdictionem, cum sit actus pascendi proprias oues, vt desumitur ex Concilio Carthag. 1. *can.* 7. & Concilio Mileuitano *can.* 18. Et proindè vt Regulares possent ministrare Eucharistiam, quamuis liberè possint celebrare in proprijs Ecclesijs, & quilibet ibi interesse Missæ, non tamen ex hoc poterant ministrare Eucharistiam, sed opus fuit specialibus priuilegijs, qualia concessa ipsis fuerunt à Summo Pontifice. Et ideò ex eo; quod conceditur Missa, non censetur concessa facultas sumendi Eucharistiam, eamque ministrandi; quia cum pertineat ad iurisdictionem, est quid speciali nota dignum, & ideò non venit in concessione celebrandi, cum debeat specialiter exprimi iuxta *l. eos, C. de aqued.* & notant Crauett. *cons.* 880. *n.* 19. Alex. *cons.* 104. *in fin. lib.* 1. & Afflict. *decis.* 111. *num.* 9.

87 Quod etiam locum habet in Regularibus. Tum quia potest Episcopus prohibere, ne Regulares celebrent in priuatis Oratorijs iuxta Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 22. de ser. & vit. in celebr. Miss.* Ergo etiam ne ministrent Eucharistiam, cum sit quid annexum celebrationi. Tum quia per *Clem. Religiosi de priuil.* prohibetur Religiosis ministrare Eucharistiam alicui sine speciali licentia eius Parochi; quod saltem post eorum priuilegia locum habet in alienis Ecclesijs. Et tum quia eorum priuilegia non dant facultatem ministrandi Eucharistiam in Oratoriis priuatis, sed in eorum propriis Ecclesiis.

88 Minùsque virtute Bullæ Cruciatæ conceditur, quod recipi possit Eucharistia à quocumque Sacerdote, qui aliàs non possit hoc Sacramentum ministrare, sed conceditur solùm, vt recipi possit tempore interdicti. Ita Henriquez *lib. 7. Sum. cap.* 13. *num.* 4. Cardin. de Lugo de *Euch. disp.* 18. *sect.* 2. *num.* 13. & Bard. *in d. Bull. Cruciat. p. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 3. num.* 3. Id quod non solùm desumitur ex contextu dictæ Bullæ, sed etiam quia de iure communi non potest ministrare Eucharistiam, nisi proprius Pastor, aut qui ab illo habet licentiam, & proindè Regulares non ministrant, nisi ex priuilegio Summi Pontificis. Nequit igitur aliquo priuilegio concedi, quod ministrari possit à quocumque Sacerdote, nisi hoc in illo exprimatur, quia debet priuilegium derogare iuri communi, & non censetur derogare, nisi quatenus contrarium exprimitur, sicut etiam contingit in lege, quæ non derogat alteri legi, nisi quatenus contrarium exprimit, ita, vt non possit concordari cum ipsa. Priuilegium autem Bullæ Cruciatæ nihil exprimit de ministro; atque adeò non potest derogare iuri communi in ordine ad Ministrum, tanquam ipsi contrarium; concedit enim solùm, quod possit Eucharistia sumi; & ideò debet censeri concessum, quod est prohibitum, ac proindè pro tempore, in quo non potest sumi.

89 Excipitur item absolutè in dicta Bulla Cruciatæ dies Paschatis, in quo non potest sumi in Oratorio priuato Eucharistia, & non tantùm in ordine ad communionem Paschalem. Ita Trullench. *in d. Bull. Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 7. nu.* 8. qui citat Nauarrum, & Azorium; quia communio Paschalis, qua satisfit præcepto de sumenda Eucharistia, est de iure Parochorum, & speciali nota digna, tanquam pertinens ad exercitium curæ animarum. Et ideò quando conceditur facultas ministrandi Eucharistiam, intelligitur semper excepta ministratio pro communione Paschali, nec censetur concedi, nisi specialiter exprimitur. Dum igitur Pontifex in Bulla Cruciatæ concedit sumere Eucharistiam, non includitur sub hac concessione generali sumptio pro communione Paschali, quia tanquam speciali nota digna, non venit sub generali concessione, *d. l. eos, ff. de aqued.* Ideòque non fuit opus excludere diem Paschatis, si excluderetur tantùm in ordine ad communionem Paschalem, cum ista remaneret exclusa.

90 Si verò contingat, quod habens Oratorium priuatum non possit ex legitima causa adire Ecclesiam pro præcepto communionis Paschalis adimplendo, non poterit, sicut putat Quintanaduegna *tom. 1. sing. tract. 7. sing. 33. num.* 4. adimplere præceptum in priuato Oratorio, petita licentia Parochi, & denegata, licèt habeat Bullam Cruciatæ; quia in die Paschatis non potest ibi celebrari, vt supra dictum est. Tùm quia Parochus non denegat iniustè licentiam, cum possit ipse velle in tali casu ministrare Eucharistiam, aut celebrando in Oratorio aliquo alio die extra diem Paschatis, vel deferendo ab Ecclesia Eucharistiam.

quæ tradunt Gambar. *de potest. legati, rubr. an possit legat. plur. benef. confer. n.* 154. Menoch. *de arb. cent. 6. cas.* 552. *n.* 6. quatenus volunt, eum esse commensalem, cui locus datus est in Triclinio, vulgò *Tinello*, licèt vti nolit. Quia & ipso, quod assignata sunt alicui victualia, siue quantitas pecuniæ pro comparando victu sub onere seruiendi, & seruit, facit suum, quod assignatum sibi est, & acquirit ius ad ipsum, ac proindè acquirit, quod sibi debetur pro alimentis, atque adeò fit commensalis. Quia ad comprobandum hanc conditionem, sufficit, quod habeat expensas pro victu, aut ipsum victum à suo Domino. Nec obstat, quod non exigat, quia non exigendo censetur donare Domino, quod acquisiuit titulo seruitij. Nam reuera abdicat à se ius acquisitum, & transfert in Dominum, quod non tollit, ne habuerit stipendium pro seruitio exhibito, ac proindè neque etiam tollit commensalitatem necessariam pro familiaritate.

99 Potest quoque in priuatis Oratorijs celebrari Missa, præsente sola familia, licèt non sit præsens Dominus. Hoc autem desumitur ex dictione, *&*, qua familia coniungitur cum Domino, dum in concessione dicitur: *In tua, & tua familia*. Tota enim copulatio, quam exercet hæc dictio, est in ordine ad concessionem, & exercitium eiusdem concessionis, atque adeò ad participandum priuilegium. Ita Palaus *p.4. tr.25. disp. vnic. pun.6. num.9.* & alij. Vndè cum in præsenti copulet familiam cum Domino in ordine ad participandum hoc priuilegium, copulabit ad participandum æqualiter, ac proindè vsus priuilegij quoad familiam non erit dependens ab vsu quoad Dominum. Ratio autem generalis est, quia familia, & Dominus se habent vt accessorium, & principale, ac proindè concessio priuilegij se extendit ad ipsos iuxtà eorumdem capacitatem, & naturam, & consequenter afficit Dominum, vt præsentem, & familiam, vt accessoriam. Quia motiuum concedendi est principaliter in Domino, & accessoriè tantùm in familia; fit tamen vera extensio priuilegij, etiam ad familiam, itaut immediatè ipsum participet. Et ex hoc fit, quod cessante priuilegio principalis, cessat etiam respectiuè familiæ. Contrarium tamen contingit, quoad vsum priuilegij. Nam ex natura sua vsus quoad vsum est separabilis ab vsu quoad alios, nec concessione est limitatum, an possit ad vsum reduci ab accessorio, nisi simul reducatur à principali. Et proindè ita censetur concessum priuilegium, vt secundùm ipsius naturam, & capacitatem, possit ad praxim reduci, atque adeò ab omnibus priuilegiatis, quamuis ratione alterius sint priuilegiati. Nam adhuc reuera participant priuilegium, & ideò potest quoad ipsos operari suum effectum, cum non dependeat quoad ipsum ab vsu principalis.

100 Quod autem ad hospites, qui in domo priuilegiati gaudent priuilegio audiendi Missam in priuato Oratorio, quamuis non in omnibus, in pluribus tamen concessionibus solet apponi clausula: *Necnon in hospitum tuorum nobilium præsentia*, qui possunt interesse missæ, & satisfacere præcepto. Quare duplex conditio debet concurrere, nempè quod sit hospes, & quod sit nobilis. Hospitum autem appellatione veniunt ij, qui domi commorantur, tanquam extranei, recepti à Domino, qui quidem sunt commensales, sed ex occasione temporanea, & ad certum tempus. Non autem requiritur nobilitas ex genere, vt obseruat Tambur. *opusc. de Sacrif. Miss. lib.3. cap. 4. §.4. num.32.* Quia dicitur tantum nobilium, non autem *ex nobili genere*, sufficitque quæcumque nobilitas siue ex genere, siue ex priuilegio, siue ratione matris tantùm, siue ratione dignitatis, seu gradus, siue quocumque alio modo conueniat hospiti ad verificandam qualitatem nobilitatis requisitam, cum sufficiat, vt appellari possit nobilis. Nobilitas enim multipliciter dicitur iuxta ea, quæ tradunt Tiraquell. *de nobilit. cap.4. & seq.* Bartol. *in l.1. C. de dignit. lib.11.* Io. Garz. *de nobilit. glos.48. §.3. num.1. & seq.* & secundùm quamcumque acceptionem sufficiens est ad denominandum nobilem.

101 Et hoc priuilegium extenditur etiam ad hospitem vnius diei, vt cum quis inuitatur ad prandium, vt firmat Pelliz. *in man. tom.2. tr.8. c.2. sect.2. q.13.* & admittit Tambur. *loc. cit. num.33.* Quia reuera hi quoque sunt hospites. Quod autem vir nobilis possit inuitari ad prandium in hunc finem, vt gaudeat priuilegio audiendi missam in priuato Oratorio, tenet Pelliz. *eo loco.* Quia hoc non esset fraus, sed reddere habilem virum nobilem, vt gaudere possit priuilegio. Non extenditur tamen priuilegium ad seruos hospitum. Quia licèt possint dici hospites, non sunt tamen nobiles, & priuilegium extenditur solùm ad hospites nobiles, non autem ad ipsorum famulos. Et in hoc casu diuites quoque veniunt nobilium appellatione. Quia secundùm politicum statum vocantur nobiles *iuxta l.3. C. de commerc. & merc.* & notant Guidop. *sing.* 875. Tiraquell. *de nobilit. cap.3.* Matienz. *l.7. glos.4. tit.7. lib.5. noua recop.* Inspiciendum tamen est, an exerceant aliqua ex ijs, quæ non compatiuntur cum nobilitate, habita ratione consuetudinis regionis. Quia si non exercent, poterunt haberi pro nobilibus; si verò exerceant, non poterunt haberi, quia præualeat exercitium, quod non compatitur secum nobilitatem tanquam sufficiens ad illam destruendam. Neque est verisimile, quod Summus Pontifex velit nomine nobilium complecti eos, quamuis diuites, qui exercent ea, quæ contraria sunt nobilitati.

Quando autem consanguinei vocantur ad participandum in priuilegio audiendi Missam in priuato Oratorio, nam solet aliquando apponi clausula: *In Consanguineorum præsentia*, nomine consanguineorum veniunt omnes descendentes in quocumque gradu iuxta *l. si spurius, ff. vndè cognat. & cap. tua nos, & cap. non debet de consanguin. & affin.* Rota *decis.174. num.9. p.4. recen.* Et quicumque sanguine quocumque modo coniuncti sunt iuxta *l. hac parte ff. vndè cognati, & l. vel si sanguine ff. de manumiss. vind.* Bart. *in l. Pronunciatio §. familia ff. de verb. signific.* Rota *decis.39. num.10. d. p.4. recen.* Sanch. *lib.7. de matr. disp.50. num.1.* Vndè accipiendo etiam priuilegium secundùm strictam significationem verborum, sicut debet accipi, cum sit contra ius commune, adhuc venient omnes sanguine coniuncti, tam ascendentes, quàm descendentes, & transuersales quocumque gradu, & modo coniunguntur. Quia stricta interpretatio extenditur tantum, quantum extenditur propria significatio verborum, vt obseruant Angel. *in l. fin. ff. de const. Princip.* ibique Tap. *in rubr. cap.6. in fin.* Aret. *in l. Cum lege ff. de testam.* Couar. *lib.1. var. cap. vlt. n.1.* & Tusch. *litt.P. concl.732. num.6.* Quare nomine consanguineorum veniunt tam agniti, quàm cognati, vt cum pluribus tradit Miers *de maior. p.2. q.6. num.299.* Rota coram Durano *decis.115. num.2.* Et quoad agnatos desumitur ex *d. l. si spurius ff. vnde cognati, & l. si post suos ff. de suis, & leg. hered.* Curt. *iun. cons.46. num.4.* Ber. *cons.85. num.5.* Pereg. *de fideicomm. art.21. num.35.* Et quoad Cognatos annotat idem Peregr. *eo loco*, Alban. *cons.69.* Tiraquell. *de retract. §.1. glos.9. n.5.* & Gomes. *decis.102. lib.2.* 102

Spurij autem, si sint nati ex certo Patre, de quo constat, cessat ratio, ob quam de iure ciuili non habeantur pro consanguineis, iuxta *d. l. si spurius*, & tradita per Honded. *cons.5. num.16. lib.2.* Gabr. *cons.195. num.5. lib.1.* Vndè cum ab eodem sanguine proueniant, inspecto iure naturæ, sunt verè consanguinei, & pro talibus in iure Canonico habentur, vt obseruat Bart. *in d. l. pronunciatio §. familia in fine, & in l. Tutelas num.4. ff. de cap. dimin.* Abb. *in cap. nonnulli §. sunt & alij de rescript.* Rot. *decis.571. num.4.* coram Lancellotto. Et ideò quoad priuilegium Oratorij priuati, ipsi quoque veniunt consanguineorum appellatione, & participant in ipso. Hinc in d. priuilegio consanguineorum appellatione veniunt etiam fœminæ iuxta ea, quæ tradunt Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.84. num.30.* Corn. *cons.227. lib.3.* Tiraq. *de retract. §.1. glos.9. num.202.* & Rebuf. *in l.1. vers.13. ff. de verb. signif.* Nam ipsæ quoque non minùs, quàm viri sanguine iunguntur, & iura sanguinis ad easdem descendunt. Coniuges autem non solùm participant in priuilegio, tanquam de familia, sed etiam veniunt appellatione consanguineorum. Quia, licèt non trahant originem ex eodem sanguine, sunt tamen principium, & origo communicationis sanguinis, & sunt duo in carne vna. Et proinde 103

ingre-

ingrediuntur seriem consanguinitatis, tanquam illius principium.

104 Aliquando etiam in concessione celebrationis Missæ in priuato Oratorio addi solet clausula: *Tuorum domesticorum præsentia*, ideò domesticorum appellatione veniunt non solùm Deputati seruitijs, vt desumitur ex *l. respiciendum §. furta, ff. de pœn.* Doctores *in l. etiam C. de testam.* ibique Glos. sed etiam cæteri de familia, vt tradunt Glos. *in 8. In Testibus, Inst. de testam.* Bald. *in d. l. etiam C. de testam.* Franch. *in cap. si Pater v. decima de testam. in 6.* Fusar. alios citans *de substit. q. 375.* & alij communiter. Nam omnes, qui sunt de familia inuicem communicant in ijs, quæ concernunt illam communicationem, quam repræsentat familia. Et sicuti sunt Ciues omnes, qui incorporati sunt eidem Ciuitati, ita omnes sunt domestici, qui suo modo incorporati sunt alicui speciali familiæ. Vt autem quis sit verè, ac propriè domesticus, est necessarium cohabitare in eadem domo, vt annotat Bartol. *in d. l. respiciendum.* Quia requiritur communicatio in habitatione, & conuersatione priuata. Nam domesticus dicitur relatiuè ad Domum, & cum importet participationem, debet esse participatio, & communicatio in eo, quod est præcipuum relatiuè ad domum, quod est communio in habitatione, sufficitque, quod cohabitet, & communicet in familiari conuersatione, & desumitur ex ijs, quæ tradunt Bald. *in l. 2. C. de test.* Aretin. *cons. 13. num. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 533.* Neque oppositum sentiunt Doctores, quos citat Sanch. *lib. 7. cons. cap. 1. dub. 20. num. 22.* si rectè perpendantur.

105 Habitantes verò in domo priuilegiati, si viuant proprijs expensis, nullo modo comprehenduntur sub nomine familiæ priuilegiatæ ad effectum, vt gaudere possint priuilegio celebrationis in Oratorio priuato. Ita Bard. *in Bull. Cruc. p. 2. tr. 2. cap. 3. sect. 1. num. 4.* Quia cum familia importet quamdam societatem œconomicam, in qua sunt omnia necessaria ad familiarem conuictum, & ad domesticos vsus, non potest quis dici de familia, nisi sit incorporatus huic societati. Incorporatio autem fit vel ratione seruitij, vt contingit in famulis, vel ratione alicuius attinentiæ in ordine ad conuictum, & commensalitatem, vt quando plures consanguinei, aut affines simul viuunt. Qui autem viuunt proprijs expensis, & habent proprium seruitium, non communicant hoc modo, sed potius distinctam familiam constituunt. Nam important aliquam specialem societatem in ordine ad conuictum à cæteris necessariis pro domesticis vsibus, & habitatio, licèt in eadem domo, adhuc tamen est distincta itaut actus habitandi sit diuersus, & solùm eadem Domus materialiter & fortè etiam distincta in plures. Et ideò nullo modo possunt dici de familia priuilegiati.

106 Seruæ, pedissæque comitantes, ac famuli comitantes, qui non habitant cum dominis, quos comitantur, nec viuunt absolutè expensis eorum, quamuis recipiant aliquam mercedem pro illo exhibito comitatu, non possunt admitti ad gaudendum priuilegio celebrationis in Oratorio priuato pro satisfaciendo præcepto, vt per Lopez *in instr. cap. 6. de claub.* Trullench. *lib. 1. in Bull. Cruc. §. 1. dub. 5. num. 2.* Quia non sunt de familia, ad quam extenditur priuilegium. Vt enim quis sit de familia requiritur, quod sit continuus commensalis, vt supra dictum est per Text. *in d. cap. sicut nobis de verb. signif. in 6.* ibi: *Et ex tuis expensis continui domestici commensales.* Prædicti autem famuli, & famulæ, quamuis recipiant aliquam mercedem; quia tamen non est sufficiens pro expensis, neque etiam pro maiori parte, ideò non possunt esse commensales, sed solùm censentur locare operas suas pro illo seruitio, pro quo recipiunt mercedem. Quare in priuilegio audiendi missam tempore interdicti familiares diuerso modo sumuntur, ac sumuntur in hoc priuilegio priuati Oratorij. Nam nomine familiarium veniunt tantùm ij, qui comitantur Dominum, aut Dominam priuilegiatam, vt tradunt Anchar. *in cap. licet de priuil. in 6.* Metol. *tom. 3. Theol. mor. disp. 6. cap. 3. dub. 10. diffic. 1. num. 137.* vbi alios citat. Nam priuilegium comprehendit familiares, tanquam necessarios Domino pro honesto comitatu, & proinde tanquam implicatos in actuali seruitio ipsius in vsu priuilegij. Cæteri autem, qui non solent comitari, non participant motiuum, ob quod priuilegium comprehendit Comitantes. Quando autem audiunt Missam in Ecclesia, sunt in seruitio necessario ad decentiam, & ideò priuilegium extenditur ad ipsos; quia redderetur inutile, nisi ad ipsos extéderetur, vt tradunt Bald. *in l. 1. C. de vxor. mil.* Felin. *in cap. 2. n. 2. de for. comp.* Et ideò priuilegium audiendi Missam in Ecclesia tempore interdicti comprehendit Comitantes Dominum, tanquam personas accessorias, & quasi pro vna, & eadem persona cum ipso computatas, vt obseruat etiam Suar. *lib. 8. de legib. cap. 28. num. 14.* Ac proinde hæc non est extensio priuilegij, sed comprehensio. At seruæ, pedissæque, famulique comitantes non sunt de familia, neque sunt in officio, seu seruitio necessario ad decentiam respectu Dominorum, quando audiunt Missam in priuato Oratorio.

Per clausulam autem illam apponi in concessione 107
celebrandi in priuato Oratorio: *volumus autem, quod familiares, seruitijs non necessarij, ibidem Missæ interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minimè liberi censeantur*: excluduntur ij tantùm, qui licèt essent commensales, & de familia, non tamen essent in actuali seruitio Domini. Quia eodem modo debet sumi necessitas, quando consideratur in famulis respectu seruitij, ac quando consideratur in seruitio respectu Domini, itaut eo pacto, quo seruitium est necessarium respectu Domini, eo pacto sint etiam necessarij familiares respectu seruitij. Seruitium autem non est absolutè necessarium respectu Domini, sed tantùm conueniens, & vtile, habita ratione status, & conditionis ipsius. Ac proinde ij quoque familiares dicuntur necessarii pro seruitio Domini, qui erunt conuenientes, & vtiles, habita ratione conditionis, & status ipsius. Accedit etiam, quod necessitas & vtilitas in iure æquiparantur, *cap. in causis de re iudic. & cap. post translationem de ren.* & annotant Innoc. *in cap. cum omnes de const.* Abb. *in cap. vt super de reb. Eccles. non alien.* Bald. *in rubr. C. qui bon. ced. pos.* Ideòque, eo ipso, quod aliquis familiaris est vtilis seruitio Domini, habebitur etiam pro necessario, & consequenter non erit spectandum præcisè ipsum seruitium, sed seruitium commodum, & conueniens statui, ac dignitati personæ priuilegiatæ.

Prædictaque clausula accipienda est de familiaribus 108
necessariis, tam pro seruitio personali, quàm pro seruitio communi domus, atque adeò nemo excluditur ex iis, qui sunt in aliquo actuali seruitio, concernente domum priuilegiati. Quia exclusio illorum, qui non sunt necessarii seruitiis priuilegiati, non conuenit iis, qui quocumque modo sunt necessarii. Siquidem, vt dicantur necessarii seruitiis, priuilegiati, sufficit, si quocumque modo illud seruitium, quod exhibent, redundet in seruitium priuilegiati. Omnia autem seruitia redundant in ipsius seruitium, & ideò potest de ipsis verificari, quod non sunt necessarii seruitiis, quia negatiua destruit totam affirmationem *l. 9. §. 1. ff. si quis cau. Iud. sist. & cap. ad nostram de probat.* Doctores cum Glossa *in l. Iurisgentium §. Sed si fraudandi ff. de pact.*

Audientes verò Missam in priuato Oratorio, nisi sint 109
ex priuilegiatis, non satisfaciunt præcepto audiendi. Hoc conuincitur ex prædicta clausula: *volumus &c.* Tum quia præceptum audiendi Missam obligat ad interueniendum Sacrificio, quod Deo offertur secundum ritum institutum ab Ecclesia, & exigentiam sacrificii. Igitur obligat ad interueniendum sacrificio in loco publico, & ad ipsum publico modo offerendum, quatenus singuli præsentes concurrunt ad oblationem. Tum quia secundùm ritum Ecclesiæ hoc sacrificium est dumtaxat offerendum in locis publicis ad id deputatis, vt constat ex decreto Concilii Tridentini *de seru. & vit. in celebr. miss. sess. 22.* ac etiam ex iure *veteri cap. tabernaculum de consecr. d. 1.* Et ideò præceptum obligans ad interueniendum sacrificio, obligat ad interueniendum in loco publico; Quia obligat ad interueniendum vbi secundùm ritum Ecclesiæ offertur. Tum quia cum sacrificium sit publicum, pertinens ad omnes, & contineat

publi-

publicum cultum Dei, exigit offerri in publico loco, & Ecclesia obligans ad interueniendum Sacrificio, obligat ad deferendum Deo hunc cultum, ideòque ad deferendum publico modo; quia obligatio accipitur secundùm subiectam materiam: vnde Pontifices concedentes priuilegium satisfaciendi huic præcepto in priuato Oratorio, supponunt adesse obligationem audiendi Missam in Ecclesia, à qua volunt esse liberi, qui audiunt in priuato Oratorio, & non comprehenduntur sub priuilegio. Quare præceptum audiendi Missam non solùm est de interueniendo Sacrificio, sed etiam de deferendo cultum Deo publico modo, ac declarandi hoc pacto professionem Religionis Christianæ. Quare si quis non posset adire Ecclesiam diebus festis de præcepto, vt Missæ interueniret, non teneretur audire in priuato Oratorio, si posset audire, & non esset ex priuilegiatis. Nam audiendo non impleret præceptum, cum obliget ad audiendam in loco publico. Præceptum autem non obligat ad id, per quod adimpleri non potest. Hinc peccaret, qui induceret non priuilegiatum ad audiendam Missam in aliquo priuato Oratorio, quando vrget præceptum audiendi, nisi bona fide excusaretur.

109 Habens autem Bullam Cruciatæ minimè satisfacit præcepto audiendi Missam in priuato Oratorio. Quia Bulla non concedit absolutè celebrare, aut celebrare facere in priuato Oratorio, sed tantùm ijs, qui ad id facultatem habuerint ab Episcopo, & Commissario, atque adeò limitat concessionem quoad eos, qui de re concessa licentiam habuerint ab Episcopo, & Commissario, qua seclusa, priuilegium non habet vsum expeditum, cum sit concessum dependenter ab eorum licentia. Et ideò non poterit quisque habens Bullam audire Missam in priuato Oratorio, & satisfacere præcepto. Et quia huiusmodi priuilegium conceditur tantùm pro Oratorio proprio priuilegiati, vt declarant illa verba concessionis: *In sua, ac familiarium, & domesticorum, & consanguineorum præsentia*, quæ supponunt, quod Oratorium sit erectum ad vsum priuatum familiæ. Et ideò, quod concessio sit facta tantùm pro huiusmodi Oratorio, habetur pro expresso, cum ab expresso deducatur iuxta *l. Cum quod ff. si cert. pet. & l. Prætor ait* §. 1. *ff. de nou. opin. nunc.* vbi Gloss. *v. expressum* Menoch. *de arb. cas.* 276. *num.* 2. Et quia si vnicuique habenti Bullam Cruciatæ concederetur posse audire Missam in priuato Oratorio, & satisfacere præcepto, cùm ferè omnes illam habeant, etiam homines infimæ conditionis, sequeretur, quod publicus cultus Dei per sacrificium ferè destrueretur, quia possent ferè omnes in priuatis locis audire Missam, & pauci ad Ecclesiam ad publicè assistendum sacrificio accederent: Vndè hic sensus priuilegii non est accipiendus, cum non sit verisimilis, sed sumenda est ea interpretatio, quæ verisimilis sit, vt docent Bald. *cons.* 343. *lib.* 1. Crauett. *cons.* 33. *num.* 32. & Menoch. *loc. cit. cas.* 199. *num.* 10. Quia præsumitur semper, quod Pontifices in sua dispositione rationabiliter processerit, atque adeò pro eorum mente indaganda, attendenda est verisimilitudo rationis.

110 Habens priuilegium priuati Oratorii in ordine ad celebrationem, ita ut audiendo Missam in priuato Oratorio satisfaciat præcepto, tenetur illam ibi audire, si aliàs impeditus sit, ne possit adire Ecclesiam. Ita etiam Nugn. 3. *p.* q. 83. *ar.* 6. *dub.* 3. Quod intelligitur, dummodò possit sine graui incommodo ibi audire. Vndè si adeò ægrotaret, vt non posset accedere ad Oratorium, aut non posset attendere ad celebrationem, excusaretur. Quia præceptum audiendi Missam obligat omnes illos, qui possunt audire, neque excusantur, nisi impotentes, aut impediti. Qui autem habet priuilegium, vt possit satisfacere præcepto audiendi in priuato Oratorio, non est impotens, neque impeditus, vt per se constat; atque adeò præceptum superueniens, cum non reperiat impotentem, aut impeditum, ipsum afficiet. Et quia, quando priuilegium datur ad facilitandam obseruantiam præcepti, detrahendo partem obligationis, tunc priuilegiatus remanet obligatus ad seruandum præceptum secundùm illam moderationem, quæ inducta est per præceptum: vndè si Pontifex concederet alicui, quod comedendo carnes, & in reliquo seruando formam ieiunii, satisfaceret præcepto, teneretur ieiunare, aut comedendo cibos consuetos ieiunii, aut comedendo carnes, si non posset vti cibis consuetis ieiunij. Quia tale indultum detrahit de obligatione ieiunii, nempè qualitatem ciborum, & relinquit obligationem vnius comestionis. Priuilegium autem satisfaciendi præcepto audiendi Missam in priuato Oratorio, est datum ad facilitandam adimpletionem præcepti, cum detrahat partem obligationis, & ideò remanet obligatio, quamuis non possit adimpleri, quæ sublata est per priuilegium. Quare si quis vteretur priuilegio priuati Oratorij diebus non festis, aut quando potest adire Ecclesiam, & nollet postea vti diebus festis, quando non potest adire Ecclesiam, multò minùs excusaretur, vt aduertit Nugnus loco allegato. Nam ostenderet quamdam irrationabilem subtractionem à præcepti executione, & quamdam auersionem ad obediendum Ecclesiæ, dum ab vsu priuilegij abstineret, à quo non abstineret, quando rationabiliter posset abstinere. Hinc quoque habens priuilegium satisfaciendi præcepto audiendi Missam in priuato Oratorio, quando non potest adire Ecclesiam, tenetur prouideri de sacerdote, qui coram ipso celebret in priuato Oratorio, nisi valdè difficile sit reperire. Nam dum acceptauit priuilegium, moderans obligationem audiendi Missam, tacitè se obligauit ad ipsum adimplendum secundùm talem moderationem, & consequenter etiam ad media necessaria pro adimplendo. Qui enim se obligat ad finem, se obligat etiam ad media necessaria pro assecutione finis. Oppositum sentit Suarez *disp.* 88. *de Euch. sect.* 6. *ver. Secundum caput.* Sed ex opposito principio, quod non teneatur vti priuilegio; supposito tamen, quod teneatur audire Missam, venit in consequentiam, quod teneatur sibi prouidere de celebrante.

111 An autem priuatum Oratorium gaudeat immunitate, tradidi *tom.* 1. & cum communi Doctorum sententia firmaui, non gaudere. Quia in ipsis non habet locum illud motiuum, propter quod est introducta immunitas, quoad Ecclesias, & alia loca, quæ ipsa gaudent. Motiuum enim introducendi immunitatem fuit reuerentia debita locis sacris, aut Religiosis iuxta ea, quæ notant Glos. *in cap. Inter alia de immun. Eccles.* ibique Abb. *num.* 4. & Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 3. In Oratoriis autem priuatis non habet locum huiusmodi motiuum, quia non sunt loca Sacra, nec perpetuò Diuino cultui dicata. Neque sunt loca religiosa, sed merè profana, quia ad libitum Domini conuerti possunt ad vsum profanum.

112 Hinc luxurians in priuato Oratorio non committit sacrilegium, vt per Sanch. *lib.* 9. *de matr. disp.* 15. *num.* 39. Leand. *de Sacram. tr.* 5. *disp.* 8. §. 4. q. 25. Quia ad constituendum sacrilegium requiritur specialis ratio malitiæ, ac deformitatis, quæ consistit in violatione rei sacræ per irreuerentiam iuxta ea, quæ tradunt communiter Theologi cum D. Thoma 2. 2. q. 99. *art.* 1. & 2. *in corp.* Cùm ergo oratoria priuata non sint loca sacra, non sunt capacia violationis per irreuerentiam. Atque adeò non faciunt, quod peccata, quæ in ipsis committuntur, inducant rationem sacrilegij: Vndè neque etiam sunt capacia pollutionis. Neque etiam alia peccata, quæ in his Oratorijs committi possunt, inducunt rationem sacrilegij, sicut inducerent, si committerentur in Ecclesia. Cùm enim locus de se non sit aptus refundere specialem malitiam, in nullam rationem refundet. Ideò enim Ecclesia refundunt etiam in actiones, quæ aliàs de se licitæ sunt, vt si Iudex comprehendi iubeat reum in Ecclesia; quæ actio, quamuis de se licita, fit sacrilegium ob iniuriam illatam loco sacro. Quia cum sint deputatæ ad cultum Dei, sortiuntur qualitatem finis, sicut sortiuntur media, & fiunt quoddam diuinum, vt docet D. Thomas loco citato, *art.* 1. *in corp.* Ac proinde debetur ipsis specialis reuerentia, quæ refertur in Deum: vnde quod fit contra exigentiam huius reuerentiæ, habet specialem rationem deformitatis, quæ constituit sacrilegium. Quæ non habet locum in priuatis Oratoriis, cùm non permanenter ad Diuinum cultum sint dedicata, sed tantùm temporaneè.

Per

113 Per priuilegium Bullæ Cruciatæ conceditur dumtaxat integra hora in anticipanda celebratione respectu horæ consuetæ, & integra hora in postponenda. Ita Nau. *in Bull.Cruc.* & Palaus *p.4.op.mor. tr.25.pun.6. num.*10. qui tamen non rectè infert, quod Missa inchoari posset duabus horis cum dimidia ante ortum Solis. Quia Aurorannon durat per horam,& dimidiam ante Solis ortum. Ratio autem est, quia termini, intra quos de iure licet celebrare Missam sunt ab Aurora vsque ad meridiem, vt constat etiam ex Rubricis. Priuilegium autem Cruciatæ excipit hos terminos, & addit horam vnam ante, dum concedit quod per horam, antequam illucescat, liceat celebrare. Quando autem incipit Aurora, incipit illucescere, & aliam horam addit post meridiem.

114 In Oratorio priuato non possunt acquiri indulgentiæ, quæ conceduntur in Bulla Cruciatæ, illam habentibus, nempè indulgentiæ stationum Almæ Vrbis Romæ tam intra, quàm extra muros pro ijs diebus, quibus ibidem conceduntur. Nam Bulla Cruciatæ absolutè non concedit Indulgentias prædictas visitantibus vnam Ecclesiam, seu altare, sed absolutè requirit, quod visitentur quinque Ecclesiæ, seu Altaria, & solùm indulgeat, quod si ibi non adsint quinque Ecclesiæ, siue Altaria, quinquies visitetur eadem Ecclesia, siue Altare. Si igitur ibi adsint quinque Ecclesiæ, siue Altaria, erit necessarium illas visitare, nec poterit acquiri indulgentia in priuato Oratorio. Quia concessio visitandi vnam Ecclesiam, siue Altare quinquies est ex præsuppositione, quod non adsint quinque Ecclesiæ, siue Altaria. Et ideò si cessat præsuppositum, cessat etiam dispositum, atque concessio, *cap. si Papa de priuil. in 6. & Clemen. si summus de sent. excomm.* & tradunt Glos. *in l. mancipia de seru. fugit.* vbi Doctores, ac Rota coram Merlino *decis.* 584. *num.*6. Præsuppositum enim inducit conditionem, sub qua subsequens dispositio habet locum, ac proinde præsuppositiuè loquens, conditionaliter loquitur, vt tradunt Dec. *cons.*644. *num.* 15. Menoch. *cons.*175. *num.*2. Et ideò, nisi locum habeat conditio præsuppositi, non habet locum præsuppositiuè dispositum. Quia intrat regula, quod actus conditionalis non valeat, nisi existente conditione, *l. si quis sub conditione ff. si quis omiss. cau. & l. cadere diem ff. de verb. signif. & l. Ex facto ff. de hered. instit.*

115 Quod si locum habeat præsuppositam, ita, vt non adsint quinque Ecclesiæ, aut Altaria, quæ visitari possint, ac proinde subintret dispositio visitandi quinquies eandem Ecclesiam, siue Altare, neque adhuc potest visitari priuatum Oratorium. Quia quinque Ecclesiæ, siue Altaria, quæ iniunguntur visitanda sunt Ecclesiæ publicæ, & publica Altaria, cum in priuato Oratorio sit vnicum tantùm Altare. Vna autem Ecclesia, siue Altare quinquies visitandum, surrogantur quinque Ecclesijs, siue Altaribus, & ideò debent esse eiusdem qualitatis cum ijs, in quorum locum surrogantur *l. si eum §. Qui iniuriarum ff. si quis caus. & l. si donata §.1. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Rota coram Ludouis. *decis.*463. *num.*3. & ideò, si Ecclesia, & Altaria sint publica, surrogatio quoque vnius Ecclesiæ, siue Altaris accipi debet de publicis. Præsertim quia quod surrogatur in locum alterius, comprehenditur sub eadem dispositione, & dicitur idem cum ipso *§. Si igitur defunctus, vers. vnde consequens, aut l. de hered. ab intest. ven.* Bald. *in l. Per diuersas num.* 21. *C. mandati.* Rota coram Merlino *decis.* 445. *num.* 2.

116 Si verò habens Bullam Cruciatæ reperiatur in aliquo loco, vbi nulla sit Ecclesia, atque adeò nec publicum Altare, in tali casu ex coniecturata mente Summi Pontificis probabile est, quod possint in priuato Oratorio huiusmodi indulgentiæ acquiri. Est enim verisimile, quod nolit Summus Pontifex in defectu Ecclesiæ, ac publici Altaris indulgentias reddi impossibiles quoad acquisitionem. Quod ex eo colligitur, quod substituit vnicam tantùm Ecclesiam, seu Altare quinquies visitandum, si non adsint quinque: vndè quia verisimile est, quod Summus Pontifex de hoc interrogatur, ita responderet, ideò habetur pro disposito iuxta ea, quæ tradunt Castr. *in auth. nisi rogati num.* 3. Corn. *cons.* 253. *num.*6. & Rota coram Ludouis. *decis.*301. *num.*9.

117 Priuilegium denique Bullæ Cruciatæ circa Oratoria priuata fuisse sublatum per Concilium Tridentinum, & præfatum decretum Sacræ Congregationis iussu Pauli V. emanatum certum omninò est. Atque ita in hac specie, teste Fagnano loco mox citando, declarauit Sacra Congregatio Concilii sub die 14. Nouembris 1648. ad preces Archiepiscopi Calaritani per hæc verba: *An priuilegium Bullæ Cruciatæ pro huiusmodi Oratorijs, & Altaribus, ac missarum celebratione in dicta Diœcesi possit suffragari? Item an quatenus dictæ Capellæ sub decreto Sacri Concilij, necnon dicto decreto Pauli V. & literarum prohibitione comprehendantur, & Bulla Cruciatæ non suffragetur, liceat Archiepiscopo contra Sacerdotes tam seculares, quàm Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum procedere, & quibus pœnis illos punire?* Sacra Congregatio respondit: *Priuilegium Bullæ Cruciatæ non suffragari. Idem licere Archiepiscopo contra Sacerdotes tam seculares, quàm Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes post edictum Archiepiscopi publicatum procedere etiam ad pœnas censurarum.* Ratio desumitur tum ex eodem Concilio Tridentino, in quo iniungitur Episcopis, ne patiantur in priuatis Oratorijs celebrari, & in fine decreti reuocat priuilegia. Si autem sub hac reuocatione non contineretur etiam priuilegium Bullæ Cruciatæ, non possent Episcopi exequi, quod ipsis à Concilio iniungitur, quia semper obstaret huiusmodi priuilegium. Tum ex præfato decreto Sacræ Congregationis sub Paulo V. quæ declarauit licentias omnes celebrandi in priuatis Oratoriis concessas post Concilium Tridentinum, præterquam à Summo Pontifice, esse nullas, & vt tales declarandas esse. Ergo comprehendit etiam licentias concessas virtute Bullæ Cruciatæ. Quia licèt sint concessæ per facultatem communicatam à Summo Pontifice, non sunt tamen concessæ ab ipso Summo Pontifice. Neque obstat Bullæ prorogatio post Tridentinum, & decretum Pauli V. quia prorogatio non addit de nouo, sed solùm extendit ad vlterius tempus, vt dixit Rota coram Seraphino *decis.* 583. *num.*2. *in fine*, & coram Merlin. *decis.* 553. *num.* 11. & coram Ludouis. *decis.*522. *num.* 17. Videndus Fagnanus *in cap. auctoritate de consib. à num.*10.

118 Porrò differentia inter Oratorium, & Ecclesiam secundùm Innoc. *in d. cap. auctoritate*, & alios Canonistas, ibi: illa est, quod Ecclesia dicitur, vbi statuta est certa dos pro Sacerdote, & Clericis ibi deseruientibus, & pro alijs Ecclesiæ necessitatibus, *can. nemo de consecr. d.*1. *& cap. sicut de consecr. Eccles. vel altar.* Oratorium verò dicitur, quod non est dotatum, neque est ædificatum ad Missam celebrandam, sed tantummodò ad orandum *can. vnicuique de consecr. d.* 1. *& auth. vt nullus fabr. orat. dom.* §.1. Vndè in huiusmodi Oratoriis non possunt teneri, aut pulsari campanæ, *cap. parentibus de priuil.* Nec gaudent immunitate Ecclesiæ, vt supra, traditque Fagnan. *in cap. Ecclesiis de immun. Eccles.* de Oratoriis tum priuatis, tum publicis, & quomodò ab Ecclesiis secernantur, plenè *in can. vnicuique, & Can. Clericos, & Can. si quis de consecr. d.*1. Panorm. *in cap. fin. de consib. & in d. cap. Parentibus de priuil.* Frid. de Sen. *cons.*130. Dec. *cons.*148. & Fagnan. *loc. cit.* & nos alibi fusè de materia Oratorium tum publicorum, tum priuatorum.

CONSVLTATIO XCIX.

De potestate Episcoporum circa irregularitatum, & suspensionum dispensationes, & crimnum absolutiones, deque eis variæ sententiæ proferuntur, reijciuntur, explicanturque. Vbi quando impedimentum dicatur occultum ad hoc, vt Confessoribus in vim decreti Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de reform. & Breuium Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ pro dispensationibus matrimonialibus in gradibus prohibitis, & super irregularitate, cum in ijs apponatur clausula: Dummodò impedimentum inde proueniens sit occultum. Vel dummodò præmissa occulta sint? Vera sententia de his omnibus adducitur, atque defenditur.

1 IN Sacro Concilio Tridentino loc. cit. ita decernitur. *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicarijs, sit permissum.*

2 Prima opinio est eorum, qui existimant occultum accipi, prout distinguitur contra notorium. Ij sunt præ cæteris, Azor. 1. *p. lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 9. Molin. *de iust. & iur. tr.* 3. *disp.* 79. *num.* 6. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 38. *num.* 11. *& lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 55. *& lib.* 2. *moral. cap.* 11. *num.* 19. Barbos. *de potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 39. *num.* 24. Granad. 2. 2. *contr.* 1. *tr.* 15. *disp.* 14. *sect.* 2. *num.* 6. Portell. *in addit. ad dub. regul. v. dispensare n.* 9. & Fagund. *de præcept. Eccles. tr.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 32. vbi expressè ait, quod si hæresis quinque, vel sex personis nota sit, & si hæreticus quinque, vel sex complices habeat, adhuc occulta dicetur, & ab illa Episcopus absoluere poterit, subditque, quod etsi in magna Ciuitate nota sit septem, vel octo personis, adhuc publica non dicatur, Nauar. *in Sum. cap.* 27. *num.* 250. Suar. *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 2. *& tom.* 5. *de censur. disp.* 41. *sect.* 3. *num.* 6. Rodriq. *in Bulla Cruc.* §. 9. *num.* 129. *& in Summ. tom.* 1. *cap.* 164. *num.* 3. *& tom.* 1. *qu. regul. q.* 24. *art.* 11. Lopez *in instruct. p.* 2. *agens de clauibus cap.* 8. Maiol. *lib.* 5. *de irreg. cap.* 51. *num.* 4. Viuald. *p.* 2. *vbi agit de irreg. num.* 315. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 21. *& lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 12. Anton. Roch. *de visit. v. occultis*, Auil. *de censur. p.* 2. *cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 11. *concl.* 2. *& p.* 7. *disp.* 10. *dub.* 6. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 89. *num.* 5. Victorell. *ibi*, Zerol. *in prax. p.* 2. *v. irregularitas* §. 1. Genuen. *in prax. cap.* 56. *num.* 2. Vega *in Sum. p.* 1. *cap.* 49. *cas.* 16. Sorb. *in comp. mendic. in resol. in mater. absol.* Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 8. *de susp. cap.* 3. *vers.* 2. Zacch. *de casib. reseru. cas. vlt. num.* 1. *& de irreg. cas.* 1. *circa fin.* Vgolin. *de potest. Episc. cap.* 57. *num.* 5. Reginald. *in pr. lib.* 3. *tr.* 2. *num.* 30. Bonacin. *de censur. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. *num.* 1. Ricc. *in prax. for. Eccles. resol.* 450. Comitol. *lib.* 6. *resp. moral. q.* 44. *num.* 2. Qui omnes aiunt, quod ita intelligendum sit decretum Concilii Tridentini superiùs relatum de casibus, ac delictis occultis, à quibus Episcopi possunt absoluere, atque ita, si delictum sciatur ab aliquibus, modo non sciatur à maiori parte viciniæ, parochiæ, vel Collegii, in quo saltem sint decem personæ, neque sit in iudicio deductum, occultum dici debeat, sicque possit Episcopus ab illo absoluere, ac dispensare. Ratio, quam adducunt, ea est. Quia si nomine delicti occulti, delictum, quod in iudicio probari posset, intelligeretur, inutiliter expostulasset Concilium, ad forum contentiosum esse deductum, cum tunc sufficiens esset, posse deduci.

Idque etiam pro his Auctoribus facere videtur; quia omne, quod non est publicum, potest dici occultum. Publicum autem definitur esse, quod patet omnibus secundùm Bartol. *in l.* 1. §. *consequens num.* 1. *ff. de suspect. tut.* & ita oportet esse notorium, de quo nos alibi. Item pro his allegari potest Abbas *in cap. fin. num.* 3. *de temp. ordinat.* vbi ex eo textu elicit regulam, vt omne delictum, quantumcumque graue, excepto homicidio intelligatur occultum, prout distinguitur contra notorium, probabile tamen ad effectum, vt potest peractam pœnitentiam, non impediat ad ordines ascendere, & in susceptis ministrare, & *in cap. quæsitum num.* 4. *de pœnit. & remiss.* vbi similiter ex illo textu colligit, occultum dici, quod est aliquibus notum, & accipit occultum pro specie distinctum à notorio, & loquitur ad effectum, vt Sacerdotibus græcis, ex quorum incuria paruuli in cunis suffocati reperiuntur, non imponatur pœnitentia publica, si id occultum sit. 3

Hæc prima sententia est apertè falsa. Quia si occultum acciperetur, prout distinguitur contra notorium, omne famosum, vel manifestum diceretur occultum. Nam omne famosum, & manifestum distinguitur contra notorium, vt probatur *in cap. de hoc de simon.* & notant Calder. *in cap. vestra num.* 36. *de cohab. Cler. & mul.* ibique Cardin. *num.* 19. Vndè secundùm supradictam sententiam Pœnitentiariæ Apostolicæ, atque Episcopis liceret dispensare in omnibus impedimentis, & irregularitatibus, non habentibus operis euidentiam, vtcumque aliàs essent famosa, & manifesta. Quod absurdum est affirmare, tum propter scandalum publicum, vt notat Glos. *in cap.* 2. *verb. non valebit de apostat.* tum quia pro crimine famoso, & non notorio Sacerdotibus indicitur canonica purgatio, etsi in purgatione defecerint, sunt deponendi per Text. *in d. cap. de hoc de simon. in can. presbyter si à plebe, & in can. omnibus* 2. *q.* 5. *& in cap. cum dilectus de purg. canon.* Tum quia absonum videtur, vt hæc vox occultum exponatur, idest famosum, & manifestum. Nam etsi aliquando occultum accipiatur pro penè occulto, vel probabili, nullibi tamen in iure tantum repetitur, vt famosum, & manifestum dicatur occultum, *can. consuluisti* 2. *q.* 5. *cap. inter corporalia de translat.* 4

Neque Abbas in locis supracitatis habet hunc sensum. Quamuis enim dicat, occultum accipi, prout distinguitur contra notorium, tamen pro occulto non intelligit famosum, vel manifestum, sed probabile tantùm, quod idem est, ac penè occultum, vt illius verba demonstrant *in d. cap. fin. num.* 3. ibi *probabile tamen.* quod etiam conuincitur ex eo, quia ibi loquitur ad effectum, vt criminosus occultus possit promoueri. At certum est, infamatum promoueri non posse, nisi se purgauerit, vt *in d. cap. de hoc de sim.* cum aliis supracitatis. 5

Secunda sententia est eorum, qui putant, occultum accipi, prout contra distinguitur à publico, & intelligunt esse publicum, quod est notum in Ciuitate, vel Parochia, seu vicinia, aut maiori parte ipsius, dummodò ibi decem saltem personæ inueniantur. Et in hac sententia est in terminis literatum Sacræ Pœnitentiariæ Nauar. *in Manual. d. cap.* 27. *n.* 254. *& n. seq.* vbi ait occultum esse, quod non est publicum, publicum autem quod non est notorium, manifestum, vel famosum, & infra, affirmat ad hoc non requiri, vt sit notum Prouinciæ, Ciuitati, vel Parochiæ, sed sufficere, quod sit notum maiori parti ipsius, modò ibi sint saltem decem homines. Eum sequitur Sanchez *de matr. d. lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 55. *& d. lib.* 2. *disp.* 37. *n.* 11. & in terminis Sacri Concilij Tridentini firmat idem Nauar. *ibidem*, Henriquez *in sum. lib.* 14. *de irregul. cap.* 20. *num.* 4. Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 3. *num.* 6. Azor. *instit. moral. lib.* 8. *tit.* 1. *cap.* 10. *q.* 9. Rodriq. *loc. alleg.* Molin. *dicta disp.* 79. *num.* 8. & alij apud Barbos. *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 39. *num.* 21. *&* 24. Mouentur, quia ratio, cur detur facultas dispensandi in occultis, & in aliis denegetur, est, vt obuietur scandalo publico, iuxtà *cap. nihil de præscript.* cui satis obuiatur, non dispensando in 6

ooto

notorijs manifestis secundùm Nauarrum, & alios præallegatos.

7 Sed hæc sententia in effectu accipit occultum, prout distinguitur à manifesto, vel famoso; nam ad manifestum inducendum duo copulatiuè requirantur. Alterum, vt sit notum toti viciniæ, vel maiori parti ipsius. Alterum vt non sint ibi pauciores, quam decem homines. Quæ duo etiam requiruntur ad inducendum notorium secundùm Abb. *in d. cap. vestra num. 16. de cohab. Cler. & mul.* vndè secundùm hanc sententiam, si in Parochia essent, verbi gratia mille Parochiani, & factum esset notum quadringentis, vel quingentis, non est manifestum, vel famosum, quia non esset notum maiori parti Parochiæ, prout necessariò requiritur ad constituendum manifestum, vel famosum, vt dictum est. In Parochia enim, vbi sunt mille Parochiani, quadringenti, vel quingenti non constituunt maiorem partem, sed dimidiam, vel infra, vt palam est, & consequenter casus diceretur occultus, cum secundùm hanc sententiam dicatur occultum omne, quod non est manifestum, vel famosum, & maior Pœnitentiarius ex suis facultatibus, & Episcopi ex supradicto decreto Sacri Concilij Tridentini, possint super eo dispensare. Quod tamen nemo auderet asserere.

8 Nec puto præallegatos Auctores habuisse hunc sensum. Tum quia fundantur in ratione scandali, & negari non potest, quin tot hominum clamor sufficiat ad scandalum suscitandum *cap. qualiter de accusat.* Io. & Vincent. *in cap. Inquisitionis eodem tit.* ab Archid. *in can. vnio n. 7. 10. q. 3.* relati. Nam delicti manifestatio dispensationem prohibet propter scandalum, vt inquit Glos. *in cap. 2. v. non valebit*, ibique Host. *num. 5. de apostat.* Tum quia præcitati Auctores ponderant ad excludendum occultum sufficere, vt factum sit probabile per aliquot testes, secundùm ea, quæ de penè occulto ait Alber. *in diction. ver. occultum*, inquiens, penè occultum est singularis, ac priuata insinuatio ex scientia, & certo auctore proueniens, & dicitur, quod & paucos, vel difficulter probari potest, puta per duos, vel tres, aut quinque. Nam secretum dicitur, quod fit in præsentia quinque personarum, antequam iudicialiter sit discussum, *vt §. hac ergo secreta*, & ibi Glos. post *can. quis aliquando de pœnit. d. 1.* & ideò donec clarè fiat, ab Ecclesia toleratur *vt in d. cap. vestra de cohab. Cler. & mul.* & obseruant Specul. *in tit. de notor. crim. §. penè occultus num. 1.* Hostien. *in d. cap. vestra n. 15.* ibique Calderin. *num. 35.* Abb. *num. 11.* & alij, & nos alias: vnde hæc sententia dum dicit occultum esse omne, quod non est notum toti viciniæ, vel maiori parti ipsius, videtur temperanda, dummodò personæ, quibus factum est notum, sint infra decem. Nam si essent decem, vel plures, factum nullatenus posset dici occultum, cum decem homines faciant plebem, seu Populum, & sufficiant ad infamandum Presbyterum, itaut ei sit purgatio indicenda, *vt d. can. vnio* cum Glos. *v. mancipia 10. q. 3. iuncto can. Presbyter si à Plebe, & can. omnibus 2. q. 5.* Item decem homines faciunt Parochiam, & testimonium vnius Parochiæ facit crimen notorium, vt ex Specul. *loc. cit. num. 6.*

9 Tertia sententia est illorum, qui accipiunt occultum pro penè occulto, ac probabili ad differentiam illius occulti, quod probari non potest, vel ex sui natura, vel ex accidenti secundùm ea, quæ tradit Nauar. *d. cap. 27. num. 255.* Quare secundùm hoc dicitur impedimentum, vel crimen occultum, licèt aliquibus sit notum, puta quatuor, vel quinque iuxta *d. §. hac ergo secreta de pœnit. d. 1.* & hanc tertiam sententiam seruat Sacra Pœnitentiaria, eique in terminis Breuium ipsius Sacræ Pœnitentiariæ videtur adhęrere Garz. plurimos citans *de benef. p. 2. cap. 11. num. 45.* probarique potest, tum quia cum factum paucis est notum, non militat ratio scandali, propter quam denegatur dispensandi facultas, vt aiunt Glos. & Hostien. *in d. cap. 2. de apostat.* Tum quia non est de occultis essentia, vt suapte natura, vel ex accidenti non sit probabile. Quia hoc esset contra *d. §. hac ergo secreta*, quatenus probat, dici occultum, quod factum est in præsentia quinque, & contra *d. cap. 2. de apostat.* quatenus probat ministerium Acolythi iuuantis Presbyterum rebaptizantem, posse occultum esse secundùm Nauarrum loco citato, & tamen ibi, præter Acolythum, adfuerunt saltem duo, scilicet rebaptizans, & rebaptizatus, licèt ille Textus parum faciat. Quia cum illi duo essent socii criminis, per eorum confessionem crimen Acolythi probari non poterat, *cap. 1. de confes. cap. veniens de testibus l. quoniam*, ibique Bald. *num. 2. C. eodem.* Tum quia secundùm Nauarrum vbi supra penè occultum videtur esse species occulti, quod videtur probari *in d. cap. vestra de cohab. Cler. & mul.* dum dicit occultum, quod ab Ecclesia toleratur, & Glos. vnica *in can. manifesta 2. q. 1.* similiter ait, quandoque occultum dici, quod potest probari, & quod quinque sciunt. Tum quia nulla ferè irregularitas contrahitur sine facto, sua natura probabili, & paucæ sunt, quarum facto aliquo modo probari non possit.

Quod autem pertinet ad Sacrum Concilium Tridentinum *d. cap. 6. sess. 24.* hæc sententia probari potest, quia Sancta Synodus à regula dispensandi in occultis excipit duos tantùm casus, videlicet homicidium voluntarium, & deducta ad forum contentiosum. Ergo in alijs occultis, quæ probari possunt firmat regulam in contrarium ad *l. nam quod liquide §. fin. ff. de pen. leg. cum similibus.* 10

In duobus tamen casibus manifestum est, hunc Sacræ Pœnitentiariæ stylum seruari non posse. Primus est in dispensationibus, quæ conceduntur omnibus, qui per adulterium se carnaliter cognouerunt, & vt matrimonium inter se contrahere possent, in mariti oratricis mortem cum effectu machinati fuerint. Apponitur enim in literis clausula infrascripta: *Dummodo omnino occultum sit, quod vterque oratorum in mortem dicti mariti machinatus sit, & planè ignoretur, quod illius mors inde sequuta sit.* Atque ita cum Sacra Pœnitentiaria hoc casu non vtatur termino occulti simpliciter, sed omninò occulti, & cum geminatione illorum verborum, & planè ignoretur, succedit doctrina Hostien. *d. cap. vestra num. 14.* & Io. Andr. *num. 12. de cohab. Cler. & mul.* dicentium, occultum omninò esse, quod nulla ratione probari potest. 11

Secundus casus est in absolutione ab hæresi. Nam in Bulla Vrbani VIII. quæ incipit *Regiminis vniuersalis Ecclesiæ*, edita sub die 28. Septembris 1634. cautum est his verbis: *Et circa absolutionem ab hæresi nihil aliud volumus esse permissum maiori Pœnitentiario, quàm quod à fa. me. Papa Pio V. fuit sibi concessum per eius viuæ vocis oraculum tenoris &c. vt hæretici, qui cum nemine de suis hæresibus loquuti sunt neque aliquem actum anteriorem fecerunt, vnde argui possint Hæretici, quorum denique hæreses nulli prorsus, nisi sibi ipsis notæ sunt, eisque omninò occultæ sunt, si petant absolui, in foro conscientiæ tantum possint eos absoluere absque alia abiuratione coram Ordinario, & Inquisitore facienda. Idem etsi fecissent aliquos actus, ex quibus argui possint hæretici, si tamen huiusmodi adhuc remanent occulti, quia nullus, quantum ipsi sciant, aduertit, licèt sui natura sint noscibiles seu ad notitiam deducibiles &c.* 12

Vltima sententia est eorum, qui accipiunt occultum, prout contradistinguitur à penè occulto, & ex sui natura, vel ex accidenti probari non potest: vndè si impedimentum, vel crimen sit notum duobus, vel tribus testibus, non erit occultum, nec licebit maiori Pœnitentiario, vel Episcopis super eo dispensare. Nititur hæc sententia hoc fundamento. Quia, etsi occulti vocabulum varijs modis accipiatur, & interdum idem importet, quod penè occultum, ac probabile, quandoque verò occultum dicatur omne id, quod non est publicum, aut famosum, manifestum, vel notorium, vt plenè notatur per Alber. *d. v. occultum*, tamen ex proprietate vocabuli occultum dicitur illud tantùm, quod nulla ratione probari potest, siue id proueniat ex sui natura, vt in mentalibus *can. erubescant 32. d. cap. tua nos de simon.* siue ex accidenti, puta si homicidium fuerit veneno perpetratum, aut paruuli in lecto suffocati, nemine præsente, vt *d. can. consuluisti 2. q. 5. cap. vnic. & Ecclesiastica benef.* Aliæ verò acceptiones omnes occulti 13

sunt

funt impropriè, & abusiuæ, vt declarant Card. *in d. cap. Vestra num.* 18. omnesque Canonistæ. Et propterea quod per Testes probari potest, sed difficulter, non dicitur occultum simpliciter, sed penè occultum, vt *in d. cap. Vestra*, notant Hostien. *num.* 15. Io. Andr. *num.* 12. Calder. *num.* 35. Henric. Boic. *num.* 5. Butr. *num.* 30. Cardin. *num.* 18. Anchar. *num.* 14. Abb. *num.* 11. Capistran. *num.* 40. Illa autem dictio *penè* diminuit, secundùm Abbatem *d. num.* 11. & sic penè occultum, & probabile non est simpliciter occultum; quia nihil est propriè tale, quod non est simpliciter tale *l. hoc legatum in fin. ff. de legat.* 3. Et per hunc Textum dixit Bald. *in l. De quibus nu.* 17. *ff. de legib.* cuius dictum refert Castr. *conf.* 292. *num.* 1. *lib.* 1. Et verba secundùm propriam significationem sunt accipienda, *l. non aliter, ff. de legat.* 3. *cap. Ad audentiam de decim.* vt per Gemin. *conf.* 67. *num.* 1. Et propria verbi significatio est, quæ stricta est, non larga *l. labeo, ff. de verb. signif. can. Oratorium, & can. Sequens* 42. *d.* Calderin. *conf.* 7.

14 Nec quidquam facit ponderatio Auctorum tertiæ sententiæ, quod Concilium excipiendo à regula homicidium voluntarium, & crimina ad forum contentiosum deducta, firmet regulam in contrarium in aliis occultis, quæ probari possunt. Etenim hæc ratiocinatio non procedit, quia regula Concilij non est in occultis, quæ probari possunt, sed in occultis simpliciter: Vndè in his occultis simpliciter per exceptionem firmatur regula in oppositum, & non in occultis, quæ probari possunt, & quæ non dicuntur occulta, vt sæpiùs dictum est.

15 Neque dicatur exceptionem Concilii, *nisi sint deducta ad forum contentiosum*, loqui de occultis, quæ probari possunt. Ergo & regula; quia exceptio declarat regulam de materia exceptionis esse intelligendam, vt notat Bald. *conf.* 401. *num.* 2. *lib.* 5. Nam respondetur, immò illam exceptionem generaliter loqui etiam de occultis, quæ probari nequeunt. Potest enim contingere, vt delictum sit simpliciter occultum, & improbabile, veluti si vnus tantum Testis ad fuerit, & tamen potest esse deductum ad forum contentiosum, puta si is, qui interfecit, vel alius, qui ab eo audiuit, homicidam accusauerit: Vndè hoc casu delictum erat occultum, & poterat super eos Pœnitentiaria, & Episcopus dispensare; secùs verò posteàquam in iudicio fuit deductum. Nec obstat Textus *in can. vlt. in fin.* 15. *quæst.* 5. ibi: *Ante probationem accusationis illata neminem à communione suspendas; quia non statim qui accusatur, reus est, sed qui conuincitur criminosus.* Nam respondetur hoc procedere ad effectum puniendi, non autem ad effectum impediendi dispensationem, de qua Concilium loquitur; quia ad hoc sola accusatio, vel inquisitio sufficit sine alia probatione.

16 Hanc vltimam sententiam in terminis Concilii Tridentini amplectuntur Gutierez *quæst. can. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 27. Angles *in flor. p.* 1. *quæst.* 4. *ar.* 5. *diff.* 6. Rodriq. *in addit. ad Bullam Cruc.* §. 9. *num.* 69. Graff. *p.* 2. *conf. tit. de homic. conf.* 2. *num.* 2. *& in dec. aur. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 45. Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 11. *num.* 46. Armend. *in addit. ad recopil. leg.* Nauarrus *lib.* 1. *tit.* 18. *leg.* 3. *de irreg. in declar.* 1. *num.* 25. Et saltem quod pertinet ad *d. cap.* 6. *sess.* 24. ab hac sententia nullatenus est recedendum. Tum quia validioribus rationibus est fulcita. Tum qoia eam sæpiùs probauit Sac. Congregatio eiusdem Concilii interpres, cuius declarationes non sunt simpliciter doctrinales, seù probabiles, sed necessariæ, & habentes legis auctoritatem, vt latissimè probat Fagnan. *in cap. Quoniam de constit.* Nam cum fuerit quæsitum: *an delictum coram vno, aut duobus Testibus dicatur occultum, adeò vt Episcopus cum delinquente possit dispensare in foro conscientiæ iuxta d. cap.* 6.

17 Sacra Congregatio primùm censuit, *hoc pendere ex dispositione iuris communis*. Sed posteà cum dubitatum fuerit, *an absolutus, & dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus Testibus, quod tamen non fuit notorium, esset tutus in conscientia?* Respondit, *non esse tutum, quia Concilium vtitur termino occulti, quod propriè loquendo, est illud, quod probari non potest*, *Abb. in cap. Vestra de cohab. Cler. & mul. At per duos Testes probari potest, & verba Concilij debent accipi secundùm proprietatem.* Et aliàs censuit, *quod non est notorium, posse dici occultum, secundùm quod opponitur notorio, non tamen cap.* 6. *sess.* 24. *esse restringendum ad hanc acceptionem.* Et iterum cum Episcopus Ciuitatis Castelli petijsset declarari, *an ex cap.* 6. *sess.* 24. *potest absoluere in foro conscientia delinquentes in Bullam Pij V. contra Bannitos, & Gregorij XIII. contra extrahentes frumenta?* Sac. Congregatio censuit. *Referendum Sanctissimo*, qui dixit vix posse considerari casum occultum in ista materia, ideò scribendum Episcopo, vt istos casus remittat ad Sedem Apostolicam.

Si verò delictum, aliàs occultum, deductum quidem sit ad forum contentiosum, non tamen probatum, sed reus absolutus, posse Episcopum dispensare, quia adhuc manet occultum, cum non fuerit deductum cum effectu, ex quo non fuit probatum, grauissimi Doctores Salmaticenses tenuerunt, vt per Graff. *lib.* 1. *dec. aur. d. cap.* 13. Garz. *de benef. p.* 7. *d. cap.* 11. *num* 48. *& seqq.* Rodriquez *in Sum. p.* 1. *cap.* 67. *num.* 4. Henriq. *lib.* 14. *cap.* 17. *num.* 2. *in Glos. lit. H.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.* 11, *cap.* 23. *num.* 144. Alter. *tom.* 2. *de cens. disp.* 8. *de susp. cap.* 3. Molin. *de iust. disp.* 79. *num.* 8. vbi subdit, quod ante absolutionem non possit, quamuis crimen deductum, non sit probatum, Viuald. *de Excomm. num.* 42. Vega *in Sum. p.* 2. *cap.* 15. *cas.* 3. Sà *verb. Episcopus num.* 34. Suarez *tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 6. Sayrus *de censur. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 23. *& lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 12. Bonacin. *eodem tract. disp.* 1. *quæst.* 3. *pun.* 2. *num.* 2. *& disp.* 7. *quæst.* 1. *pun.* 1. *num.* 4. Estque ex mente Sacræ Congregationis Concilii, vt mox patebit, & satis probatur, quia sequuta absolutione, iam cessat ratio scandali, propter quam prohibita est dispensatio iuxtà Gloss. *in d. cap.* 2. *v. Non valebit de apostat.* & consequenter cessare debet ipsa prohibitio, *cap. & si Christus* §. *Quadam cum Gloss. v. cessante causa de iureiur.* Et quia Sacrum Concilium Tridentinum vult, quod possit absolui is, qui est in delicto occulto. Sed qui fuit accusatus in foro externo, & de talj delicto fuit absolutus, dicitur esse in delicto occulto. Ergo vigore dicti decreti Concilii Tridentini, poterit delinquens absolui, ac dispensari. 18

Quod verum esse, etiamsi reus iniquis probationibus, & falsis Testibus se defenderit, quia semper procedit eadem ratio, quod scilicet delictum maneat occultum, & ad forum contentiosum deductum non sit cum effectu, docent Auil. *de censur. p.* 2. *cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 11. *concl.* 3. *& p.* 7. *disp.* 10. *dub.* 6. Henriq. *lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 4. Viuald. *p.* 2. *de excom. num.* 42. Genuen. *in pr. cap.* 56. *num.* 5. *&* 6. Suar. *d. disp.* 41. *sect.* 3. *num.* 6. *& seqq.* Campanil. *rubr.* 7. *cap.* 5. *num.* 8. *& rubr.* 11. *num.* 10. *cap.* 23. *num.* 144. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 37. *num.* 12. *& lib.* 8. *disp.* 34. *n.* 57. *& lib.* 2. *moral. cap.* 11. *num.* 21. & Sayr. *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 12. Sà *d. num.* 34. Idemque dicendum esse, si iudicium non fuerit sententia finitum, eo quod accusator per annum destiterit quia taciturnitas accusatoris per tantum temporis spatium arguit defectum probationis, & æquiualet absolutioni, Sayr. *loc. cit.* Maiol. *de irreg. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 9. & Campanil. *vbi supra num.* 144. vbi etiam citat *Glos. in cap. tantis* 81. *dist. v. obrepsit, & in cap. Omnipotens de accusat.* 19

Id, quod sine difficultate procedit, si inquisitus fuerit absolutus diffinitiuè, tanquam repertus innocens, & non culpabilis; quod fieri solet, quando testes fuerunt conuicti, aut condemnati de falso, vt seruatur in Tribunali Sanctissimæ Generalis Inquisitionis, vel quando aliàs constat, delictum non fuisse commissum, puta quia viuit ille, de cuius homicidio aliquis imputatur, vel quid simile. Nam verbum innocentiæ denotat omnimodam immunitatem, & carentiam criminis, ac doli, *l. absentem ff. de pœn.* & notat Bald. *in l. si quis adulterij num.* 3. *C. ad leg. Iul. de adult.* 20

Sed quid si absolutus fuerit à processu ex hactenus deductis, vel ab obseruatione iudicij, seu tanquam non repertus culpabilis, neque de iure punibilis, vel stantibus rebus, prout stant, prout seruari in Hispania testatur Couat. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. in Gallia Igneus *in* 21

*repet.§.non alias post num.*180. & Rebuff. *in proem. const. Franciæ glos.*1.*num.*118. & Mediolani Iul. Clar. *in prax. crim.§.fin.q.*57.*& q.*62. Et fieri solet, quando reus purgauit indicia per torturam. Tunc enim est absoluendus non diffinitiuè, sed ab obseruatione iudicii secundùm Bartol. *in l.fin.* §. *Qui sine num.*1.*ff. de quæst.* Petr. de Bellapert. & Salyc. *in d. l. si quis adulterij C. de adult.* Alex.*in l.Vaius§. reus ff.de quæstion.*Et seruatur de consuetudine, vt post alios attestatur Clar. *d. q.*62.& nos alibi.

22 Pro negatiua adduci potest, quod etsi reus fuit aliquo modo absolutus, tamen cum id non contigerit ex eo, quod verè delictum non commiserit, sed quia illud probari non potuit, vel purgauit indicia per torturam, negari non potest, quin eius fama remaneat aliquo modo grauata apud homines, sicut dicitur de cessione bonorum, quæ licèt infamiam non eroget, sigillat tamen statum cadentis, quantum ad infamiam facti, vt inquit Barbos. *in cap. Odoardus num.*7. *de solut.* & ante eum Hostien. *in cap.quidam num.*6. *de renunc.*

23 Sed tamen hoc casu delictum censeri occultum, ac licere Episcopo dispensare, videtur sensisse Sacra Congregatio Concilij, vt infra, & tenent communiter recentiores, inter quos Auil. *d.cap.*7.*disp.*1.*dub.*11.*concl.*3. Sayr. Suarez, & alii, quos sequitur Sanchez *loc. cit.* & Campanilis, vbi supra. Hoc autem certum est, quod si reus non fuerit absolutus, sed relaxatus sub fideiussione de se repræsentando, tunc non licere Episcopo dispensare. Nam, etsi talis relaxatio quodammodò habeat vim tacitæ absolutionis ab obseruatione iudicii, & in eius locum successerit iuxtà praxim, quam seruari testatur Boss. *in tit.de sent. num.*6. & Clar. *d.§.fin. q.*46. negari tamen non potest, quin delictum sit deductum ad forum contentiosum, neque adhuc iudicio, finitum: Vndè intrat exceptio, de qua *in d.cap.*6. *sess.*24. Et hanc sententiam aliàs probauit Sacta Congregatio eiusdem Concilij interpres. Nam, proposito dubio, *an illi, qui occasione delictorum fuerũt inquisiti, sed quia nõ potuerunt delicta probari, non fuerũt quidem diffinitiuè, vel alio modo absoluti, sed simpliciter dimissi, recepta promissione de se repræsentando, possint vti beneficio, cap.*6. *sess.*24. Sacra Congregatio censuit, *non posse. Quia scriptura est deducta ad forum contentiosum, sicque sufficit sola deductio, quidquid inde sequatur.*

24 Rursus certum est, delictum adhuc manere occultum, si Clericus fuerit condemnatus à iudice seculari, licèt ex huiusmodi sententia suborta fuerit contra eum fama perpetrati delicti ex ijs, quæ leguntur, & notantur *in cap. at si Clerici de iudic.* & aliàs censuit Sacra Congregatio. Nam Presbyter Sarsinatensis in contumaciam à iudice laico condemnatus, vti particeps cuiusdam homicidij, cuius verè ipse innocens erat, obtinuit à Sacra Congregatione Concilij declarationem, ex hac sententia nullam se infamiæ notam, aut irregularitatem contraxisse. Sed quoniam Ordinarius sub prætextu, quod in sua Diœcesi esset publica vox, & fama, ipsum fuisse complicem dicti delicti, illum non admisit ad celebrandum, petiit declarari, se non esse irregularem, etiam ex prætensa fama, quæ si modò extat, certè duxit originem vel à dicta sententia, vel à fratribus eorum, qui ob dictum homicidium fuere ad triremes transmissi. *Die* 21. *Maij* 1613. *S. Congregatio censuit, Oratorem, nullam hac de causa irregularitatem contraxisse, ideòque significandum Episcopo, vt illum, nisi aliud obstiterit, administrandum admittat in susceptis ordinibus.*

25 In casu autem, in quo delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & in eo punitum, an possit Episcopus absoluere, & in impedimento inde prouenienti dispensare, affirmat Reginald. *lib.* 30. *tr.* 2. *num.* 29. Auila *de censur.p.*2. *dub.*7.*& p.*7. *disp.*10.*dub.*7. Henriq. *lib.*4.*de irreg.cap.*7. *num.*5. & Sanch. *lib.*2. *moral. cap.* 11. *num.*21. Quia, inquiunt, in hoc casu finis Concilii reseruantis cessare videtur, cùm reseruasse videatur delicta publica, & ad forum contentiosum deducta, ne absolutione Episcopi impediretur processus iudicialis, semel inchoatus, & satisfactio publica pro dictis criminibus publicis. Atqui in iudicio finito, & satisfactione publica exhibita, cessare videtur hic finis.

26 Sed nos negamus cum Suarez *de censur. disp.*41.*sect.* 2.*num.*5. Gutier. *can. quæst. lib.*1. *cap.* 3. Rodriq. *tom.* 1.*sum.cap.*168. Garz. *d.p.*7. *cap.*11.*num.*50. Bonac. *de censur. disp.*5.*q.*3. *punct.*2. *num.*2. *& disp* 7.*q.*5.*punct.*1. *num.*5. Tum quia Concilium excipit delicta deducta ad forum contentiosum. Igitur sola deductio sufficiens erit, quod Episcopus non possit vigore illius decreti absoluere, nec dispensare: Vndè Toletus *lib.*1. *cap.* 89.*num.*5. rectè subdit, quod si post absolutionem; vel dispensationem, delictum deducatur ad forum contentiosum, absolutio, & dispensatio facta prosit solùm in foro interiori, non autem in exteriori. Tum quia per sententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium, vt est Textus *in d.cap. vestra de cohab. Cler. & mul.* ibi: *notorium dicitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur*, & *in cap. fin. eodem tit.* ibi: *Nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam*. Ergo ridiculum est, vt post sententiam remaneat occultum, *cap. de hoc de simon.* & tum quia si in delictis deductis ad forum contentiosum, quando adhuc incertum est, an inquisitus sit culpabilis, nec ne, non licet Episcopo dispensare, longè minus licebit, quando per sententiam condemnatoriam certum, & notorium est reum esse culpabilem. Hoc enim casu multò magis ex dispensatione scandalum suscitatur, iuxta Glossam sæpiùs allegatam *in d.cap.*2.*de apostat.*

Quid autem si crimen sit notum complicibus tantùm, 27
numquid adhuc dicatur occultum adeò, vt non liceat in vim Concilij Tridentini, & literarum S. Pœnitentiatiæ dispensare? Videtur respondendum adhuc censeri occultum. Nam propriè occultum dicitur, quod probari non potest, vt ostendimus supra. At per complices non potest probari, quia regulariter socij criminis in criminalibus recipi non possunt, neque, eis receptis, creditur, *l. Quoniam* ibi: *Si socij, & participes criminis non dicantur*, vbi Salyc. *num.*3. *C. de testib. cap. personas* ibi: *morbo consimili laborantes de testib. & cap. veniens* 2.ibi: *Eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine non sit credendum eodem tit. cap.* 1. *de confes.* ibi: *De reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda*. Et per hæc iura generaliter firmarunt Specul. *tit.de testib.§.*1. *num.*37. Marsil. *in l.si fortè num.*15. *&* 16. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Bald. *cons.* 95. *lib.* 1. Boer. alios citans *decis.* 319. *in princ.* alijque passim. Quod locum habet etiamsi socii criminis sint duo, vel plures contra eamdem personam deponentes, quia nihilominùs non probant, Bald. *in d. l. Quoniam num.*2. Nam, vt ipse ait, si ex quatuor, qui in rixa interuenerunt, tres volunt deponere, quod ille alter fuit culpabilis, non creditur ipsis de se confessis in alium. Allegat Text. *in l. fin.C. de accus.* Anchar. *cons.*246. Felin. plura cumulans *in cap. testimonium in* 2. *notab. de testib.* Natt. *cons.*298. *num.*9. *&* 10. *vol.*2. reddens rationem, cur socii criminis, etiamsi sint numero plures, & contestes, tamen non probent; quia vbicunque Testis laborat eo defectu, qui non diminuat de eius fide, sed ex toto reddat eum inhabilem, vt est in hoc casu, quia socius criminis inhabilitatur à iure ad testimonium perhibendum, vt in præcitatis iuribus; tunc numerus non tollit inhabilitatem, nec supplet probationem. Quia quod nihil est, supplementum non recipit, *l. sed si manente ff. de precar.* & ex pluribus imperfectis in sua specie non potest vnum perfectum resultare *l.* 1. *C. qui num. tutel. se excus.* Grammat. *cons.*21. *post numerum* 10. vbi post Andr. de Isern. concludit, si plures sint confitentes de nominato, horum tamen depositiones non valebant tanti, quanti dictum vnius testis. Idemque repetit *cons.*61.*post num.*1. *& cons.*35. *num.*35. *& decis.*28.*num.* 17. Boss. *tit. de inquis.num.*51.

Quinimmò id vẽdicat sibi locum etiam in criminibus 28
exceptis, puta hæresis, læsæ maiestatis, & similibus. Nam etsi in his socij criminis admittantur in Testes, vt ex *cap.in fidei fauorem de heret. lib.*6. *& can.nemini* 15. *q.*3. tamen sic admissi probationem non faciunt, Marsil. *in pract.§.diligenter n.*68. Boer. *decis.*319.*n.*4. Blanc. *de indic. ad l.fin.n.*384.*ff. de quæstion.* Cũ itaque occultum propriè sit, quod probari non potest, & per socios criminis, etiamsi

multi

multi sint, delictum non possit probari, necessariò sequitur, vt super eo liceat dispensare, tanquam in occulto, si ad forum contentiosum non sit deductum. Et in hanc sententiam videtur respondisse Sacra Congregatio Concilij, vt in decisione Presbyteri Sarsiuatensis superiùs relata. Immò si duo sint consortes eiusdem delicti, & vnus tantùm ex ipsis deferatur in iudicium, alter absolui, & dispensari potest. Quia ipsius delictum, quatenus ab ipso processit, ad iudicium delatum non est, Nauar. *lib. 2. cons. tit. de sent. & re iudic. cons. 2.* & Sanchez *vbi supra num. 21.*

29 At quid si delictum sit publicum in vno loco, & petatur absolutio in alio loco, vbi non est publicum, neque timetur publicandum, an possit in hoc loco Episcopus absoluere, ac dispensare? Aliqui, vt Auila *de censur. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. concl. 3.* & Sanchez *lib. 2. moral. cap. 11. num. 20.* affirmant. Contrarium docet Suarez *de pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 2.* Quod tenendum est. Quia sine dubio delictum illud est publicum, cum ad hanc denominationem sufficiat in vno loco publicari. Concilium autem excludit à facultate absoluendi, & dispensandi delicta publica. Et quia vt delictum sit deductum ad forum contentiosum, sicque non possit absolui, neque dispensari, sufficit, quod in vno loco sit deductum, ac proinde vt delictum sit publicum, sicque non possit similiter absolui, neque dispensari, sufficit etiam, quod in vno loco sit publicum.

30 Ad hoc autem, vt liceat Episcopo dispensare, non sufficit, vt actus, ex quo incurritur irregularitas, sit materialiter publicus, sed oportet, vt sit publicus formaliter, in quantum est delictum, idest, vt publicè sciatur illum esse delictum *arg. l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. act.* & tradunt Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 3. n. 13.* Sà *d. v. Episcopus n. 35.* Ricc. *in prax. resol. 450. n. 3.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 7. cas. 3. n. 3.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 20. n. 4.* Rodriq. *in sum. p. 1. cap. 176. n. 3.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 13. §. 7. n. 4.* Zerol. *in prax. Episc. p. 1. cap. 1. rubr. de dispensat. n. 56.* Bonac. *de censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. n. 4.* Zecb. *de casib. Episc. reser. cas. vlt. n. 1.* Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 1 q. 8. art. 14. concl. 2.* Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 34. n. 56.* & Nauar. *in Manual. d. cap. 27. n. 255. & 241. & cons. 2. de Cler. non ordin. ministr.* quidquid de hoc dubitet eius Additionator, siue Scholiastes.

31 Quare si occultè excommunicatus publicè celebrauerit, licet Episcopo dispensare in vim *d. cap. 6. sess. 24.* Quia licèt actus celebrationis sit publicus, non tamen publica est illius malitia, vt per Nauarrum vbi supra, vbi refert ita diffinitum fuisse in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ, licet, quod pertinet *ad d. cap. 6.* Secus sit in casu conuerso. Et ita aliàs declarauit Sacra Congregatio Concilij, vt in subiecta declaratione. *An vigore cap. 6. sess. 24. de ref. possit Episcopus absoluere ab irregularitate, prouenìente à delicto, quod licèt publicum in se, tamen, tanquam causa irregularitatis, occultum censeri potest, quia licet actus publicus sit delictum, publicè tamen nescitur esse delictum?* Die 9. Septembris 1582. *Sacra Congregatio censuit, quando delictum, ex quo prouenit irregularitas, est publicum, quamuis actus ille, quo interueniente irregularitas incurritur, occultus sit; Episcopum dispensare non posse, veluti si Sacerdos publicè excommunicatus, vel notoriè simoniacus occultè missam celebrauerit, quod si delictum occultum est, vt puta excommunicatio, vel fornicatio, actus verè missam celebrandi, ex quo irregularitas incurritur, publicus, posse nihilominus Episcopum ab omni irregularitate absoluere ex d. cap. 6.*

32 Porrò Episcopi illarum Regionum, in quibus Sacrum Concilium Tridentinum adhuc receptum non est, non possunt vti hac facultate concessa in hoc decreto, cum par non sit acceptare gratias, & repellere onera, Garz. *d. p. 7. cap. 11. n. 13.* Suar. *de censur. disp. 41. num. 6.* & Sanch. *loc. alleg.* Neque Prælati Regularium, atque alij Abbates iurisdictionem habentes quasi Episcopalem, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, sed tantùm Episcopi, atque adeò nec Capitulum quidem, Sede vacante; Quia in capitulum non transeunt ea, quæ Episcopo competunt iure speciali, vt per Innoc. *in cap. in cunctis de elect. n. 7.* Abb. *in cap. verum de for. comp. n. 9.* Et quotiescumque facultas conceditur Episcopo, tanquam delegato Sedis Apostolicæ, quamuis talis facultas concedatur, officio, vel dignitati, ac in perpetuum, est facultas delegata, Glos. *in cap. ad abolendam de haeret.* ibique Abb. *n. 2.* aliique Canonistæ, ideòque non transit in Capitulum Sede vacante, Abb. *loco citato.* Quod est contra Rodriquez, Henriquez, Saytum, & alios, quos sequitur Barbosa. *de offic. Episcop. p. 3. alleg. 39. num. 16.* Et quoad Prælatos regulares, Abbates, & alios est contra Auilam, Sanchez, Bonacinam, Riccium, pluresque alios, quos item sequitur Barbosa *d. alleg. 39. num. 17.* & *in remis. ad hunc locum Concilij.* Debentque esse Episcopi electi, & confirmati; quia ante confirmationem iurisdictionem non habent; non tamen necessariò debent esse consecrati. Quinimò neque necessariò Sacerdotes, vt possint ab excommunicatione reseruata absoluere, quia impendere non debent absolutionem Sacramentalem, vt per Gutier. *de matrim. cap. 49. num. 16.* Sanch. *in eodem tract. lib. 8. disp. 2. n. 11. & lib. 2. moral. cap. 11. n. 3.* aliosque communiter.

Sed an Cardinales, qui habent titulos Ecclesiarum Vrbis, possint in suis Ecclesiis Titularibus, & in earum subditis vti illis facultatibus, quæ à Concilio Tridentino tributæ sunt Episcopis in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus, & speciatim illis, quæ comprehenduntur hoc decreto? Cum hoc tempore Gregorij XIII. discussum fuisset, Pontifex dixit nihil ex ijs, quæ Episcopis concessa sunt à Concilio, competere Cardinalibus in suis titulis, quia licèt habeant quasi Episcopalem iurisdictionem, ibi tamen verè, ac propriè Episcopi non sunt. Quod dictum interpretata est Sacra Congregatio, approbante Pontifice quoad facultates concessas Episcopis à Concilio, de qua re Fagnan. *in cap. Dilectus num. 27. de temp. ordin. & in cap. ne pro dilatione num. 42. de pœnit. & remis.* Vndè extra illas salua manebit iurisdictio Cardinalium in suis titulis, prout Doctores illas attribuunt *in cap. his, quæ de maior. & obed.* ibique Fagnan. *num. 16.* & Io. Monach. *in cap. 1. eod. tit.* 33

Et quamuis liceat Episcopo in irregularitatibus omnibus dispensare, non tamen inde ipsi licebit dispensare super retentione beneficiorum, ac fructuum perceptorum ab ijs, qui prædicta beneficia in irregularitate, & aliàs canonicè obtinuerunt, cum in casibus, in quibus irregulares indigent dispensatione pro retentione beneficiorum, ac fructuum perceptorum, oporteat eos adire Sedem Apostolicam. Poterit quidem Episcopus absoluere ex hoc decreto, ac dispensare super irregularitate, seu ad ordines rehabilitare quoad suspensionis tam ab ordinibus, quàm beneficiis ex simonia occulta, non tamen dispensare quoad beneficia, quibus priuatus quis existat, neque ad beneficia obtinenda rehabilitare. 34

Quæritur tamen, an stante Constitutione Pii II. quæ incipit *Cum ex Sacrorum*, & stante hoc decreto, possit Episcopus absoluere à suspensione, ac dispensare ab irregularitate eum, qui ante legitimam ætatem se fecit promoueri, & sic promotus celebrauerit, præsupposito, quod defectus ætatis sit occultus? Ex Sacra Congregatione dicendum est, si is Clericus peruenit iam ad ætatem legitimam, posse Episcopum cum illo dispensare tam super irregularitate, quàm super suspensione, ex delicto occulto tamen proueniente, quia fecit promoueri in ætate non legitima. Si verò nondum ad legitimam ætatem peruenit Clericus, Episcopum non posse, sed petendam absolutionem, & dispensationem à Sede Apostolica. 35

An verò possit Episcopus dispensare in irregularitate proueniente ex mutilatione membri in casibus occultis ex hoc decreto, in quo cum excipiatur ea irregularitas, quæ prouenit ex homicidio voluntario, videtur excepta irregularitas, quæ prouenit ex mutilatione membri, quæ illi æquiparatur *Glos. in Clem. 1. de homicid.* Quia æquiparatio homicidij, & mutilationis, ibi fit quoad incurrendam irregularitatem. Quæstio autem est quoad facultatem dispensandi super ea: & licèt Summa Angelica *v. irregularitas 5. num. 3.* videatur sentire idem etiam quoad dispensationem, tamen Glossa in Clementina citata loquitur tantùm quoad ipsam irregularitatem, & ita quoque Hermanus sentit. 36

repet. §. *non alias post num.* 180. & Rebuff. *in proem. const. Franciæ glos.* 1. *num.* 118. & Mediolani Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. q.* 57. *&* *q.* 6x. Et fieri solet, quando reus purgauit indicia per torturam. Tunc enim est absoluendus non diffinitiuè, sed ab obseruatione iudicij secundùm Bartol. *in l. fin. §. Qui siue num.* 1. *ff. de quæst.* Petr. de Bellapert. & Salyc. *in d. l. si quis adulterij C. de adult.* Alex. *in l. Vnius §. reus ff. de quæstion.* Et seruatur de consuetudine, vt post alios attestatur Clar. *d. q.* 62. & nos alibi.

22 Pro negatiua adduci potest, quod etsi reus fuit aliquo modo absolutus, tamen cum id non contigerit ex eo, quod verè delictum non commiserit, sed quia illud probari non potuit, vel purgauit indicia per torturam, negari non potest, quin eius fama remaneat aliquo modo grauata apud homines, sicut dicitur de cessione bonorum, quæ licèt infamiam non eroget, sigillat tamen statum cadentis, quantum ad infamiam facti, vt inquit Barbos. *in cap. Odoardus num.* 7. *de solut.* & ante eum Hostien. *in cap. quidam num.* 6. *de renunc.*

23 Sed tamen hoc casu delictum censeri occultum, ac licere Episcopo dispensare, videtur sensisse Sacra Congregatio Concilij, vt infra, & tenent communiter recentiores, inter quos Auil. *d. cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 11. *concl.* 3. Sayr. Suarez, & alii, quos sequitur Sanchez *loc. cit.* & Campanilis, vbi supra. Hoc autem certum est, quod si reus non fuerit absolutus, sed relaxatus sub fideiussione de se repræsentando, tunc non licere Episcopo dispensare. Nam, etsi talis relaxatio quodammodò habeat vim tacitæ absolutionis ab obseruatione iudicii, & in eius locum successerit iuxtà praxim, quam seruari testatur Boss. *in tit. de sent. num.* 6. & Clar. *d. §. fin. q.* 46. negari tamen non potest, quin delictum sit deductum ad forum contentiosum, neque adhuc iudicio, finitum: Vndè intrat exceptio, de qua *in d. cap.* 6. *sess.* 24. Et hanc sententiam aliàs probauit Sacra Congregatio eiusdem Concilij interpres. Nam, proposito dubio, *an illi, qui occasione delictorum fuerũt inquisiti, sed quia nõ potuerunt delicta probari, non fuerũt quidem diffinitiue, vel alio modo absoluti, sed simpliciter dimissi, recepta promissione de se repræsentando, possint vti beneficio, cap.* 6. *sess.* 24. Sacra Congregatio censuit, *non posse. Quia scriptura est deducta ad forum contentiosum, sicque sufficit sola deductio, quidquid inde sequatur.*

24 Rursos certum est, delictum adhuc manere occultum, si Clericus fuerit condemnatus à iudice seculari, licèt ex huiusmodi sententia suborta fuerit contra eum fama perpetrati delicti ex ijs, quæ leguntur, & notantur *in cap. at si Clerici de iudic.* & aliàs censuit Sacra Congregatio. Nam Presbyter Sarsinatensis in contumaciam à iudice laico condemnatus, vti particeps cuiusdam homicidij, cuius verè ipse innocens erat, obtinuit à Sacra Congregatione Concilij declarationem, ex hac sententia nullam se infamiæ notam, aut irregularitatem contraxisse. Sed quoniam Ordinarius sub prætextu, quod in sua Diœcesi esset publica vox, & fama, ipsum fuisse complicem dicti delicti, illum non admisit ad celebrandum, petiit declarari, se non esse irregularem, etiam ex prætensa fama, quæ si modò extat, certè duxit originem vel à dicta sententia, vel à fratribus eorum, qui ob dictum homicidium fuere ad triremes transmissi. *Die* 21. *Maij* 1613. *S. Congregatio censuit, Oratorem, nullam hac de causa irregularitatem contraxisse, ideòque significandum Episcopo, vt illum, nisi aliud obstiterit, administrandum admittat in susceptis ordinibus.*

25 In casu autem, in quo delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & in eo punitum, an possit Episcopus absoluere, & in impedimento inde prouenienti dispensare, affirmat Reginald. *lib.* 30. *tr.* 2. *num.* 29. Auila *de censur. p.* 2. *dub.* 7. *&* *p.* 7. *disp.* 10. *dub.* 7. Henriq. *lib.* 4. *de irreg. cap.* 7. *num.* 5. & Sanch. *lib.* 2. *moral. cap.* 11. *num.* 21. Quia, inquiunt, in hoc casu finis Concilii reseruantis cessare videtur, cùm reseruasse videatur delicta publica, & ad forum contentiosum deducta, ne absolutione Episcopi impediretur processus iudicialis, semel inchoatus, & satisfactio publica pro dictis criminibus publicis. Atqui in iudicio finito, & satisfactione publica exhibita, cessare videtur hic finis.

26 Sed nos negamus cum Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 5. Gutier. *can. quæst. lib.* 1. *cap.* 3. Rodriq. *tom.* 1. *sum. cap.* 168. Garz. *d. p.* 7. *cap.* 11. *num.* 50. Bonac. *de censur. disp.* 5. *q.* 3. *punct.* 2. *num.* 2. *&* *disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 1. *num.* 5. Tum quia Concilium excipit delicta deducta ad forum contentiosum. Igitur sola deductio sufficiens erit, quod Episcopus non possit vigore illius decreti absoluere, nec dispensare: Vndè Toletus *lib.* 1. *cap.* 89. *num.* 5. rectè subdit, quod si post absolutionem; vel dispensationem, delictum deducatur ad forum contentiosum, absolutio, & dispensatio facta prosit solùm in foro interiori, non autem in exteriori. Tum quia per sententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium, vt est Textus *in d. cap. vestra de cohab. Cler. & mul.* ibi: *notorium dicitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur,* & *in cap. fin. eodem tit.* ibi: *Nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam.* Ergo ridiculum est, vt post sententiam remaneat occultum, *cap. de hoc de simon.* & tum quia si in delictis deductis ad forum contentiosum, quando adhuc incertum est, an inquisitus sit culpabilis, nec ne, non licet Episcopo dispensare, longè minus licebit, quando per sententiam condemnatoriam certum, & notorium est reum esse culpabilem. Hoc enim casu multò magis ex dispensatione scandalum suscitatur, iuxta Glossam sæpiùs allegatam *in d. cap.* 2. *de apostat.*

Quid autem si crimen sit notum complicibus tantùm, 27
numquid adhuc dicatur occultum adeò, vt non liceat in vim Concilij Tridentini, & literarum S. Pœnitentiariæ dispensare? Videtur respondendum adhuc censeri occultum. Nam propriè occultum dicitur, quod probari non potest, vt ostendimus supra. At per complices non potest probari, quia regulariter socij criminis in criminalibus recipi non possunt, neque, eis receptis, creditur, *l. Quoniam* ibi: *Si socij, & participes criminis non dicantur,* vbi Salyc. *num.* 3. *C. de testib. cap. personas* ibi: *morbo consimili laborantes de testib. & cap. veniens* 1. ibi: *Eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine non sit credendum eodem tit. cap.* 1. *de confes.* ibi: *De reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda.* Et per hæc iura generaliter firmarunt Specul. *tit. de testib. §.* 1. *num.* 37. Marsil. *in l. si fortè num.* 15. *&* 16. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Bald. *cons.* 95. *lib.* 1. Boer. alios citans *decis.* 319. *in princ.* alijque passim. Quod locum habet etiamsi socii criminis sint duo, vel plures contra eamdem personam deponentes, quia nihilominùs non probant, Bald. *in d. l. Quoniam num.* 2. Nam, vt ipse ait, si ex quatuor, qui in rixa interuenerunt, tres volunt deponere, quod ille alter fuit culpabilis, non creditur ipsis de se confessis in alium. Allegat Text. *in l. fin. C. de accus.* Anchar. *cons.* 246. Felin. plura cumulans *in cap. testimonium in* 2. *notab. de testib.* Natt. *cons.* 298. *num.* 9. *&* 10. *vol.* 2. reddens rationem, cur socii criminis, etiamsi sint numero plures, & contestes, tamen non probent; quia vbicunque Testis laborat eo defectu, qui non diminuat de eius fide, sed ex toto reddat eum inhabilem, vt est in hoc casu, quia socius criminis inhabilitatur à iure ad testimonium perhibendum, vt in præcitatis iuribus; tunc numerus non tollit inhabilitatem, nec supplet probationem. Quia quod nihil est, supplementum non recipit, *l. sed si manente ff. de precar.* & ex pluribus imperfectis in sua specie non potest vnum perfectum resultare *l.* 1. *C. qui mun. tutel. se excus.* Grammar. *cons.* 21. *post numerum* 10. vbi post Andr. de Isern. concludit, si plures sint confitentes de nominato, horum tamen depositiones non valebant tanti, quanti dictum vnius testis. Idemque repetit *cons.* 61. *post num.* 1. *&* *cons.* 35. *num.* 35. *&* *decis.* 28. *num.* 17. Boss. *tit. de inquis. num.* 51.

Quinimmò id vẽdicat sibi locum etiam in criminibus 28
exceptis, puta hæresis, læsæ maiestatis, & similibus. Nam etsi in his socij criminis admittantur in Testes, vt ex *cap. in fidei fauorem de hæret. lib.* 6. *&* *can. nemini* 15. *q.* 3. tamen sic admissi probationem non faciunt, Marsil. *in pract. §. diligenter n.* 68. Boer. *decis.* 319. *n.* 4. Blanc. *de indic. ad l. fin. n.* 384. *ff. de quæstion.* Cũ itaque occultum propriè sit, quod probari non potest, & per socios criminis, etiamsi

multi

multi sint, delictum non possit probari, necessariò sequitur, vt super eo liceat dispensare, tanquam in occulto, si ad forum contentiosum non sit deductum. Et io hanc senteutiam videtur respondisse Sacra Congregatio Coucilij, vt in decisione Presbyteri Sarsinatensis superiùs relata. Immò si duo sint consortes eiusdem delicti, & vnus tantùm ex ipsis deferatur in iudicium, alter absolui, & dispensari potest. Quia ipsius delictum, quatenus ab ipso processit, ad iudicium delatum non est, Nauar. *lib. 2. cons. tit. de sent. & re iudic. cons. 2.* & Sanchez *vbi supra num. 21.*

29 At quid si delictum sit publicum in vno loco, & petatur absolutio in alio loco, vbi non est publicum, neque timetur publicandum, an possit in hoc loco Episcopus absoluere, ac dispensare? Aliqui, vt Auila *de censur. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. concl. 3.* & Sanchez *lib. 2. moral. cap. 11. num. 20.* affirmant. Contrarium docet Suarez *de pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 2.* Quod tenendum est. Quia sine dubio delictum illud est publicum, cum ad haoc denominationem sufficiat in vno loco publicari. Concilium autem excludit à facultate absoluendi, & dispensandi delicta poblica. Et quia vt delictum sit deductum ad forum contentiosum, sicque non possit absolui, neque dispensati, sufficit, quod in vno loco sit deductum, ac proinde vt delictum sit publicum, sicque non possit similiter absolui, neque dispensari, sufficit etiam, quod in voo loco sit publicum.

30 Ad hoc autem, vt liceat Episcopo dispensare, nou sufficit, vt actus, ex quo incurritur irregularitas, sit materialiter publicus, sed oportet, vt sit publicus formaliter, in quantum est delictum, idest, vt publicè sciatur illum esse delictum *arg. l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. act.* & tradunt Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 3. n. 13.* Sà *d. v. Episcopus n. 35.* Ricc. *in prax. resol. 450. n. 3.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 7. cas. 3. n. 3.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 20. n. 4.* Rodriq. *in sum. p. 1. cap. 176. n. 3.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 13. §. 7. n. 4.* Zerol. *in prax. Episc. p. 1. cap. 1. rubr. de dispensat. n. 56.* Bonac. *de censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. n. 4.* Zech. *de cosib. Episc. reser. cas. vlt. n. 1.* Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 1 q. 8. art. 14. concl. 2.* Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 34. n. 56.* & Nauar. *io Manual. d. cap. 27. n. 255. & 241. & cons. 2. de Cler. non ordin. minist.* quidquid de hoc dubitet eius Additionator, siue Scholiastes.

31 Quare si occultè excommunicatus publicè celebrauerit, licet Episcopo dispeusare in vim *d. cap. 6. sess. 24.* Quia licèt actus celebrationis sit publicus, non tamen publica est illius malitia, vt per Nauarrum vbi supra, vbi refert ita diffinitum fuisse io Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ, licet, quod pertinet *ad d. cap. 6.* Secus sit in casu conuerso. Et ita aliàs declarauit Sacra Congregatio Concilij, vt in subiecta declaratione. *An vigore cap. 6. sess. 24. de ref. possit Episcopus absoluere ab irregolaritate, proueniente à delicto, quod licèt publicum in se, tamen, tanquam causa irregularitatis, occultum censeri potest, quia licèt actus publicus sit delictum, publicè tamen nescitur esse delictum?* Die 9. Septembris 1582. *Sacra Congregatio censuit, quando delictum, ex quo prouenit irregularitas, est publicum, quamuis actus ille, quo interueniente irregularitas incurritur, occultus sit; Episcopum dispensare non posse, veluti si Sacerdos publicè excommunicatus, vel notorie simoniacus occultè missam celebrauerit, quod si delictum occultum est, vt puta excommunicatio, vel fornicatio, actus verò missam celebrandi, ex quo irregularicas incurritur, publicus, posse nihilominus Episcopum ab omni irregularicate absoluere ex d. cap. 6.*

32 Portò Episcopi illarum Regionum, in quibus Sacrum Concilium Tridentinum adhuc receptum non est, oon possunt vti hac facultate coocessa in hoc decreto, cum par non sit acceptare gratias, & repellere onera, Garz. *d. p. 7. cap. 11. n. 13.* Suar. *de censur. disp. 41. num. 6.* & Sancb. *loc. alleg.* Neque Prælati Regularium, atque alij Abbates iurisdictionem babentes quasi Episcopalem, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, sed tantùm Episcopi, atque adeò ne Capitulum quidem, Sede vacante; Quia in capitulum nou transeunt ea, quæ Episcopo competunt iure speciali, vt per Innoc. *in cap. in cunctis de elect. n. 7.* Abb. *in cap. verum de for. comp. n. 9.* Et quotiescumque facultas conceditur Episcopo, tanquam delegato Sedis Apostolicæ, quamuis talis facultas concedatur, officio, vel dignitati, ac in perpetuum, est facultas delegata, Glos. *in cap. ad abolendam de haret.* ibique Abb. *n. 2.* aliique Canonistæ, ideòque non transit in Capitulum Sede vacante, Abb. *loco citato.* Quod est contra Rodriquez, Henriquez, Sayrum, & alios, quos seqoitur Barbosa. *de offic. Episcop. p. 3. alleg. 39. num. 16.* Et quoad Prælatos regulares, Abbates, & alios est contra Auilam, Sanchez, Bonacinam, Riccium, pluresque alios, quos item sequitur Barbosa *d. alleg. 39. num. 17.* & *in remis. ad hunc locum Concilij.* Debentque esse Episcopi electi, & confirmati; quia ante confirmationem iurisdictionem non habent; non tamen necessariò debent esse consecrari. Quinimò neque necessariò Sacerdotes, vt possint ab excommunicatione reseruata absoluere, quia impendere non debent absolutionem Sacramentalem, vt per Gutier. *de matrim. cap. 49. num. 16.* Sanch. *in eodem tract. lib. 8. disp. 2. n. 11. & lib. 2. moral. cap. 11. n. 3.* aliosque communiter.

Sed an Cardinales, qui habent titulos Ecclesiarum Vrbis, possint in suis Ecclesiis Titularibus, & in earum subditis vti illis facultatibus, quæ à Concilio Tridentino tributæ sunt Episcopis in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus, & speciatim illis, quæ comprebeuduntur hoc decreto? Cum hoc tempore Gregorij XIII. discussum fuisset, Pontifex dixit nihil ex ijs, quæ Episcopis concessa sunt à Concilio, competere Cardinalibus io suis titulis, qoia licèt habeant quasi Episcopalem iurisdictionem, ibi tamen verè, ac propriè Episcopi non sunt. Quod dictum interpretata est Sacra Congregatio, approbante Pontifice quoad facultates coocessas Episcopis à Concilio, de qua re Fagnan. *in cap. Dilectus num. 27. de temp. ordin. & in cap. ne pro dilatione num. 42. de pœnit. & remis.* Vndè extra illas salua manebit iurisdictio Cardinalium in suis titulis, prout Doctores illas attribuunt *in cap. his, qua de maior. & obed.* ibique Fagnan. *num. 16.* & Io. Monach. *in cap. 1. eod. tit.* 33

Et quamuis liceat Episcopo in irregularitatibus omnibus dispensare, non tamen inde ipsi licebit dispensare super retentione beneficiorum, ac fructuum perceptorum ab ijs, qui prædicta beneficia in irregularitate, & aliàs canonicè obtinuerunt, cum in casibus, io quibus irregulares indigent dispensatione pro retentione beneficiorum, ac fructuum perceptorum, oporteat eos adire Sedem Apostolicam. Poterit quidem Episcopus absoluere ex hoc decreto, ac dispensare super irregularitate, seu ad ordines rehabilitare quoad suspensionis tam ab ordinibus, quàm beneficiis ex simonia occulta, noo tamen dispensare quoad beneficia, quibus priuatus quis existat, neque ad beneficia obtinenda rehabilitare. 34

Quæritur tamen, an stante Constitutione Pii II. quæ incipit *Cum ex Sacrorum*, & stante hoc decreto, possit Episcopus absoluere à sospensione, ac dispensare ab irregularitate eum, qui ante legitimam ætatem se fecit promoueri, & sic promotus celebrauerit, præsupposito, quod defectus ætatis sit occultus? Ex Sacra Congregatione dicendum est, si is Clericus peruenit iam ad ætatem legitimam, posse Episcopum cum illo dispensare tam super irregularitate, quàm super suspensione, ex delicto occulto tamen proueniente, quia fecit promoueri io ætate non legitima. Si verò oondum ad legitimam ætatem peruenit Clericus, Episcopum non posse, sed petendam absolutionem, & dispensationem à Sede Apostolica. 35

An verò possit Episcopus dispensare in irregularitate proueniente ex mutilatione membri in casibus occultis ex hoc decreto, in quo cum excipiatur ea irregularitas, quæ prouenit ex homicidio voluntario, videtur excepta irregularitas, quæ prouenit ex mutilatione membri, quæ illi æquiparatur *Glos. in Clem. 1. de homicid.* Quia æquiparatio homicidij, & mutilationis, ibi fit quoad incurrendam irregularitatem. Quæstio autem est quoad facultatem dispensandi super ea: & licèt Summa Angelica *v. irregularitas 5. num. 3.* videatur seotire idem etiam quoad dispensationem, tameo Glossa in Clementina citata loquitur tantùm quoad ipsam irregularitatem, & ita quoque Hermanus sentit. 36

37 Et in quibuscumque casibus occultis, in quibus, excepta hæresi, de qua nos *tom.1.* cum quoad hæresim derogatum est huic decreto per Bullam Cœnæ Domini, Pium V. & Gregorium XIII. vt per Nauarrum *d. cap. 27. num. 275.* Pegnam *in direct. Inquis. p.3. q.92.* comprehenduntur casus omnes Bullæ Cœnæ Domini ex Sacra Congregatione. Sed num Episcopus per se, vel Pœnitentiarium, aut alium ab eo deputatum vigore huius decreti possit in foro conscientiæ tantùm absoluere, qui ad malum finem fregit clausuram, non obstante Bulla Beati Pij V. quæ videtur locum habere in casu claro, licèt Gregorius XIII. audita Congregatione declarauerit, Bullam Pij V. procedere etiam in occultis, & in omnibus delictis occultis in materia clausuræ per d. Bullam censeri huic decreto derogatum, Sedi Apostolicæ reseruatis. Quod tamen non extenditur ad casus post Concilium Tridentinum ex noua lege Sedi Apostolicæ reseruatos ex sententia Sacræ Congregationis.

38 Cum autem vigore Bullæ Cruciatæ detur facultas confessarijs absoluendi à quibuscumque peccatis, ac censuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & casu quo satisfactio requiratur, possint absoluere, satisfacta parte, & Confessarij Regulares putent vigore dictæ Bullæ sibi facultatem concedi in foro conscientiæ dispensandi in irregularitatibus, ac ita sæpè contingit, aliquos ante ætatem legitimam promoueri, quia postea facilè ab huiusmodi confessarijs in foro conscientiæ datur eis licentia, non obstante huiusmodi irregularitate ad alios ordines ascendendi, id non licere Confessarijs ostenditur bis rationibus. Concilium enim dat huiusmodi facultatem tantùm Episcopis: vndè alijs prohibita censetur; Bulla verò Cruciatæ, dans facultatem absoluendi à peccatis, & censuris, non comprehendit casum irregularitatis. Tum quia irregularitas non est censura. Tum quia dat facultatem absoluendi, non autem dispensandi, & in irregularitate datur dispensatio, vt habetur in hoc decreto Concilij. Bullam tamen Cruciatæ in ijs esse seruandam, in quibus expressè datur facultas.

39 *Delinquentes quoscumque sibi subditos absoluere.* Subditi ergo suffraganeorum in absentia eorumdem non poterunt per Metropolitanum ab irregularitatibus, & suspensionibus dispensari, licèt suffraganei Vicarium ad hoc specialiter non deputauerint iuxta formam huius decreti. Concilium enim tribuit facultatem Episcopis absoluendi subditos in Diœcesi sua, & Archiepiscopus non habet iurisdictionem in eorum subditos, nisi in certis casibus in iure expressis. Estque contra Suarez *tom.4. de pœnit. disp.30. sect.2. num.8. & tom.5. disp.41. sect.2. num.12.* Henriq. *lib.14. cap.18. num.1. Sayr. in clau. reg. lib.6. cap.11. num.79.* Bonac. *de censur. disp.1. q.3. pun.2. num.7.* Auil. *de censur. p.2. cap.7. disp.1. dub.10. concl.3.* Sanch. *lib.2. moral. cap.11. num.6. & lib.4. cap. 38. num 13. & 14.* & Barbos. *p.2. de potest. Episc. alleg. 39. num.19.*

40 *Idque in Diœcesi sua.* Quidam, quos sequitur Sanchez *cit. cap.11. num.17.* Granad. *2.2. contr.1. tr.15. disp.14. sect.2. num.6.* & Barbos. *in remiss. Concil. ad hunc locum*, putant prædicta verba non esse limitatoria facultatis Episcopo concessæ, sed potiùs illius quasi extensiua. Siquidem comprehendunt subditos, qui verè subditi sunt ratione Domicilij, siue sint in Diœcesi, siue extra, & subditos, qui solùm ratione transitus sunt in Diœcesi, atque etiam vagi. Quapropter inquiunt, posse Episcopum virtute huius facultatis absoluere à censuris subditum existentem in aliena Diœcesi, etiamsi ipse Episcopus sit extra Diœcesim, itaut ambo tam subditus, quàm Episcopus sint extra Diœcesim.

41 Probatur, quia requiri non potest, quod Episcopus, ac subditus sint in Diœcesi. Esset enim nimis coarctare priuilegium Concilij. Neque requiri potest, quod Episcopus sit in propria Diœcesi, vt subditum à censuris absoluat. Hæc enim absolutio est voluntariæ iurisdictionis exercitium, quod vbicumque locorum fieri potest circa subditos. Ergo vt intelligeremus hanc iurisdictionem voluntariam limitare voluisse Concilium, verbis clarioribus vti debebat, quemadmodum fecit *sess.6. cap.5. de reform.* cum dixit: *Nulli Episcopo liceat Pontificalia in alterius Diœcesi exercere.* Neque tandem requiri potest, quod subditus sit in propria Diœcesi. Verba enim illa in Diœcesi sua non possunt referri in subditos, aliàs Concilium non diceret *in Diœcesi sua*, sed in Diœcesi ipsorum.

42 At tenendum est, prædicta verba, *in Diœcesi sua*, esse limitatoria facultatis absoluendi Episcopo concessæ, vt docent Suarez *de censur. disp.41. sect.2. num.10.* Henriq. *lib.14. de irreg. cap.20. num.5.* Rodriq. *tom.2. sum. cap. 69. num.1.* & Diana *tr.5. resol.2. in fine.* Quia si potestas absoluendi non limitaretur, vel ad subditos existentes in propria Diœcesi Episcopi, vel ad Episcopum existentem in sua Diœcesi, superflua essent verba *In Diœcesi sua*. Ergo ne sint superflua, ad alterutrum è duobus limitari debent. Quia concessa Episcopo facultate absoluendi à censuris potest absoluere quemcumque subditum, quomodocumque sit subditus vel ratione domicilij, vel ratione habitationis, itaut si sit subditus ratione domicilij, possit absoluere illum vbicumque existentem, quia per hoc non amittit subiectionem.

43 Et licèt Suarez loco citato, & quidem alij dicant, præfata verba limitanda esse ad subditos, quia paci, & recto regimini conuenientius est, si potestas absoluendi limitetur non solùm ad personas, sed etiam ad territoria. Veriùs tamen Henriquez, Rodriquez, & Diana, vbi supra, putant prædicta verba *in Diœcesi sua*, limitanda potius esse ad Episcopos absoluentes, adeout Episcopus extra propriam Diœcesim existens hac facultate sibi concessa vti non possit, sed vt illa vti possit, necessariò debet esse in sua Diœcesi. Quia verba illa, *in Diœcesi sua*, non possunt referri ad subditos. Et ratio congruentiæ magis procedit in Episcopis, quàm in subditis. Magis enim concordia inter Episcopos ostendi potest ex eo, quod quis ipsorum extra propria Diœcesim existens vtatur potestate absoluendi sibi concessa, quàm ex eo, quod existens in propria Diœcesi subditum alibi existentem absoluat.

44 Si quæras, an hoc decretum per hæc verba comprehendat extraneum fungentem Prætoris, vel Medici officio, & commorantem in Ciuitate, vel Diœcesi, itaut tanquam subditus, ex quo ibi Ecclesiastica Sacramenta percipere tenetur, debeat censeri, etiamsi crimen sit extra Diœcesim commissum? Respondeo posse huiusmodi extraneum absoluere tanquam verè subditum. Posse etiam dispensare, quando est materia coniuncta, nempè idem factum in eadem persona concurrens, ex quo peccatum, & irregularitas incurratur ex Doctoribus, nominatim Abb. *in cap. omnis vtriusque num.27. de pœnit. & remiss.* Id, quod relatum Sanctissimo Gregorio XIII. dixit, posse Episcopum absoluere dumtaxat in Sacramento Pœnitentiæ, non autem dispensare. Hocque extenditur etiam in omnibus forensibus commorantibus in Ciuitate, vel Diœcesi eiusdem Episcopi, vbi domum conductam habuerint.

45 Atque hinc respondetur ad fundamentum Sanchez, Granadi, & Barbosæ. Non enim hoc est derogare iuri communi, & exercitio voluntariæ iurisdictionis, quod vbicumque locorum exerceri potest, quemadmodum non est derogare iuri communi, & facultati absoluendi, quod absolutio solùm prosit pro foro conscientiæ. Quia cum Episcopus in his Sedi Apostolicæ reseruatis nullam habeat potestatem, potest Sedes Apostolica in concessione illius conditiones apponere sine iuris communis derogatione. Quibus seruatis facultatem concedit, & quibus omissis denegat. Vna autem ex conditionibus est, vt absolutio detur ab Episcopo existente in sua Diœcesi, quemadmodum est, vt possit solùm pro foro conscientiæ.

46 Cur autem in facultate dispensandi hæ conditiones requisitæ non sint, sed requisitæ sint in facultate absoluendi, respondetur, præcipuam rationem esse voluntatem Pontificis sic concedentis. Finis verò huius voluntatis potuit esse, vt remedium, quod erat sufficiens, delinquentibus occultis daretur, ipsique timerent delicta committere, & publicare, videntes non posse suam absolutionē ab Episcopis obtinere, nisi delicta sint occulta, & in foro cōscientiæ, ac existētibus Episcopis in propria Diœcesi.

Per

47 *Per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum.* Cum in facultate dispensandi non sit appositum, vt Episcopus per Vicarium dispensationem concedat, difficultas est, an possit Episcopus committere Vicario dispensationes irregularitatis, & aliorum impedimentorum, sicuti potest committere absolutionem à casibus reseruatis. Aliqui apud Barbosam *cit. alleg.39. num.14.* id negant, quia virtualiter restricta fuit potestas dispensandi ad solùm Episcopum ex eo, quod potestas absoluendi ipsi, ac Vicario concedatur; constitutio enim ambigua in vna parte debet ex altera declarari. Cum igitur in secunda parte illius decreti Concilium apposuerit extensionem ad Vicarium, & in prima omisit, tacitè limitauit, ne Vicario talis potestas concederetur. Præcipuè quia non adest ratio, cur Concilium Vicario permittat potestatem absoluendi, non autem dispensandi. Quia potestas absoluendi necessaria est ad salutem animarum, non sic potestas dispensandi.

48 Tenendum nihilominùs est, quod docet Nauar. *cons.11. de priuil. num.14.* Suar. *de censur. disp.41. sect.2. num.8.* & Sanchez *cit. cap.11. num.25. & de matrim. lib.2. disp.40. num.17.* potestatem scilicet dispensandi committi posse ab Episcopo cuilibet Vicario Generali delegato, & cuilibet etiam personæ speciali. Quia cum potestas hæc dispensandi iure communi competat dignitati Episcopali, non autem personæ, non est, cur delegabilis non sit; neque autem ex eo, quod in secunda parte decreti Concilij commissa sit potestas absoluendi Episcopis, vel eorum Vicariis specialiter deputatis, rectè arguitur potestatem dispensandi solis Episcopis competere, & aliis delegari non posse. Ad restrictionem enim aliquam faciendam iuri communi aduersantem clariora fundamenta requiruntur. Immò cum Sacrum Concilium id expreßè non restrinxerit tantùm ad Episcopum, ceù fuit in crimine hæresis, censetur sanè Vicario ab Episcopo deputando potestatem etiam dispensandi, delegari posse. Potestas igitur dispensandi in irregularitatibus, & absoluendi à reseruato concessa Episcopis, ita est concessa ipsis, vt possint illam delegare, non solùm suis Vicarijs, sed etiam alteri Confessario, aut alijs ab ipsis specialiter deputatis in similibus casibus.

49 *Hæc autem in foro conscientiæ.* Hæc verba, sicut & illa in *Diœcesi sua*, non sunt apposita in facultate concessa ad dispensandum, sed solùm in facultate concessa ad absoluendum à casibus occultis, ea ratione quia dispensandi facultas exerceri potest in absentem. At absolutio, cum debeat esse in Sacramento Pœnitentiæ, requirit præsentiam subditi. Quod autem hæc absolutio debeat esse in Sacramento Pœnitentiæ, tenet Garz. *de benef. p.11. cap.10. num.139.* vbi subdit, ita sæpiùs declarasse S. Congregationem Concilij, nimirùm, quod Episcopus absoluens à peccatis reseruatis occultis vigore prædicti decreti Concilij Tridentini, possit tantùm id facere in confessione Sacramentali, non autem extra illam, vt refert etiam Suar. *tom.5. disp.41. sect.2. num.10.* Barbos. *de offic. Episc. d. alleg.39. num.8.* vbi ait, talem esse praxim Sacræ Pœnitentiariæ. Ricc. *in prax. for. Eccles. resol. 445.* & Garzia modo citatus, qui subdit primò, quod ita sentiat Viuald. *in append. cap.1. num.2.* quem tamen reprehendit in eo, quod putat, idem esse dicendum in dispensatione ab irregularitatibus. Nam quoad dispensationem ab irregularitatibus, & quoad absolutionem à suspensionibus non ait Concilium, vt fiat in foro conscientiæ. Quod & annotarunt etiam Henriq. *lib.14. cap.20. §.1. literam E. in Glos.* & Vgolin. *de irregul. cap.36. §.1. num.3.* Subdit secundò, quod in Iubilæo, quando conceditur facultas absoluendi in foro conscientiæ, vigore talis Iubilæi neque possint Confessarij absoluere à censuris extra confessionem Sacramentalem. Quod asserunt etiam Vega *in Sum. tom.2. cap.129. cas.34.* Rodriq. *in Bull. Cruc. §.9. num.113. reg.9.* Cordub. *in Sum. quæst.152.* Nauarr. *cap.26. num.31.* Lopez *in instruct. p.2. agens de clauibus cap.6. col.8.* Sayr. *in clau. reg. lib.5. cap.60. num.10. & lib.6. cap.15. num.205.* Suar. *de relig. tom.2. tract. de vot. lib.6. cap.16. n.4.* Sorb. *in comp. priuil. v. votum notab.6.*

50 Quidquid alii haud rectè dixerint, illa verba *in foro conscientiæ* non restringi ad Sacramentum Pœnitentiæ, sed hanc facultatem exerceri posse extra illud; quia forus conscientiæ non est forus Sacramentalis, sed solùm est forus secretus, conscientiam respiciens, ita vt absolutio non prosit in foro externo, seù non præiudicet foro externo, si contingat hæresim, aut aliud crimen in iudicium deduci. Ita Sanchez *de matr. d. lib.8. disp.34. & lib.2. moral. d. cap.11. num.13.* Ledesm. *p.2. Sum. tract.1. cap.6. concl.20. diff.8.* Genuen. *in pr. cap.66. num.18.* Idque confirmant; quia certum est, quod quis absolui possit ab excommunicatione, & tamen non absolui à peccato hæresis. Ergo facultas, quam habent Episcopi absoluendi ab Excommunicatione propter hæresim incursam, non debet restringi ad forum Sacramenti Pœnitentiæ, cum ille solùm sit necessarius, vt quis à peccato absoluatur. Immò potest Episcopus nondum Sacerdos absoluere ab excommunicatione propter hæresim incursam, & facultatem concedere subdito, quod propter peccata hæresis absoluatur à legitimo Sacerdote; quia quotiescumque remouetur à peccato censura, peccatum illud non censetur ampliùs Summo Pontifici reseruatum, cùm Summus Pontifex soleat sibi reseruare peccatum ratione dumtaxat censuræ, vt per Nauarr. *in Summ. cap.27. num.260. & seqq.* Suar. *de pœnit. disp.29. sect.2. concl.2. & de fid. disp.21. sect.4. num.2.* aliosque communiter, quos sequitur Sanch. *lib.2. moral. d. cap.8.* Non ita Episcopus, qui sæpiùs per sua edicta solet sibi reseruare peccata, etiam sine impositione censurarum. At his minimè attentis, tenenda omninò est prior sententia, quam sequitur praxis, & Sacra Congregatio Concilij, quod scilicet Episcopus absoluens à peccatis reseruatis occultis vigore prædicti decreti Concilij Tridentini, possit tantùm id facere in confessione Sacramentali, non autem extra illam.

Licebit ne tandem Episcopo lapso in aliquod delictum ex his, quæ continentur in hoc decreto proprium Confessarium deputare, vt ab eo absoluatur secundùm eam facultatem, quæ ipsi est concessa ex hoc decreto? Sacra Congregatio censuit de omni peccato, & vinculo, de quo potest absoluere, ac dispensare Episcopus inferiorem, posse etiam Confessarium, ab eo electum, ipsum Episcopum absoluere, ac dispensare. Idque etiam licere Episcopo, si Romæ esset, & sic extrà suam Diœcesim. Sed de his non plura. 51

CONSVLTATIO C.

An, & quatenùs puella amoueri possit à Monasterio, in quo auus paternus mandauit educari? Vbi de libertate sponsalia, vel matrimonium contrahendi.

NOn potest, neque debet, quia dispositio parentum in vltimis elogijs maximè seruanda est quoad prolis impuberis educationem propter vehementem legis præsumptionem, quod pro filijs, ac descendentibus bonum capiant consilium, *l. vlt. in princ. C. de curat. furios.* Castr. *cons.257. in 7. dub. vol.1.* Dec. *cons.26. vol.2.* Surdus, qui alios allegat *cons.457. num.1.* Et propterea ad educationem impuberum sequenda est illorum voluntas, vt notant communiter Doctores in *l.1. C. vbi pupil. educ. deb.* & est Textus in *l.1. §. apud eam*, ibique Gloss. *v. insserit ff. de ventr. inspic.* Corn. *cons.175. num.13. lib.3.* Duran. *de art. testan. tit.7. caut.1. in fin.* Caualcan. *de tutor. & curator. num.30.* Decian. *resp.49. num.11. lib.1.* Crot. *cons.272. num.4. lib.2.* Menoch. *cons.62. sub num.12.* Surd. *de aliment. tit.4 quæst.13. num.2.* & Seraph. *decis.1357. num.7.* Nam parens meliùs cæteris censetur vtilitati filiorum prospicere, *l. nec in ea in fin. ff. de adult.* Patil. *cons.56. num.25. l.1.* Gutier. *de tutel. p.2. cap.8. num.2.* Decian. *vbi suprà num.14.* Ideòque Iudex non potest recedere, nisi causa benè cognita, Surd. *d. quæst.13. num.4.* & vnico casu, quo locus electus non sit tutus, neque in eo liberi ali possint sine aliqua maligna suspicione. Surd. ibidem, & clariùs Decian. *resp.49. num.20. lib.1. v. saltem opus est constare Iudici non expedire Pupillo in eo* 1

mi-

manere propter vitium, quod parens ignorauit, vel aliam ob causam, Crauett. *cons.*190. *nu.*9. Molin. *de iust. & iur. disp.*224. & Guttier. *d. cap.*8. *n.*4.

2 Quæ voluntas magis spectanda, & sequenda est, quando non cadit aliqua suspicio in personis, apud quas educari testator mandauerit, sed potiùs sint tales, quæ verisimiliter puellæ vtilia procurabunt. Ex hisce enim circumstantijs debet Iudex perpendere quo in loco, & apud quas personas puella debeat educari *d. l.* 5. *& l.* 2. *C. vbi pupill. educ. deb. & l.* 1. *ff. eodem*, Corn. *d. cons.*175. *num.*13. Bald. *in l. Non est num.*2. *ff. de inoff. testam.* Soccin. Sen. *cons.*193. *num.*2. *lib.*2. Ias. *cons.*93. *lib.*3. Paris. *cons.*56. *num.*2. 3. *&* 7. *lib.* 1. Berous *cons.* 180. *num.*18. *lib.* 2. Seraph. *d. decis.*1357. *num.*4. *& decis.*1375. *num.*1. Rota in Leodien. educationis prolium 3. Iulij 1628. coram Durano.

3 Si enim inspiciatur locus, non potest esse tutior, quàm Monasterium, vt in simili dixit Rota in Tortonen Separationis thori coram Pegna 24. Ianuarii 1599. Si personæ, cum quibus commoratur, non habet puella personas alias magis sanguine, & charitate coniunctas, apud quas morari possit ad Text. *in d. l.* 1. *ff. & Cod. vbi pupill. educ. deb.* Menoch. *d. cons.*62. *num.*14. & de istis ipsa lex præsumit, vt per Alciat. *regul.*1. *præsumpt.* 22. Quod si iam rectè se gesserint in illam educando, ac imbuendo bonis moribus, itaut eis obtemperet, quibus auus educandam tradiderit, eligendo ei sponsum, & matrimonium condignum procurando, id magis debet in futurum de illis sperari, atque adeò magis debet in futurum apud illas commorari, vt per Corn. *d. cons.*175. *sub num.*13.

4 Præcipuè si in eius matrimonio, ac successione nullum possunt habere commodum, cum stricta paupertas, in qua viuunt Moniales amitæ, cum quibus puella commoratur, omnem remouet ab illis suspicionem. Vouent enim paupertatem, & renunciant Mundo, ac vanitatibus eius, *can. Vidua* 30. *quæst.* 1. *cap. Ad Monasterium de Stat. Monach.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*83. *num.*18. Idque præsertim si onus pertractandi sponsalia præparatoria ad matrimonium alio tempore à Testatore demandatum ipsis fuerit. Ex quo magis incalescit præsumptio, quod omnia fiant pro vtilitate pullæ. Nam à primordio tituli posterior formatur euentus, *l. Vnica in fine C. de impon. lucr. descript. l. Regula §. Licèt ff. de iur. & fact. ignor.* Surd. *cons.*202. *num.*16. Et cum sponsalia sic conclusa sumant originem à potestate, his personis data à Testatore, pernecessè debet optimus finis, ac exitus sperari, Alciat. *reg.*3. *præsumpt.*32. Menoch. *lib.*6. *præsumpt.* 17. *num.*1. *& seq.*

5 E contra verò maxima cadit suspicio in Tutoribus. Primò ex eo, quod conantur impedire nuptias, & præpedire matrimonium suo tempore celebrandum, & quod enixè cupiunt, & pertractant omnes coniuncti, quibus hæc cura fuit à Testatore demandata; quod sufficeret ad illos faciendum declarari suspectos. Ad quem effectum sufficit quælibet causa, etiam leuissima, Bartol. *in l. fin. ff. suspect. tut.* Afflict. *decis.*207. *num.*3. Gratian. *discept. cap.*24. *num.*7. *lib.* 1.

6 Eòque magis, si per Epistolam scriptam ab vno ex ipsis Tutoribus, quæ plenè probat conscribentem, *l. publica §. fin. ff. depos. l. nec ambigi, & l. Si aliquid per epistolam C. de donat.* Bertaz. *cons. ciuil.*28. *num.*63. *&* 64. & fuit dictum in Romana 16. Decembris 1622. coram Coccino, & in Romana Pecuniaria 13. Martij 1628. coram Pirouano, constaret, quod tutor scribens aspirat puellam cum suo filio matrimonio copulare; quod de iure ciuili est prohibitum, *l. Qui pupillam ff. de adult. l. filius à patre §. Si quis eo tempore ff. de lib. & posth. l.* 1. *& per tot. C. de interdict. matr. inter pupill. & Tut. seu Curat. filiosque eorum*; quæ prohibitio, licèt cesset de iure canonico, quod in materia matrimonij, & Sacramenti debet attendi, Guttier. *de tut. p.*2. *cap.*12. *num.*8. *&* 9. Menoch. *cons.*1082. *num.*15. Ex hoc tamen saltem detegitur commodum, & quod pars non intendit, nisi soluere sponsalia, & parare obices matrimonio.

7 Non obstat, quod Puella non debeat permanere apud illas personas, quæ illi immaturas nuptias præpararunt ex Crauett. *cons.*18. *&* 190. & ex alijs allegatis; quia isti Doctores loquuntur, quando fuerunt tractatæ nuptiæ cum inæquali, & à persona suspecta vt Mater, quæ transiit ad secundas nuptias. Minùs obstat Bartol. *quæst.*16. quia loquitur de puella minori septem annorum non tradenda sponso, ne eius vitæ insidietur, adhoc, vt postquàm peruenerit ad ætatem legitimam, non ei auferatur libertas nubendi, cui voluerit, non autem quando puella esset decem, vel vndecim annorum, & permanendo in Monasterio non amitteret libertatem.

8 Similiter non obstat Bald. *cons.*487. *lib.*5. quia loquitur, vbi quis insidiatur nuptiis, seu sponsalibus Puellæ, volens eam indigno desponsare. Nam, inquit, hæ insidiæ sunt capitales, Soccin. *cons.*195. *n.*2. *lib.*2. firmat, quod non debebat educari apud auiam ex qualitate personæ illius, quæ inutilia iam procurauerat pro pupilla tam respectu personæ in nubendo, quàm bonorum in dilapidando. Vndè ex quo inceperat se malè gerere, præsumptio erat, quod malè se gereret in futurum, Crauett. *cons.* 18. *num.* 11. *& cons.*190. *num.*6. *&* 7. Mouetur primò, quia duo condemnabant Matrem, quod vitricum induxerat, & procuratio immaturi matrimonij, & quidem satis infelicis, ac inæqualis. Et in principio consilij dicit, quod tractauerat de matrimonio filiæ cum fratre secundi mariti paupere, & inæquali. Secundò loquitur, vbi mater procurauit matrimonium illegitimum, & *n.*7. ait locum tutissimum Monasterium. Surd. *d. quæst.*13. *num.*37. ait solùm, quod Iudex curare debet, ne moretur penes eum, qui insidietur castitati, Gigas *cons.*36. *num.*22. *& seq.* tenet pro separatione à matre, & vitrico, cuius cognato longè imparis conditionis eam desponsauerat, vt *num.*15. & Testator disposuerat, vt Tutores haberent administrationem bonorum, ac personæ, vt *num.*23. Menoch. *de arbitr. cas.*168. *num.*6. de nuptijs intempestiuis refert alios, qui loquuntur, vbi sunt indignæ, seù valdè inæquales. Tunc enim clarè patet non expedire puellæ penes procurantes nuptias tales permanere.

9 Prout nec releuat, si dicatur controuentum esse voluntati Testatoris, dum loquutus est de matrimonio contrahendo in ætate quindecim annorum. Nam modò agitur de sponsalibus, de quibus non est loquutus Testator. Et tamen certum est, quod in illis requiritur minor ætas, & sufficit septennium completum *l. in Sponsalibus contrahen. ff. de sponsal.* Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.*15. *num.*2. *& seqq.* & quatenus etiam adesset prohibitio contrahendi matrimonium, non tamen censeretur puella prohibita contrahere sponsalia, vt latè Sanchez *d. lib.* 1. *disp.*13. *num.*2. Nec potest argui à contrario sensu ad correctionem iuris in materia nedum odiosa, sed etiam indifferenti, & ideò sponsalia non veniunt nomine matrimonii, Abb. *in cap. Tertiò loco in fin. de præsumpt.* ibique Felin. *num.* 4. cum alijs per Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 1. *num.*3. Roland. *de lucr. dot. q.* 12. Phanuc. *eodem tract. glos.*2. *num.*3. ex quo potest puella pœnitere.

10 Neque obstat, quod sit exploranda voluntas, ne puella seducta persistat in sponsalibus, quæ postea ipsi non placeant; quia cum adhuc non sit in ætate contrahendi matrimonium, hoc tempus debet expectari, quo possit deliberari de statu suo, vt in simili dixit Rota in Vrbeuetana educationis 20. Martii 1628. coram Vbaldo.

11 Pariter non obstat, quod Tutorum intersit non nubere puellam absque eorum consensu; quia stante consensu propinquorum ab ipso Testatore ad nubendum electorum, qui etiam sunt in maiori numero, & quod ipsi Tutores requisiti noluerunt præstare consensum, habetur pro præstito, ex quo non habent causam recusandi, & superior potest cogere, *cap. Nullus*, ibique Abb. per illum Text. *in* 3. *notab. de iurepatr.* Mandos. *super reg.*8. *quæst.* 8. *num.* 11. & Gregor. *decis.*117. *& decis.* 520. *num.*4.

12 Et quoad Bartolum *d. quæst.*16. *num.*11. *vers. Secundò casu quando Tutores, & consanguinei discordant*, distinguit duos casus. Primus est, quando Sponso nihil potest obijci, quin sit dignus talibus nuptijs. Secundus, quando circa personam sponsi est conditio, propter quam pupilla,

pilla, si esset perfectæ ætatis, in eum verisimiliter consentire deberet. Primò casu firmat ex pluribus Iudicem posse decernere, vt alatur apud Patrem, vel Matrem Sponsi in eadem domo. Secundo casu, non posse Iudicem hoc decernere. Sed quia puellæ facilè corrumpuntur blanditijs, ali debere apud personam non suspectam. Vnde hoc ait Bartolus in secundo casu, non in primo, in quo cum Bartolo potest dimitti apud Patrem Sponsi, quando sponsalia sunt conuenientia Ias. *cons.*237. *num.* 10. *lib.*2. à quo non recedunt, quando non est suspicio pudicitiæ Surd. post Corn. *d.quæst.*13. *sub num.*34. & Gutier. *d. cap.*8. *num.*20.

13 Quodque autem Patrui, & amitæ vtilitati neptis inuigilauerint; contra verò Tutores, comprobatur etiam duplici iuris præsumptione. Altera quod consanguinei benè optare, ac velle, & in hoc defendere pupillam præsumuntur, *l.hac autem* 5. *vers.Si autem ff. quibus ex, caus. in pos. eat.* Decian. *resp.*51. *n.*129. *lib.*2. Et quod in actu gesto eum eorum præsentia, & consensu nulla interuenerit læsio, Franch. March. *decis.*320. *num.*1. *p.*1. cum alijs per Simoncell. *de decr. lib.*1. *tit.*1. *num.*59. *& seq.* & Honded. *cons.*34. *num.*68. *lib.*2. Idque magis dum omnes vnanimes fuerunt, & vnus de illis in hoc confidit, qui optimum cepisse consilium pro nepte præsumitur. Altera est contra Tutorem volentem Pupillam vxorem pro filio, itaut propterea de iure ciuili infamaretur, & coerceretur, *l. non est* 66. *ff. de rit. nupt. l. Si Patris* 6. *C. de interd. matr.* vbi Glos. & Doctores.

Minùsque amouenda est prætextu explorandæ voluntatis, quia præter superiùs dicta, exploratio est intempestiua, dum adhuc est impubes, & sic quidquid videt, ignorat, nec discernere potest *l.* 1. *in fin. C. de fals. monet. l. Pupillos ff. de acquis. bon.* & pluribus exornat Surd. *cons.* 9. *n.*22. *& seq.* in terminis explorandæ voluntatis puellæ, Grammat. *decis.*55. *num.*2. ac sæpiùs censuit Sacra Congregatio Concilii, vt refert Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.*12. *cap.*16. *num.*15. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 100. *num.*5. quæ S. Congregatio vult explorationem fieri in Ecclesia Monasterij, vel in alia propinquiori indicio Ordinarii. Eòque minùs permitti debet exploratio voluntatis pupillæ ditissimæ ad instantiam Tutoris, illam pro filio affectantis, Grammat. *d. decis.*55. *num.*2. *in fine*. 14

Neque demùm prætextu, quod donec ventilatur quæstio de matrimonio, puella sequestretur, *cap. Cùm locum* 14. *de sponsal.* quia quæstio de matrimonio non ventilatur, nec ventilari potest, dum nihil fuit actum cum filio Tutoris, & Textus loquitur, vbi plures petebant contraxisse, & dubium erat cui deberetur, Cardin. *num.* 3. *in fin.* Abb. *num.*1. Alex. de Neu. *num.* 34. dicens sex tantùm casibus à se relatis id fieri, quorum nullus applicatur casui nostro, quo vnus tantùm contraxit sponsalia, & petitur non ab ipso, sed contra ipsum, vt per Thesaur. *for. Ecclef. p.*2. *cap.*9. *num.*82. vltra quod cessante timore violentiæ, vel læsionis cessat sequestratio, Alex. de Neu. *d. num.*34. *in fine*. 15

Finis Sexti Tomi.